Subſtantiæ materiales nō ſunt intelligibiles actu, ſed potentia, mediantibus tamē uirtutibus ſenſitiuis eorū ſimilitudines immateriales per intellectum agentē redduntur, quæ ſimilitudines nō ſunt ſubſtantiæ, ſed quædam ſpecies intelligibiles in intellectu poſſibili receptæ. 161. p

Subſtantia prima incorporea & impartibilis eſt, neq; habet magnitudinem finitam nec infinitam. 162. g

Subſtantiæ primæ uirtus non dicitur infinita priuatiue ſecundum quod infinitū quantitati congruit, ſed dicitur negatiue prout non limitatur ad aliquem determinatum effectum. 161. h

Subſtantia una ſola ſempiterna & immaterialis poſt primum principiū an ponenda ſit, uel plures. 162. l

Subſtantiæ materiales ſunt ſecundū numerum motuum aſtrorum, & earū ordo eſt ſecundū ordinem eorundē motuū 163 b

Subſtātiarū immaterialiū numerus ex numero motuū cœleſtiū cōprehendit. 173 K

Subſtantiæ immateriales, non omnes ſunt finis alicuius motus, ſed ſunt propter finem altiorem. 173. p

Subſtantiæ materiales an propter corpora cœleſtia ſint, uel econtra. 173. n

Suppoſitiones antiquorum philoſophantium q; ſit aliquod primum principium materiale. 25. d

T

Theologiæ nomen cur methaphyſicę aſcribatur. 81. f

Theorica uel ſpecularia in quo a practica differat, & quis utriuſq; finis. 23. o

Theoricæ ſeu ſpeculatiuæ cum multæ ſint, quę ueritatem conſiderare habent. 13 p

Theoricarum ſcientiarum numerus ſ. mathematica, phyſica, & theologia. 81 f

Terra maxime elementum. ex antiquorum ſuppoſitis oſtenditur: qm̄ illud quod eſt in generatione poſterius, prius eſt ſecundum naturam, ut patet in elementis, mixtis & membris. 15 m

Terminus dicitur quod eſt cuiuſlibet rei ultimū, ita q; nihil de primo terminato eſt extra ipſum terminū, & omnia, quæ eius ſunt intra ipſum cōtinentur, & alia multa de ipſo termino. 74. d

Terminus quadrupliciter dicitur. 74. e

Terminus toties di, quoties principiū. 74. g

Totius cōis ratio in duobus conſiſtit. 77. c

Totum duobus modis dicitur, & quonam pacto exponantur, & intelligantur. 77. c

Totius partes in toto dupliciter eſſe poſſunt. 77. e

Totius ſecundo mō dicti diuerſitates. 77 g

Totum ad partium poſitiones quomodo ſe habeat. 78 k

Tranquillitas eſt quies maris & aeris ſerenitas. 64 f

Tricoſtata qui dicatur, & qui paraſtata, & paranite. 68 f

Triangulus quonam modo plures differentias ſub ſe contineat. 63. f

Trianguli non differunt p differētias, q̄bus figura diuiditur, ſed alio modo. 63 f

V

Veritatis in conſideratione difficultas. 23. b

Veritatis ad cognitionē duplex procedendi uia, una per modum reſolutionis, altera per modum cōpoſitionis. 23 b

Veritatis cognoſcendæ difficultas duplex exiſtit, ex parte, ſcilicet rerum, & ex parte noſtra. 23 a

Veritatis ad cognitionē quonam pacto hominis dupliciter adiuuantur, directe ſ. & indirecte. 23. k

Veritatis circa cōſiderationem quo pacto, tum conſuetudine, tum etiā alijs de cauſis multiplex hominum genus habile inhabileue ſit. 26. i

Veritatis circa inquiſitionē quis modis conueniens ſit, nam abſurdum eſt, quærere ſimul ſcientiam, & modum ſciendi. 26. m

Veritatis circa inquiſitionē modus qui ſimpliciter optimus eſt, in omnibus inquiri non debet. 26. o

Veritas de primis principijs antequā determinetur, quid agendum ſit, & quamobrem multa dubitabilia cōtingant. 27. a

Verum & falſum in reb⁹ nihil aliud eſt quā componi, & diuidi. 125. l

Verum & falſum quo pacto in ſimplicibus & compoſitis eſſe poſſit. 116 n

Verum quomodo eſt magis actu q̄ potentia, quo pacto ſe habeat ad compoſita & ſimplicia. 126. o

Verum & falſum in quo primo & principaliter conſiſtant. 84 l

Verum uenari debet ex his, quæ ſemper ſe habent eodem modo, & non patiuntur aliquam permutationem quantū ad ſubſtantiam ſuam, licet in eis motus ſecundum locum appareat. 145. i

Violentia quid proprie ſit, & quid uiolentum. 61. i

Violentiam aliquam quonam modo ſempiterna pati non poſſunt. 61 b

Viſus quapropter nobis immaterialior exiſtat & plura nobis demonſtret. 1 m

Vita animalium quibus potentijs regatur, & quomodo homines ratione uniuerſali a brutis differant. 2. e

Viuere quo pacto improprie capiatur. 2. g

Vniuerſalia ſciens etiam uniuerſalibus ſubiecta quoquo modo ſcire poteſt. 4. h

Vniuerſalia magis an primo nobis nota ſint. 4 k

Vniuerſalia nunquid a ſingularibus ſeparata ſint. 34. h

Vniuerſale naturaliter eſt prius, particularia autem poſterius. 59. a

Vniuerſale eſt quod natum eſt ineſſe pluribus. 104. m

Vniuerſale dupliciter accipi poteſt. 104. n

Vniuerſale quare natum eſt in plurib⁹ eſſe, non autem in pluribus ineſt. 104. p

Vniuerſale quonam modo ſubſtantiam eſſe contingat. 105. b

Vniuerſalibus ſi ſint quædā res præter ſingularia, non poſſunt ſingularia componi, quæ hoc aliquid ſunt. 105. d

Vniuerſalia ſi res quædam ſint, ſicut Platonici ponebant, oportebit dicere, q; nō ſolum qualitatem ſubſtantialem, ſed accidentalem ſignificent. 105 f

Vniuerſale nullum eſt ſubſtātia, & nullum eorum, quæ cōmuniter prædicant ſignificant hoc aliquid, ſed quale. 105. h

Vniuerſalium nullum poteſt eſſe ſubſtātia, quę per ſe ſubſiſtens exiſtat, quia omne uniuerſale multis cōmune eſt. 129. k

Vniuerſalia ſecūdum Platonis opinionem, cum res ſubſiſtentes ſint, ſignificant ſubſtantiam, non ſolum ſecundo modo, ſed primo. 130. a

Vniuerſalia ſunt principia. ſ. in cognoſcendo, & ſic genera magis ſunt principia q̄ ſimpliciora & plura in potētia cōtinent. ſpecies autem actu. 140. n

Vniuerſalia licet non per ſe exiſtant, attamē eorum naturas, quæ per ſe ſubſiſtunt: eſt uniuerſaliter conſiderare. 141. g

Vniuerſalia quædam per ſe exiſtentia principia ſunt, quę quoniā immaterialia ad intelligibilem cognitionem pertinent, licet intellectus noſtri comprehenſionem excedant. 141 g

Vniuerſalia principia per ſe non ſubſiſtunt, ut Plato dixit, quoniam ſingulare aliqđ principium eſſe non poteſt. 158 m

Vniuerſum totum qui unam naturam, uel unum ens enuntiauerunt, quomodo diuerſificati ſint, non naturaliter loquendo. 15. l

Vniuerſi partes qualiter in ordine ſe habeant. 176. d

Vnitatem ex parte formæ quemadmodum Parmenides tangere uidebatur, licet diuerſitatē rebus auferret, & per cōſequens cauſalitatem, & ipſius motiua & quēadmodum Meliſſus ens ex parte materię cōſiderabat, & ipſius motiua 11. o

Vniuocum quonam pacto de alijs prædicatur. 24. q

Vniuoca, æquiuoca, & analogica quomodo prædicentur. 141. h

Vnumquodq; de mente Platonis, ſecundū recipientis menſurā in aliquo recipitur propter quod unitatem ex parte ſpeciei, & dualitatē ex parte materiæ Plato commentus eſt. 13. a

Vnum dupliciter dicitur etiā ſecundū antiquorum opiniones. 38. h

Vnum quod eſt numeri principium an idē unum ſit, qđ cum ente conuertitur. 42. e

Vnū licet priuationē implicatam importet, non tamē multitudinis priuationē. 41. o

Vnū non refertur niſi ad unum, & non ad unumquodq; unum, ſed ad unum determinatum. 54 n

Vnum dupliciter ſcilicet per ſe & per accidens, & quonam modo in terminis ſingularibus ſumatur. 61. f

Vnum quando ad accidens comparatur, quomodo ſumatur. 61. f

Vnius quinq; modi ſunt dicuntur, 61. l

Vnū gn̄is ratione multipliciter dicitur. 63. e

Vnius modorū numerus & diuerſitas. 63. m

Vnū quonā mō improprie multa dr̄. 63. n.

Vnum numero dicuntur quædam genere, quædam ſpecie, quædam autem analogia: & alia multa de hoc. 64. f

Vnum cum multipliciter dicatur principales tamen eius modi ſunt quatuor. 126. q

Vnum & continuum dicitur, quoniam motus eius eſt unus, & loco & tempore indiuiſibilis. 127. f

Vnum quo modo de his, quæ unum dicuntur, prædicetur. 127. m

Vnius ꝓprietas, q̄ nā ſit, & quottuplex 128. a

Vnum an ipſa rei ſubſtantia ſit. 129. h

Vnum non poteſt eſſe genus, quia nec ens, nec uniuoce prędicatur, ſed unum & ens ęqualiter de omnibus prędicantur. 129. q

Vnum & ens an aliqualiter ſignificēt. 130. d

Vnum an dicit naturam ſuperadditam illi, quod eſt unum ſecundum Auicennam uel alio modo. 130. d

Vnum quod cum ente conuertitur omnia entia circuit, neq; naturam determinatā ad aliquod genus ſignificat. 130. f

Vnum & multa principaliter quomodo opponantur, an. ſ. penes diuiſibile & indiuiſibile, & multa alia de hoc. 130. h

Vnum & multa non opponuntur ſecundū priuationem puram & habitum purum, ſed ſicut contraria: quoniam unū ipſam indiuiſionem non ſignificat, ſed ipſum ens indiuiſum. 130. i

Vnius de ratione eſt eſſe indiuiſibile, uel indiuiſum. 130. K

Vnū an multitudine poſterius exiſtat. 130 l

Vnū & multa an ut cōtraria opponāt. 130. n

Vnum & multa quomō cauſentur, & quod modis eſſe dicantur. 130. p

Vna & multa quo pacto inter ſe opponantur. 134. l

Vnum relatiue multis opponitur. 135. d
Vnum multis ut menſurabili opponit. 135. f
Vnum & ens non ſunt genera, ſed analogice omnibus communia ſunt. 140 p
Vnum, nec lineæ, nec ſuperficies quonam pacto principia non ſunt. 141. d
Vnum, eſt principium numeri & menſuræ. 74. g
Vnum ſunt, quo. eſt ſubſtantia una. 108. h
Voluntas in intellectu eſt, & non appetitu concupiſcentiæ tantum: ideo quod appetitur appetitu intellectuali, deſideratur, quia ſecundum ſe bonum uidetur, cuius appetitus principium intelligentia eſt, id eſt actue intellectus, qui ab intelligibili mouetur. 160 n
Vox ſecundum quod eſt genus, ſine ſpeciebus eſſe non poteſt 103. o
Vſus, eſt ultimũ quarundam potentiarum, ut uiſus, uiſio. 128. q

X

Xenophanes primus cõmentus eſt omnia eſſe unum, cuius Parmenides diſcipulus fuit, & ideo ad totum cœlum reſpiciens dixit ipſum eſſe unum Deum, quoniam antiqui mundũ eſſe Deum comminiſcebantur. 11. q

Y

Ydea quid ſit, & quemadmodum entia ultima ſunt a rebus ſenſibilibus ſeparata, de quibus a Platone diffinitiones tantum aſſignantur. 11. q
Ydearum Platonis poſitio ex quibus confundatur. 18 b
Ydeæ Platonis, ꝙ nihil ſenſibilibus conferant, neq; ſcientijs, neq; etiam ut exemplaria proſunt. 19. a
Ydeæ Platonis, ſeu exemplaria ſeparata, licet ab Ariſto. rationibus deſtruantur, nõ tamen ſecundum beatum Thomam remouens diuinam ſcientiã eſſe rerum omnium exemplarem. 19. h
Ydeæ ꝙ non ſint principia ſcientiæ, ſiue cognoſcendi in nobis. 21 q
Ydeas abſtractas quonam modo Platonici ſubſtantias appellabant. 91. o
Ydeas ſiue ſpecies non propter aliud Platonici ponebant, niſi ut per eas de iſtis ſenſibilibus ſcientia haberetur. 91 d
Ydeas Platonici dicebant eſſe ſubſtantias, & non eſſe de ſubiecto aliquo. 91. f
Ydeas ſiue ſpecies ſeparatas propter tria Plato poſuit, primo ut per eas ſciẽtia de iſtis rebus ſenſibilibus haberetur, ſecundo ꝙ earum participatione res ſenſibiles exiſterent, tertio ꝙ eſſent principia generationis rerum ſenſibilium. 92 q
Ydeas ſeu ſpecies eſſe generatiõis cauſas Platonici dupliciter ponebant, uidelicet per modum generantis & per modum exemplaris. 95. p
Ydeæ ſeu ſpecies ſeparatæ ꝙ per modum exemplaris generationis cauſæ eſſe nequeant. 96 d
Ydeæ ſeu ſpecies rerum naturalium ſecundum Platonem, ſunt per ſe exiſtentes ſine rerum ſenſibilium materia, ita ꝙ materia ſenſibilis pars ſpeciei ullo modo ſit. 98. o
Ydeæ Platonis tripliciter ab Ariſtotele refelluntur. Primo quia quodquideratesse non eſt ſeparatum ab eo cuius eſt. Secundo quia ſpecies a materia ſeparatæ non ſunt cauſæ generationis, neq; per modũ generantis, neq; per modum generantis, neq; per modũ exemplaris. Tertio quia materia ſenſibilis in communi eſt ratio ſpeciei. 98. o
Ydeæ an ſubſtantiæ ſeparabiles ſint, quæ ſpecies vniuerſales eſſe dicantur, & cum hoc ſpecies ex genere & differentijs conſtare. 106. n
Ydeas particularium ſolas ſpecies eſſe Platonici ponebant, genera uero & differentias ſpecies ydearum non eſſe. 106. k
Ydeæ quæ ſeparatæ a Platonis ponuntur, an diffiniri poſſint, licet eas pręcipue Platonici confixerint, ut eis demonſtrationes adaptarentur, quæ de neceſſarijs ſunt 106. q
Ydeam eſſe quoddam per ſe exiſtens ab omnibus alijs ſeparatum Platonici ponebant. 107. c
Ydea eſt quoddam ſingulare ſempiternum ſecundum Platonicos. 107. h
Ydearum Platonis poſitio, in quo recta, & in quo non recta fuerit. 108. l
Ydeas rerum artificialium Platonici poſuerunt, quia formæ artificialium res actus ſunt, quæ per ſe exiſtere nõ poſſunt. 141. h
Ydeas ſeparatas Platonici ponebant eſſe neceſſarias, ut ſubſtantiæ particulares ſenſibiles ad earum ſimilitudines formarentur, & earum impugnatio. 157. c

Z

Zenonis ſuppoſitum, ꝙ illud quod additum non facit maius, & ablatum non facit minus, aliquid exiſtentium non ſit, & ipſius impugnatio. 38. c

FINIS.

A # DIVI THOMAE AQVINATIS, SACRI ORDINIS PRAEDICATORVM, ARISTOTELIS CLARISSIMI AC FIDELISSIMI COMMENTATORIS IN PRIMVM LIBRVM METAPHYSICAE PRAECLARISSIMA COMMENTARIA. E

PROLOGVS.

Lib. 1. Lec. 1. SICVT DOCET Philoſophus in politicis ſuis. Quando aliqua plura ordinantur ad unum, oportet unum eorum eſſe regulans B ſiue regens, & alia regula ſiue recta. Quod quidem patet in unione aïæ & corporis. Nam aïa naturaliter iperat, & corpus obedit. Sir etiam inter animæ uires. Iraſcibilis .n. & concupiſcibilis naturali ordine per rationem reguntur. Omnes autem ſcientiæ & artes ordinantur in unum ſcilicet ad hominis perfectionem, quæ eſt eius beatitudo. Vnde neceſſe eſt quod una earum ſit aliarum omnium rectis, quæ nomen ſapientiæ recte uendicat. Nam ſapientis eſt alios ordinare.

Lect.2.&.3 Quæ autem ſit hæc ſcientia, & circa qualia conſiderari poteſt, ſi diligenter reſpiciatur quomodo eſt aliquis idoneus ad regendum. Sicut enim (ut in libro prædicto Philoſophus dicit.) homines intellectu uigentes, naturaliter aliorum rectores & domini ſunt: homines uero qui ſunt robuſti corpore, C intellectu uero deficientes, ſunt naturaliter ſerui: ita ſcientia debet eſſe naturaliter aliarum regulatrix, quæ maxime intellectualis eſt. Hæc autem eſt quæ circa maxime intelligibilia uerſatur. Maxime autem intelligibilia tripliciter accipere poſſumus. Primo quidem ex ordine intelligendi. Nam ex quibus intellectus certitudinem accipit, uidentur eſſe intelligibilia magis. Vnde cum certitudo ſcientiæ per intellectum acquiratur ex cauſis, cauſarum cognitio maxime intellectualis eſſe uidetur. Vnde & illa ſcientia quæ primas cauſas conſiderat, uidetur eſſe maxime aliarũ regulatrix. Secundo ex comparatione intellectus ad ſenſum. Nam cum ſenſus ſit cognitio particularium, intellectus per hoc ab ipſo differre uidetur, quod uniuerſalia comprehendit. Vnde & illa ſcientia maxime eſt intellectualis, quæ circa principia maxime uñia uniuerſatur. Quæ quidẽ ſunt ens, & ea q̃ conD ſequuntur ens: ut unum & multa, potentia & actus. Huiuſmodi autem non debent omnino indeterminata remanere, cum ſine his completa cognitio de his quæ ſunt propria alicui generi uel ſpeciei, haberi non poſſit. Nec iterum in una aliqua particulari ſcientia tractari debent: quia cum his unumquodque genus entium ad ſui cognitionem indigeat, pari ratione in qualibet particulari ſcientia tractarentur. Vnde reſtat quod in una communi ſcientia huiuſmodi tractentur, quæ cum maxime intellectualis ſit, eſt aliarum regulatrix. Tertio ex ipſa cognitione intellectus. Nam cum unaquæque res ex hoc ipſo uim intellectiuam habeat, quod eſt à materia immunis, oportet illa eſſe maxime intelligibilia, quæ ſunt maxime à materia ſeparata. Intelligibile enim & intellectum oportet proportionata eſſe, & unius generis: cum intellectus & intelligibile in actu ſint unum. Ea uero ſunt maxime à materia ſeparata, quæ non tantum à ſignata materia abſtrahunt (ſicut formæ naturales in uniuerſali acceptæ, de quibus tractat ſcientia naturalis) ſed omnino à materia ſenſibili. Et non ſolum ſecundum rationem, ſicut mathematica, ſed etiam ſecundum eſſe, ſicut Deus & intelligentiæ. Vnde ſcientia quæ de iſtis rebus conſiderat, maxime uidetur eſſe intellectualis, & aliarum princeps ſiue domina. Hæc autem triplex conſideratio, non diuerſis, ſed uni ſcientiæ attribui debet. Nam prædictæ ſubſtantiæ F ſeparatæ ſunt uniuerſales, & primæ cauſæ eſſendi. Eiuſdem autem ſcientiæ eſt conſiderare cauſas proprias alicuius generis & genus ipſum: ſicut naturalis conſiderat principia corporis naturalis. Vnde oportet quod ad eandem ſcientiam pertineat conſiderare ſubſtantias ſeparatas, & ens commune quod eſt genus: cuius ſunt prædictæ ſubſtantiæ communes & uniuerſales cauſæ. Ex quo apparet quod quamuis iſta ſcientia prædicta tria conſideret, non tamen conſiderat quodlibet eorum ut ſubiectum, ſed ipſum ſolum ens commune. Hoc enim eſt ſubiectum in ſcientia, cuius cauſas & paſſiones quærimus: non autem ipſæ cauſæ alicuius generis quæſiti. Nam cognitio cauſarum alicuius generis, eſt finis ad quem conſideratio ſcientiæ pertingit. Quamuis autem ſubiectum huius ſcientiæ ſit ens commune, dicitur tamen tota de his quæ ſunt ſeparata à materia ſecundum eſſe & rationem. Quia ſecundum eſſe & rationem ſeparari dicuntur, non ſolum illa quæ nunquam in materia eſſe poſſunt, ſicut Deus & intellectuales ſubſtantiæ: ſed etiam illa quæ poſſunt ſine materia eſſe, ſicut ens commune. Hoc tamen non contingeret, ſi à materia ſecundum eſſe dependerent. G Secundum igitur tria prædicta, ex quibus perfectio huius ſcientiæ attenditur, ſortitur tria nomina. Dicitur enim ſcientia diuina ſiue Theologia, inquantum prædictas ſubſtantias conſiderat. Metaphyſica, inquantum conſiderat ens & ea quæ conſequuntur ipſum. Hæc enim tranſphyſica inueniuntur in uia reſolutionis, ſicut magis communia poſt minus communia. Dicitur autem prima Philoſophia, inquantum primas rerum cauſas conſiderat. Sic igitur patet quid ſit ſubiectum huius ſcientiæ, & qualiter ſe habeat ad alias ſcientias, & quo nomine nominetur.

[Marginal notes: Eſſe a uel ſeparatum ſecundum eſſe & rationem duplíciter. — Proœmii. ca. primo.]

OMnes homines natura appetunt ſcire. Signum cuius eſt ipſe ſenſuum amor. Sine namque utilitate propter ſeipſos ſenſus amantur, & maxime H uiſus. Non enim ſolum, ut agamus, ſed ſi nihil etiam acturi ſumus, uidere ſane præ cæteris uniuerſis expetimus. Idque ex eo fit quia ſenſus hic ad cognoſcendum maxime ſuppetit, compluresque differentias rerum declarat.

ARISTOTELIS STRAGYRITAE
Textus libri primi metaphyſicæ.

OMnes homines natura ſcire deſiderant. Signum autem eſt ſenſuum dilectio. Præter enim utilitatem, propter ſeipſos diliguntur, & maxime aliorum, qui eſt per oculos. Non enim ſolum ut agamus, ſed

I &nihil agere debentes, ipſum uidere præ omnibus (ut dicam) aliis eligimus. Cauſa autem eſt, ꝙ hic maxime ſenſuum nos cognoſcere facit, & multas differentias demonſtrat.

[Lect. 3. par. prima. Lect. 2. part. prima. Lect. prima. Parte. ult. Lect. 1. par. 2. part. prima.] HVIC autem ſcientiæ Ariſtotel. procemium præmittit, in quo duo tradit. Primo quidem oſtendit circa quid hæc ſcientia uerſetur. Secundo qualis ſit iſta ſcientia, ibi: { Quia uero non actiua. } Circa primum duo facit. Primo oſtendit quod huius ſcientiæ quæ ſapientia dicitur, eſt conſiderare cauſas. Secundo quales uel quas cauſas conſiderat, ibi: { Quoniam autem ſcientiam hanc. } Circa primum præmittit quædam ex quibus ad propoſitum arguitur. Secundo ex prædictis rationem ſumit, ibi: Cuius autem gratia nunc. } Circa primum duo facit. Primo oſtendit in communi ſcientiæ dignitatem. Secundo oſtendit cognitionis ordinem, ibi: { Animalia quidem igitur &c. } [Triplex rõ ꝓ cõcẽone principali.] Scientiæ autem dignitatem oſtendit per hoc quod naturaliter deſideratur ab [K] omnibus tanquam finis. Vnde circa hoc duo facit. Primo proponit intentum. Secundo probat, ibi: { Signum autẽ. } Proponit igitur primo quod omnibus hominibus naturaliter deſiderium ineſt ad ſciendum. Cuius ratio poteſt eſſe triplex. Primo quidem, quia unaquæque res naturaliter appetit perfectionem ſui. Vnde & materia dicitur appetere formam, ſicut imperfectum appetit ſuam perfectionem. Cum igitur intellectus a quo homo eſt id quod eſt, in ſe conſideratus ſit in potentia omnia, nec in actum eorum reducatur niſi [Te.cõ.14.] per ſcientiam: quia nihil eſt eorum quæ ſunt ante intelligere: ut dicitur in tertio de anima. Sic naturaliter unuſquiſque deſiderat ſcientiam ſicut materia formam. Secundo, quia quælibet res naturalem inclinationem habet ad ſuam propriam operationem: ſicut calidum ad calefaciendum, & graue ut deorſum moueatur. [Lib. 1. de hiſto. animalium.] Propria autem operatio hominis inquantum homo, eſt intelligere: Per hoc enim ab omnibus aliis differt. Vnde naturaliter deſiderium hominis inclinatur ad intelligendum, & per conſequens ad ſciendum. Tertio, [Te cõ.77 L] quia unicuique rei deſiderabile eſt ut ſuo principio coniungatur, in hoc enim uniuſcuiuſque perfectio conſiſtit. Vnde & motus circularis eſt perfectiſſimus, ut probatur octauo phyſicorum, quia finem coniungit principio. Subſtantiis autem ſeparatis, quæ ſunt principia intellectus humani, & ad quæ intellectus humanus ſe habet, ut imperfectum ad perfectum, non coniungitur homo niſi per intellectum. Vnde & in hoc ultima hominis felicitas conſiſtit. Et ideo naturaliter homo deſiderat ſcientiam. Nec obſtat ſi aliqui homines ſcientiæ hoc ſtudium non impendant, cum frequenter qui finem aliquem deſiderant, a proſecutione finis ex aliqua cauſa retrahantur, uel propter difficultatem perueniẽdi, uel propter alias occupationes. Sic etiam licet omnes homines ſcientiam deſiderent, non tamen omnes ſcientiæ ſtudium impendunt: quia ab aliis detinentur, uel à uoluptatibus, uel a neceſſitatibus uitæ præſentis, uel etiam propter pigritiam uitant laborem addiſcendi. [Senſus ad duo nobis deſeruiũt.] Hoc autem proponit Ariſtot. ut oſtendat ꝙ quærere ſcientiam non propter aliud utilem, qualis eſt hæc [M] ſcientia, non eſt uanum. cum naturale deſiderium uanum eſſe non poſſit. Deinde oſtendit quod propoſuerat, per ſignum quia cum ſenſus ad duo nobis deſeruiant ſcilicet ad cognitionem rerum, & ad utilitatem uitæ, diliguntur a nobis propter ſeipſos, inquantum cognoſcitiui ſunt: & etiam propter quod utilitatem ad uitam conferunt. Et hoc patet ex hoc ꝙ ille ſenſus maxime ab omnibus diligitur, qui magis cognoſcitiuus eſt, qui eſt uiſus: quem diligimus non ſolum ad agendum aliquid, ſed etiam ſi nihil agere deberemus. [Viſus pferri alis ſẽſib' duob'] Cuius cauſa eſt, quia iſte ſenſus ſcilicet uiſus, inter omnes magis facit nos cognoſcere: & plures differentias rerum nobis demonſtrat. In quo manifeſtum eſt quod duas præeminentias uiſus in cognoſcendo ad alios ſenſus ponit. Vnam quidem quia perfectius cognoſcit. Quod quidem uiſui accidit, eo quod ſpiritualior eſt inter omnes ſenſus. Quanto enim aliqua uis cognoſcitiua eſt immaterialior, tanto eſt perfectior in cognoſcendo. Quod autem uiſus ſit immaterialior, patet ſi conſideretur eius immutatio qua ab obiecto immutatur. [N Potẽtia immaterialior magis cognoſcitiua eſt.] Nam cum omnia alia ſenſibilia immutent organum; & medium ſenſus ſecundum aliquam materialem immutationem, ſicut tactus obiectum, calefaciendo & infrigidando: obiectum uero guſtus, afficiendo ſapore aliquo organum guſtus mediante ſaliua: obiectum autem auditus per motum corporalem: obiectum autem odoratus per fumalem euaporationem: ſolum obiectum uiſus non immutat nec organum nec mediũ niſi ſpirituali immutatione. Non enim pupilla nec aer coloratur, ſed ſolum ſpeciem coloris recipiunt ſecundum eſſe ſpirituale. Quia igitur ſenſus in actu conſiſtit in actuali immutatione ſenſus ab obiecto, manifeſtum eſt illum ſenſum ſpiritualiorem eſſe in ſua operatione, qui immaterialius & ſpiritualius immutatur. [Li. de ſen. & ſenſa. Lect. 2.] Et ideo uiſus certius & perfectius iudicat de ſenſibilibus inter alios ſenſus. Aliam autem præeminentiam ponit, quia nobis plura demonſtrat. Quod quidem accidit ex ratione ſui obiecti. Tactus enim & guſtus, & ſimiliter odoratus & auditus ſunt cognoſcitiui illorum accidentium, in quibus diſtinguuntur inferiora corpora à ſuperioribus. [O] Viſus autem eſt cognoſcitiuus illorum accidentium, in quibus communicant inferiora corpora cum ſuperioribus. Nam uiſibile actu eſt aliquid per lucem, in qua communicant inferiora corpora cum ſuperioribus: ut dicitur ſecundo de anima. [Te.cõ.68] Et ideo corpora cœleſtia ſolo uiſu ſunt ſenſibilia. Eſt autem alia ratio, quia uiſus plures differentias rerum demonſtrat, quia ſenſibilia corpora præcipue per uiſum & tactum cognoſcere uidemur: & adhuc magis per uiſum. Cuius ratio ex hoc ſumi poteſt, quod alii tres ſenſus ſunt cognoſcitiui eorum quæ à corpore ſenſibili quodammodo effluũt & non in ipſo conſiſtunt: ſicut ſonus eſt à corpore ſenſibili, ut ab eo fluens & non in eo manens: & ſimiliter fumalis euaporatio cum qua & ex qua odor diffunditur. Viſus autem & tactus percipiunt illa accidentia quæ rebus ipſis immanẽt, ſicut color & calidum & frigidum. Vnde iudicium tactus & uiſus extenditur ad res ipſas. Iudicium autem auditus & odoratus ad ea ꝗ à rebus ipſis procedunt, nõ ad res ipſas. [Li. de ſen. & ſen. Lec. 2.] Et inde eſt ꝙ figura & magnitudo & hmõi quibus ipſa res ſenſibilis diſponitur, magis percipitur uiſu & tactu, ꝗ̃ aliis ſenſibus. Et adhuc amplius magis uiſu ꝗ̃ tactu, tum propter hoc [P] ꝙ uiſus habet maiorem efficaciam ad cognoſcendum (ut dictum eſt) tum propter hoc ꝙ quantitas & ea quæ ad ipſam ſequuntur, quæ uidentur eſſe ſenſibilia communia, proximius ſe habent ad obiectum uiſus quàm ad obiectum tactus. Quod ex hoc patet, quod obiectum uiſus omne corpus habens aliquam quantitatem aliquo modo conſequitur, non autem obiectum tactus. Deinde cum dicit.

Animalia igitur una cum ſenſu natura fiunt.

Animalia quidem igitur natura ſenſum habentia fiunt.

Proſequitur de ordine cognitionis, & primo quantum ad bruta animalia. Secundo quantum ad homines, ibi: { Alia quidem igitur &c. } [Q] Circa uero bruta animalia tangit primo quidem id in quo omnia animalia communicant. Secundo id in quo animalia differunt & ſeinuicem excedunt, ibi: [Li. de ſen. & ſen. Lec. 2.] { Ex ſenſibus. } Communicant autem omnia animalia in hoc quod naturaliter ſenſus habent. Nam ex hoc animal eſt animal, quod habet animam ſenſitiuam, quæ natura eſt animalis: ſicut forma unicuique propria, eſt natura eius. Quamuis autem omnia animalia ſenſum habeant naturaliter, non tamen omnia habent omnes ſenſus, ſed ſolum perfecta. Omnia uero habent ſenſum tactus. Ipſe enim eſt quodammodo fundamentum omnium aliorum ſenſuum. Non autem habent omnia ſenſum uiſus; quia ſenſus uiſus eſt omnibus aliis perfectior in cognoſcendo: ſed tactus magis neceſſarius. Eſt enim cognoſcitiuus eorum ex quibus animal conſtat ſcilicet calidi, frigi-

di, humidi

A di, humidi & ſicci. Vnde ſicut uiſus inter omnes eſt perfectior in cognoſcendo, ita tactus eſt magis neceſſarius: utpote primus exiſtens in uia generationis. Ea enim quæ ſunt perfectiora, ſm hanc uiam ſunt poſteriora reſpectu illius indiuidui, quod de imperfecto ad perfectionem mouetur. Deinde cum dicit.

Ex hoc autem in aliis memoria nõ fit, in aliis fit. Et propterea eorum quæ memoriam habent, alia prudentia ſunt, alia magis diſcere poſſunt. Et prudentia quidem ſine habilitate diſcendi ſunt, quæ ſonos audire nõ poſſunt: ut apes, & ſi quid aliud tale genus eſt animalis. Diſcit autẽ id omne quod & hunc cum memoria ſenſum habet.

Ex ſenſibus autem quibuſdam quidẽ ipſorum memoria non fit, quibuſdam uero fit. Et propter B hoc alia quidem prudentia ſunt, alia uero diſciplinabiliora nõ poſſibilibus memorari. Prudentia qui C dem ſunt ſine addiſcere, quæcũq; ſonos audire non potentia ſunt: ut apes, & utique ſi aliquod aliud huiuſmodi eſt animalium genus. Addiſcunt aũt quęcũq; cum memoria & hunc habent ſenſum.

Ponit diuerſitatem cognitionis quæ eſt in brutis, & tangit etiam tres gradus cognitionis in huiuſmodi animalibus. Quædam enim ſunt quæ licet ſenſum habeant, non tamen habent memoriam quæ ex ſenſu fit. Memoria enim ſequitur phantaſiam, quæ eſt motus factus a ſenſu, ſm actũ: ut habetur in tertio de anima. In quibuſdam uero animalibus ex ſenſu non fit phantaſia, & ſic in eis non poteſt eſſe memoria: & huiuſmodi ſunt animalia imperfecta quæ ſunt immobilia ſm locum, ut conchilia. Cum enim animalibus cognitio ſenſitiua ſit prouiſiua ad uitæ neceſſitatem & propriam operationem, animalia illa memoriã habere debent quæ mouentur ad diſtans motu progreſſiuo. Niſi enim apud ea remaneret per memoriam intentio præcõcepta, ex qua ad motum inducuntur, motum C continuare non poſſent quouſque finem intentum conſequerentur. Animalibus uero immobilibus ſufficit ad proprias operationes præſentis ſenſibilis acceptio, cum ad diſtans non moueantur. Et ideo ſola imaginatione confuſa habent aliquẽ motum indeterminatum, ut dicitur tertio de anima. Ex hoc autem ꝙ quædam animalia memoriam habent, & quædam non habent, ſequitur ꝙ quædam ſunt prudenti, & quædam non. Cum enim prudentia ex præteritorum memoria de futuris prouideat, (unde ſm Tullium in ſecundo rhetoricæ, partes eius ponuntur memoria, intelligentia, & prouidentia) in illis animalibus prudentia eſſe non poteſt, quæ memoria carent. Illa uero animalia quæ memoriam habent, aliquid prudentiæ habere poſſunt. Dicitur autem prudentia aliter in brutis animalibus, & aliter hominibus ineſſe. In hominibus quidem eſt prudentia ſm ꝙ ex ratione deliberant quid eos oporteat agere. Vnde dicitur ſexto ethicorum, ꝙ prudentia eſt recta ratio agibilium. Iudicium autem de rebus agendis non ex rationibus deliberatione, ſed ex quodam natu- D ræ inſtinctu, prudentia in aliis animalibus dicitur. Vnde prudentia in aliis animalibus eſt naturalis eſtimatio de conuenientibus proſequendis, & fugiendis nociuis: ſicut agnus ſequitur matrem & fugit lupum. Inter ea uero quæ memoriam habent, quædam habent auditum, & quædam non. Quæcunq; autem auditum non habent, ut apes, uel ſi quod aliud huiuſmodi animal eſt: licet prudentiam habere poſſint, non tamen ſunt diſciplinabilia: ut ſcilicet per alterius inſtructionem poſſint aſſueſcere ad aliquid faciendum uel uitandum. Huiuſmodi enim inſtructio præcipue recipitur per auditum: unde dicitur in libro de ſenſu & ſenſato, & auditus eſt ſenſus diſciplinæ. Quod autem dicitur apes auditum non habere, non repugnat ei quod uidentur ex quibuſdam ſonis exterreri. Nã ſicut ſonus uehemens occidit animal, & ſcindit lignum, ut in tonitruo patet, non propter ſonum, ſed propter commotionem aeris uehementem in quo eſt ſonus: ita animalia quæ auditu carent, iudicium de ſonis non habendo poſſunt per ſonos aereos exterreri. Illa uero animalia quæ memoriam & E auditum habent, & diſciplinabilia & prudentia eſſe poſſunt. Patet igitur tres eſſe gradus cognitionis in animalibus. Primus eſt eorum quæ nec auditum nec memoriam habent. Vnde nec diſciplinabilia ſunt nec prudentia. Secundus eſt eorum quæ habent memoriam: ſed non auditum, unde ſunt prudentia: & non diſciplinabilia. Tertius eſt eorum quæ utrunq; habent, & ſunt prudentia & diſciplinabilia. Quartus autem modus eſſe non poteſt ut ſcilicet ſit aliquod animal quod habeat auditum, & non habeat memoriam. Senſus enim qui per exterius medium ſuum ſenſibile apprehendunt, inter quos eſt auditus: non ſunt niſi in animalibus quæ mouentur motu progreſſiuo, quibus memoria deeſſe non poteſt: ut dictum eſt. Deinde cum dicit.

Cætera igitur animalia imaginationibus atque memoriis uiuunt, expertiaque experientiæ ſunt niſi per parum. Genus autem hominum & arte ui- F uit & ratione.

Alia quidem igitur imaginationibus & memoriis uiuunt, experimenti autem parum participãt: hominum autem genus arte & rationibus.

Oſtendit gradum cognitionis humanæ, & circa hoc duo facit. Primo nanque oſtendit in quo cognitio humana excedit prædictorum cognitionem. Secundo oſtendit quomodo humana cognitio per diuerſos gradus diſtribuatur, ibi: {Fit autem ex memoria.} Dicit ergo in prima parte ꝙ uita animalium regitur imaginatione & memoria. Imaginatione quidem quantum ad animalia imperfecta: memoria uero quantum ad animalia perfecta. Licet enim & hæc imaginationem habeant, tamen unumquodq; regi dicitur ab eo quod eſt principalius in ipſo. Viuere autem hic non accipitur ſm ꝙ eſt eſſe uiuentis, ſicut accipitur in ſecundo de anima: cum dicitur, Viuere uiuentibus eſt eſſe. Nam huiuſmodi uiuere animalis non eſt ex memoria & imaginatione, ſed præcedit utrunque. Accipitur autem uiuere pro actione uitæ, ſicut & conuerſationem hominum uitam dicere ſolemus. In hoc uero ꝙ cognitionem animalium determinat per comparationem ad regimen uitæ, datur intelligi ꝙ cognitio ineſt ipſis animalibus non propter ipſum cognoſcere, ſed propter neceſſitatem actionis. Supra memoriam autem in hominibus, (ut infra dicetur) proximum eſt experimentum, ꝙ quædam animalia non participant niſi parum. Experimentum enim eſt ex collatione plurium ſingularium in memoria receptorum. Huiuſmodi autem collatio eſt homini propria, & pertinet ad uim cogitatiuam, quæ ratio particularis dicitur: quæ eſt collatiua intentionum indiuidualium, ſicut ratio uniuerſalis intentionum uniuerſalium. Et quia ex multis ſenſibus & memoria animalia ad aliquid conſueſcunt proſequẽdum uel uitandum, inde eſt ꝙ aliquid experimenti, licet parum participare uidentur. Homines autem ſupra experimentũ quod pertinet ad rationem particularem, habent rationem uniuerſalem per quam uiuunt ſicut per id quod eſt principale in eis. Sicut autem ſe habet experimentum ad rationem particularem, & conſuetudo ad memoriam in animalibus, ita ſe ha- H bet ars ad rationem uniuerſalem. Ideo ſicut perfectum uitæ regimen eſt animalibus per memoriam, adiuncta aſſuefactione ex diſciplina, uel quomodolibet aliter, ita perfectum hominis regimen eſt per rationem arte perfectam. Quidam tamen ratione ſine arte reguntur, ſed hoc eſt regimen imperfectum. Deinde cum dicit.

Atq; ex memoria quidem hominibus experientia fit. Cõplures enim eiuſdem rei memoriæ, unius experientiæ facultatem efficiunt, uidenturq; ſcientia & ars & experientia fere ſimiles eſſe.

Fit autem ex memoria hominibus experimentũ. Eiuſdem nãq; rei multæ memoriæ, unius experientię potentiam faciunt. Et fere uidetur ſcientię ſimile experimentum eſſe, & arti.

Beſido de anima. Te. c 160. Lec. 6.

Te. c. 56

Partes prudentiæ tres.

Cap. 6. Lec. 4.

Lec. 7.

Triplex in brutis cognitionis gradus.

Pars ſeq.

Viuere duplicat. Tex c. 37

I Oſtendit diuerſos gradus humanæ cognitionis, & circa hoc duo facit. Primo comparat experimentum ad artem quidem. Secundo comparat artem ſpeculatiuam ad actiuam ibi. { Primum igitur conueniens &c. } Circa primum duo facit. Primo oſtendit generationem artis & experimenti. Secundo præeminentiam unius ad alterum, ibi: { Ad agere Part. 7. b. lc. quidem igitur &c. } Circa primum duo facit. Primo proponit utriuſque prædictorum generationem. Secundo manifeſtat per exemplum, ibi: Part. ſeq. { Acceptionem quidẽ enim &c. } Circa primum duo facit. Primo ponit generationem experimenti Secundo artis generationem, ibi: Part. ſeq. { Hominibus autem &c. } Dicit ergo primo, quod ex memoria in hominibus experimentum cauſatur. Modus autem cauſandi eſt iſte, quia ex multis memoriis unius rei accipit homo experimentum de aliquo, quo experimento potens eſt ad facile & recte operandum. Et ideo quia potentiam recte & faciliter operandi præbet experimentum, uidetur fere eſſe ſimile arti & K ſcientiæ. Eſt enim ſimilitudo, eo quod utrobique ex multis una acceptio alicuius rei ſumitur. Diſſimilitudo autem quia per artem accipiuntur uniuerſalia, per experimentum ſingularia: ut poſtea dicetur. Deindecum dicit.

Tex. met. ſequend. Per experientiam autem ars emergit hominibus atque ſcientia. Nam experientia quidem, ut inquit Polus, artem effecit, recte dicens. Inexperientia uero fortunam. Fit autem ars, cum ex multis experientiæ conceptibus una de ſimilibus oritur uniuerſalis exiſtimatio. Nam exiſtimationem habere, hoc ægrotanti Calliæ hoc morbo atque Socrati, & compluribus item per ſingulos profuiſſe, id experientiæ nimirum eſt. At omnibus talibus per unam definitis ſpeciem ac affectis hac ægritudine contuliſſe, ut hiſce qui pituita aut bili abundabant, aut æſtu affligebantur, id iam artis L eſſe uidetur.

Hominibus autem ſcientia & ars per experien- Polus phs. tiam euenit. Experientia quidem enim artem fecit, ſicut ait Polus recte dicens, ſed inexperientia caſum. Fit autem ars cum ex multis experimentalibus cõceptiõibus, una fit uſis uelut de ſilibus acceptio. Acceptionem quidẽ enim habere quod Calliæ & Socrati hac ægritudine laborantibus hoc contulit, & ita multis ſingularium, experimenti eſt. Quod autem omnibus huiuſmodi ſecundum unam ſpeciem determinatis, hac egritudine laborantibus contulit, ut phlegmaticis, aut cholericis, aut æſtu febricitantibus, artis eſt.

Ponit generationem artis, & dicit, quod ex experientia in hominibus fit ſcientia & ars: & probat per authoritatem M Poli, qui dicit, quod experientia facit artem, ſed inexperientia caſum Quando enim aliquis inexpertus recte operatur, à caſu eſt. Modus autem quo ars fit ex experimento, eſt idẽ cum modo prædicto quo experimentum fit ex memoria. Nam ſicut ex multis memoriis fit una experimentalis ſcientia, ita ex multis experimentis apprehenſis fit uniuerſalis acceptio de omnibus ſimilibus. Vnde plus habet hoc ars quã experimentum: quia experimentum tantum circa ſingularia uerſatur, ars autem circa uniuerſalia. Quod conſequenter per exempla exponit cum dicit: { Acceptionem quidem &c. } quia cum homo accipit in ſua cognitione quod hæc medicina contulit Socrati & Platoni tali infirmitate laborantibus, & multis aliis ſingularibus, quicquid ſit illud hoc ad experientiam pertinet. Sed cum aliquis accipit quod hoc omnibus conferat in tali ſpẽ ægritudinis determinata, & ſecundum talem complexionem, ſicut ꝙ contulit febricitantibus & phlegmaticis & cholericis, id iam ad artem pertinet. Deinde cum dicit.

Atque ad agendum quidem experientia non differt ab arte. Quinetiam expertes rem magis at- N tingere uidemus, quam eos qui rationem ſine experientia habent. Idque propterea fit, quod experientia quidem ſingularium, ars autem uniuerſalium eſt cognitio. Actiones uero generationeſque omnes circa ſingularia ſane uerſantur. Nam qui medetur, non hominem ſanat niſi per accidens: ſed Calliam uel Socratem uel cæterorum aliquem: qui hoc pacto dicuntur, cui accidit hominem eſſe. Quod ſi quiſpiam ſine experientia rationem habear: & uniuerſale quidem cognoſcat, ſingulare autem quod in hoc eſt ignoret: is in medendo perſæpe peccabit. Singulare enim magis in curationem cadit ut patet.

Ad agere quidem igitur experientia quidem nihil ab arte differre uidetur. Sed expertos magis proficere uidemus, ſine experientia rationem ha- O bentibus. Cauſa autem eſt, quia experientia quidem ſingularium eſt cognitio: ars uero uniuerſalium. Actus autem & generationes omnes circa ſingularia ſunt. Non enim medicus ſanat hominem niſi ſecundum accidens: ſed Calliam, aut Socratem aut aliquem ſic dictorum, cui eſſe hominem accidit. Si igitur ſine experimento quis rationem habeat, & uniuerſale quidem cognoſcat, in hoc autẽ ſingulare ignoret, multotiens quidem peccabit. Singulare nãq; magis curabile eſt.

Comparat autem ad experimentum per modum præeminentiæ, & ſecũdum hoc duo facit. Primo comparat quantum ad actionem. Secundo quantum ad cognitionem, ibi: P { Sed tamen ſcire &c. } Dicit ergo quod quantum ad actum pertinet, experientia nihil uidetur differre ab arte. Cum .n. ad actionem uenitur, tollitur differentia quæ inter experimentum & artem erat per uniuerſale, & ſingulare, quia ſicut experimentum circa ſingularia operatur, ita & ars. Vnde prædicta differentia erat in cognoſcendo tantum. Sed Experti efficacius operãt non expertis quamuis in modo operandi ars & experimentum non differant, quia utraque circa ſingularia operatur, differunt tamẽ in efficacia operandi. Nam experti magis proficiunt in operando illis, qui habent rationem uniuerſalem artis ſine experimento. Cuius cauſa eſt, quia actiones ſunt circa ſingularia, & ſingularium ſunt omnes generationes. Vniuerſalia enim non generantur nec mouentur niſi per accidens inquantum hoc ſingularibus competit. Homo enim generatur hoc homine generato. R Vnde medicus non ſanat hominem niſi per accidens, ſed per ſe ſanat Platonem, aut Socratem, aut aliquem hominem ſingulariter dictum, cui conuenit eſſe hominem, uel accidit inquantum eſt curatus. Quamuis enim eſſe Q hominem per ſe conueniat Socrati, tamen curato & medicato per accidens conuenit, hæc eſt enim per ſe. Socrates eſt homo, quia ſi Socra. diffiniretur poneretur homo in eius diffinitione, (ut in quarto dicetur) ſed hæc eſt per accidens, curatus uel ſanatus eſt homo. T. c. 34. Vnde cum ars ſit uniuerſalium, experientia ſingularium, ſi aliquis habet rationem artis ſine experientia, erit quidem perfectus in hoc quod uniuerſale cognoſcat: ſed quia ignorat ſingulare cum experimento careat multotiens in curando peccabit: quia curatio magis pertinet ad ſingulare quàm ad uniuerſale: cum ad hoc pertineat per ſe, ad illud per accidens. Deinde cum dicit.

Attamen cognoſcere ac intelligere magis arti quam experientiæ competere arbitramur, artificeſque ſapientiores expertis eſſe cenſemus, ex eo ſane quia ſapientia in cognoſcendo magis cunctis accommodatur.

Sed tamen ſcire & obuiare, magis arte quam experimento eſſe arbitramur: & artifices expertis ſapientiores

A pientiores eſſe opinamur:tanquam magis ſit ſcire ſecundum ſapientiam omnia ſequentem.

Comparat experimentum ad artem quantum ad cognitionem,& circa hoc duo facit. Primo ponit præeminentiam artis ad experimentum. Secundo probat,ibi, { Hoc autem eſt quia hi quidem &c. } Propoſuit autem præeminentiam artis & ſcientiæ quantum ad tria ſcilicet quantum ad ſcire, quod quidem magis arbitramor eſſe per artem quam per experimentum. Item quantum ad obuiare,quod in diſputationibus accidit. Nam habens artem poteſt diſputãdo obuiare his quæ cõtra artem dicuntur,non aũt habens experimẽtum. Item quantum ad hoc q̃ artifices plus accedunt ad finem ſapientiæ quàm experti. { Tanquam magis ſit } ideſt contingat. { Scire ſapientiam ſequentem omnia } ideſt cum ſequitur uniuerſalia. Ex hoc enim artifex ſapientior iudicatur,quia uniuerſalia conſiderat quàm expertus. Vel aliter: { Tanquam magis ſit ſcire ſecundum ſapientiam omnia ſequentem. } ideſt uniuerſalia. Alia litera. { Tanquam magis ſecundum ſcire ſapientia omnia ſequente. } quaſi dicat B { Tanquam ſapientia ſequente omnia } ideſt conſequente ad unumquodq́. { Magis ſit ſecundum ſcire, } quàm ſecundum operari:ut ſcilicet dicantur ſapientes magis qui magis ſciunt,non qui magis ſunt operatiui. Vnde alia litera hũc ſenſum habet planiorem, quæ ſic dicit. { Tanquam ſm illud quod eſt ſcire magis:omnes ſequuntur ſapientiam. } Conſequenter cum dicit.

Part.ſeq. Præeminẽtia artis ad experimẽtũ in tribus.

Idq; propterea quod illi quidem cauſam ſciunt, hi uero neſciunt. Experti nanq́ eſſe quidem ſciunt ſed propter quid ſit ignorant. Illi uero propter qd & cauſam ipſam cognoſcunt. Quapropter & architectos circa ſingula præſtabiliores eſſe magiſq; ſcire, quam eos qui ſuis manibus opus artis conficiũt & ſapientiores eſſe putamus:quoniam hi quidem efficiendarum rerum cauſas ſciunt, illi uero perinde ſeſe habent atq́ inanimata, quę faciunt quidem at nulla prorſus cognitione, ut ignis urit: hæc ta- C men natura quadam, illi conſuetudine faciunt. Quibus efficitur ut ſapientiores ſint quidam, non quia peritiores ſint in agendo, ſed quia rationem habeant cauſaſq́ cognoſcant.

Hoc autem eſt quia hi quidem cauſam ſciunt,illi uero non. Experti quidem enim ipſum ſciunt quia,ſed propter quid neſciunt. Hi autem propter quid,& cauſam cognoſcunt. Vnde & architectores circa quodlibet quidem huiuſmodi honorabiliores,& magis ſcire manu artificibus putamus & ſapientiores;quia factorum cauſas ſciunt. Illi uero ſicut quædam inanimatorum faciunt quidem, nõ ſcientia autem faciunt quæ faciunt, ut ignis quidẽ exurit. Inanimata quidem igitur natura quadam unumquodq; faciunt horum, ſed manu artifices propter conſuetudinem faciunt. tanquam non ſe- D cundum practicos eſſe ſapientiores ſint, ſed ſecundum quod rationes habent ipſi, & cauſas cognoſcunt.

Probat prædictam præeminentiam tripliciter. Prima probatio talis eſt. Illi qui ſciunt cauſam & propter quid, ſcientiores ſunt & ſapientiores illis qui ignorant cauſam, ſed ſolum ſciunt quia. Experti autem ſciunt quia,ſed neſciunt propter quid. Artifices uero ſciunt cauſam, & propter quid, & non ſolum quia,ergo ſapientiores & ſcientiores ſunt artifices expertis. Primo primam probat cum dicit. { Vnde & architectores &c. } Probatio talis eſt. Illi qui ſciunt cauſam & propter quid comparantur ad ſcientes tantum quia, ſicut architectonicæ artes ad artes artificum manu operantium. Sed architectonicæ artes ſunt nobiliores:ergo & illi qui ſciũt cauſas & propter quid, ſont ſcientiores & ſapientiores ſcientibus tantum quia. Huius probationis prima ex hoc apparet quia architectores ſciunt cauſas factorum. Ad cuius intellectum ſciendum eſt quod architector dicitur quaſi principalis artifex. ab ἀρχὸς quod eſt princeps, & τέχνη quod eſt ars. Dicitur autem ars principalior illa quæ principaliorem operationem habet. Operationes autem artificum hoc modo diſtinguuntur,quia quædam ſunt ad diſponẽdum materiam artificii:ſicut carpentarii ſecando ligna & complanando, diſponunt materiam ad formam nauis. Alia eſt operatio ad inductionem formæ:ſicut cum aliquis ex lignis diſpoſitis & præparatis, nauem compaginat. Alia eſt operatio in uſum rei iam conſtitutæ, & illa eſt principaliſſima. Prima autem eſt infima,quia prima ordinatur ad ſecundam, & ſecunda ad tertiam. Vnde nauis factor eſt architector reſpectu eius qui præparat ligna. Gubernator autem qui utitur naui iam facta,eſt architector reſpectu nauis factoris. Et quia materia eſt propter formam,& talis debet eſſe materia quæ formæ competat. Ideo nauifactor ſcit cauſam quare ligna debeãt eſſe ſic diſpoſita,quod neſciunt illi qui præparant ligna. Similiter cum tota nauis ſit propter uſum ipſius,ille qui naui utitur,ſcit quare talis forma debeat eſſe. Ad hoc enim debet talis eſſe,ut tali uſui conueniens ſit. Et ſic patet q̃ ex forma artificii ſumitur cauſa operationum quæ ſunt circa diſpoſitionem materiæ. Et ex uſu ſumitur cauſa operationum quæ ſunt circa formam artificiati. Et ſic manifeſtum eſt q̃ architectores factorum cauſas ſciunt. Illos uero ſcilicet manu artifices iudicamus uel denominamus, ſicut quædam inanimatorum. Et hoc non ideo quia faciunt operationes artificiales,ſed quia quæ faciunt,incognita faciunt. Sciunt enim quia, ſed cauſas non cognoſcunt: ſicut etiam ignis exurit abſq́ aliqua cognitione. Eſt igitur quantum ad hoc ſimilitudo inter inanimata & manu artifices, q̃ ſicut abſq́ cauſæ cognitione inanimata operantur ut ordinata ab aliquo ſuperiori intellectu in proprium finem,ita & manu artifices. Sed in hoc eſt differentia,quia inanimata faciunt unumquodque ſuorum operum per naturam,ſed manu artifices per conſuetudinem:quæ licet uim naturæ habeat inquantum ad unum inclinat determinate,tamen a natura differt in hoc quod eſt circa ea quæ ſunt ad utrumlibet ſecundum humanam cognitionem. Naturalia enim non conſueſcimus, ſicut dicitur in ſecundo Ethicorum. Nec etiam cognitione carentium eſt conſueſcere. Hæc autem quæ dicta ſunt, ſic ſunt conſideranda tanquam ex eis appareat quod aliqui non ſunt ſapientiores ſecundum quod eſt. { Practicos. } ideſt operatores eſſe, quod conuenit expertis: ſed ſecundum quod aliqui habent rationem de agendis, & cognoſcunt cauſas agendorum, ex quibus rationes ſumuntur: quod conuenit architectoribus. Deinde cum dicit.

E

architectores & unde dicantur.

F

G

Cap.2.

Omnino autem docere poſſe,ſcientis ſignum eſſe cenſemus. Quapropter artem magis quam experientiam,ſcientiam eſſe putamus. Artifices enim docere poſſunt,experti non poſſunt.

Et omnino ſignum ſcientis eſt poſſe docere, & ob hoc magis artem experimento ſciẽtiam eſſe exiſtimamus. Poſſunt enim hi docere:hi autem docere non poſſunt. H

Ponit ſecundam rationem quæ talis eſt. Signum ſcientis eſt poſſe docere:quod ideo eſt, quia unumquodque tunc eſt perfectum in actu ſuo:quando poteſt facere alterum ſibi ſimile:ut dicitur .iiii. Meteororum. Sicut igitur ſignum caliditatis eſt quod poſſit aliquid calefacere, ita ſignum ſcientis eſt quod poſſit docere,quod eſt ſcientiam in alio cauſare. Artifices autem docere poſſunt, quia cum cauſas cognoſcant, ex eis poſſunt demonſtrare. Demonſtratio autem eſt Syllogiſmus faciens ſcire, ut dicitur primo Poſteriorum. Experti autem non poſſunt docere, quia non poſſunt ad ſcientiam perducere cum cauſam ignorent. Et ſi ea quæ experimento cognoſcunt aliis tradant, non recipientur per modũ

T.c.19.

T.c.5. Lec 4.

I ſcientiæ, ſed per modum opinionis uel crudelitatis. Vnde patet ꝙ artifices ſunt magis ſapientes & ſcientes expertis. Deinde cum dicit.

Præterea, n . llum ſenſum eſſe ſapientiam arbitramur. Quáquam enim his proprusſimæ ſunt cognitiones ſingularium rerum, de nulla tamen propter quid dicunt. Non enim cur ignis eſt calidus, ſed tantum ipſum calidum eſſe dicunt.

Amplius autem ſenſuum, nec unum ſapientiam eſſe ponimus, cum & his ſingulorum cognitiones maxime ſint propriæ. Sed propter quid de nullo dicunt: ut propter quid ignis calidus, ſed quia calidus ſolum ſit.

Ponit tertiam rationem quæ talis eſt. Cognitiones ſingularium magis ſunt propriæ ſenſibus quàm alicui alteri cognitioni, cum omnis cognitio ſingularium a ſenſu oriatur. Sed K tamen. { Nec unum. } ideſt nullum ſenſum dicimus ſapientiam ſcilicet propter hoc ꝙ licet aliquis ſenſus cognoſcat qa tamen non propter quod cognoſcit. Tactus enim iudicat ꝙ ignis calidus eſt, non tamen apprehendit propter quid: ergo experti qui habent ſingularium cognitionem cauſam ignorantes, ſapientes dici non poſſunt. Deinde cum dicit.

Atqui uerisimile eſt eum hominem qui primo præter communes ſenſus, quáuis artem inuenerit non ſolum ob utilitatem quæ ab inuentis proficiſcitur, ſed ut ſapientem etiam antecellentemꝗ cęteris, admiratione ab hominibus affici. Atꝗ cum complúres artes inuenirentur, & aliæ ad neceſſaria, alię ad degendum conſerrent: ſemper tales ſapiẽtiores illis putamus, propterea ꝙ ſcientię ipſorũ non ad uſum pertineant. Quocirca cunctis iam talibus comparatis eę ſcientiarum inuentę ſunt, quę neq; ad uolu L ptatem neꝗ ad neceſſaria comparãda conducunt. Primoꝗ iis in locis ubi primum homines ocio indulſerunt. Quapropter mathematicę artes primo circa Aegyptum obortę ſunt: illic enim conceſſum eſt ut ſacerdotes ocio uacent. Dictum eſt igitur in morum libris quid intereſt inter artem atꝗ ſcientiam cęteroſq; ſimilis generis habitus.

Primum quidem igitur conueniens eſt quamlibet artem inuenientem ultra communes ſenſus, ab hominibus mirari, non ſolum propter aliquam inuentorum utilitatem, ſed ſicut ſapientem, & ab aliis diſtinguentem. Pluribus autem repertis artibus, & aliis quidem ad neceſſaria: aliis uero ad introductionem exiſtentibus, ſemper tales illis ſapiẽtiores eſſe arbitrandum eſt, propter id quod illorũ M ſcientię ad uſum non ſunt. Vnde omnibus talibus rebus iam partis, quę non ad uoluptatem, nec ad neceſſitatem ſcientiarum, repertę ſunt. Et primum in his locis ubi uacabant. Vnde circa Aegyptum mathematicę artes primum ſubſtiterunt. Ibi nanꝗ gens ſacerdotum uacare dimiſſa eſt. In moralibus quidem igitur, quę ſit artis & ſcientię differentia & ſimilium generum: dictum eſt.

Comparat artem actiuam ſpeculatiuæ, & circa hoc duo facit. Primo oſtendit ꝙ ars ſpeculatiua magis eſt ſapientia quàm actiua. Secundo reſpondet cuidam obiectioni, ibi: { In moralibus. } Oſtendit autem quod primo dictum eſt, tali ratione. In quibuſcunꝗ ſcientiis uel artibus inuenitur id propter quod homines ſcientes præ aliis hominibus in admiratione uel honore habentur, illæ ſcientiæ ſunt magis honorabiles, & magis dignæ nomine ſapientiæ. Quilibet autem inuentor artis habetur in admiratione, propter hoc ꝙ habet ſenſum & iudicium & diſcretionem cauſæ ultra aliorum hominum ſenſum, & non propter utilitatem illorum quæ inuenit, ſed magis admiramur. { Sicut ſapientem & ab aliis diſtinguentem. } Sapientem quidem quantum ad ſubtilem inquiſitionem cauſarum rei inuentæ: diſtinguentem uero quantum ad inueſtigationem differentiarum unius rei ad aliam, uel aliter. { Ab aliis diſtinguentem. } ut paſſiue legatur. quaſi in hoc ab aliis diſtinguatur. Vnde alia litera habet. { Differentem. } ergo ſcientiæ aliquæ ſunt magis admirabiles & magis dignæ nomine ſapientiæ propter eminentiorẽ ſenſum, & non propter utilitatem. Cum igitur plures artes ſint repertæ quantum ad utilitatem, quarum quædam ſunt ad uitæ neceſſitatem, ſicut mechanicæ. quædam uero ad introductionem in aliis ſcientiis, ſicut ſcientiæ logicales: illi artifices dicendi ſunt ſapientiores, quorum ſcientiæ non ſunt ad utilitatem inuentæ, ſed propter ipſum ſcire. cuiuſmodi ſunt ſcientiæ ſpeculatiuæ. Et ꝙ ſpeculatiuæ ſcientiæ non ſint inuentæ ad utilitatem, patet per hoc ſignum: quia { Iam partis. } ideſt acquiſitis uel repertis omnibus huiuſmodi quæ poſſunt eſſe ad introductionem in ſcientiis, uel ad neceſſita- O tem uitæ, uel ad uoluptatem, ſicut artes quæ ſunt ordinatæ ad hominum delectationem: ſpeculatiuæ non ſunt propter huiuſmodi repertæ, ſed propter ſeipſas. Et ꝙ non ſint ad utilitatem inuentæ patet ex loco quæ inuentæ ſunt. In locis. n. illis primo repertæ ſunt, ubi primo homines ſtuduerunt circa talia. Alia litera habet. { Et primum his locis ubi uacabant } ideſt ab aliis occupationibus quieſcentes ſtudio uacabant quaſi neceſſariis abundantes. Vnde & circa Aegyptum primo inuentæ ſunt artes mathematicæ, quæ ſunt maxime ſpeculatiuæ à ſacerdotibus qui ſunt conceſſi ſtudio uacare: & de publico expenſas habebant, ſicut etiam legitur in Geneſi. Sed quia uſus nomine artis fuerat & ſapientiæ & ſcientiæ quaſi indifferenter, ne aliquis putet hæc omnia eſſe nomina ſynonyma idem penitus ſignificantia, hanc opinionem remouet & remittit ad librum moralium, ideſt ad ſextum P Ethicorum, ubi dictum eſt, in quo differant ſcientia & ars, & ſapientia, & prudentia, & intellectus. Et ut breuiter dicatur ſapientia & ſcientia & intellectus ſunt circa partem animæ ſpeculatiuam, quam ibi ſcientificum animæ appellat. Differunt autem, quia intellectus eſt habitus principiorum primorum demonſtrationis. Scientia uero eſt concluſionis ex cauſis inferioribus. Sapientia uero conſiderat cauſas primas. Vnde ibidem dicitur caput ſcientiarum. Prudentia uero, & ars eſt circa animæ partem practicam, quæ eſt ratiocinatioa de contingentibus operabilibus à nobis. Et differunt. Nam prudentia dirigit in actionibus quæ non tranſeunt ad exteriorem materiam, ſed ſunt perfectiones agentis, unde dicitur ibi ꝙ prudentia eſt recta ratio agibilium. Ars uero dirigit in factionibus quæ in materiam exteriorem tranſeunt, ſicut ædificare & ſecare: unde dicitur ꝙ ars eſt recta ratio factibilium. Deinde cum dicit.

Vbi ſint primo inuentæ mathematicæ artes & a quibus.

Lec. 4. Cap. 4 & 5.

Lec. 4.

Lec. 4.

Lib. 6 ethi. Cap. 3.

Sed cuius gratia ſermonem nũc facimus, id eſt. Q Omnes enim eam ſcientiam quę ſapientia nuncupatur circa primas cauſas & principia eſſe putant. Quapropter expertus (ut prius eſt dictum) ſenſum quemuis habentibus: artifex, expertis: architectus, manus conficientibus, opus artis contemplator, effectore ſapientior eſſe uidetur. Patet igitur ſapientiam circa principia quędam cauſaſue ſcientiam eſſe.

Cuius autẽ gratia nunc ſermonem facimus hoc eſt, quia denominatã ſapientiam circa primas cauſas. & principia exiſtimant omnes. Quare ſicut dictum eſt prius, expertus quidem quemcunq; ſenſum habentibus ſapiẽtior eſſe uidetur: Artifex autem expertis, architector autem manu artifice, ſpeculatiui autẽ magis actiuis. Quod quidem igitur ſapientia & circa quaſdam cauſas & principia ſit ſcientia, manifeſtum eſt.

Lec. 3.

Oſtendit

A Oſtendit ex præhabitis principale propoſitum, ꝙ.ſ. ſapiētia ſit circa cauſas. Vnde dicit ꝙ hoc eſt cuius gratia. { Nūc ſermonem facimus. } ideſt ratiocinationem prædictam, qa ſcientia illa quæ denominatur ſapientia, uidetur eſſe circa primas cauſas, & circa prima principia. Quod quidem patet ex præhabitis. Vnuſquiſq; enim tanto ſapientior eſt, quanto magis accedit ad cauſæ cognitionē: quod ex præhabitis, patet quia expertus eſt ſapientior, eo qui ſolum habet ſenſum ſine experimento. Et artifex eſt ſapientior experto quocunq;. Et inter artifices architector eſt ſapientior manu artifice. Et inter artes etiam & ſcientias, ſpeculatiuæ ſunt magis ſcientiæ quàm actiuæ. Et hæc omnia ex prædictis patent. Vnde relinquitur ꝙ illa ſcientia quæ ſimpliciter eſt ſapientia, eſt circa cauſas. Et eſt ſimilis modus arguendi ſicut ſi diceremus. Illud quod eſt magis calidum, eſt magis igneum: unde quod ſimpliciter eſt ignis, eſt calidum ſimpliciter. Lec. II.

Sap ſitiaeſt circa cā.

Quoniam autem hanc ſcientiā quærimus, hoc erit nobis conſiderandum: quarum inquam cauſarum principiorumq; ſcientia ſapientia eſt. Si igitur
B exiſtimationes quiſpiam eas quas circa ſapiētes habemus ſumpſerit, id forſitan inde magis perſpicuū fiet. Primum itaq; exiſtimamus ſapientem omnia ſcire, maxime quo ad fieri poteſt non per ſingula ſcientiam ipſorum habentem.

Cap 2. proœ. Voniam autem ſcientiam hanc quęrimus circa quales cauſas, & circa qualia principia ſapientia & ſcientia ſit, hoc utiq; conſiderandum erit. Si itaq; accipiat aliquis exiſtimationes quas de ſapiente habemus, fortaſſis ex his manifeſtum erit. Primum itaq; ſapientem ſcire omnia maxime, ſicut decet, accipimus nō ſingularem ſciētiam eorum habentem.

POSTQVAM Philoſophus oſtendit ꝙ ſapientia ſit quædam ſcientia circa cauſas exiſtens, hic uult oſtendere circa quales cauſas & circa qualia principia ſit. Oſtendit autem ꝙ eſt circa cauſas maxime uniuerſales & primas, & argumē
C tatur à diffinitione ſapientiæ. Vnde circa hoc tria facit. Primo colligit diffinitionem ſapientiæ ex his quæ homines de homine ſapiente & ſapientia opinantur. Secundo oſtendit ꝙ omnia iſta conueniunt uniuerſali ſcientiæ quæ conſiderat cauſas primas & uniuerſales. ibi: { Iſtorum autem &c. }
p.7 h.le. Tertio concludit propoſitū. ibi: { Ex omnibus ergo &c. } Circa primum ponit ſex opiniones hominum communes ꝗ de ſapientia habentur. Primam. ibi: { primum itaq; &c. }
Sex cōdō. nes ſapiētu prima. quæ talis eſt, ꝙ communiter omnes accipimus ſapientē maxime ſcire omnia, ſicut eum decet: non ꝙ habeat notitiā de omnibus ſingularibus. Hoc enim eſt impoſſibile, cum ſingularia ſint infinita, & infinita intellectu comprehendi non poſſunt. Deinde cum dicit.

Deinde ſapientem cum eſſe putamus, qui difficilia homini, non facilia cognitu cognoſcere poteſt. Sentire.n.omnibus eſt cōmune, quapropter facile & haud ſapiens eſt.

D Poſt ea difficilia cognoſcere potentem, nec leuia homini noſcere, hunc ſapientem dicimus. Sentire enim omnium eſt commune, quare facile, & non ſophon.

Secunda. Secundam ponit, & eſt iſta, ꝙ illum ſapientem ponimus eſſe qui eſt potens ex uirtute ſui intellectus cognoſcere difficilia, & illa quæ non ſunt leuia communiter hominibus ad ſciendum, quia commune eſt omnibus ſentire ideſt ſenſibilia cognoſcere. Vnde hoc eſt facile, & non eſt ſophon, ideſt aliquid ſapientis & ad ſapientem pertinens. Et ſic patet ꝙ id quod proprie ad ſapientem pertinet, non leuiter ab omnibus cognoſcitur. Deinde cum dicit.

Præterea magis exactum.

Adhuc certiorem.

Tertia. Tertiam ponit, & eſt, ꝙ nos dicimus illum ſapientem eſſe qui de his quæ ſcit, habet certitudinem magis quàm alii cōmuniter habeant. Deinde cum dicit. B

Magiſq; habilem ad principia tradenda, cauſaſq; docentem, ſapientiorem eſſe circa ſcientiam quamlibet arbitramur.

Et magis cauſas docentem, ſapientiorem circa omnem eſſe ſcientiam.

Quartam ponit, & eſt talis. Illum dicimus magis ſapientē in omni ſcientia, qui poteſt aſſignare cauſas cuiuslibet quæſiti & per hoc docere. Deinde cum dicit. Quarta.

Scientiarum etiam eam quæ ſui cauſa ſciendiq; gratia eſt expetibilis, magis ſane quā ea quę eſt euētus gratia, ſapientiam eſſe cenſemus.

Sed & hanc ſcientiarum quę ſuipſius cauſa eſt, & ſciendi gratia eligibilis ē, magis eſt ſapientia quē quę contingentium gratia.

Quintam ponit, & eſt, ꝙ illa de numero ſcientiarum eſt ſapientia quæ per ſe eſt magis eligibilis & uoluntaria, ideſt Quinta.
uolita gratia ſcientiæ, & propter ipſum ſcire, quàm illa ſcientia quæ eſt cauſa quorumcunq; aliorum contingētium, quæ F
poſſunt ex ſcientia generari: cuiuſmodi eſt neceſſitas uitæ, delectatio & huiuſmodi alia. Deinde cum dicit.

Et magis principem, idētitatem magis quā ſubminiſtrantem. Non enim pręcepta ſapientem ſuſcipere, ſed pręcipere; nec hunc alii, ſed huic minus ſapientem obtemperare oportere cenſemus. Tales igitur & tot de ſapientia & ſapientibus exiſtimationes habemus.

Et hanc ſapientiam magis famulante antiquiorem eſſe. Non enim ordinari, ſed ſapientem ordinare oportet: neq; hunc ab altero, ſed ab hoc minus ſapientem ſuaderi. Tales quidem igitur æſtimationes, & tot de ſapientia & ſapientibus habemus. Alia iſta E e pricipalior ſubſeruiēte magis eſt ſapientem.

Sextam ponit, & eſt talis, ꝙ iſtam ſapientiam de qua facta eſt mentio oportet eſſe uel dicimus eſſe, { Magis antiquiorem. } ideſt digniorem. { Famulante ſcientia. } Quod quidem ex præhabitis intelligi poteſt. Nam in artibus mechanicis famulantes ſunt illæ, quæ exequuntur manu operādo præcepta ſuperiorum artificum, quos ſupra architectores & ſapientes nominauit. Et ꝙ magis conueniat ratio ſapientiæ ſcientiis imperantibus quàm famulantibus probat per duo Primo, quia ſcientiæ famulantes ordinantur à ſuperioribus ſcientiis. Artes enim famulantes ordinantur in finem ſuperioris artis, ſicut ars equeſtris ad finem militaris. Sed ſapientem ſecundum omnem opinionem non decet ordinari ab alio, ſed ipſum potius alios ordinare. Item inferiores architectores perſuadentur à ſuperioribus, inquantum credunt ſuperioribus artificibus circa operanda uel fienda. Credit enim nauifactor gubernatori docenti qualis debet eſſe forma nauis. Sapienti autem non conuenit ut ab alio perſuadeatur, ſed ꝙ ipſe aliis perſuadeat ſuam ſententiam. Iſtæ igitur ſunt tales opiniones quas homines accipiunt de ſapientia & ſapiente. Ex quibus omnibus poteſt quædam ſapientiæ deſcriptio formari, ut ille ſapiens dicatur qui ſcit omnia etiam difficilia per certitudinem & cauſam, ipſum ſcire propter ſe quærens, & alios & perſuadens. Et ſic patet quaſi maior ſyllogiſmi. Nam omnem ſapientem oportet talem eſſe, & econuerſo, quicunque eſt talis ſapiens eſt. Deinde cum dicit.

Sexta. Lec.I. G

Sapiētię de ſapiēte. H

Horum autem primum, omnia inquam ſcire, ei competat qui maxime ſcientiam habet uſem neceſſe eſt. Iſte nāq; ſcit qūo ſeſe habēt uniuerſa ſubiecta.

Iſtorum autē, hęc quidem omnia ſcire, uniuerſalem ſcientiam maxime habenti ineſſe neceſſe eſt: hic autem nouit omnia aliqualiter ſubiecta.

Oſtendit ꝙ omnia prædicta conueniunt ei qui cognoſcit primas cauſas & uniuerſales, & eo ordine proſequitur quo ſupra poſuit. Vnde primo poſuit ꝙ habenti ſcientiam uniuer-

I ſale mmaxime inſit omnia ſcire, quod erat primũ. Quod ſic patet. Quicũq; enim ſcit uniuerſalia, aliquo modo ſcit ea quæ ſunt ſubiecta uſibus, quia ſcit ea in prima, ſed his quæ ſunt maxime uniuerſalia ſunt omnia ſubiecta. Ergo ille qui ſcit maxime uſia, ſcit quoddam modo omnia. Deinde cum dicit.

Fere autem & ea ſunt hominibus difficillima cognitu, quæ maxime uniuerſalia ſunt. Longiſſime nanque a ſenſibus diſtant.

Sed fere autem & difficillima ſunt ea hominibus ad cognoſcendum, quæ maxime ſunt uniuerſalia. Nam a ſenſibus ſunt remotiſſima.

Oſtendit eidem ineſſe ſecũdum, tali ratione. Illa quæ ſunt maxime a ſenſibilibus remota, difficilia ſunt hominibus ad

K cognoſcendum. Nam ſenſitiua cognitio eſt omnibus communis, cum ex ea omnis humana cognitio initium ſumat. Sed illa quæ ſunt maxime uniuerſalia, ſunt ſenſibilibus remotiſſima, eo q; ſenſus ſingularium ſunt: ergo uniuerſalia ſunt difficillima hominibus ad cognoſcendum. Et ſic patet q; illa ſcientia eſt difficillima, quæ eſt maxime de uniuerſalibus. Sed contra hoc uidetur eſſe q; habetur primo phyſi. Ibi enim dicitur q; magis uniuerſalia ſunt nobis primo nota. Illa autem quæ ſunt primo nota, ſunt magis facilia. Sed dicendum q; magis uniuerſalia ſm ſimplicem apprehenſionem ſunt primo nota. Nam primo in intellectu cadit ens, ut Auicẽna dicit, & prius in intellectu cadit animal q̃ homo. Sicut enim ineſſe naturæ quod de potẽtia in actum procedit prius eſt animal q̃ homo, ita in generatione ſcientiæ prius in intellectu concipitur animal q̃ homo. Sed quantum ad inueſtigationem naturalium proprietatum & cauſarum, prius ſunt nota minus communia, eo q; per cauſas particulares quæ ſunt unius generis, uel ſpeciei peruenimus in cauſas uniuerſales. Ea autem quæ ſunt uniuerſalia in cauſando, ſunt poſterius nota quo ad nos, licet ſint prius nota ſm naturam, quamuis uniuerſalia per prædicationem ſint aliquo modo prius quo ad nos nota, q̃ minus

L uniuerſalia, licet non prius nota q̃ ſingularia. Nam cognitio ſenſus qui eſt cognoſcitiuus ſingularium, in nobis præcedit cognitionem intellectiuam quæ eſt uniuerſalium. Faciẽda eſt etiam uis in hoc q; maxime uniuerſalia non dicit ſimpliciter eſſe difficillima: { Sed fere. } Illa enim quæ ſunt a materia penitus ſeparata ſm eſſe, ſicut ſubſtantiæ imateriales, ſunt magis difficilia nobis ad cognoſcendum, q̃ etiam uſia: & ideo iſta ſcientia quæ ſapientia dicitur, quamuis ſit prima in dignitate, eſt tamen ultima in addiſcendo. Deinde cum dicit.

Te cõ 4. uniuerſalia ſunt primo nota q̃ ſenſus.

Exactiſſimæ præterea ſcientiarum eæ ſunt, quæ primorum maximę ſunt. Etenim quę paucioribus accipiuntur, exactiores his ſunt, quæ ex additione ſumũtur: quo pacto Arithmeticam exactiorem eſſe Geometria conſtat.

Scientiarum uero certiſſimæ ſunt, quæ maxime priorum ſunt. Nam quæ ſunt ex paucioribus, certiores ſunt ex additione dictis: ut. Arithmetica Geometria.

M Oſtendit tertium eidem ineſſe tali ratione. Quanto aliquæ ſcientiæ ſunt priores naturaliter, & tãto ſunt certiores: quod ex hoc patet, quia illæ ſcientiæ quæ dicuntur ex additione ad alias, ſunt minus certæ ſcientiis quæ pauciora in ſua conſideratione comprehendunt, ut Arithmetica certior eſt Geometria. Nam ea quæ ſunt in Geometria, ſunt ex additione ad ea quæ ſunt in Arithmetica. Quod patet ſi conſideremus in quod utraque ſcientia conſiderat, ut primum principium. ſ. unitatem & punctum. Punctus enim addit ſupra unitatem ſitum. Nam ens indiuiſibile rationem unitatis cõſtituit. Et hæc ſm q; habet rationem menſuræ fit principium numeri. Punctus autem ſupra hoc addit ſitum. Sed ſcientiæ particulares ſunt poſteriores ſm naturam uniuerſalibus ſcientiis, quia ſubiecta earum addunt ad ſubiecta ſcientiarum uniuerſalium: ſicut patet q; ens mobile, de quo eſt Naturalis philoſophia, addit ſupra ens ſimpliciter, de quo eſt Metaphyſica, & ſupra ens quantum, de quo eſt Mathematica: ergo ſcientia illa quæ eſt de ente & maxime uniuerſalibus eſt certiſſima. Nec eſt cõtrarium, quia dicitur eſſe ex paucioribus, cum ſupra dictum ſit, q; ſciat omnia. Nam uniuerſale quidem cõprehendit pauciora in actu, ſed plura in potentia. Et tanto aliqua ſcientia eſt certior, quanto ad ſui ſubiecti conſiderationem pauciora actu conſideranda requiruntur. Vnde ſcientiæ operatiuæ ſunt incertiſſimæ, quia oportet q; conſiderent multas ſingularium operabilium circunſtantias. Deinde cum dicit. N

1. poſt. Lec 41. Scihns uſi certior.

At uero magis etiam ad docendum accommodata eſſe uidetur ea ſcientia, quæ cauſarum magis eſt contemplatrix: hi nanq; docent, qui cauſas circa ſingula dicunt atque aſſignant.

Eſt & doctrinalis quæ cauſarũ eſt ſpeculatrix magis. Hi nanque docent qui cauſas de ſingulis dicũt.

Oſtendit quartum eidem ineſſe tali ratione. Illa ſcientia eſt magis doctrix uel doctrinalis, quæ magis conſiderat cauſas. Illi enim ſoli docent qui cauſas de ſingulis dicunt, quia ſcire per cauſam eſt, & docere eſt ſcientiam in aliquo cauſare. O Sed illa ſcientia quæ uniuerſalia cõſiderat, cauſas primas omnium cauſarum conſiderat, unde patet q; ipſa eſt maxime doctrix. Deinde cum dicit.

Cognoſcere etiam atque ſcire, cognoſcendi ſciendique cauſa ei maxime competit, quæ maxime ſcibilis ſcientia eſt. Qui nanque ſcire expetit ob idipſum, is eam expetet maxime, quæ maxime ſcientia eſt. At talis eſt ea quę maxime ſcibilis eſt. Prima uero & cauſæ maxime ſcibilia ſunt. Ob hæc enim atque ex hiſce cætera, & non hæc per ſubiecta cognoſci ſolent.

Et noſcere, & ſcire ſui gratia maxime ineſt ei, quę maxime ſcibilis ſcientia. Nam qui quidem ſcire propter ſe deſiderat, ipſam maxime ſcientiam, maxime deſiderabit. Talis autẽ eſt quę maxime ſcibilis. Maxime autem ſcibilia prima principia & cauſæ. Nam propter hæc & ex his alia dignoſcuntur, ſed non hæc per ſubiecta. P

Oſtendit quintum eidem ineſſe tali ratione. Illarum ſcientiarum maxime eſt ſcire & cognoſcere earum cauſa. i. propter ſeipſas, & non propter alias, quæ ſunt de maxime ſcibilibus, ſed illæ ſcientiæ quæ ſunt de primis cauſis ſunt de maxime ſcibilibus, igitur illæ ſcientiæ maxime ſui gratia deſiderantur. Primam ſic probat. Qui deſiderat ſcire propter ſcire, magis deſiderat ſcientiam. Sed maxima ſcientia eſt de maxime ſcibilibus, ergo illæ ſcientiæ ſunt magis deſideratæ propter ſeipſas quæ ſunt de magis ſcibilibus. Secundam probat ſic. Illa ex quibus & propter quæ alia cognoſcuntur ſunt magis ſcibilia his quæ per ea cognoſcuntur, ſed per cauſas & principia alia cognoſcunt & non econuerſo. &c. Deinde cũ dicit.

Princeps quoque maxime ſcientiarum ac magis q̃ ſubminiſtrans eſt ea, quę gratia cuius agendum eſt unumquodq; cognoſcit. Hoc autem eſt ipſum in ſingulis bonum, atque id omnino quod eſt ſummum in omni natura bonum.

Maxime uero principalis ſcientiarum, & maxime principalis ſubſeruiente, quę cognoſcit cuius cauſa ſunt agenda ſingula. Hoc autem eſt bonum uniuſcuiuſque: totaliter autem optimum in natura omni. Q

Oſtendit ſextum ineſſe eidem, & eſt ratio talis. Illa ſcientia ſe habet ad alias ut principalis, ſiue ut architectonica ad ſeruilem ſiue ad famulantem quæ conſiderat cauſam finalẽ, cuius cauſa agenda ſunt ſingula, ſicut apparet in his quæ ſupra diximus. Nam gubernator ad quem pertinet uſus nauis qui eſt finis nauis, eſt quaſi architector reſpectu nauifactoris qui ei famulatur. Sed prædicta ſcientia maxime conſiderat cauſam finalem rerum omniũ. Quod ex hoc patet, quia hoc cuius cauſa agenda ſunt ſingula: { Eſt bonum uniuſcuiuſque .i. } particulare bonum. Finis autem bonum eſt in unoquoq; genere. Id uero quod eſt finis omniũ. i. ipſi uniuerſo eſt hoc

Lec. prima

quod

A quod eſt optimum in tota natura, & hoc pertinet ad conſiderationem prædictæ ſcientiæ, ergo prædicta eſt pricipalis ſiue architectonica omnium aliarum. Deinde cum dicit.

Ex omnibus igitur quę dicta ſunt, in eandem cadit ſcientiam id quod quęritur nomen. Nam primorum ipſam principiorum ac cauſarum contemplatricem eſſe oportet. Summum enim bonum & id gratia cuius, una eſt cauſarum.

Ex omnibus ergo quę dicta ſunt, in eandem cadit ſcientiam quęſitum nomen. Oportet enim hác primorum principiorum & cauſarum eſſe ſpeculatiuam: etenim bonum & quod cuius gratia una cauſarum eſt.

Concludit ex prædictis concluſionem intentam dicens, ꝙ ex omnibus prædictis apparet ꝙ in eandem ſcientiam cadit B nomen ſapientiæ, quod quærimus. ſ. in illam ſcientiam quæ eſt theorica. i. ſpeculatiua primorum principiorum & cauſarum. Hoc autem manifeſtum eſt quantum ad ſex primas cõditiones, quæ manifeſte pertinent conſideranti uniuerſales cauſas. Sed quia ſexta conditio tangebat finis conſiderationem, quæ apud antiquos non manifeſte ponebatur eſſe cauſa, ut infra dicetur, ideo ſpecialiter oſtendit ꝙ hæc conditio eſt eiuſdem ſcientiæ, quæ. ſ. eſt conſideratiua primarũ cauſarum, quia. ſ. ipſe finis qui eſt bonum, & cuius cauſa fiunt alia, eſt una de numero cauſarum. Vnde ſcientia quæ conſiderat primas & uniuerſales cauſas, oportet etiam ꝙ conſideret uniuerſalem finem omnium, quod eſt optimum in tota natura.

Lectio. III.

Non eſſe aũt effectricem, ex his etiam qui primo philoſophati ſunt patet. Ob admirationes enim homines & nũc & primo philoſophari cęperunt. Principio quidem facilia mirabilium admirantes, deinde paulatim ſic procedentes & de maioribus dubi- C tantes, ut de Lunę ac Solis affectibus, de ſtellis, de ortu etiam uniuerſi. Qui uero dubitat & admiratur, is ignorare ſe arbitratur. Quapropter & fabularum amator, philoſophus quodammodo eſſe uidetur: ex mirabilibus enim fabula cõſtat. Quare ſi ut ignorationem fugiant philoſophati ſunt, patet ob cognitionem, & non uſus cuiuſquam gratia ſcientiam illos eſſe ſecutos.

Cap. 3.

QVia uero non actiua, palam ex primis philoſophantibus. Nam propter admirari homines nunc & primum inceperũt philoſophari, a principio quidem pauciora dubitabilium mirantes: deinde paulatim procedentes, & de maioribus dubitantes, ut de Lunę paſſionibus, & de his quę circa Solem & aſtra, etiam de uniuerſi generatione. Qui uero dubitat & admiratur, ignorare uidetur. Quare & philomythes, philoſophus aliqua- D liter eſt. Fabula nanq; ex miris conſtituitur. Quare ſi ad ignorantiam effugiendam philoſophati ſunt, palam quia propter ſcire, ſtudere perſecuti ſunt, & non uſus alicuius cauſa.

OSTENSO circa quæ uerſetur conſideratio huius ſciẽtiæ, oſtendit qualis ſit ſcientia iſta. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit dignitatem huius ſcientiæ. Secundo oſtendit ad quem terminum iſta ſcientia peruenire conetur. ibi: { Oportet uero aliqualiter &c. } Circa primum facit quatuor. Primo oſtendit ꝙ non eſt ſcientia actiua, ſed ſpeculatiua. Secundo ꝙ ipſa eſt libera maxime. ibi { Sed ut dicimus &c. } Tertio ꝙ non eſt humana. ibi: { Propter quod & iuſte. } Quarto ꝙ eſt honorabiliſſima. ibi: { Nec ea aliam. } Primum oſtẽdit dupliciter. Primo per rationem, ſecundo per ſignum. ibi: { Teſtatur autem hoc &c. } Primo ergo ponit talem rationem. Nulla ſcientia in qua quæritur ipſum ſcire propter ſeipſum, eſt ſcientia actiua ſed ſpeculatiua, ſed illa ſcientia quæ ſapientia eſt, uel philoſophia dicitur, eſt propter ipſum ſcire, ergo eſt ſpeculatiua & non actiua. Minorem hoc modo manifeſtat. Quicunque quærit fugere ignorantiam ſicut finem, tendit ad ipſum ſcire propter ſeipſum, ſed illi qui philoſophatur quærũt fugere ignorantiam ſicut finem, ergo tendunt in ipſum ſcire propter ſeipſum. Quod autem ignorantiam fugere quærant, patet ex hoc, quia illi qui primo philoſophati ſunt, & qui nunc philoſophantur, incipiunt philoſophari propter admirationem alicuius cauſæ. Aliter tamen a principio, & modo, quia a principio admirabantur dubitabilia pauciora quæ magis erant in promptu, ut eorum cauſæ cognoſcerentur, ſed poſtea ex cognitione manifeſtorum ad inquiſitionem occultorum paulatim procedentes inceperunt dubitare de maioribus & occultioribus, ſicut de paſſionibus Lunæ, uidelicet de eclipſi eius, & de mutatione figuræ eius quæ uariari uidetur, ſm ꝙ diuerſimode ſe habet ad Solem. Et ſimiliter dubitauerunt de his quæ ſunt circa Solem, ut de eclipſi F eius, & motu ipſius, & magnitudine eius. Et de his quæ ſunt circa Aſtra, ſicut de quantitate ipſorum, & motu eorum, & ordine, & aliis huiuſmodi, & de totius uniuerſi generatione. Quod quidam dicebant eſſe generatum caſu, quidam intellectu, quidam amore. Conſtat autem ꝙ dubitatio & admiratio ex ignorãtia prouenit. Cum enim aliquos manifeſtos effectus uidemus, quorum cauſa nos latet, eorum tunc cauſam admiramur. Et ex quo admiratio fuit cauſa inducens ad philoſophiam, patet ꝙ philoſophus eſt aliqualiter philomythes, ideſt amator fabulæ, quod proprium eſt poetarũ. Vnde primi qui per modum quendam fabularum de principiis rerum tractauerunt, dicti ſunt poetæ theologizantes, ſicut fuit Perſeus, & quidam alii qui fuerunt ante ſeptem ſapientes. Cauſa autem quare Philoſophus comparatur poetæ, eſt iſta, quia uterque circa mira uerſatur. Nam fabulæ circa quas uerſantur poetæ, ex quibuſdam mirabilibus conſtituuntur. Ipſi etiam philoſophi ex admiratione moti ſunt ad philoſophandum. Et quia admiratio ex ignorantia prouenit, patet ꝙ ad hoc G moti ſunt ad philoſophandum ut ignorantiam effugarent. Et ſic deinde patet ꝙ ſcientiam: { perſecuti ſunt } idẽ ſtudioſe quæſierunt, ſolum ad cognoſcendum, & non cauſa alicuius: { Vſus } ideſt utilitatis. Notandum eſt autem ꝙ cum prius nomine ſapientiæ uteretur, nunc ad nomen philoſophiæ ſe transfert. Nam pro eodem accipiuntur. Cum enim antiqui ſtudio ſapientiæ inſiſtentes ſophiſtæ. i. ſapientes uocarentur, Pythagoras interrogatus quid ſe eſſe profiteretur, noluit ſe ſapientem nominare, ſicut ſui anteceſſores, quia hoc præſumptuoſum uidebatur eſſe, ſed uocauit ſe philoſophum. i. amatorem ſapientiæ. Et exinde nomen ſapientis immutatum eſt in nomen philoſophi, & nomen ſapientiæ in nomen philoſophiæ. Quod etiam nomen ad propoſitum aliquid facit. Nam ille uidetur ſapientiæ amator qui ſapientiam non propter aliud, ſed propter ſeipſam quærit. Qui enim aliquid propter alterum quærit, magis hoc amat propter quod quærit ꝙ quod quærit. Deinde cum dicit.

Perſeus.

Pythagoras

Vnde prio nomen philoſophiæ.

Teſtis autem eſt, & idipſum quod accidit. Cum enim omnia neceſſaria ad facile cum uoluptateque uiuendum adeſſent, quærit talis prudentia cœpit. Quo patet ob nullam aliam utilitatem nos ipſam quærere. H

Teſtatur autem hoc, accidens. Nam fere cunctis exiſtentibus quæ ſunt neceſſariorũ & ad pigritiam & eruditionem, talis prudentia inquiri cœpit. Palam igitur quia propter nullam ipſam quærimus aliam neceſſitatem.

Probat idem per ſignum dicens, ꝙ hoc quod dictum eſt, ſcilicet ꝙ ſapientia uel philoſophia non ſit propter aliquam utilitatẽ quæſita, ſed propter ipſam ſcientiam teſtatur: { Accidens } . i. euentus, qui circa inquiſitores philoſophiæ prouenit. Nam cum eis cũcta fere exiſterent quæ ſunt ad neceſſitatem uitæ, & quæ ſunt. { Ad pigritiam } . i. ad uoluptatẽ quæ in quadam uitæ quiete conſiſtit, & quæ ſunt etiam ad

Parte 3. Parte 4. Part. penultima. Part. 5. Hæc ſcientia eſt ſpeculatiua.

I eruditionem neceſſaria, ſicut ſcientiæ logicales, quæ non propter ſe quæruntor, ſed ut introductoriæ ad alias artes, tunc primo incepit quæri talis prudentia .i. ſapiētia. Ex quo patet q non quæritur propter aliquam neceſsitatem alia a ſe, ſed propter ſeipſam. Nullus enim quærit hoc quod habetur. Vnde quia omnibus aliis habitis ipſa quæſita eſt, patet q nō propter aliquid aliud ipſa quæſita eſt, ſed propter ſeipſam. Deinde cum dicit.

Sed ut hominem eum liberū eſſe dicimus, qui ſuiipſius eſt gratia, non ob alium: ſic & ipſam ſolam ſciētiarum liberam eſſe. Eſt enim hæc ſuiipſius gratia ſola.

Sed ut dicimus homo liber qui ſuimet, & non alterius cauſa eſt ſic & hæc ſola libera eſt ſcientiarum. Sola nanque hæc ſuimet cauſa eſt.

Hic ꝓbat ſcdm.ſ. q ipſa ſit libera, & oritur tali ratione. Ille homo proprie dicitur liber, qui non eſt alterius cauſa, ſed eſt cauſa ſui pſius. Serui enim dñorum ſunt, & propter dños K operantur, & eis acquirunt quicquid acquirunt. Liberi autem homines ſunt ſuiipſorum, utpote ſibi acquirentes & operantes. Sola autē hæc ſcientia eſt propter ſeipſam, ergo ipſa ſola eſt libera inter ſcientias. Et notandum q hoc poteſt dupliciter intelligi. (Sola hæc ſcientia eſt libera, quis ſenſus.) Vno modo q hoc quod: { Dicitur hæc ſola. } demonſtret in genere omnem ſcientiam ſpeculatiuā. Et tunc uerom eſt, q ſolom hoc genus ſcientiarum propter ſeipſum quæritur. Vnde & illæ ſolæ artes liberales dicuntur, quæ ad ſciendum ordinantur. Illæ uero quæ ordinantur ad aliquam utilitatem per actionē habendā, dicuntur mechanicæ ſiue ſeruiles. Alio modo, ut demonſtret ſpecialiter iſtam philoſophiā ſiue ſapientiam, quæ eſt circa altisſimas cauſas, quia inter cauſas altisſimas etiam eſt finalis cauſa, ut ſupra dictum eſt. (Lec. 3.) Vnde oportet q hæc ſcientia conſideret oltimum & uniuerſalē finem omnium. Et ſic omnes aliæ ſcientiæ in eam ordinātur ſicut in finem. Vnde ſola iſta maxime propter ſe eſt.

Quapropter & non humana poſſesſio, ipſius, nō iniuria putaretur. Multis enim conditionibus ſerua natura hominum eſt.

L **Propter quod & iuſte non humana eius putetur poſſesſio. Multipliciter enim hominum natura ſerua eſt.**

Hic probat tertiom ſcilicet q non ſit humana. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit propoſitum. Secūdo excludit quorundam errorem .ibi: { Quare ſm Simonidem &c. } Oſtendit autem propoſitum ſuum tali ratione. (Patē. ſeq Hæc ſapiē tia non eſt hūana poſſeſſio.) Scientia quæ eſt maxime libera, non poteſt eſſe ut poſſesſio naturæ illius, qoæ multipliciter eſt miniſtra uel ancilla. Homana autem natura { In multis } .i. quātum ad multa eſt miniſtra. Ergo prædicta ſcientia non eſt humana poſſesſio. Dicitur autem humana natura miniſtra inquantom multipliciter neceſsitatibus ſubditur. Ex quo prouenit q quandoq; prætermittit id quod eſt ſm ſe quærendum, propter ea quæ ſunt neceſſaria uitæ, ſicut dicitur in .iii. Topicorum, q philoſophari melius eſt quā ditari, licet ditari quandoq; ſit magis eligendum, puta indigenti neceſſariis. (Cap. 4.) Ex quo patet q illa ſapientia tantum propter ſeipſam qoæritur, quæ nō conperit homini ut paſſesſio. M Illod enim habetur ab homine ot poſſesſio, quod ad nutum habere poteſt, & quo libere poteſt uti. (Excellētia ſapientiæ.) Ea autem ſcientia quæ propter ſe tantum quæritur, homo nō poteſt libere uti, cum frequenter ab ea impediatur propter uitæ neceſsitatem. Nec etiam ad nutum ſubeſt homini, cum ad eam perſecte homo peruenire non posſit. Illud tamen modicum quod ex ea habetur, præponderat oibus quæ ꝑ alias ſciētias cognoſcūtur.

Quare ſecundum Simonidem, Deus ſolus hunc habet honorem. At enim uirum non ſolum eam quæ ad ipſum accōmodatur, quærere decet. Quod ſi uera dicunt poetæ, & in Deum inuidentia cadit, hac in re maxime uerisſimile eſt idipſum accidere & infortunatos eos homines eſſe, qui hæc ſuperflua quærunt. Sed neque Deus inuidus eſſe poteſt, ſed ut & prouerbio dicitur, Multis in rebus mentiuntur poetæ. N

Quare ſecūdū Simonidem, ſolus quidem Deus hunc habet honorem. Virum uero non dignū quærere quę ſecundū ſe eſt ſcientiam. Sic autem dicunt aliqui poetę, quia diuinum natum eſt inuidere: & in hoc contingere maxime uerisſimile, & infortunatos omnes imperfectos eſſe. Sed nec diuinum inuidum eſſe conuenit: ſed ſecūdum prouerbium: Multa mentiuntur poetæ.

Hic excludit errorem cuioſdam Simonidis poetæ qui dicebat q; ſoli Deo competit hunc honorem habere, q uelit illam ſcientiam quæ eſt propter ſeipſam quærenda, & nō propter aliud. (Simonides poeta.) Sed noo eſt dignum oiro, q non quærat illam ſciētiam quæ eſt ſm ſuam conditionem, quæ .ſ. ordinatur ad neceſſaria uitæ, quibus homo indiget. Iſte autem error Simonidis prouenıebat ex aliquorum poetarum errore, qui dicebant q res diuina inuidet, & ex inuidia, ea quæ ad honorem O ſuum pertinent non uult Deus ab omnibus acceptari. Et ſi in aliis Deus hominibus inuidet, molto magis eſt iuſtum in hoc ſcilicet in ſciētia propter ſe quæſita, quæ eſt honorabilisſima inter omnia. Et ſm eorum, opinionem ſequitur q omnes imperfecti ſunt infortunati Fortunatos enim eſſe homines dicebant ex prouidentia deorum qui eis bona ſua communicabant. Vnde ex inuidia deorum ſua bona communicare nolētium, ſequitur q homines extra perſectionem huius ſcientiæ remanentes ſint inſortunati. Sed radix huius opinionis eſt falſisſima, quia non eſt conueniens q aliqua res diuina inuideat. (A Deo eſt relegata inuidia.) Quod ex hoc patet, quia inuidia eſt triſtitia de proſperitate alicuios. Quod quidem accidere non poteſt, niſi quia bonum alterius æſtimatur ab inoido, ot proprii boni diminutio. Deo autem non conuenit eſſe triſtem cum non ſit alicui malo ſubiectus. Nec etiam per bonum alterius eius bonum diminui poteſt, quia ex eius bonitate ſicut ex indeficienti fonte omnia bona effluont. Vnde etiam Plato dixit, quòd à Deo eſt omnis relegata inuidia. (Prouerbiū contra poetas.) Sed poetæ non ſolum in hoc ſed in multis aliis mentiuntur, ſicut dicitur in prouerbio oulgari. P

Neque tali ſcientia honorabiliorem ullam aliam putare oportet: eam enim honorabilisſimam eſſe patet, quę diuinisſima eſt. At hęc ſola dupliciter talis eſt. Ea nanque diuina eſt maxime, quam maxime Deus habet: & ea rurſus quę diuinarum eſt rerum. Sola autem hæc utranque conditionem hanc ſubiit. Nam & Deus omnibus cauſa: principiumue quoddam eſſe uidetur, & talem ſcientiam aut ſolus aut maxime Deus habet. Omnes igitur magis hac neceſſariæ ſunt, præſtabilior uero nulla.

Nec ea aliam honorabiliorem oportet exiſtimare. Nam maxime diuina, & maxime honoranda. Talis autem dupliciter utique erit ſolum. Quam enim maxime Deus habet, dea ſcientiarum eſt: & utique ſi qua ſit diuinorū. Sola autē iſta, ambo hæc ſortita eſt. Q **Deus autem uidetur cauſa omnibus eē, & principium quoddam: & talem aut ſolus aut maxime Deus habet. Neceſſariores quidem igitur omnes ipſa, dignior uero nulla.**

Oſtendit quartum ſcilicet q hæc ſcientia ſit honorabiliſſima tali ratione. (Hæc ſapiē tia ē honorabiliſſima.) Illa ſcientia eſt maxime honorabilis, quæ eſt maxime diuina, ſicut etiam Deus honorabilior eſt rebus omnibus, ſed iſta ſcientia eſt maxime diuina, ergo eſt honorabilisſima. Minor ſic probatur. Aliqua ſcientia dicit eſſe diuina dupliciter, & hæc ſola ſcientia utroque modo diuina dicitur. Vno modo ſcientia diuina dicitur quam Deus habet. Alio modo, quia eſt de rebus diuinis. Quod autem hæc ſola habeat utrunque eſt manifeſtum, quia cum hæc ſcientia ſit de primis cauſis, & pricipiis, oportet q ſit de Deo, quia Deus

A hoc modo intelligitur ab omnibus, ut de numero cauſarum exiſtens, & ut quoddam principium rerum. Item talem ſcientiam quæ eſt de Deo & de primis cauſis, aut ſolus Deus habet, aut ſi non ſolus, ipſe tamen maxime habet. Solus quidẽ habet ſecundum perfectam comprehenſionem. Maxime uero habet inquantum ſuo modo etiam ab hominibus habetur, licet ab eis non ut poſſeſſio habeatur, ſed ſicut aliquid ab eo mutuatum. Ex his autem ulterius cõcludit ꝙ omnis aliæ ſcientiæ ſunt neceſſariæ, magis quàm iſta ad aliquam uitæ utilitatem. Minus enim ſunt propter ſe quęſitæ. Sed nulla aliarũ dignior iſta poteſt eſſe.

S

Oportet tamen in ipſis acquiſitione fieri nobis econtra, atq; cum a principio quęrimus. Nam incipiunt quidem (ut dictũ eſt) omnes ab admiratione ut ſit cum mira quædam ſpectantur, cauſa nõdum perſpecta: miranturq; ſi ita res ſe habeat, aut circa ſolſtitia, aut circa diametri quadrati incommenſurabi- B litatem. Mirabile nanq; cunctis eſſe uidetur, ſi quid omnino non menſuretur. Oportet autẽ huius exitum ad contrarium atq; melius (uti dicitur prouerbio) fieri, cum didicerint. Nihil enim magis uir geometra profecto mirabitur, q̃ ſi diameter commenſurabilis fiat. Quę nam igitur natura ſit eius ſcientię quam quęrimus & quod propoſitum ſignumue ſit, quo inquiſitionem doctrinamue totam attingere oportet, ſatis iam explicauimus.

Oportet uero aliqualiter conſtituere ordinem ipſius ad contrarium nobis earum quę a principio quęſtionum. Incipiunt quidẽ homines, ut diximus, omnes ab admirari, ſi ita habent quemadmodum mirabilium automata, nondum ſpeculantibus cauſam: aut circa Solis conuerſiones, aut diametri non C cõmenſurationem. Mirum enim uidetur eſſe omnibus, ſi quid numerorum non menſuratur. Oportet autem in contrarium, & ad dignius, iuxta prouerbium, proficere quemadmodum & in his cum didicerint. Nihil enim ita mirabitur uir geometricus, quàm ſi diameter commenſurabilis fiat. Quæ quidem igitur natura ſcientię quęſitę, dictũ eſt, & quę ſit intentio qua oportet adipiſci quęſtionẽ & totam methodum.

Hic ponit terminum in quem proficit iſta ſcientia, & dicit ꝙ ordo eius conſiſtit uel terminatur ad cõtrarium eius quod erat in illis, qui prius iſtam ſcientiam quærebant. Sicut etiam in generationibus naturalibus & motibus accidit. Nam unuſquiſq; motus terminatur ad contrarium eius, à quo motus incipit. Vnde cum inquiſitio ſit motus quidam ad ſcientiam, D oportet ꝙ terminetur ad contrarium eius à quo incipit. Iniciata eſt autem (ut prædictum eſt) inquiſitio huius ſciẽtiæ ab admiratione de omnibus: quia primi admirabantur pauciora poſteriores uero occultiora. Quæ quidem admiratio erat, ſi res ita ſe haberet, ſicut automata mirabilia ideſt quæ uidentur mirabiliter a caſu accidere. Automata enim dicuntur quaſi per ſe accidentia. Admirantur enim homines præcipue quando aliqua a caſu eueniunt hoc modo, ac ſi eſſent præuiſa uel ex aliqua cauſa determinata. Cauſalia enim non a cauſa ſunt determinata, & admiratio eſt propter ignorantiam cauſæ. Et ideo cum homines nondum poterant ſpeculari cauſas rerum, admirabantur omnia quaſi quædam cauſalia. Sicut admirantur circa conuerſiones Solis quæ ſunt duæ. ſ. duos tropicos hyemalem & æſtiualem. Nam in tropico æſtiuali incipit Sol conuerti uerſus meridiem, cum prius uerſus ſeptentrionem tenderet. In tropico autem hyemali econuerſo. Et etiam circa hoc ꝙ diameter non eſt commenſurabilis lateri quadrati. Cum enim non menſurari uideatur eſſe ſolius indiuiſibilis, ſicut ſola unitas eſt quæ non menſuratur à numero, ſed ipſa omnes numeros menſurat, mirum uidetur ſi aliquid quod non eſt indiuiſibile non menſuratur, ac per hoc id quod E non eſt minimum non menſuratur. Conſtat autem ꝙ diametrum quadrati & latus eius nõ ſunt indiuiſibilia ſiue minima. Vnde mirum uidetur ſi non ſunt commenſurabilia. Cum ergo philoſophiæ inquiſitio ab admiratione incipiat, oportet ad contrarium finire uel proficere, & ad id proficere quod eſt dignius, ut prouerbium uulgare concordat, quo dicitur, ꝙ ſemper proficere eſt in melius. Quid autem ſit illud contrarium & dignius, patet in prædictis mirabilibus, quia quando iam homines diſcunt cauſas prædictorum, non mirantur. Vt geometer non admiratur ſi diameter ſit incommenſurabilis lateri. Scit enim cauſam huius, quia ſcilicet proportio quadrati diametri ad quadratum lateris non eſt ſicut proportio numeri quadrati ad numerum quadratum, ſed ſicut proportio duorum ad unum. Vnde relinquitur ꝙ proportio lateris ad diametrum non ſit ſicut proportio numeri ad numerum. Et ex hoc patet ꝙ commenſurari non poſſunt. Illæ enim ſolæ lineæ ſunt commenſurabiles, quarum proportio adinuicem eſt ſicut proportio numeri ad numerum. Erit ergo finis hu- F iuſ ſcientiæ in quem proficere debemus, ut cauſas cognoſcentes, non admiremur de earum effectibus. [Quis terminus huius ſciẽ.] Patet igitur ex prædictis quæ ſit natura huius ſcientiæ, quia eſt ſpeculatiua, libera, non humana, ſed diuina: & quæ eſt eius intentio, qua oportet habere quæſtionem & totam methodum & totam hanc artem. Intendit enim circa primas & uniuerſales rerum cauſas, de quibus etiam inquirit & determinat. Et propter harũ cognitionem ad prædictum terminum peruenit, ut ſcilicet non admiretur cognitis cauſis.

Lectio. IIII.

Cum autem conſtet primarum ſcientiam cauſarum ſumere oportere: tunc enim unumquodq; dicimus ſcire cum primã cognoſcere cauſam arbitramur. Cauſę uero quatuor modis dicuntur: has in medium afferamus oportet. Itaque cauſam unam dicimus eſſe ſubſtantiam ipſam, quidditatemue. Nã ipſum propter quid, primum ad ipſam ultimo rationem redigitur. Cauſa uero principiũq; ideſt, quod primum cum propter quid quęritur, aſſignatur. G Alteram autem materiam, & ſubiectum. Tertiam eam unde eſt principium motus. Quartam eam quę huic opponitur, id inquam gratia cuius cętera fiunt, ac ipſum bonum. Finis enim hoc eſt omnis generationis omniſque motus. Atque quanquã contemplati de ipſis ſumus in hiſce quę de natura dicta fuere.

QVoniam autẽ manifeſtum eſt, quòd earum quę a principio cauſarum oportet ſumere ſcientiam. Tunc enim ſcire dicimus unumquodque, quando primam cauſam cognoſcere putamus. Cauſę uero quadrupliciter dicuntur, quarum quidem unam cauſam dicimus eſſe ſubſtãtiam H & quod quid erat. Reducitur enĩ ipſum quare primum, ad rationem ultimam. Cauſa autem & principium, ipſum quare primum. Vnam uero materiam & ſubiectum. Tertiam autẽ unde principium motus. Quartam uero cauſam ei oppoſitã, & quod eſt cuius cauſa & bonum. Finis igitur generationis & motus omnis hic eſt. Sufficienter quidem igitur de his ſpeculatum eſt in his quę de natura.

POSITO Procemio in quo oſtendit intentionem huius ſciẽtiæ & dignitatem & terminum, incipit proſequi ſcientiam præfatam, & diuidit in duas partes. [2. phy. te. c. 28.] Primo oſtẽdit quid priores philoſophi de cauſis rerum tradiderunt. Secundo ueritatem huius ſcientiæ incipit proſequi in. ii. lib. ibi: { De ueritate quidem theorica &c. } [Lect. prima. part. prima.] Prima autem pars diuiditur in duas. Primo ponit opi. philoſophorum de cauſis rerum. Secundo improbat eas quantum ad hoc ꝙ male dixerunt. ibi: { Ergo quicunq; &c. } [Lect. 19. parti. 2.] Circa primum duo facit. Primo re-

I ſumit enumerationem cauſarum, quã in .ii. phy. diffuſius fuerat proſecutus. Secundo proſequitur opinionem philoſophorum ibi: { Accipiemus tamen &c. } Dicit ergo primo, ꝙ quia hoc manifeſtum eſt. ſ. ꝙ ſapientia eſt cauſarum ſpeculatrix, debemus incipere à cauſis rerum ſcientiam inueniendo. Quod etiam ex ratione ſcientiæ congruum uidetur, quia tũc unumquodq; ſcire dicimus aliquem, quando putamus non ignorare cauſam. Cauſæ autem quadrupliciter dicuntur, quarum una eſt ipſa cauſa formalis, quæ eſt ipſa ſubſtantia rei ꝑ quã ſcitur quid eſt unaquæq; res. Conſtat enim (ut dictum eſt .ii. phyſi.) ꝙ non dicimus aliquid eſſe alicuius naturæ prius ꝗ acceperit formam. Et ꝙ forma ſit cauſa, patet, quia q̃onem qua dicitur quare eſt aliquid, reducimus ad rõnem ultimam ad cauſam formalem, incipiendo à formis proximis & procedendo uſq; ad ultimam. Patet autem ꝙ quare quærit de cauſa & principio. Vnde patet, ꝙ forma eſt cauſa. Alia uero cauſa eſt materialis. Tertia uero cauſa eſt efficiens, quæ eſt unde principium motus. Quarta cauſa eſt finalis quæ opponitur cauſæ efficienti ſm oppoſitionem principii & finis. Nam motus incipit à cauſa efficiẽte, & terminatur ad cauſam finalem.

T. cõ. 77. Lect. pria. Parte. 5. — Cauſę quadruplicitur. — Te. c. ii. — Lib. ꝑmo. ethi. pri. c.

K Et hoc eſt etiam cuius cauſa fit aliquid, & quæ eſt bonũ uniuſcuiuſq; naturæ. Sic igitur cauſam finalem per tria notificat .ſ. quia eſt terminus motus, & per hoc opponitur principio motus, quod eſt cauſa efficiens: & quia eſt primum in intentione, ratione cuius dicitur: cuius cauſa: & quia eſt per ſe appetibile, ratione cuius dicitur bonũ. Nam bonum eſt quod oia appetunt. Vnde exponens quomodo cauſa finalis efficienti opponatur, dicit ꝙ eſt finis generationis & motus, quorum principium eſt cauſa efficiens. Per quæ duo uidetur duplicem finem inſinuare. Nam finis generationis eſt forma ipſa, quæ eſt pars rei. Finis autem motus eſt aliquid quæſitum extra rẽ quæ mouetur. De his dicit ſufficiẽter ſe tractaſſe in libro Phy. ne ab eo ad pſens diffuſior expoſitio cauſarum quæreretur.

Tamen ad ueritatem magis perſpiciendam, maiores etiam noſtros qui rerum contemplationem aggreſſi ſunt, ſumamus oportet: & illos enim principia quædam & cauſas dicere conſtat. Si igitur illorum ſentẽtias in medium attulerimus, aliquid eueL nerit ſane quod ad propoſitum doctrinæ huius accommodabitur. Aut enim aliud quidpiam inueniemus cauſæ genus, aut hiſce quę dicuntur nunc magis credemus.

Accipiemus tamen & nobis priores ad entiũ perſcrutationem uenientes, & de ueritate philoſophantes: palam enim quia dicunt illi principia quædam & cauſas. Superuenientibus igitur, erit aliquid præopere methodo quę nunc. Aut enim aliud aliquod commune genus inueniemus, aut modo dictis magis credemus.

Hic ponit opinionẽ philoſophorum de cauſis, & circa hóc duo facit. Primo aſsignat rationem quare hoc faciendum ſit. Secundo incipit proſequi ſuam intentionem. ibi: { Primorum igitur &c. } Dicit ergo ꝙ quamuis de cauſis tractatum ſit in phyſicis, tamen nunc accipiendum eſt opiniones philoſophoM rum, qui prius uenerunt ad perſcrutandum naturam entium: qui prius philoſophati ſunt de ueritate ꝗ Ariſto. quia & ipſi cauſas & principium ponunt. Nobis igitur qui eis ſuperuenimus conſiderare eorum opiniones, erit aliquid { prius } .i. aliquod præambulum { methodo } .i. in arte quæ nunc a nobis quæritur. Vnde & litera Boetii habet. { Accedentibus igitur ad opus ſciẽtiæ præopere uiæ quæ nũc eſt aliquid erit. } alia litera habet. { Superuenientibus igitur quæ nunc eſt aliquid erit uitæ opus una. } & legenda eſt ſic { nobis igitur ſuperuenientibus ei quæ nunc eſt uia } .i. in præſenti methodo & arte, conſideranda erit horum opinio { quaſi aliquod uitæ opus } id eſt neceſſarium ſicut opera quæ ſunt ad uitæ conſeruationem, ut intelligatur quaſi quadam metaphora uti in loquendo, per uitæ opus, quodlibet neceſſarium accipiens. Vtilitas autem eſt, illa quia aut ex prædictis eorum inueniemus aliud genus à cauſis prænumeratis, aut magis credemus his quæ modo diximus de cauſis, ꝙ ſcilicet ſint quatuor. N

Plurimi itaque eorum qui primo philoſophati ſunt ea ſola principia omniũ eſſe exiſtimarunt, quę ſub ratione materiæ collocantur. Id enim elementum rerum, id principium eſſe dicunt, ex quo fiũt uniuerſa, fiuntq; primo, & in quod ultimum corrũpuntur, ſubſtantia permanente quidem, mutatione autem in affectibus ſubeunte.

Primum igitur philoſophantium plurimi ſola ea quæ in materiæ ſpecie, putauerunt omnium eſſe principia. Nam ex quo ſunt omnia entia, & ex quo fiunt primo, & in quod corrumpuntur ultimo ſubſtantia quidem manente, in paſsionibus uero mutata, hoc elementum & id principium dicunt eſſe eorum quæ ſunt.

Hic incipit antiquorum philoſophorum opiniones proſequi, & circa hoc duo facit. Primo recitat aliorum opiniones. Scdo reprobat. ibi: { Ergo qcũq;. } Circa primũ duo facit. O Primo recitat ſingulorũ opinionẽ de cauſis. Scdo colligit ĩ ſumma quæ dicta ſunt. ibi: { Breuiter igitur &c. } Pria pars diuiditur in duas. Primo ponit opiniones prætermittentium cauſam formalem. Secundo ponit opinionem Platonis, qui primo cauſam formalem poſuit. ibi: { Poſt dictas uero philoſophias &c. } Circa primum duo facit. Primo ponit opi. illorum qui poſuerunt principia aliquas res manifeſtas. Secundo illorũ qui adinuenerunt extrinſeca principia. ibi: { Leucippus &c. } Circa primum duo facit. Primo tangit opiniones antiquorum de cauſa materiali. Secundo de cauſa efficiente. ibi: { Procedentibus autem ſic. } Circa primum duo facit. Primo ponit quid ſenſerunt de cauſa materiali opiniones ponentium cauſam materialem in generali. Secũdo proſequitur eorum opiniones in ſpeciali. ibi: { Tales &c. } Circa primũ duo facit. Primo ponit quid ſenſerunt de cauſa materiali. Secũdo quid ſenſerunt de rerum generatione, quod ex primo ſequebatur. ibi: { Et propter hoc nec generari &c. } Dicit ergo primo ꝙ plurimi eorum qui primo philoſophati ſunt de rerum naturis, poſuerunt principia oĩum eſſe ſola illa quæ redu- P cuntur ad ſpeciem cauſæ materialis. Et ad hoc dicendum accipiebant quatuor conditiones materiæ, quæ ad rationem principii pertinere uidentur. Nam id ex quo res eſt, principium rei eſſe uidetur, hmõi autem eſt materia. Nam ex materia dicimus materiatum eſſe, ut ex ferro cultellum. Item illud ex quo fit aliquid, cum ſit & pricipium generationis rei, uidetur eſſe cauſa rei, quia res per generationem procedit in eſſe. Ex materia autẽ primo res fit, quia materia rerum factioni præexiſtit. Et ex ipſa etiam non per accidens aliquid fit. Nam ex contrario uel priuatione aliquid per accidens dicitur fieri, ſicut dicimus ꝙ ex nigro fit album. Tertio illud uidetur eſſe rerum principium in quod finaliter omnia per corruptionem reſoluuntur. Nam ſicut principia ſunt prima in generatione, ita ſunt ultima in reſolutione. Et hoc etiam materiæ manifeſte contingit. Quarto cum principia oportet manere, id uidetur eſſe principium quod in generatione & corruptione manet. Materia autem quam dicebant eſſe ſubſtantiam rei manet in omni tranſmutatione. Sed paſsiones mutantur, ut forma & omnia quæ adueniunt ſupra ſubſtantiam materiæ. Et ex his omnibus concludebant ꝙ materia eſt elementum & principium omnium eorum quæ ſunt.

Lect. 15. part. pria. — Lect. 11. par. ſcda. — Lect. 10. part. pria. — Lect. 7. par. 1 pria. — Lect. 5. part. pria. — Lect. pñ. par. ſcda. — Lect. 4. par. pña. — Q. natuor materię cõditiones.

Et idcirco, neq; fieri quicquã, neq; corrumpi putant: quia talis natura ſemper ſeruatur: quemadmodũ neq; Socratẽ dicimus, aut ſimpliciter fieri, cum bonus fit aut muſicus: aut corrumpi ſimpliciter, cũ hos habitus abiicit: quia manet ipſum ſubiectum. Socrates inquã ipſe, neq; quicquã idẽtidem cæterorum: oportet enim quandam unam eſſe naturã, uel plures una, ex quibus aut ex qua perſiſtente ſalua, & cætera fiunt. Multitudinem tamẽ ſpeciemq; principii talis, non eandem inquiunt omnes.

A Et propter hoc nec generari nihil putãt, nec corrumpi, quaſi tali natura ſemper cõſeruata, ſicut nec dicimus Socratem nec generari ſimpliciter, quando fit bonus aut muſicus: nec corrumpi quando deponit habitus iſtos, propterea ꝙ ſubiectũ maneat Socrates ipſe, ſic nec aliorum nihil, oportet enim eſſe aliquã materiam, aut unam, aut plures una, ex quibus fiunt alia, illa cõſeruata. Pluralitatem tamen & ſpeciem talis principii, non idem omnes dicunt.

Hic ponit ſecundarium quod ponebant quaſi ex præcedentibus ſequens. ſ. nihil ſimpliciter generari uel corrumpi in entibus. Nam quando fit aliqua mutatio circa paſſiones ſubſtantia manente, non dicimus aliquid eſſe generatum uel corruptum ſimpliciter, ſed ſolum ſm quid. ſicut cum Socrates fit bonus aut muſicus, non dicitur fieri ſimpliciter, ſed fieri hoc. Et ſimiliter quando deponit hmôi habitum, non dicitur corrumpi ſimpliciter, ſed ſm quid. Materia autem quæ eſt rerũ
B ſubſtantia ſm eos, ſemper manet. Omnis autem mutatio fit circa aliqua, quæ adueniunt ei ut paſſiones. Et ex hoc concludebant ꝙ nihil generatur uel corrumpitur ſimpliciter, ſed ſolum ſm quid. Quãuis autem ſic conuenirent in ponendo cauſam materialem, tamen differebant in eius poſitione quantũ ad duo. ſ. quãtum ad pluralitatem. quia quidã ponebãt unam quidã plures: & quãtum ad ſpeciem, quia quidam ponebant ignẽ, quidã aquã &c. Similiter ponẽtium plura, quidam hæc, quidam illa principia materialia rebus attribuebant.

Sed Thales quidem author talis philoſophiæ, primus aquam eſſe dicit. Quapropter & terram ſuper aquam dicebat eſſe.

Opinio. Thaletis. Lect. pñ. parte. 10.

Thales quidẽ talis philoſophiæ princeps, aquã ait eſſe. Vnde & terram eſſe ſuper aquam aſſerebat.

Hic incipit recitare opiniones ſingulorum de cauſa materiali. Et primo ponit opinionẽ ponentium unam cãm materialem
C Secũdo ponẽtium plures, ibi: { Empedocles uero. } Circa primũ tria facit, quia primo ponit opinionẽ ponẽtium aquã eſſe principium oium. Secundo ponentium aerem, ibi: { Anaximenes &c. } Tertio ponentiũ ignem, ibi: { Hippaſus &c. } Circa primũ duo facit Primo ponit opinionẽ Thaletis, qui dicebat aquã eſſe rerum principiũ. Secũdo ponit opiniones probationẽ, ibi: { Forſan. n. &c. } Dicit ergo ꝙ Thales princeps talis philoſophiæ. i. ſpeculatiuæ, dixit aquam eſſe primũ rerũ principiũ. Dicitur autem Thales ſpeculatiuæ philoſophiæ princeps fuiſſe, quia inter ſeptẽ ſapiẽtes qui poſt theologos poetæ fuerunt, ipſe ſolus ad cõſiderandum rerum cauſas ſe tranſtulit, aliis ſapientibus circa moralia occupatis. Nomina ſeptẽ ſapiẽtum ſunt iſta, Primus Thales Mileſius tẽpore Romuli, & apud Hebræos tẽpore Achaz regis iſrael. Secũdus fuit Pittacus Mitileneus, apud hebræos regnante Sedechia, & apud Romanos Tarquino præfecto. Alii quinq; fuerũt, Solõ
D Atheniẽſis, Chilõ Lacedæmonius, Periãder Corinthius, Cleobolus Lidius. Bias Priẽnenſis, qui fuerunt oẽs tẽpore babilonicæ captiuitatis. Quia igitur inter hos ſolus Thales rerum naturas ſcrutatus eſt, ſuasq; diſputationes literis mandans emicuit, ideo hic princeps huius ſcientiæ dicitur. Nec debet inconueniens uideri, ſi opiniones hic tangit eorum qui ſolũ de ſcientia naturali tractauerunt quia ſecundum antiquos qui nullam ſubſtantiam cognouerunt niſi corpoream & mobilem, oportebat ꝙ prima philoſophia eſſet ſcientia naturalis, ut in quarto dicetur. Ex hac autem poſitione ulterius procedebat ad hoc ꝙ terra eſſet ſuper aquam fundata, ſicut principiatum ſupra ſuum principium.

Lect. pñ. parte. 8.

Lect. pñ. parte. 9.

Lect. pñ. parte. 6.

Nomina ſeptem ſapientum.

Lect. 3.

Sumpta forſitã hac exiſtimatione ex eo quia nutrimẽtum omnium humidum eſſe, & ex hoc fieri atq; uiuere calidum ipſum uidebat. Id autẽ ex quo quippiam fit, ipſius eſſe principium cõſtat. Et inſuper quia ſemina oium, humidam habere naturã uidebat, atq; aquam natura humidis principium eẽ.

Forſan enim hanc opinionem accipiens, quia cunctorum nutrimentũ humidũ uidebat eſſe, & ipſum calidum ex hoc factum, & animal uiuere. Ex quo fit uero, hoc eſt principium omnium. Propter hoc igitur cauſa eſt accipiẽs æſtimationem. Et quia cunctorum ſpermata naturam habent humidam: aqua uero natura principium eſt humidis. E

Motiua Thaletis.

Hic ponit rationes quibus Thales potuit induci ad prædictam poſitionem. Et primo oſtendit quo ad hoc inducebatur ratione. Secũdo quo inducebatur primorum authoritate, ibi: { Sunt & aliqui antiquiores &c. } Inducebatur autem dupli ci ratione. Vna quæ ſumitur ex conſideratione cauſæ ipſius rei. Alia quæ ſumitur ex conſideratione generationis rerum, ibi: { Et quia cunctorum &c. } Hæc ergo media ſunt ordinata Nam ex primo ſequitur ſecũdum. Quod. n. eſt aliis principium eſſendi, eſt etiam primũ principium ex quo res generatur. Tertium autem ſequitur ex ſecundo. Nam unumquodq; per corruptionem reſoluitur in id ex quo generatũ eſt. Quartum autem ſequitur ex ſecundo & tertio. Nam id quod præcedit generationem rerum, & remanet poſt corruptionem, F oportet eſſe ſemper manens. Primo modo utebatur tribus ſignis ad oſtendendum aquam eſſe principiũ eſſendi rebus, quorum primũ eſt, quia nutrimentum uiuentium oportet eſſe humidum. Ex eodem autem uiuentia nutriuntur & ſunt, & ſic humor uidetur eſſe principium eſſendi. Secũdum ſignum eſt, quia eſſe cuiuslibet rei corporeæ, & maxime uiuentis, per proprium & naturalem calorem cõſeruatur. Calor autem ex humore fieri uidetur, cum ipſe humor ſit quaſi caloris materia. Vnde ex hoc uidetur ꝙ humor ſit rebus principium eſſendi. Tertium ſignum eſt, quia uita animalis in humido conſiſtit. Vnde propter deſiccationem naturalis humidi, animal moritur, & per eius conſeruationem, animal ſuſtentatur. Viuere autem uiuẽtibus eſt eſſe. Vnde ex hoc etiam patet ꝙ humor ſit rebus principium eſſendi. Et hæc etiam tria ſigna ſeinuicẽ conſequuntur. Ideo enim animal humido nutritur, quia calor naturalis humido ſuſtentatur. Et ex his duobus ſequitur ꝙ uiuere animalis ſit ſemper per humidum. Id autẽ ex quo aliquid fit. i. ex quo aliquid eſſe conſequitur, eſt principium oĩbus quæ ex illo eſſe habent. Et propter hoc accepit hanc opinionem ꝙ humor eſſet omnibus principium. Similiter etiam accepit ſignum ex rerum generatione, quia generationes uiuentium quæ ſunt nobiliſſima in entibus fiunt ex ſeminibus. Semina autem ſiue ſpermata omnium uiuentium habent humidam naturam. Vnde ex hoc etiam apparet, ꝙ humor eſt generationis rerum principium. Si autem omnibus prædictis coniungatur ꝙ aqua eſt humiditatis principium, ſequitur ꝙ aqua ſit primum rerum principium. G

Sunt autem qui & ualde antiquos, & multo ante hanc ætatem: primosq; theologos ſic arbitrantur de natura putaſſe. Oceanũ enim & Thetin partes generationis fecerunt, iuſiurandumq; deorũ aquã, quę quidem a poetis ipſis Styx appellatur. Nam honorabiliſſimũ quidem eſt antiquiſſimum, iuſiurandum autem honorabiliſſimum eſt. Atq; ꝙ obſcurũ quidem forſitan eſt, ſi hæc opinio de natura, uetus ſit quædam atq; antiqua. Thales tamen hoc pacto fertur de cauſa prima dixiſſe. Hipponem enim nemo cum hiſce ponere dignum putabit, ob mentis eius nimiam utilitatem. H

Sunt autem aliqui antiquiores & multũ ante eam quæ nunc eſt generationem, & primo theologizantes ſic putant de natura exiſtimandũ. Oceanũ enim & Thetin generationis parentes fecerunt, ſacramentumq; deorum aquã, Stygem ab ipſis poetis uocatam. Honorabilius. n. quod antiquius. Sacramentum autẽ honorabilius. Si quidẽ igitur antiquior aliq̃ iſta & ſenior fuit de natura opinio, forſan utiq; incertum eſt. Thales quidem ſm hunc modum pro

I Hippon. nunciaſſe dicitur de prima cauſa Hippon: quidem enim nõ utiq; aliquid ſignificabit poſuiſſe cum his, propter ſui intellectus paruitatem.

Hic oſtendit quõ Thales inducebatur ad prædictam poſitionem per authoritates antiquorum. Et dicit ꝙ aliqui fuerũt antiquiores Thalete & multum ante generationem hominũ qui erant tẽpe Ariſto. qui fuerunt primo theologizantes, qui uiſi ſunt hanc opinionem de natura habuiſſe. ſ. ꝙ aqua eſt principium omnium. Ad cuius euidentiam ſciẽdum eſt, ꝙ apud Græcos primi famoſi in ſcientia fuerunt quidam poetæ theologi, ſic dicti, quia de diuinis carmina faciebant. Fuerunt autẽ tres, Orpheus, Muſeus, & Linus, quorum Orpheus famoſior fuit. Fuerunt aũt tempore quo iudices erant in populo iudeorum. Vnde patet, ꝙ diu fuerunt ante Thaletem, & multo magis ante Ariſt. qui fuit tempore Alexandri. Iſti autem poetæ ſub quibuſdam enigmatibus fabularum aliquid de rerum na-
K tura tractauerunt. Dixerunt enim ꝙ Oceanus ubi eſt maxima aquarum aggregatio, & Thetis quæ dicitur dea aquarũ, ſunt parentes generationis. Ex hoc ſub fabulari ſimilitudine dantes intelligere aquam eſſe generationis principium. Hanc ſententiam alia fabuloſa narratione uelauerunt dicentes, ꝙ ſacramentum uel iuramentum deorum erat per aquam quãdam, quã poetæ dicunt Stygem, & dicunt eam eſſe paludem infernalem. Ex hoc autem ꝙ deos dicebant iurare per aquã, dederunt intelligere ꝙ aqua erat nobilior ipſis deis, quia ſacramentum uel iuramẽtum fit per id quod eſt honorabilius. Hoc autem quod eſt prius, eſt honorabilius. Perfectum enim præcedit imperfectum natura & tempore ſimpliciter, licet in uno aliquo, imperfectio perfectionem præcedat tempore. Vnde per hoc patet ꝙ aquam exiſtimabant priorẽ eſſe ipſis diis, quos intelligebant eſſe corpora cæleſtia. Et quia iſti antiquiſſimi aquam dixerunt eſſe rerum principium, ſi aliqua opinio fuit prior iſta de naturalibus, non eſt nobis manifeſta. Sic igitur patet quid Thales de prima cauſa rerũ dicitur exiſtimaſ-
Lec prima ſe. Quidam autem philoſophus qui uocatur Hippon non fuit
L dignatus aliquid ſuper addere his, propter ſuæ ſcientiæ uel in-
Primo de anima. telligentiæ imperfectionem. Vnde in libro de anima ponitur
Te cõ 32 inter groſſiores, ubi dicitur ꝙ poſuit aquam eſſe animam & principium rerum, ſumens argumentum ex rerum ſeminibus, ut hic dictum eſt de Thalete. Vnde patet ꝙ nihil addit ſupra Thaletis ſententiam. Vel poteſt intelligi ꝙ quia imperfecte dixit, non reddidit ſe dignum, ut eius ſententia hic contineretur cum aliis.

Anaximenes autem, atq; Diogenes aerem aqua priorem, maximeq; principium corporum ſimplicium ponunt.

Anaximenes autem & Diogenes aerem priorem aqua, & maxime principium ſimplicium corporum ponunt.

Hic ponuntur opiniones ponentium aerem eſſe principiũ, qui fuerunt Diogenes & Anaximenenes ponentes aerẽ prio-
M rem aqua eſſe naturaliter, & principium omnium ſimplicium corporum. ſ. quatuor elementorum, & per conſequens omnium aliorum. Fuit autẽ Anaximenes tertius a Thalete. Fuit autem diſcipulus Anaximandri qui fuit diſcipulus Thaletis. Diogenes uero, diſcipulus Anaximenis fuiſſe dicitur. Hæc tamen differentia fuit inter opinionem Diogenis & Anaximenis, quia Anaximenes aerem ſimpliciter poſuit principium rerum. Diogenes aũt dixit ꝙ aer rerum principiũ eſſe non poſ-
Tex. c. 35 ſet, niſi quia cõpos erat diuinæ rationis. Ex quo prouenit opinio quæ tangitur primo de anima. Ratio aũt quare aerem ponebat rerum principiũ potuit ſumi ex reſpiratione, per quã uita animalium reſeruatur, & quia ex imutatione aeris uidentur uariari generationes & corruptiones rerum.

Hippaſus autem Metapontinus, & Heraclitus Epheſius ignem.

Hippaſus autem Metapontinus, & Heraclitus Epheſius ignem.

Hippaſus Heraclitus. Hic ponit ꝙ duo philoſophi Hippaſus & Heraclitus poſuerunt ignem eſſe primum principium ut materiam. Et potue-
N runt moueri ex eius ſubtilitate, ſicut infra dicetur.

Empedocles uero ipſa quatuor elementa, quartum iam dictis terram adiungens. Hęc enim permanere ſemper & non fieri dicit, ſed multitudine paucitateue mutationem ſubire, cum in unum atq; ex uno congregantur ac diſgregantur.

Empedocles uero quatuor, cũ dictis terrã quartum addens. Ea nanq; dixit ſemper manere & non fieri, niſi pluralitate & paucitate congregata, & diſgregatione in unum & ex uno.

Hic ponit opiniones ponentium plura principia materialia. Et primo Empedoclis qui poſuit plura finita. Secũdo Anaxag. qui poſuit plura infinita, ibi: { Anaxagoras uero &c. } Empedo. Ponit ergo primo opinionem Empedoclis quantum ad duo. Primo quantum ad hoc ꝙ tria prædicta elementa. ſ. aquam, aerem & ignem dicit eſſe rerum principia, addens eis quartũ ſ. terram. Secundo quantum ad hoc ꝙ iſta etiam elementa di- O
xit ſemper manere & non generari nec corrumpi, ſicut & illi qui poſuerunt unam cauſam materialem, ſed per congregationem horum & diuiſionem ſm multitudinem & paucitatẽ dixit ex eis alia generari & corrumpi, inquãtum iſta quatuor per cõcretionem in unum & diſgregationẽ ex uno diuiduntur.

Anaxagoras inſuper Clazomenius ętate quidem hoc prior, re uero poſterior, infinita principia dixit eſſe. Pene enim omnia quę ſunt ſimilium partium, ut aquam uel ignem, ſic generari corrumpiue congregatione duntaxat diſgregationeue: aliter uero neque fieri neque corrumpi, ſed permanere perpetua dicit. Ex his igitur ſolam quiſpiam cauſam eſſe putauerit, quæ rationem materiæ ſubiit.

Anaxagoras uero Clazomenius, iſto quidem ętate prior factis uero poſterior, infinita dixit eſſe principia. Nam fere omnia corpora partium conſimiliũ, ut ignem aut aquam, ita generari & corrũpi ait con- P
gregatione & diſgregatione ſolum: aliter autẽ nec generari nec corrumpi, ſed permanere ſemper ſempiterna. Ex his quidem igitur ſolam quis cauſam intelliget eam, quæ in materię ſpecie dicitur.

Hic ponit opinionem Anaxa. qui fuit alter diſcipulus Anaximenis, qui fuit condiſcipulus Diogenis: patria quidem Clazomenius prior ætate q̃ Empedo. ſed factis ſiue operibus poſterior, uel quia poſterius philoſophari incepit, uel quia in numero principiorum minus bene dixit q̃ Empedo. Dixit enim principia materialia eſſe infinita, cum ſit dignius finita principia & pauciora accipere, quod fecit Emped. ut dicit in. 1. phyſi. Non enim ſolum dixit principia rerum eſſe ignem & aquã & alia elementa ſicut Empedo. ſed omnia quæ ſunt conſimilium partium, ut caro, os, medulla, & ſimilia, quorum infinitas minimas partes principia rerum poſuit, ponens in unoquoque infinitas partes horum ſingulorum ineſſe propter id quod in inferioribus unum ex alio generari poſſe inuenit, cũ generationem rerum non diceret eſſe niſi per ſeparationem a mixto, ut planius explicauit. 1. phyſi. Secundo etiam Anaxa. Anaxago. Lect. 9. Text. 41. Q
conuenit cum Empe. in hoc. ſ. ꝙ generatio & corruptio rerũ non eſt niſi per concretionem & diſcretionem partium prædictarum infinitarũ, & ꝙ aliter nec generari nec corrumpi contingit aliquid. Sed hmõi rerum principia infinita, ex quibus rerũ ſubſtantiæ efficiuntur permanere dixit ſempiterna. Concludit ergo Ariſt. ꝙ, ex prædictis philoſophorum opinionibus aliquis cognoſcet ſolam cauſam quæ cõtinetur ſub ſpecie cauſæ materialis. Lect. 9. Tex. c. 35.

Lectio. V.

Hoc autem modo procedẽtes ipſa res eos in uia poſuit quærereque coegit. Nam tametſi q̃ maxime generatio corruptioq; omnis ex aliquo uno eſt aut pluribus, cur tamẽ id accidit, & quidnam huius eſt cauſa? Non enim ſubiectum ſeipſum mutari facit. Etenim neque lignum neq; ęs cauſa eſt ut utrunq; ipſorum mutetur. Neq; lignum quidem lecticam,

A ęs uero ſtatuam facit,ſed aliud quid mutationis eſt cauſa. Hoc autem quærere nil aliud eſt, q̃ alteram quęrere cauſam unde eſt principium motus,ut nos eam appellare ſolemus.

PRocedentibus autem ſic, res ipſa uiam fecit ſimiliter,&quærere coegit. Si enim quá maxime oīs generatio & corruptio ex aliquo uno aut pluribus eſt.qualiter hoc accidit & quæ cauſa ? Nō enim utiq; facit ipſum ſubiectum tranſmutare ſeipſum.Dico autē ueluti neq; lignū,neq; æs,alterutrū ipſorum pmutādi eſt cauſa:neq; lignū facit lectum, neq; ęs ſtatuam,ſed aliquid aliud permutationis eſt cauſa. Hoc autem quęrere,eſt aliud principiū quærere,ut ſi dicatur unde principium motus.

POSTQVAM poſuit opinionem de cauſa materiali, hic ponit opinionem de cauſa efficiente. quæ eſt unde principium motus. Et diuiditur in duas.Primo ponit opiniones eo-
B rum qui ſimpliciter aſſignauerunt cauſam motus & generationis.Secundo proſequitur opinionem illorum qui poſuerūt cauſam efficientem,quæ eſt etiam principium boni & mali in
Lect.prin. rebus:ibi. { Poſt has &c. } Circa primum duo facit . Primo
Parte.ſ ponit rationem cogentem ad ponendum cauſam mouētem.
Part.ſequ. Secundo oſtendit qualiter ad poſitionem diuerſi diuerſimode ſe habuerunt,ibi { Igitur omnino qui talem &c. } Dicit ergo , quidam philoſophi ſic proceſſerunt in cauſa materiali ponenda,ſed & ipſa rei euidens natura dedit eis uiam ad ueritatis cognitionem uel inuentionem , & coegit eos quærere dubitationem quandam quæ inducit in cauſam efficientem quæ talis eſt.Nulla res uel ſubiectum tranſmutat ſeipſum, ſicut lignum non tranſmutat ſeipſum ut ex eo fiat : nec æs eſt ſibi cauſa tranſmutandi, ut ex eo fiat ſtatua:ſed oportet aliquid aliud eſſe qđ eſt eis mutationis cauſa , quod eſt artifex. Sed ponentes cauſam materialem unam uel plures,dicebant ex ea ſicut ex ſubiecto fieri generationem & corruptionem rerū:ergo oportet ꝙ ſit aliqua alia cauſa mutationis , & hoc eſt quærere aliud genus principii & cauſæ quod nominatur :
C Vnde principium motus &c.

Qui igitur huiuſcemodi doctrinam a principio tetigere. Vnumquodq; ſubiectum eſſe dixere,nullā ſua in opinione difficultatem ſenſere:ſed quidam eorum qui unum dicunt ,quaſi a quæſtione hac ſuperati,unum ipſum imobile inquiunt eſſe,totamque naturá non ſolum generatione corruptioneue(hoc enim uetuſtum eſt, omneſq; in hoc cōſentiunt)ſed alia quoq; omni mutatione, atq; hoc ipſorum proprium eſt.Nemini igitur unum uniuerſum ipſum ponentium talis in mentem cauſa uenit,niſi Parmenidi ſoli,& huic ea ratione nimirum, qua nō ſolum unum,ſed etiam duas quodámodo cauſas eſſe ponit. Hi autem magis differentiæ poſſunt, qui plura faciunt:ut qui calidum frigidum,uel ignem & terram ponunt.Nam igne quidem ut motiuam habé
D te naturam, aqua uero terra,& talibus;, ut contrariam habentibus naturam utuntur.

Igitur omnino qui talem uiam a principio tetigerunt & unum eſſe ſubiectum dixerūt, nihil difficultatis ſibimet fecerunt. Vnum quidem omne dicentes,& quaſi ab ea qōne deuicti , ipſum eſſe ímobile dicunt,& naturam totam non ſolum ſecūdum generationé & corruptionem(hoc etenim antiquū eſt,& quod omnes eſſe confeſſi ſunt)uerum & ſecūdum aliam mutationem oém eſſe : & hoc eorum eſt proprium.Vnum ergo ſolum dicentium ipſum eſſe,nulli talem intelligere cauſam cōuenit,niſi forte Parmenidi,& hoc intantum, quia nō ſolum unā, ſed etiam duas aliqualiter ponit cauſas eſſe . Plura uero facientibus,magis contingit dicere : ut ipſum B
calidum & frigidum,aut ignem & terram. Vtitur enim quaſi motiuam materiam habētem naturam igne,aqua uero & terra & huiuſmodi, econtrario.

Hic oſtendit ꝙ ad prædictam rationem tripliciter philoſophi ſe habuerunt. Illic enim qui iſtam uiam à principio tetigerunt,& dixerunt unam cauſam materialem, non multum ſe grauabant in ſolutione huius qōnis. Erant enim contenti ratione materiæ,cauſam motus penitus negligentes . Alii uero dicentes omnia unum eſſe,quaſi per prædictam rationem deuicti,non ualentes peruenire ad aſſignandam cauſam motus. negauerunt totaliter motum.Vnde dixerunt,ꝙ totum uniuerſum eſt unum ens imobile. In quo differebant à primis naturalibus,qui dicebant unam cām eſſe oīum rerum ſubſtā tiam,quæ tamen mouetur per rarefactionem & condenſationem,ut ſic ex uno plura quodámodo fierent,licet non dicerent ꝙ mutaretur ſm generationem & corruptionem ſimpliciter.Hoc enim ꝙ nihil ſimpliciter generaretur uel corrum- F
peretur fuit antiqua opinio ab omnibus confeſſa,ut ex ſupra Lect.4.
dictis patet. Sed illis poſterioribus proprium fuit differētiæ,
ꝙ totum eſt unum imobile,ſicut omni motu carens.Hi fue- Lect.9.
runt Parmenides & Meliſſus,ut infra dicetur,ergo patet ꝙ illis qui dicunt totum unum immobile,non contigerit intelligere eos talem cām.ſ. cām motus,quia ex quo motum ſubtrahūt,fruſtra quærunt cauſam motus,niſi tantum Parmenides,quia iſte etſi poneret unum ſm rationem,po nebat tamē
plura ſm ſenſum,ut infra dicetur. Vnde inquantum plura po- Lect.9.
nebat,conueniebat ei ponere plures cauſas,quarum una eſſet mouens,& alia mota:quia ſicut pluralitatem ſm ſenſum ponebat,ita oportebat ꝙ poneret motum ſm ſenſum.Nam ex uno ſubiecto non poteſt intelligi pluralitas cōſtituta, niſi per aliquem modum motus . Tertii fuerunt qui plures facientes rerum ſubſtantias , conſenſerunt prædictæ rationi ponentes cauſam motus. Ponebant enim calidum uel frigidum cauſas, uel ignem & terram: quorum igne utebantur ut habente mobilem,ideſt motiuam naturā, aqua uero & terra & aere contrario, uel ut habentibus naturam paſſiuam : & ſic ignis erat G
ut cauſa efficiens, alia uero ut cauſa materialis.

Poſt hos autem taliaq; principia,ut non ſufficientia ad generandum rerum naturam,ab ipſa ueritate compulſi(ſicuti diximus)ſequens principiū quæſiuere. Nam ut bene recteq; aliæ rerum ſeſe habeát, aliæ fiant,nec ignem fortaſſe,nec terram , nec aliud quicquam talium,uériſimile eſt eſſe cauſam,aut illos idipſum exiſtimaſſe. Nec rurſus Caſui Fortunęue tátam rem condere tribuereq; bene ſeſe habeat.

Poſt hos autem & talia principia tanquá non ſuf- Parte.2.
ficientia exiſtentium generare naturá,iterum ab ipſa ueritate(uelut aiebamus)coacti habitū quęſierūt principiū:ipſius.n.& bene hoc quidem eorum quæ ſunt habere,illa uero fieri:forſan nec ignem ,nec terram,neq; aliud taliū nihil,uériſimile cám eſſe : neq; illos cōuenieus exiſtimare:neq; iterū ipſi Automato & Fortunæ tantam cōmittere rem bene habere. H

Hic ponit opiniones ponētium cām efficientem nō ſolum ut principium motus , ſed etiam ut principium boni uel mali in rebus. Et circa hoc duo facit. Primo narrat eorum opiniones .Secundo oſtendit in quo in ponendo cauſas defecerunt,
ibi: { Iſti quidē. } Circa primū duo facit. Primo ponit opinio- Lect.6
nis rationes, ex quibus mouebantur ad ponēdum aliam cau- parte.2.
ſam à prædictis. Secundo oſtendit quō diuerſimode cām po- Lect.pſſ.
ſuerunt,ibi. { Dicens & aliquis &c. } Dicit ergo primo ꝙ poſt Parte.3.
prædictos philoſophos,qui ſolum unam cām materialem poſuerunt uel plures corporales,quarum una erat actiua,alia ut paſſiua,& poſt alia prima principia ab eis poſita, iterum fuerunt ab ipſa ueritate coacti { ut aiebamus } .i. ſicut ſupra di- T.c8.9.8.
ctum eſt,ut quærerent principium { habitum } .i.conſequenter ſe habens ad prædicta.ſ. cauſam boni,quæ quidē eſt cauſa

I finalis, licet ab eis non poneretur niſi per accidens, ut infra patebit. Ponebatur enim ab eis ſolum cauſa boni per modum cauſæ efficientis. Et ad hoc cogebantur: quia præmiſſa principia non ſufficiebant ad generandum naturã entiũ, in qua quidem inueniuntur aliqua bene ſe habere. Quod demonſtrat cõſeruatio corporum in propriis locis, extra quæ corrũpuntur. Et ulterius utilitates quæ proueniũt ex partibus animalium, quæ hoc modo diſpoſitæ inueniuntur ſm ꝙ congruit ad bonum eſſe animalis. Huiuſmodi autem bonæ diſpoſitionis uel habitudinis. quá quædã res iam habent, quædam uero adipiſcuntur per aliquam factionem, non ſufficienter ponitur cauſa uel ignis, uel terra, uel aliquod talium corporum: quia iſta corpora determinate agunt ad unum ſm neceſſitatem ꝓpriarum formarũ. ſicut ignis calefacit & tendit ſurſum, aqua uero infrigidat & tendit deorſum. Prædictæ autem utilitates & bonæ diſpoſitiones rerum exigunt habere cauſam non determinatam ad unum tantum, cum in diuerſis animalibus di-
K uerſimode inueniantur partes diſpoſitæ, & in unoquoq; ſm congruentiam ipſorum naturæ. Vnde non eſt conueniens, ꝙ ignis uel terra uel aliquod hmõi ſit cauſa prædictæ bonæ habitudinis rerum, nec fuit cõueniens, ꝙ ipſi hoc æſtimauerint nec iterum bene ſe habet dicere, ꝙ ſint automata. i. per ſe euenientia & caſualia, & ꝙ a fortuna tãtum inmutator eorum caſualitas: licet aliqui eorum hoc dixerint, ut Empe. & quicunque poſuerũt cauſam materialem tãtum: ſicut patet. ii. Phyſi.
T.c.75. Quod tamen patet etiam eſſe falſum, per hoc ꝙ huiuſmodi bonæ diſpoſitionis inoeniuntur uel ſemper uel in maiori parte. Ea au ẽ quæ ſunt à Caſu uel à Fortuna, nõ ſunt ſicut ſemper, ſed nec ſic ut frequenter, ſed ut raro. Et propter hoc neceſſarium fuit alterum inuenire principium bonæ diſpoſitionis rerum, præter quatuor elementa. Alia litera habet { nec ipſi Automato & Fortunæ. } & eſt idem ſenſus quod prius.

Itaq; quidam cum mentem, mũdi cauſam ac uniuerſi ordinis eſſe, perindeque naturę ac animalibus
L ineſſe dixerit, inter priores illos uana dicentes, quaſi ſobrius habitus eſt. Atque Anaxagoram quidem manifeſte ſermões hos tetigiſſe ſcimus. Hermotinũ aũt Clazomenium hos prius dixiſſe ferunt. Hi igitur ſic exiſtimantes, cauſam bene habẽdi ſimul principium eſſe rerum, & talem cauſam poſuere, unde eſt principium motus.

Par. 3. Dicẽs & aliquis ineſſe intellectum unum, quẽadmodum in animalibus, & in natura cauſam & mundi & ordinis totius, & excitans apparuit purificans priores pręter cõuenientia dicentes. Palam quidem igitur Anaxagoram ſcimus hos ſermones tetigiſſe, attamẽ haber prius Hermotinus Clazomenius cauſam dicendi. Sic quidem igitur opinantes, ſimiliter ipſius bene cauſam, principium exiſtentium eſſe po-
M ſuerunt: & tale unde motus exiſtentibus ineſt.

Hic ponit in ſpeciali opiniones de prædicto principio. Et primo ponit opiniones ponentium unam cauſam. Secundo
Lect. 6. parte. 1. ponentium duas, ibi: { Quoniã uero contraria bonis. &c. }
Part. ſeq. Circa primum duo facit. Primo ponit opiniones ponentium cauſam primam efficientem intellectum. Secũdo ponentium amorem, ibi: { Suſpicatus eſt aũt &c. } Dicit ergo ꝙ poſt prædictam rationem apparuit aliquis dicens intellectum eſſe in toto natura, ſicut eſt in animalibus, & ipſum eſſe cauſam mundi & ordinis totius ideſt uniuerſi, in quo ordine conſiſtit bonum totius uniuſcuiuſque. Et hic purificauit priores philoſophos, ad puram ueritatem eos reducẽs, qui inconuenientia dixerunt huiuſmodi cauſam non tangentes. Hanc autem ſententiam manifeſte tangit Anaxago. licet cauſam huiuſmodi ſententiam proferendi, dederit ei primo quidam alius philoſophus, ſcilicet Hermotinus Clazomenius. Vnde patet ꝙ illi qui ſunt opinati ſic, ſimul poſuerunt idem rebus eſſe principium, quód bene haberent ſe, & quòd eſſet unde prĩcipium motus eſt.

Primum autem Heſiodum idipſum quæſiuiſſe quiſpiam ſuſpicabitur, & ſi quis alius Amorem aut N
cupiditatem in hiſce quæ ſunt uti principium poſuit: quemadmodum eſt Parmenides. Hic enim generationem extruens uniuerſi, ſic dicit:

Cunctorũ ille Deum primum produxit amorẽ,
Et Heſiodus ait:
Ante chaos, poſt hoc facta eſt latiſſima tellus,
Quiq; alius Deus eſt diuis, Deus ipſe Cupido,

Propterea quod oportet in hiſce quæ ſunt, cauſam eam eſſe quę res mouebit ac congregabit. Sed quiſnam horum primus hanc cauſam attulit, liceat poſterius iudicare

Suſpicatus eſt autem utique aliquis Heſiodum Heſiodus.
quæſiuiſſe primum huiuſmodi, & utique ſi aliquis alius Amorem aut Deſiderium in exiſtẽtibus quaſi principium poſuiſſet: ut Parmenides. Etenim hic Parmenides.
O tentans monſtrare uniuerſi generationem, primum quidem ait deorum Amorem fore prouidẽtem oĩbus. Heſiodus uero omnium primum chaos fuiſſe deinde terram latam, & Amorem qui omnia condocet immortalia, quaſi neceſſarium ſit in exiſtentibus eſſe cauſam, quæ res ipſas moueat & cõgreget. His quidem igitur quomodo diſtribuere de hoc oporteat quis primus, liceat iudicare poſterius.

Ponit opinionem ponentiom amorem eſſe principium primum, quem tamen non ita expreſſe uel plane, poſuerunt. Et ideo dicit, ꝙ ſuſpicio fuit apud aliquos, ꝙ Heſiodus quæſiuiſſet huiuſmodi principium bonæ habitudinis rerum, uel quicunq; alius poſuit amorem uel deſiderium in rebus. Cum. n. Parmenides uniuerſi generationem monſtrare tentaret, dixit, ꝙ amor deorum prouidit omnibus, ut mundus conſtitue- P
retur. Nec eſt contra ſenſum eius qui poſuit unum ens immobile, quod hic dicit, quia hic ponebat plura ſecundum ſenſum, licet unum ſecundum rationem, ut ſupra dictum eſt, & Lect. 5.
infra dicetur. Deos autẽ corpora cæleſtia appellabat, uel forte Lect. 6.
aliquas ſubſtãtias ſeparatas. Sed Heſiodus dixit ꝙ primo omnium fuit chaos, & deinde facta eſt terra latior, ut eſſet receptaculum aliorum: poſuerunt enim receptaculum & locum Tex. c. 5. 6
principium eſſe, ut dicitur. iiii. Phyſi. Et poſuit rerum principium amorem, qui condocet omnia imortalia. Et hoc ideo, quia communicatio bonitatis ex amore prouenire uidetur. Nam beneficium eſt ſignum & effectus amoris. Vnde cum ex rebus immortalibus huiuſmodi corruptibilia eſſe habeant, & omnem bonam diſpoſitionem, oportet hoc amori immortaliom attribuere. Immortalia autem poſuit uel ipſa corpora cæleſtia, uel ipſa principia materialia. Sic autem poſuit chaos, & amorem quaſi neceſſarium ſit in rerum exiſtentiis eſſe non
ſolum materiam motam, ſed & ipſam cauſam agentem, quæ Q
res moueat & congreget, quod uidetur ad amorem pertinere. Nam & in nobis amor ad actiones mouet, & quia eſt omnium affectionum principium. Nam & timor & triſtitia & ſpes, non niſi ex amore procedunt. Quod autem amor congreget ex hoc patet, quia ipſe amor eſt unio quædam amantis & amati, dum amans amatum quaſi ſe reputat. Iſte autem Heſiodus ante philoſophorũ tẽpora fuit in numero poetarũ. Quis autẽ horum ſit prior. i. potior in ſententia, utrũ ille qui dixit amorẽ eſſe primũ principium, uel qui dixit intellectum poſterius poterit iudicari. ſ. ubi agetur de Deo. Et hoc iudiciũ diſtributionem uocat, quia per hoc unicuiq; ſuus gradus attribuitur dignitatis. Alia trãſlatio planius habet. Hos quidem igitur quomodo congruat tranſire, & quis de hoc ſit prior poſterius poterit iudicari.

Lectio VI.

Quoniã autem & contraria bonis in natura uidebantur ineſſe, & nõ ſolũm ordo pulchrumue, ſed & inordinatio atq; turpe, pluraq; mala q̃ bona, & turpia q̃ honeſta, alius quidam concordiam atque diſcordiam introduxit, ut utrorũq; cauſa ſit utrunq;.

Nam

A Nam ſi quiſpiā ſequatur Empedoclem, ſumatq; ea quę dicit ad eius mentem ſententiamue, & non ad ea quę dicit balbutiendo, cōcordiam quidem bonorum, diſcordiam autem malorum cauſam inueniet eſſe. Quare ſi quiſpiam dixerit Empedoclem modo quodam & dicere & primum dicere bonum ac malum principia rerum eſſe, recte fortaſſe dixerit: ſiquidem bonorum apud eum cauſa omnium ipſum eſt bonum, malorum autem malum.

part. pſta. QVoniam uero cōtraria bonis uidebātur eſſe in natura, & non ſolum ordinatio & bonū, ſed inordinatio & turpe: plura mala melioribus, & praua bonis, ſic alius aliquis amorem induxit & litē, ſingula ſingulorum cām horum. Si quis

B enim aſſequatur & accipiat ad intellectum, & nō ad ea quę balbutiēdo Empedocles dixit, inueniet amorem quidem eſſe cām aggregatorū, litem uero malorū. Quare ſiquis dixit & quodāmodo dicere & primum dicere Empedoclem bonum & malum principia, forſan bene dicet, ſi bonorum omnium bonum eſt cauſa, & malorum malum. Empedoc.

HIC ponit opinionem ponētium contrarietatē in hmōi, & rationem eos mouentem, quæ talis erat. In rerum natura uidebantur aliqua eſſe contra bonis, quia in natura non ſolum inuenitur ordinatum & bonum, ſed aliquando inordinatum & turpe. Non poteſt autem dici ꝙ mala non habeāt cauſam, ſed accidant a caſu: quia mala ſunt plura melioribus, & praua ſunt plura bonis ſimpliciter. Quæ autem ſunt a caſu ſine cauſa determinata non ſunt, ut in pluribus, ſed ut in paucioribus. Vnde cum contrariorum ſint contrariæ cauſæ, oporret non ſolū cām rerum ponere amorem, ex quo proueniūt ordinationes & bona: ſed & odium, ex quo proueniunt inor-

C dinationes & turpia uel mala: ut ſic ſingula mala & bona proprias cauſas habeant. Et ꝙ iſta fuerit ratio mouens Emped. patet, ſiquis aſſequatur ſententiā eius, & accipiat ſcientia quam dicere uoluit, & nō ad uerba quæ imperfecte & quaſi balbutiēdo dixit. Dixit enim ꝙ amoris eſt congregare, odii diſgregare. Sed quia ex cōgregatione eſt rerum generatio, ex qua rebus eſt eſſe & bonum: per ſegregationem uero eſt corruptio, quæ eſt uia ad non eſſe & malum: iam patet ꝙ uoluit amorē eſſe cauſam aggregatorū idest bonorū, & odiū eſſe cām malorum. Et ita ſi quis dicat, ꝙ Empedocles fuit primus qui dixit bonum & malum eſſe principia, forſitan bene dixit. Si tamen ſm Empedoc. fuit hoc ꝙ bonū eſt cauſā omnium bonorum, & malum omnium malorum. Quod enim aliquorum malorū poſuit cām malū. ſ. corruptionis, & aliqrū bonorū bonū. ſ. generationis, manifeſtū eſt. Sed quia nō ſequebaī ꝙ oia bona eſſent ꝑ amicitiam, nec oia mala ꝑ odium, cum diſtinctio partium mundi adinuicem eſſet per odium, & confuſio ꝑ amici-

D tiam, ideo nō uſquequaq; poſuit bonum cauſam bonorum, & & malum cauſam malorum.

Hi igitur (ut diximus) & uſq; adeo duas earū cauſarū (quas nos in naturę contēplatione diſtinximus) tetigiſſe uidētur: materiā inquā & eā unde eſt principiū motus: obſcure tñ & nō dilucide, ſed ut in pugna rudes inexercitati faciūt. Etenim illi cū agitaoī, pſępe pręclare agunt accōmodatoſq; inferunt ictus. Verū neq; illi id per ſcientiā agunt, neq; hi q̃ dicunt ſcire uidetur. Nihil enim his uti uident niſi ꝑ parū.

part. 2. Iſti qdē igiī (ſicut dixim⁹) & uſq; ad hoc duas cās tetigerunt, quas in phyſicis determinauimus, materiā, & id unde motus obſcure qdē, & nō manifeſte: ſed qualiter in bellis inerudit faciūt. Etenim illi circūducti ſępe bonas plagas faciunt, at nec illi ex ſcia, nec iſti uſi ſunt ſcientibus dicere quod dicunt. His etenim fere uſi nihil uidentur niſi parum.

E Hic oſtendit ꝙ in ponēdo p̄dictas cauſas deficiebāt. Et primo loquitur generaliter de eis. Secundo ſpāliter, ibi { Anax. autem &c. } Dicit ergo primo ꝙ p̄dicti philoſophi. ſ. Anax & Empedoc. uſq; ad hoc peruenerunt, ꝙ poſuerunt duas cauſas illarum quatuor, quæ ſunt determinatæ in phyſicis. ſ. materiā, & cauſam motus. ſed obſcure & non manifeſte tradiderūt. qa non exprimebant ꝙ illa quæ cauſas eſſe ponebāt ad iſta cauſarum genera reducerent. Sed in hoc ꝙ de cauſis poſuerunt duas, cōuenienter aſſimilabaī bellatoribus nō eruditis qui ab aduerſariis circunducti faciunt aliqñ bonos ictus, ſed nō per artē, ſed a caſu. Quod ex hoc patet, quia & ſi aliqñ accidit eis, nō tñ ſemꝑ aut frequenter. Similiter etiā prædicti philoſophi non ſunt uſi dicere quod dicunt, nec uſi ſunt ſcientibus. i. ſicut ſcientes. Vnde alia tranſlatio habet: Sed nec illi ſciētiam, nec hi aſſimilati ſunt ſcientibus dicere ꝙ dicunt. Quod ex hoc patet qa cum p̄dictas cauſas poſuiſſent fere nō ſunt eis uſi, quia in paucis utebanī. Vnde uideī ꝙ nō ex arte, ſed quadam inducti neceſſitate eas caſualiter induxerunt. Part. ſeq. F

Nam ut Anaxagoras ad extruēdū quidē mundū utitur mente, perinde atq; diis in ſcæna poetæ cum in anguſtum res deducunī, atq; cū dubitat ꝓpter quā cauſam neceſſario eſt, tunc ipſam tradit: in ceteris aūt oia magis, ut cās eorū q̃ fiūt, q̃ mētē aſſignat.

Anaxagoras autem artificialiter ad mundi generationē utitur intellectu. Nā quādo dubitat quæ cauſa ex neceſsitate eſt, tunc attrahit ipſum. In aliis uero oīa magis cauſanī eorū quę fiūt, q̃ intellectu. Par. 3.

Hic oſtēdit in quo ſpāliter eorū uterq; defecerit. Et primo de Anax. Secūdo de Emped. ibi. { & Empe. } Dicit ergo primo, ꝙ Ana. utitur intellectu ad mūdi generationē, in quo uidetur artificialiter loqui, nō dubitans de cauſis generationis mūdi, ex neceſsitate attrahit. i. producit ipſum intellectū, non ualens reducere mundi generationē, in aliquā aliā cām diſtinguērem res, niſi in aliquod in ſe diſtinctum & immixtū, cuiuſmodi eſt intellectus. Sed in oibus aliis aſſignat cauſas magis ex oibus aliis, q̃ ex intellectu, ſicut in ſpālibus rerum naturis. Par. ſeq. G

Et Emped. magis quidē q̃ ille cauſis utitur, non tamē ſufficienter: aut in his id inuenit, cui oēs aſſentiunt atq; cōcedunt. Multis. n. in locis ipſi cōcordia quidē diſgregat, diſcordia aūt cōgregant. Nā cū uniuerſum qdē per diſcordiā in elemēta diſtinguiī, & ignis ſane & cæterorū unumquodq; elementorū in unū tunc congregaī. Sed cū per amicitiam in ipſum unum iterū coeunī, tunc ipſæ partes ex unoquoq; rurſus diſgregentur neceſſe eſt.

Et Empedocles plus qdē hic utitur cauſis, ſed tñ nec ſufficienter, neq; in his inuenit quod confeſſum eſt. A multis igiī arguiī in locis apud ipſum: amor diſgregat, lis aūt cōgregat. Nā cū in elemēta quidem ipſum eſſe a lite diſtrahitur, tunc ignis in unum & aliorū elemētorū ſingula cōcernuntur. Cū autē iterum in unum ab amore cōueniunt, neceſſe rurſum, ut ex ſingulis particulę ſecernantur. Par. 4. H

Hic oſtendit in quo deficiat Empedo. & circa hoc duo facit. Primo oñdit in quo deficit. Secūdo quid ꝓpriū præ aliis dixit, ibi. { Empedo. igiī } Dicit ergo primo, ꝙ Emped. in determinādo de particularibus rerū naturis, { plus utitur cauſis } a ſe poſitis. ſ. quatuor elemētis, & odio & amore, q̃ Anax. qa ſingulorū generationē & corruptionē in p̄dictas cauſas reducit, nō aūt Anax. in intellectū. Sed in duobus deficit. Primo quia non ſufficienter hmōi cauſas tradit. Vtiī enim eis quaſi dignitatibus ꝑ ſe notis, quæ nō ſunt ꝑ ſe nota, vt dicit primo phy. dum ſcilicet ſupponebat quaſi ꝑ ſe notū, ꝙ lis determinato tempore dñabaī in elemētis, & alio tēpore determinato amor. Secundo quia in his quæ quærit nō inuenit illud quod eſt ab eo confeſſum. i. ſuppoſitū quaſi principiū. ſ. ꝙ amor cōgreget & odiū diſgreget, quia in multis locis oportet ꝙ ecōtrario amor { ſe- Part ſeq. T cō 3 2.

I cernat. } .i.diuidat,& odiũ { cõcernat } .i cõgreget,'qa qñ ipſum uniuerſum in partes ſuas p odiũ { diſtrahit } .i. dencitur ꝙ eſt in generatione mũdi,tunc oẽs partes ignis in unũ cõueniunt,& ſimiliter ſingulæ partes aliorũ elementorũ { Cõcernuntur } .i.adinuicẽ cõiungunt. Sic igiť odiũ , nõ ſum partes ignis diuidit a partibus aeris, ſed etiã partes ignis cõiungit ad inuicẽ.Ecõtrario aũt cum elemẽta in vnũ conueniunt p amorem,quod accidit in deſtructione vniuerſi. tunc neceſſe eſt vt partes ignis adinuicẽ ſeparent,& ſimiliter ſingulorum partes adinuicem ſeceruant.Non.n poſſet ignis commiſceri aeri niſi partes ignis adinuicem ſepararent,& ſimiliter partes aeris niſi inuicem ſe elementa prædicta penetraret,vt ſic amor ſicut cõiungit extranea, ita diuidat ſimilia: ſecundum ꝙ ſequitur ex eius poſitione.

Empedocles igitur primus,præter ueteres,diuiſam hanc cauſam attulit . Nõ enim unum principiũ K motus,ſed diuerſa atq; contraria fecit. Præterea primus eẽ a q̃tuor e dixit,q̃ ut in materiei ſpecie elemẽta dicũtur,nõ tamẽ illis ut quatuor, ſed ut duobus utitur ſolis. Igni quidẽ p ſe,oppoſitis aũt ut una natura:terra inquã aere atq; aqua . Hoc aũt ipſum ex eius carminibus quiſpiã ſumere põt. Hic igiť,ut diximus,ſic & tot principia dixit eſſe.

parte. 5 Empedocles quidẽ,p̃ter priores,primus hãc cãm diuidens induxit,nõ unũ faciens motus pricipium, ſed diuerſa & contraria . Amplius aũt q̃ in materiæ ſpẽ dicũtur elemẽta quatuor primus dixit, nõ tamẽ utiť quatuor,ſed ut duobus exiſtẽtibus,ſolũ quidẽ igne ſin ſe:oppoſitis uero q̃ſi una natura terra aere & aqua. Sumet aũt utiq; aliquis id ſpeculans ex elementis. Hic quidem ergo,ſicut diximus,ſic & tot dixit principia.

Hic oſtendit qũo Empedoc. præ aliis philoſophis propriũ L poſuit. Et dicit ꝙ duo præ aliis poſuit. Vnum eſt,ꝙ cãm vnde motus diuiſit in duas cõtrarias partes. Aliud eſt ꝙ cãm materialẽ dixit eſſe quatuor elemẽta,nõ ꝙ utatur quatuor elementis vt quatuor,ſed vt duobus,quia ignẽ cõparat aliis tribus dicens,ꝙ ignis habet naturã actiuã, & alia paſsiuã . Et hoc põt aliquis ſumere ex elementis rerum ab ipſo traditis,vel { elementis } principiis ſuæ doctrinæ quæ poſuit. Alia litera habetur ex verſibus,quia dicitur metrice ſuam philoſophiã ſcripſiſſe. Et huic cõcordat alia trãſlatio quæ dicit: Ex rationibus. Hic igitur(vt dictum eſt) ſic & tot primus poſuit principia , quia quatuor,& ea quæ dicta ſunt.

Lec. VII.

Leucippus autẽ,& ſocius ipſius Democritus elementa quidẽ plenũ & uacuũ eſſe aiunt:horũ alterũ plenum inquã ac ſolidũ,ens:alterũ ideſt uacuũ,non ens eſſe dicentes. Quapropter & inquiunt id quod eſt,non magis q̃ id quod,haud eſt,eſſe: quoniã neq; uacuum minus q̃ corpus eſt. Hęc autem cauſas eo M rum quę ſunt,ut materiam eſſe aiunt.

Leucippus & collega eius Democritus,elementa quidẽ plenũ & inane dicunt eſſe : dicentes uelut hoc quidẽ ens,illud uero non ens. Horũ autem plenum quidem & ſolidum ens , inane uero non ens . Propter quod & nihil magis ens non ente dicunt eſſe:quia neq; inane corpore . Cauſas autem entium hæc ut materia.

HIC Incipit ponere poſitiones eorum qui poſuerũt de prin Lec.9 pars.pria. cipiis poſitiones extraneas non manifeſtas. Et primo illorum qui poſueruut plura principia rerum. Secũdo illorum qui poſuerunt tantum unum ens,ibi: { Sunt aũt aliqui &c. } Circa primum ſecundo facit. Primo ponit opinionem Leucippi & Democriti qui poſuerunt principia rerum corporea. Secundo Lec. pñ. part. 3 ponit opinionem Pythagoricorum , qui poſuerunt principia rerum incorporea,ibi: { In his autem &c. } Circa primũ duo facit. Primo ponit opinionẽ Democriti & Leucippi de cauſa materiali rerum. Secundo de cauſa diuerſitatis qũo.ſ. ex materia plures res diuerſificant,in quo etiam apparet cauſa generationis & corruptionis rerum,in quo etiam cũ antiquis philoſophis cõueniebant,ibi: { Et quẽadmodum in vnũ &c. } Dicit ergo,ꝙ duo philoſophi qui amici dicuntur,quia in omnibus ſe ſequebantur.ſ. Democritus & Leucippus,poſuerunt rerũ principia plenum & inane ſiue vacuum : quorum plenum eſt ens, & vacuum ſiue inane non ens. Ad huius autẽ opinionis euidẽtiam recolendum eſt hoc,quod philoſophus dicit in primo de generatione,vbi diffuſius eam tradit. Cum enim quidam philoſophi poſuiſſent oĩa eſſe vnum ens cõtinuum,immobile: qa nec motus ſine vacuo eſſe poteſt,vt videtur, nec etiã rerũ diſtinctio,vt dicebant:cũ continuitatis priuationẽ, ex qua oporret intelligere corporum diuerſitatem, niſi per vacuum non poſſent cõprehendere,vacuum autẽ nullo modo eſſe ponerẽt, ſuperuenit Democritus qui eorum rationi conſentiens, diuerſitatem autem & motum a rebus auferre non valẽs vacuũ ın eſſe poſuit: & omnia corpora ex quibuſdam indiuiſibilibꝰ corporibus eſſe compoſita,,ppter hoc quia non videbat ſibi ꝙ ratio poſſet aſsignari quare ens vniuerſum magis in vna parte eſſet diuiſum q̃ in alia:ne poneret totum eſſe continuũ,p̃elegit ponere vbiq; totum & totaliter eſſe diuiſum,quod eſſe nõ poſſet ſi remaneret aliquod diuiſibile indiuiſum. Hmõi autẽ indiuiſibilia corpora inuicẽ coniungi nõ poſſunt,nec eſſe vt ponebat, niſi vacuo mediante: quia niſi vacuum inter duo eorum interueniret , oporteret ex eis duobus vnum eſſe cõtinuum, quod ratione p̃dicta non ponebat. Sic igitur vniuſcuiuſq; corporis magnitudinẽ conſtitutam,dicebat ex illis indiuiſibilibꝰ corporibus implentibus indiuiſibilia ſpatia,& ex quibuſdã ſpatiis vacuis ipſis indiuiſibilibus corporibus interiacẽtibus, quæ quidem poros eſſe dicebant. Ex quo patet ꝙ cũ vacuum ſit nõ ens,& plenum ſit ens,nõ magis ponebat rei conſtitutionẽ ens q̃ nõ ens. qoia nec corpora magis q̃ vacuum,nec vacuum magis q̃ corpora,ſed ex duobus ſimul dicebat (vt dictum eſt)corpus conſtitui. Vnde prædicta duo ponebat rerum cauſas ſicut materiam.

Part ſeq. Democrit. Leucippus Te.co.6o.

N O P

Atq; ut hi qui unum ſubiectã ſubſtãtiam faciũt, cætera ipſius affectibus generant,ratum ac denſum principia affectum ipſorum ponentes,ſic & hi differentias ipſas cæterorũ cauſas eſſe dicunt. Has tamen tres eſſe aſſerunt,figuram,ordinem,poſitionem. Differre enim inquiunt id quod eſt,figura ordine,poſitioneq; ſolũ. Nam A,quidẽ ab N, figura: An,autem ab na,ordine:& z,ab n, poſitione differt . De motu uero unde aut quonã pacto inerit,& hi perĩde atq; cæteri inertia omiſerunt . De duabus igitur cauſis, ut diximus,eo uſq; a prioribus quęſitũ fuiſſe uideť.

Et quẽadmodum qui unum faciũt ſubſtantiam par. 2. ſubiectam,alia paſsionis eius generant,rarum & ſpiſſum principia paſsionum ponentes,eodem modo & hi differentes cauſas aliorum eſſe dicunt. Has uero tres dicunt eſſe.figuram,ordinem & poſitionẽ. Differre autem aiunt ens rhythmo & diathygi & tropi Q ſolum. Horum autem rhytmus figura eſt, & diathigi ordo,& tropi poſitio. Differt enim a, ab n,figura: an,autem a na,ordine: z,autem ab n,poſitione . De motu uero unde aut quomodo ineſt habentibus, & hi aliis conſimiliter,negligẽter diuiſerũt. De duabus igitur cauſis(ut diximus)in tantum uideť quęſitum eſſe prius.

Hic oſtendit in quo conueniebant prædicti philoſophi cum antiquis philoſophis,qui ponebant vnam tantum materiam. Oſtendit autem ꝙ conueniebant cũ eis in duobus. Primo quidem,quia ſicut ſunt ponentes vnam materiam,& ex illa materia vna generabant aliam ſecundum diuerſas materiæ paſſiones,quæ ſunt rarum & denſum,quæ accipiebant vt principia omnium aliarum paſsionum ita & iſti, ſcilicet Democritus & Leucippus dicebant ꝙ cauſæ differẽtes erant aliorũ.ſ.corpo

A rum cõſtitutorum ex indiuiſibilibus, videlicet ꝙ per aliquas differentias illorũ indiuiſibiliũ corporũ & pororũ diuerſa entia cõſtituebantur. Eas autem differentias dicebant eſſe vnam ſecundum figuram, quæ attenditur ex hoc ꝙ aliquid eſt angulatum, circulare & rectũ: aliam ſm ordinem, quæ eſt ſecundũ prius & poſterius: aliam ſecũdum poſitionẽ, quæ eſt ſecundum ante & retro, dextrum & ſiniſtrum, ſurſum & deorſum. Et ſic dicebant ꝙ vnũ ens differt ab alio vel { rhythmo } .i. figura { vel diathygim } .i. ordine { vel tropi } .i. poſitione. Et hoc probat per exemplum in literis Græcis, in quibus vna litera differt ab alia, figura ſicut & in noſtris differt vna ab altera. A. enim differt ab N, figura: An, vero & na, differunt ſm ordinem, nam vna ante aliam ordinat. Vna etiã differt ab altera poſitione, vt. z, ab n, ſicut & apud nos videmus ꝙ ſemiuocales poſt liquidas poni non poſſunt ante quas ponũtur mutæ in eadem ſyllaba. Sicut ergo propter triplicem diuerſitatẽ in lite-
B ris ex eiſdem literis diuerſimode ſe habentibus fit tragœdia & comœdia, ita ex eiſdem corporibus indiuiſibilibus diuerſimode habentibus fiunt diuerſæ ſpecies rerum. Aliud vero in quo conueniebant iſti philoſophi cum antiquis eſt, ꝙ ſicut antiqui neglexerunt ponere cauſam ex qua motus ineſt rebus, ita & iſti, licet illa indiuiſibilia corpora dicerent eſſe per ſe mobilia. Sic ergo patet ꝙ per ꝑdictos Philoſophos nihil dictum eſt niſi de duabus cauſis. ſ. de cauſa materiali ab omnibus, & de cauſa mouente a quibuſdam.

Inter autem hos & ante hos hi qui Pythagorici uocitur, primi tetigere doctrinas ac auxere, & in ipſis principia omnium principia eſſe putarunt. Atq; quoniam numeri ſunt primi natura, & in numeris magis uidebatur eis uidere ſimilitudines multas eorum quę ſont & fiunt, quá in igne, terra & aqua, ue-
C luti talem quidem numerorum affectum iuſtitiam eſſe, talem autem animam atq; mentem, alium uero tempus, & cęterorum fere quęq; ſimiliter.

part. 3 In his auté & ante hos uocati Pythagorici mathematica tangentes primi ea produxerunt, & in eis nutriti, horum principia omnia eſſe putauerunt. Horũ autem quoniam natura numeri primi, & in numeris ſpeculari multas ſimilitudines inexiſtentibus & factis magis q̃ in igne & terra: quia talis numerorũ paſsio, iuſtitia: illa uero talis, anima & itellectus: alia uero, tempus & aliorum (ut eſt dicere) unumquodq; ſimiliter.

Lec. 8 part. pria. parte ſeq. Pithagorę poſitio. Hic ponit opiniones Pythagoricorum ponẽtium numeros eſſe ſubſtantias rerum. Et circa hoc duo facit. Primo ponit opiniones de rerũ ſubſtãtia. Secũdo de rerũ principijs ibi: { Sed cuius gratia aduenimus. } Circa primũ ponit duo ex quibus inducebantur ad ponendum numeros eſſe rerum ſubſtantias. Secundum ponit, ibi: { amplius autem harmoniarom &c. } dicit ergo ꝙ Pythagorici philoſophi fuerunt { in his } id eſt, contemporanei aliquibus dictorum philoſophorum { & ante
D hos } quia fuerunt quidam quibuſdam priores. Sciendum eſt autem duo fuiſſe philoſophorum genera. Nam quidã vocabãtur Ionici, qui morabantur in illa terra quæ nunc Græcia dicitur. Et iſti ſumpſerunt principium a Thalete, vt ſupra dictum eſt. Alij philoſophi fuerũt Italici, in illa partæ Italiæ quæ quondam Magna Græcia dicebatur, quæ nunc Appulia & Calabria dicitur: quorum philoſophorom princeps fuit Pythagoras natione Samius, ſic dictus a quadam Calabriæ ciuitate, & hæc duo philoſophorũ genera ſimul cõcurrerunt. Et propter hoc dicit ꝙ fuerunt { in his & ante hos. } Iſti aũt Italici philoſophi qui & Pythagorici dicuntur, primi produxerunt quædam mathematica, vt ea rerum ſenſibilium ſubſtantias & principia eſſe dicerent. Dicit ergo { Primi } quia Platonici eos ſunt ſecuti. Ex hoc autem moti ſunt vt mathematica introducerent, quia erant nutriti in eorum ſtudio. Et ideo principia mathematicorum credebant eſſe principia omnium entium. Conſuetũ eſt enim apud homines, ꝙ per ea quæ nouerunt, de rebus iudicare velit. Et quia inter mathematica numeri ſunt priores, ideo conati ſunt ſpeculari ſimilitudines rerum naturalium & quan- E
tum ad eſſe & quantum ad fieri, magis in numeris q̃ in ſenſibilibus elementis, quæ ſunt terra & aqua & huiuſmodi. Sicut. n. prædicti philoſophi paſsiones rerum ſenſibilium adaptant paſſionibus rerum naturalium, per quãdam ſimilitudinẽ ad proprietates ignis & aquæ & hmôi corporũ: ita mathematici adaptabant proprietates rerum naturalium ad numerorom paſſiones, qñ dicebãt ꝙ aliqua paſsio numerorũ eſt cauſa iuſtitiæ: & aliqua cauſa aïæ & intellectus, & aliqua eſt cauſa temporis, & ſic de alijs. Et ſic paſſiones numerorum intelliguntur, eſſe rationes & principia quædã omnium apparẽtiũ in rebus ſenſibilibus, & quantum ad res voluntarias, quod deſignatur per iuſtitiam, & quãtum ad formas ſubſtãtiales rerum naturaliũ, quod deſignatur per intellectum & animam: & quantum ad accidentia, quod deſignatur per tempus.

Inſuper affectus concentuum in numeris intuen- F
tes ac rationes: quoniá inquá cętera quidé numeris uidebantur ſimilia eſſe in omni natura. Numeri uero primi atq; ante omnẽ naturá numerorũ elementa omnium quæ ſunt, elementa eſſe putarũt, totũq; cœlum concẽtum ac numerũ eſſe, atq; quæcunq; in numeris & cõcentibus oſtendere poterant, ad cœli affectus ac partes & ad uniuerſum totũ eſſe accommodata, hęc aggregátes accõmodabát, & ſi quid alicubi deficiebat illud adeſſe percutiebant, quo tota ſua tractatio perfecta ſit, atq; cõnexa: ueluti cũ denarius numerus perfectus eſſe, omnẽq; numerorũ naturam cõprehendere uideatur: & ea quæ ferunt in cœlo, decem quidé inquiunt eſſe. At quia ſunt nouẽ manifeſta ſolum, ideo aduerſam terrá decimá fa-
ciunt. Verum de his alíis in locis exactius eſt a nobis G
determinatum.

Amplius autem harmoniarum in numeris ſpeculátes paſsiones & rationes, quoniam & alia quidem numeris ſm naturam oẽm uidebantur aſsimilata eſſe, & numeri ſunt omnes natura primi: eleméta numerorum exiſtẽtium, elementa cũctorum eſſe exiſtimabát & totum cœlum harmoniá eſſe & numerũ, & quęcunq; habebant cõfeſſa mõſtrare, & in numeris & in harmoniis & ad cœli paſsiones & partes, & ad ornatum totum ea colligentes adaptabant. Et ſi quid alicubi deficiebat, aduocabant cõtinuatum ipſis eſſe negotium. Dico autem quoniá perfectus denarius eſſe uidetur, & oẽm cõprehendere numerorum naturá, & quę ſm cœlum feruntur decem quidem eſſe dicuntur: ſolum autem nouem exiſtentibus manifeſtis: & ideo antitomam decimam faciũt. De his aũt certius eſt a nobis in alijs determinatũ.

part. 4.

Hic ponit ſecũdum motiuum. Conſiderabant enim paſsiones harmoniarum, cõſonantiarum muſicalium & earũ ratio- H
nes. ſ. proportiones ex natura numerorum. Vnde cũ ſoni cõſonantes ſint quædam ſenſibilia, eadem ratione ſunt conati & cætera alia ſenſibilia ſecundum rationem & ſm totam naturam aſsimilare numeris, ita ꝙ numeri ſunt primi in tota natura. Et propter hoc etiam æſtimauerunt ꝙ principia numerorũ eſſent principia omniom entium exiſtentium, & totum cœlũ nihil aliud eſſe dicebant niſi quãdam naturam & harmoniam numerorum .i. proportionem quandã nomeralẽ ſimilẽ proportioni quæ conſideratur in harmonijs. Vnde quæcunq; habebant { cõfeſſa } .i. manifeſta quæ poterant adaptare numeris & harmonijs adaptabant. & quãtum ad cœli paſsiones ſicut ſunt motus & eclipſes & huiuſmodi: & quãtum ad partes, ſicut ſunt diuerſi orbes: & quantum ad totum cœli ornatom, ſicut ſunt diuerſæ ſtellæ & diuerſæ figuræ in cõſtellationibus. Et ſi aliquid deficiebat in rebus manifeſtis quod nõ videret numeris adaptari { aduocabãt } .i. ipſi de nouo ponebãt { cõtinuatum eſſe eis omne negotiom } .i. ad hoc ꝙ totum nego-

I dum eorum quod erat adaptare ſenſibilia ad numeros conti-
nuaretur, dum omnia ſenſibilia numeris adaptarent, ſicut pa-
tet in vno exemplo. In numeris enim denarius videt eſſe per-
fectus, eo q eſt primus limes, & comprehendit in ſe omnium
numerorum naturam: quia omnes alii numeri non ſunt niſi
quædam repetitio denarii. Propter quod Plato uſq; ad .x. fa-
ciebat numerum, ut dicitur .iii. phyſicorum. Vnde & Pytha-
goras ſpheras quæ mouentur in cœlo dixit .x. quamuis nouē
ſolum harum ſint apparentes: quia deprehenduntur .7. moti-
bus planetarum, octaua ex motu ſtellarum fixarum, nona ve
ro ex motu diurno, qui eſt motus primus. Sed & Pythagoras
addit decimam quæ eſſet { antitoma } .i. in contrarium mota
in inferioribus ſpheris, & per conſequens in cōtrarium ſonās.
Dicebat enim ex motu cœleſtium corporum fieri quandam
harmoniam. Vnde ſicut harmonia fit ex proportione ſonorū
contrariorū .ſ. grauis & acuti, ita ponebat q in cœlo erat vnus
motus in oppoſitam partem aliis motibus, ut fieret harmo-
K nia. Et ſecundum hanc poſitionem, motus diurnus pertinebat
ad decimam ſpheram quæ eſt ab oriente in occidentem, aliis
ſpheris reuolutis econtrario ab occidente in orientem. Nona
vero ſm eum eſſe poterat quæ primo reuoluebat omnes ſphe
ras inferiores in contrarium primi motus. De his autem quæ
ad opinionem iſtam Pythagoræ pertinent determinatum eſt
L.l.13.14 diffuſius & certius in ultimis libris huius ſciētiæ. Lec. VIII.

Sed cuius gratia hæc enarramus id eſt, ut & ab
his ea quæ principia eſſe ponūt accipiamus, & quo-
niam modo dictas ad cauſas cadunt, atq; uidentur
& hi numerum principium eorum eſſe quę ſunt, &
ut materiā & ut affectus habituſue putare. Nume-
ri uero elementa eſſe par atq; impar, & horū alterū
finitum eſſe alterum infinitum, atq; ipſum unū ex
utriſq; his eſſe: par enim ac impar eſſe dicebant: nu
merum autem ex uno cōſtare, & numerum totum
L ipſum coelum uti diximus eſſe.

SEd cuius gratia aduenimus, hoc eſt, ut accipia-
mus & de his quę ponunt eſſe principia, & quo-
modo in dictas cadunt cauſas. Videntur autem igitur
& hi numerum putare principium eſſe quaſi mate-
riam exiſtētibus, & quaſi paſsiones & habitus. Nu-
meri uero elementa par & impar, & quidem hoc fi-
nitum, illud uero infinitum. Vnum autem ex his
utriſq; eſſe, etenim par eſſe & impar, numerum ue-
ro ex uno. Numerus aūt ſicut dictū eſt totū cœlū.

HIC ponit opinionem Pythagoricorum de principiis, &
circa hoc duo facit. Primo oſtendit quid circa rerum principia
Lec. pñ. part. 4. æſtimabant. Secūdo ad quod genus cauſæ principia ab eis poſi
parte ſeq. ta reducuntur, ibi: { Ab his igitur ambobus &c. } Ponit autē
Lec pñ. circa primum tres opiniones. Secunda incipit ibi: { Eorundē
part. 3 autem alii &c } Tertia ibi. { Quemadmodum videtur. } Di
cit ergo primo, q huius gratia venit ad opiniones Pythagori
M corum recitandas, vt oſtenderet per eorum opiniones, q ſunt
rerum principia, & quomodo rerum principia ab eis poſita in
cidunt in cauſas ſuprapoſitas. Videntur enim Pythagorici po-
nere numerum eſſe principium entium ſicut numerum, & paſ-
ſiones numeri eſſe ſicut paſsiones entium, & ſicut habitus, vt
paſsiones intelligamus accidentia cito tranſeūtia: per habitus
accidentia permanentia. Sicut ponebant q paſsio alicuius nu-
meri ſm quam dicitur aliquis numerus par, erat iuſtitia ꝓpter
æqualitatem diuiſionis, quia talis numerus æqualiter per me-
dia diuiditur vſq; ad vnitatē, ſicut octonarius in duos quater-
narios, quaternarius vero in duos binarios, & binarius in duas
vnitates. Et ſimili modo alia accidentia rerum aſsimilabant ac
cidentibus numerorū. Principia vero numerorum dicebant eſ
ſe par & impar quæ ſunt primæ numerorum differentiæ. Pa-
Tex.c.16 remq; numerum dicebat eſſe principium infinitatis, Imparem
vero principium finitatis, ſicut exponitur in iii. phyſi. quia in
finitum in rebus præcipue videtur ſequi diuiſionem continui.
Par autem eſt numerus aptus diuiſioni. Impar enim ſub ſe nu-
merum parem concludit addita vnitate quæ in diuiſionē cau- N
ſat. Probat etiam hoc, quia numeri impares per ordinem ſibi
additi ſemper retinent figuram quadrati. Pares autem figurā
variant. Ternarius enim vnitati quæ eſt principium numero-
rum additus facit quaternarium qui primus eſt quadratus.
Nam bis duo quatuor ſunt. Rurſus quaternario quinarius ad-
ditus qui eſt impar ſm nouenarium conſtituit, qui etiā eſt qua
dratus, & ſic de aliis. Si vero binarius qui eſt primus par vnita
ti addatur, triangularem numerum conſtituit .ſ. ternariū. Cui
ſi addatur quaternarius, qui eſt ſecundus par conſtituit heptā
gulum numerum, qui eſt ſeptenarius. Et ſic deinceps numeri
pares ſibiinuicem additi, figuram non eandem ſeruant. Et hac
ratione infinitum attribuebant pari, finitum vero impari. Et
quia finitum eſt ex parte formæ, cui cōpetit vis actiua: infinitū
vero ex parte materiæ, cui cōpetit vis paſsiua, ideo pares nu-
meros dicebant eſſe fœminas, impares vero maſculos. Ex his
vero duobus .ſ. pari & impari, finito & infinito non ſolum nu
merum conſtituebant, ſed etiam ipſum vnum .i. vnitatē. Vni- O
tas .n. & par eſt virtute & impar. Oēs .n. differētiæ numeri vni
tati conueniunt in virtute, quia quæcunq; differentiæ numeri
in vnitate reſoluuntur. Vnde in ordine imparium primum in
uenitur vnitas. Et ſimiliter in ordine parium & quadratorum
& perfectorum numerorum, & ſic de aliis numeri differentiis:
quia vnitas licet non ſit actu aliquis numerus, eſt tamen om-
nis numerus virtute. Et ſicut vnum dicebat componi ex pari
& impari, ita numerū ex vnitatibus: cœlum vero & oīa ſenſi
bilia ex numeris. Et hic erat ordo principiorū quē ponebant.

Alii uero eorūdem principia decē inquiunt eſſe
ea, quæ per ſeriem attulerunt, finitum inquam &
infinitum, impar, & par, unum & multitudinem, de
xtrum & ſiniſtrum, marem & fœmellam, quieſcens
& quod mouetur, rectum & obliquum, lumē & te- P
nebras, bonum & malum, quadratum & parte alte-
ra longius.

Eorundem autem alii decem dicunt eſſe princi- partic.
pia ſecundum coelementationem dicta, finitum &
infinitum, par & impar, unum & plurale, dextrum
& ſiniſtrum, maſculinum & fœmininum, quieſcens
& motum, rectum & curuū, lucem & tenebras, ma-
lū, & bonū, quadrangulare & longius altera parte.

Hic ponit aliam opinionem Pythagoricorum de principiis
dicens, q de numero eorundem Pythagoricorum fuerunt ali
qui, qui nō poſuerunt vnam tantum cōtrarietatē in pricipiis,
ſicut prædicti, ſed poſuerunt .x. principia ſm coelementatio-
nem dicta .i. accipiēdo vnumquodq; illorum cum ſuo coele-
mento .i. cum ſuo contrario. Et huius poſitionis ratio fuit, qa
non ſolum accipiebant prima principia, ſed etiā proxima prin
cipia ſingulis rerum generibus attributa. Ponebant ergo pri-
mo finitum & infinitum, ſicut & illi qui prædicti ſunt: & conſe
quenter par & impar, quibus finitum & infinitū attribuitur.
Et quia par & impar ſunt prima rerum principia, & primo ex Q
eis cauſantur numeri, ponebant tertio differentiam numero-
rum .ſ. vnum & plura, quæ duo ex pari & impari cauſabantur.
Et quia ex numero conſtituebantur magnitudines, ſecundum
q in numeris poſitionem accipiebant. Nam ſecundū eos pun
ctus nihil aliud erat q̄ vnitas poſitionem habens, & linea duali
cas poſitionem habens, ideo conſequenter ponebant principia
poſitionum dextrum & ſiniſtrum. Dextrum enim inuenitur
perfectum, ſiniſtrum autē imperfectum. Et ideo dextrum erat
ex parte imparis, ſiniſtrum ex parte paris. Quia vero natura-
lia ſuper magnitudines mathematicas addunt virtutem acti-
uam & paſsiuam, ideo vlterius ponebant principia maſculū &
fœminam. Maſculum enim ad virtutem actiuam pertinet, fœ
mineum ad paſsiuam: quorum maſculum pertinet ad imparē,
fœmineum vero ad parem numerū, vt dictum eſt. Ex uirtute
autē actiua & paſsiua ſequitur in rebus motus & quies: quorū
motus quia deformitatem habet & alteritatē in ordine infini-
ti & paris ponitur, quies uero in ordine infiniti & imparis. Dif
ferentiæ autē motuum primæ ſunt circulare & rectum. Et ideo

A conſequenter rectum & curuum principia poſuerunt, quorũ rectum ad parem numerũ pertinet, vnde & lineam rectam dualitatem eſſe dicebant. Curuum vero ſiue circulare ratione vniformitatis pertinet ad imparem, qui indiuiſionem ex forma vnitatis retinet. Nec ſolum ponebant principia rerũ quantum ad actiones naturales & motus, ſed etiã quãtũ ad actiones animales. Et quantũ quidẽ ad cognitionẽ, ponebant lucẽ & tenebras: quantũ uero ad appetitũ, bonũ & malum. Nã lux eſt cognitionis principiũ, tenebræ vero ignorantiæ aſcribitur. Bonum etiã eſt in quod appetitus tendit. Malũ vero a quo recedit. Diuerſitas autẽ perfectionis & imperfectionis non ſolum naturalibus & voluntariis virtutibus & motibus inuenif, ſed etiã in magnitudine & figuris. Quæ quidẽ figuræ intelligũtur vt ſuperuenięntes ſubſtãtus magnitudinum, ſicut virtutes motus & actiones ſubſtantiis rerum naturaliũ. Et ideo quantum ad hoc ponebant principium quadrangulare. id eſt quadratũ, & altera parte longius. Dicitur autẽ quadratum figura cõſtãs
B ex quatuor lateribus æqualibus, cuius quatuor anguli ſunt recti. Et prouenit talis figura ex ductu alicuius lineæ in ſeipſam. Vnde cũ ex ipſa vnitate cauſef, ad numerum imparẽ pertinet.



C

Figura vero altera parte longior dicitur, cuius omnes anguli ſunt recti, & latera viciſſim ſibi oppoſita ſunt æqualia, non tamen omnia latera ſunt æqualia omnibus.



D Vnde patet ꝙ ſicut quadratum conſurgit ex ductu vnius lineæ in ſeipſam: ita figura altera parte longior, ex ductu duarum linearum in vnam. Et ſic pertinet ad numerum partem qui primus eſt dualitas.

Quo pacto & Alcmeon Crotoniates putaſſe uidetur. Nã aut hic ab illis, aut illi ab hoc ſniam hãc ſuſceperunt. Etenim Alcmeon ſene iam Pythagora fuit, ſimilemq; ſententiã attulit. Dicit enim pleraſq; humanarum rerum duas eſſe, ipſas inquiens cõtrarietates, nõ ut illi definitas ſed quaſuis: ut albũ nigrũ, dulce amarũ, bonũ, malũ, magnũ & paruum. Is itaq; de reliqs indefinite dixit. Pythagorici uero & quot & quęnam ſint ipſę contrarietates dixerunt.

part. 2 Quẽadmodum uidetur Alcmeon Crotoniates ſuſcipere, & aut hic ab illis, aut illi ab hoc hunc ſermonẽ acceperũt. Etenim fuit ætate Alcmeõ ſene exiſtente Pythagora. Is uero conſimiliter enũciauit. Nã ait eſſe duo, multas humanorũ dicens cõtrarietates, non ſicut hi determinatas, ſed quaſcunq; fortuna cõtingẽtes: ut albũ nigrũ, dulce amarũ, bonũ malũ, paruum magnum. Hic quidem indeterminate ꝓiecit de cęteris. Pythagorici uero & quot & quę contrarietates enuntiauerunt. E

Hic ponit tertiã opinionẽ Pythagoricorũ dicẽs, ꝙ Alcmeõ Crotoniates, ſic dictus a ciuitate vnde oriundus fuit, videtur ſuſcipere quantũ ad al quid idẽ quod ꝑdicti Pythagorici dixerunt. ſ. ꝙ plura contraria ſunt principia. Aut enim accepit a Pythagoricis, aut illi ab iſto. Et ꝙ vtrunq; eſſe potuerit, patet per hoc ꝙ fuit cõtemporaneus Pythagoricorum: ita tñ ꝙ incepit philoſophari Pythagora ſene exiſtente. Sed qualitercũq; fuerit multum ſimiliter enuntiauit Pythagoricis. Dixit enim multa quæ { ſunt humanarũ } .i. multa rerũ ſenſibiliũ eſſe in quadam dualitate conſtituta, intelligens ꝑ dualitatẽ oppoſita contrarie. Sed tamen in hoc differt a ꝑdictis, quia Pythagorici dicebant determinatas cõtrarietates eſſe rerum principia. Sed ille proiecit quaſi inordinate ponens quaſcunq; cõtrarietates, quæ a fortuna ad mẽtem ſuam deueniebant, eſſe rerum principia: ſicut album nigrum, dulce amarum, & ſic de aliis. Alcmeõis opinio. F

Ab his igitur utriſq; tantũ ſumere licet, cõtraria inquã principia rerũ eſſe, a Pythagoricis uero quot & quę nã ſint illa. Quo tamen modo fieri poteſt ut ad dictas cauſas reducantur, dilucide quidẽ ab illis nõ eſt pertractatũ: Vidẽtur tamen elemẽta, ut in materiei ſpecie collocare. Ex illis enim ut ex hiſce quæ inſunt conſtare fictãue ſubſtantiã inquiunt eſſe. Antiquorum igitur pluraq; dicentiũ elemẽta eſſe naturę, ex hiſce ſatis quiſpiã mentẽ perſpicere poteſt.

Ab his igitur ambobus tantũ eſt accipere, quia contraria ſunt exiſtentium principia: quot uero ab aliis, & quę hæc ſint. Qualiter autem ad dictas cauſas cõducere contingit plura, plane quidem non eſt dearticulatũ ab illis. Videf autẽ ut in materię ſpecie elemẽta ordinare. Ex his enim, ut ex his quę inſunt, conſtitui & plaſmari dicunt ſubſtantiam. Antiquorum quidẽ igitur elementa naturę plura dicẽtium, ex his ſufficiens eſt intellectui ſpeculari. part. 3 G

Hic colligit ex ꝑdictis quid Pythagorici de principiis ſenſerunt, & qũo principia ab eis poſita ad aliquod genus cauſæ reducãtur. Dicit ergo ꝙ ex ambobus ꝑdictis. ſ. Alcmeone & Pythagoricis vna cõis opinio accipi põt. ſ. ꝙ principia entiũ ſunt contraria, quod nõ eſt ab aliis dictũ. Quod intelligẽdum eſt circa cauſam materialẽ. Nã circa cauſam efficientẽ poſuit Empe. cõtrarietatem. Antiqui vero naturales, cõtraria poſuerũt principia, vt rarũ & dẽſum: contrarietatẽ tñ ex parte formæ aſsignãtes. Empedo., vero etſi principia materialia poſuerit quatuor elemẽta, non tñ poſuit ea principia prima materialia ratione cõtrarietatis, ſed ꝓpter eorũ naturas & ſubſtantiam: iſti vero contrarietatem ex parte materiæ poſuerunt. Quæ etiã ſint iſta contraria quæ iſti poſuerunt, patet ex dictis. Sed qũo ꝑdicta principia contraria ab eis poſita poſſunt { conduci } .i. reduci ad ꝑdictas ſpecies cauſarũ, non eſt manifeſte { articulatũ } .i. diſtincte expreſſum ab eis. Tñ videf ꝙ huiuſmodi principia ordinẽtur ſecundũ ſpeciẽ cauſæ materialis. Dicunt. n. ꝙ ſubſtãtia rerũ conſtitui & plaſmaf ab iſtis principiis ſicut ex his quæ inſunt: quod eſt ratio cauſæ materialis. Materia. n. eſt ex qua fit aliquid cũ inſit. Quod quidẽ dicif ad differentiã priuationis, ex qua etiam dicitur aliquid fieri, non tñ ineſt, ſicut dicitur muſicum fieri ex non muſico. H Materia quid. Lec. IX.

Sunt autem q de uniuerſo perinde atq; ſi unius eſſet naturę dixerũt, nõ tñ mõ eodem omnes, aut ratione recti, aut ratione eius quod eſt ſm naturam.

p apit.4.

3 SVnt autem aliqui, qui de omni quaſi exiſtente una natura enuntiauerunt, modo uero non eodem omnes, neq; ipſius bene, neque ipſius ſecundum naturam.

Lec.pñ. part. 3 parte ſeq.

HIC ponit opiniones philoſophorũ de toto vniuerſo, ſicut de vno ente, & circa hoc duo facit. Primo ponit eorũ opiniones in cõi. Secundo oſtendit qũo conſideratio huius opinionis ad pñtem tractatum pertineat, & qũo non, ibi. { Igitur ad pñtem &c. } Dicit ergo ꝙ aliqui alij philoſophi a pdictis fuerunt, qui enũtiauerũt { de omni } .i. de vniuerſo quaſi de vna natura .i. quaſi totum vniuerſum eſſet vnum ens uel vna natura. Quod tamen non eodẽ modo oẽs poſuerunt, ſicut infra patebit. Ipſo tñ modo quod diuerſificati ſunt, nec bene dixerunt, nec naturaliter. Nullus enim eorum naturaliter locutus eſt, quia motum rebus ſubtrahunt. Nullus etiam bene locutus eſt, quia poſitionem impoſsibilem poſuerunt, & per rationes ſophiſticas: ſicut patet primo phyſicorum.

In hac eadem lec.

K

Te.cõ.10 25.23

Atq; ſermo de hiſce nullo modo ad preſentẽ cauſarum conſiderationem accõmodatur. Nõ enim ut naturalium quidam, uno ſuppoſito eo quod eſt, ex ipſo tanquam ex materia generant, ſed alio modo dicunt. Illi nanq; uniuerſum generantes motũ addũt. Hi uero immobile inquiunt eſſe.

part. 2.

Igitur ad preſentem cauſarum perſcrutationem nullatenus cõgruit de ipſis ſermo. Nõ enim ut philoſophorum quidã qui unum poſuerũt ipſum ens, tamen generant ex materia quaſi ex uno. Sed alio dicunt hi modo. Illi nanq; motum apponunt ipſum omne generantes, hi uero immobile dicunt eſſe.

part. ſeq. parte. 3

L

Hic oſtendit quomodo cõſideratio huius poſitionis ad præſentem tractatum pertinet, & quomodo non. Et primo oſtendit ꝙ nõ pertinet ſi conſideretur eorum poſitio. Secũdo oſtendit ꝙ pertinet ſi cõſideretur poſitionis ratio, vel poſitionis modus, ibi. { Sed quidẽ ſm cauſam &c. } Dicit ergo ꝙ quia iſti philoſophi poſuerunt tantum vnum ens, & vnum non poteſt ſuiipſius eſſe cauſa, patet, ꝙ ipſi non potuerunt inuenire cauſas. Nam põ .i. pluralitas cauſarum diuerſitatem in rebus exigit. Vnde quantum ad præſentem perſcrutationem quæ eſt de cauſis, non congruit vt ſermo de eis habeatur. Secus autem eſt de antiquis naturalibus, qui tantum eius poſuerunt eſſe vnũ, de quibus debet hic ſermo haberi. Illi enim ex illo vno generant multa, ſicut ex materia. Et ſic ponunt cãm & cauſatum. Sed iſti de quibus nunc agitur, alio modo dicunt. Non .n. dicunt ꝙ ſint omnia vnũ ſm materiam, ita ꝙ ex vno omnia generẽtur, ſed dicunt ꝙ ſimpliciter ſunt vnum. Et ratio huius diuerſitatis eſt, ꝙ antiqui naturales apponebant motum illis qui ponebant vnum principium & vnum ens, dicentes ipſum eſſe mobile. Et ideo per aliquẽ modum motus, ſic per rarefactionem & condenſationem poterant ex illo vno diuerſa generari. Et per hunc modum dicebant generari totum vniuerſum, ſm diuerſitatem quæ in partibus eius inuenitur. Et tamẽ quia non ponebant variationem ſecundum ſubſtãtiam, niſi ſecundum accidentia, vt ſupra dictum eſt, ideo relinquebat ꝙ totum vniuerſum eſſet vnum ſm ſubſtantiam, diuerſificatũ tamen ſecundum accidentia. Sed iſti dicebant illud quod ponebant eſſe vnum penitus immobile. Et ideo ex illo vno nõ poterat aliqua diuerſitas rerum cauſari. Et propter hoc nec ſecundum ſubſtantiam nec ſecundum accidentia pluralitatem in rebus ponere poterant.

M

Lec 4

Verum tantum ſi dicatur ad cõſiderationem erit accõmodatum. Parmenides enim unum quod ad rationem, Meliſſus id quod ad materiã accõmodatũ tetigiſſe uidetur. Quapropter & alter finitũ ipſum, alter infinitum eſſe dixit. Xenophanes autẽ ante hos unum ipſum attulit primus. Parmenides enim huius fuiſſe diſcipulus fertur, nihil tamen dilucide dixit, & neutrã naturã tetigiſſe uidetur, ſed in totum coelum reſpiciens, Deum ipſum eſſe unum dicit.

N

parte. 3

Sed quidem ſm tantũ preſenti propriũ eſt inquiſitioni. Parmenides enim uidetur unũ ſm rationem tangere, Meliſſus uero ipſum ſm materiã. Quare & hic quidem finitũ, ille uero infinitũ id eſſe ait, Xenophanes uero primus horũ unum dixit. Parmenides enim qui huius dicitur fuiſſe diſcipulus, nihil explanauit. Neq; de natura horũ neuter uiſus eſt tãgere, ſed ad totũ coelũ reſpiciẽs, ipſum unũ dicit eſſe Deũ.

Hic oſtendit qũo eorum opinio ptineat ad pñtem perſcrutationem. Et primo generaliter de omnibus. Secũdo ſpecialiter de Parmenide, ibi: { Igitur hi. } Dicit ergo primo, ꝙ licet diuerſitatem rebus auferrent, & per conſequens cauſalitatem, tñ eorum opinio eſt ppria præſenti inquiſitioni ſm tantum quãtum dicitur, quantum .i. ad modũ ponẽdi, & quantum ad rationem poſitionis. Parmenides .n. qui fuit vnus ex eis, videt tangere vnitatem { ſm rationem } .i. ex parte formæ. Argumentatur enim ſic. Quicquid eſt præter ens, eſt nõ ens: & quicquid eſt non ens, eſt nihil: ergo quicquid eſt præter ens eſt nihil. Sed ens eſt vnum. Ergo quicquid eſt pter vnum, eſt nihil. In quo patet ꝙ conſiderabat ipſum rõnẽ eſſendi quæ videt eſſe vna, quia non poteſt intelligi ꝙ ad rationẽ entis aliquid ſuperueniat p quod diuerſificet: quia illud quod ſuperuenit enti, oportet eſſe extraneum ab ente. Quod autẽ eſt hmõi, eſt nihil. Vnde nõ uidetur ꝙ poſsit diuerſificare ens. Sicut etiã uidemus ꝙ differentiæ aduenientes generi diuerſificant ipſum, quæ tñ ſunt præter ſubſtãtiam eius. Non enim participant differentiæ genus, vt dicitur .iiii. Topicorũ. Aliter genus, eſſet de ſubſtantia differentiæ, & in diffinitionibus eſſet nugatio, ſi poſito genere, adderetur differentia, ſi de eius ſubſtantia eſſet genus, ſicut eſſet nugatio ſi ſpẽs adderetur. In nullo etiã differentia a ſpecie differret. Ea uero quæ ſunt pter ſubſtantiam entis, oportet eſſe non eſſe, & ita non poſſunt diuerſificare ens. Sed in hoc decipiebantur, quia utebantur ente quaſi vna ratione & vna natura, ſicut eſt natura alicuiꝰ generis. Hoc .n. eſt impoſsibile. Ens .n. non eſt genus, ſed multipliciter dicit de diuerſis. Et ideo in primo phyſicorũ dicit ꝙ hæc eſt falſa, ens eſt vnũ. Non .n. habet vnam naturam ſicut vnũ genus uel vna ſpẽs. Sed Meliſſus cõſiderabat ens ex parte materiæ. Argumentabat .n. vnitatem entis, ex eo ꝙ ens nõ generat ex aliquo priori, quod proprie ptinet ad materiã quæ eſt ingenita. Arguebat .n. ſic. Qđ eſt generatũ, habet principiũ: ergo quod non eſt generatum, nõ habet principium. Ens non eſt, generatum ergo non habet principium. Quod autem caret principio, & fine caret, ergo eſt infinitũ. Et ſi eſt infinitũ eſt immobile: quia infinitum non habet extra ſe quo moueat. Quod aũt ens nõ generetur, Probat ſic. Qđ ſi generat, aut generat ex ente, aut ex nõ ente, quia nõ ens eſt nihil, & ex nihilo nihil fit. Nec ex ente, quia ſic aliquid eẽt anteꝗ fieret, ergo nullo modo generat. In qua quidẽ ratione patet ꝙ tetigit ens ex parte materiæ, quia non generari ex aliquo prius exiſtente materiæ eſt. Et quia finitũ pertinet ad formã, infinitũ uero ad materiã, Meliſſus qui cõſiderabat ens ex parte materiæ, dixit eſſe vnũ ens infinitũ. Parmenides vero qui conſiderabat ens ex parte formæ, dixit ens eſſe finitum. Sic igit inquãtum cõſideratur ens ratione materiæ & formæ, tractare de his pertinet ad pñtẽ cõſiderationẽ, quia materia & forma in numero cãrũ ponunt. Xenopha. uero q fuit eius diſcipulꝰ, nõ explanauit qua rõne diceret oĩa eẽ vnũ, neq; ſumẽdo rõnẽ aliquã ex pte materiæ, nec ex parte formæ. Et ſic de neutra natura .ſ. neq; de materia neq; de forma uiſus eſt { tãgere hos } .i. ptingere & adæquare eos irrationalitate dicendi, ſed reſpiciẽs ad totũ coelũ dixit eſſe ipſum vnũ. Deum. Antiqui .n. dicebãt ipſum mundum eſſe deũ. Vnde uidens oẽs partes mundi in hoc eſſe ſimiles, quia corporeæ ſunt, iudicauit de eis quaſi oĩa eſſent vnũ. Et ſicut prædicti poſuerunt vnitatẽ entium per conſiderationem eorum quæ pertinent ad formã uel ad materiam, ita iſte reſpiciens ad ipſum compoſitum.

O

Parmenidis argu.

Capi. 3

P

Ens nõ dicit unã naturã, licet unã rõnẽ dicat.

Lec 3e Tex.cõ 7.

Meliſsi argumẽtatio

Q

Xenophanis philoſophia.

Mercu. in aſclepio. capi. 2.

Hi igitur (ut diximus) in hac perſcrutatione ſunt poſthabendi. Duo quidem & penitus, Xenophanes (inquam) atq; Meliſſus: propterea quod parum ut

A rudes ſint deeſſe uidetur. Parmenides autem magis alicubi uidens dicere illud uidetur. Preter.n. id, qđ eſt id quod haud eſt nihil eſſe cenſens, id quod eſt neceſſario unum & nihil aliud eſſe putat. De quo dilucidius diximus in hiſce quę de natura ſunt dicta. Sed cum ea ſequi q̃ uident cōpelleretur, ipſum quidem unum ratione, plura uero ſenſu ponebat: atq; duas cauſas duoq; principia rurſus, calidū inq̃ ac frigidū afferebat, ut ignē ac terrā, & horū alterū, ut id quod eſt alterum, ut id quod haud eſt, ponit.

par.4 Igitur ii (ſicut diximus) pretermittendi ſunt ad preſentē inquiſitionē. Duo quidē & penitus. tāquā exiſtentes parum agreſtiores, Xenophanes & Meliſſus. Parmenides autē magis uidens uiſus eſt dicere. Preter enim ens, non ens, nihil dignat̃ eſſe, unde ex B neceſſitate opinatur unū eſſe ens, & aliud nihil: de quo in phyſicis manifeſtius diximus. Coactus uero apparentia ſequi, & quid unum quidem ſecūdū rationem, plura uero ſecūdum ſenſum opinatus eſſe, duas cauſas & duo principia rurſus ponit: calidum & frigidum, ut ignem & terram dicens. Horum autem quod quidem eſt ſecundum ens, calidum ordinat: alterum uero ſecundum, non ens.

Hic ſpecialiter intendit dicere quomodo opinio Parmenidis ad perſcrutationem præſentem pertineat, concludens ex prædictis q quia diuerſitatem ab entibus auferebant, & per conſequens cauſalitatem, quātum ad præſentem quæſtionem pertinet, omnes prætermittendi ſunt. Sed duo eorū. ſ. Xenophanes & Meliſſus ſunt penitus prætermittendi, quia aliquantulum fuerunt {agreſtiores} .i. minus ſubtiliter procedētes. Sed Parmenides viſus eſt dicere ſuam opinionem {magis uidens} .i. quaſi plus intelligens. Vtitur.n. tali ratione. Quicqd eſt præter ens, eſt non ens; quicquid eſt non ens {dignatur eſſe nihil} .i. dignum reputat eſſe nihil. Vnde ex neceſſitate putat ſequi q ens ſit vnum, & quicquid eſt aliud ab ente, ſit nihil. De qua quidē ratione manifeſtius dictum eſt primo phyſico. Licet autem Parmenides iſta ratione cogatur ad ponendū oīa eſſe vnum, tamen quia ſenſui apparebat multitudinem eſſe in rebus, coactus ſequi ea quæ apparent, uoluit in ſua poſitione utriq; ſatisfacere, & apparentiæ ſenſus & rationi. Vnde dixit q oīa ſunt vnū ſecundum rationem, ſed ſunt plura ſm ſenſum. Et inquātum ponebat pluralitatem ſm ſenſum, potuit in reb[us] ponere cauſam & cauſatum. Vnde poſuit duas cauſas. ſ. calidum & frigidum: quorū vnum attribuebat igni aliud terræ. Et vnum uidebatur pertinere ad cauſam efficientem. ſ. calidum & ignis, aliud ad cauſam materialem. ſ. frigidum & terra. Et ne eius poſitio ſuæ rationi uideretur eſſe oppoſita, qua concludebat q quicquid eſt præter vnum, eſt nihil: dicebat q vnum prædictorum. ſ. calidum, erat ens: alterum uero quod eſt præter illud vnum ens. ſ. frigidum, dicebat eſſe nō ens ſm rationem & rei ueritatem, ſed eſſe ens ſolum ſm apparentiam ſenſus. In hoc autem aliquo modo ad ueritatem appropiquat. D Nam principium materiale non eſt ens in actu cui attribuebat terram, ſimiliter etiam alterum contrariorum eſt ut priuatio, ut dicitur primo phyſicorum. Priuatio autem ad rationē non entis pertinet. Vnde & frigidum quodammodo eſt priuatio calidi, & ſic eſt non ens.

Præſert Parmenidē aliis duob[us]. C Tex.cō.25. Tex.cō.79

Ex iſtis igitur, & a ſapientibus qui huic iam ſermoni incubuere tot nos accepimus, atq; a primis quidem corporeum eſſe principiū ipſum. Nā ignis, aqua & talia corpora ſunt: quorum alii unū, alii plura: utriq; tamen hęc ut materiam poſuere. A quibuſdam autem hāc ipſam cām, & eam inſuper unde eſt principiū motus: atq; hanc a quibuſdā unam, a quibuſdā duas. Vſq; igit̃ Italos, & preter illos mollius ceteri de ipſis dixerūt, uerū uti diximus cauſis duabus utuntur, & harum alteram quidā unā faciunt, qdā duas: eā inquā unde eſt principium motus.

E Lec.11 Tex.cō.8. part.5 Igitur ex dictis & a ſapientibus iam rationi conſentientibus ea accepimus. A primis quidē igit̃ principium eſſe corporeum. Aqua nanq; & ignis & conſimilia corpora ſunt, & ab his quidem unū, ab illis uero plura principia corporea. Vtriſq; tamē ea ut in materię ſpecie ponentibus, & a quibuſdā cū hac illā unde motus. Et hanc ab his quidē unā, ab aliis uero duas. Igitur uſque ad Italicos, & abſq; illis mediocrius dixerunt alii de ipſis. Attamen (ut diximus) duabus ſunt cauſis uſi, & harū alteram, hi quidem unam: alii uero duas faciunt illam, unde motus. Tex.cō.2

Hic recolligit ea quæ dicta ſunt de opinionibus antiquorū, & circa hoc duo facit. Primo recolligit ea quæ dicta ſunt de opinionibus antiquorum naturalium. Secūdo quæ dicta ſunt de opinionibus Pythagoricorum qui mathematicā introduxerunt, ibi: {Pythagorici &c.} Cōcludit ergo primo ex dictis q ex his p̄dictis, qui idem cōſiderabāt. ſ. eſſe cām materialem rerum ſubſtantiam, & qui iam incipiebant per rationem ſapere cauſas rerum inquirendo ipſas: accepimus eas quæ dictæ ſunt. A primis nanq; philoſophis acceptum eſt qui principium omnium rerum eſt corporeum. Quod patet per hoc q aqua & huiuſmodi quæ principia rerum ponebant, quædā corpora ſunt. In hoc autem differebant, q quidam ponebāt illud principium corporum eſſe vnum tantum, ſicut Thales, Diogenes, & ſimiles. Quidam uero ponebant eſſe plura ſicut Anaxag. Democrit. & Empedoc. Vtriq; tamen tam iſti qui ponebāt vnū, q̃ illi qui ponebant plura eſſe, huiuſmodi corporea principia ponebant in ſpecie cauſæ materialis. Quidā uero eorum non ſolum cauſam materialem poſuerunt, ſed cum ea addiderunt cauſam vnde principium motus, quidam eam vnam ponētes ſicut Anaxa. intellectum, & Parmenides amorem, quidam uero duas ſicut Empedo. amorem & odium. Vnde patet q p̄dicti philoſophi qui fuerunt uſq; ad Italicos. ſ. Pythagoram {& abſq; illis} .i. ſeparatam opinionē habentes de rebus non cōicando opinionibus Pythagoricorum, obſcurius dixerūt de pricipiis, quia non aſſignabant ad quod genus cauſæ huiuſmodi principia reducerentur: & tamen utebantur duabus cauſis. ſ. principio motus & materia, & alteram iſtarum. ſ. ipſam vnde principium motus, quidam fecerunt vnam, ut dictum eſt, quidam duas.

Recolligit dcā de opinionibus antiquorū. parte hac part. ſeq. F G

Pythagorici uero duo quidem principia modo eodē eſſe dixerunt, tātum autem addiderunt, quod quidē & propriū eſt ipſorū. Finitū .n. & infinitū ac unum, nō alias quaſdā naturas eſſe putarūt, ut ignē aut terrā aut aliqd aliud tale, ſed ipſum infinitū ac ipſum unū eorū eſſe ſubſtātiā de quibus dicuntur. Quapropter & oīum ſubſtantiā numerū eſſe dixerunt. De his igit̃ hoc modo dixerunt, & de ipſo qd eſt, inceperūt quidē dicere ac diffinire. Valde aūt ſimpliciter tractauerunt. In ſuperficie nāq; diffiniebant, atq; cui primo cōpeteret diffinitio dicta, id rei ſubſtantiā eſſe putabant. Secuti ſi quiſpiā idē eſſe duplū ex eo dualitatēq; putaret, quia prima duplū duob[us] ineſt. At non idē eſt fortaſſe dualitatis eſſe, ac dupli. H Alioqn ipſum unū plura p̄fecto erit. Quod qdē illis ēt accidebat. A priorib[us] igit̃ cęteriſq; tot ſumi pnt.

Pythagorici uero duo qdē principia dixerūt ſecūdū eundē modū, tm̄ autē addiderunt, quod & propriū eſt eorū, quia finitū & infinitū & unum, & non alias aliquas putauerunt eſſe naturas, ut ignem aut terrā aut aliud aliquid tale: ſed infinitum ipſum & unum ipſum horū eſſe ſubſtantiā de quibus prędicant̃. Quapropter & numerū eſſe ſubſtantiā oīum. De his igit̃ ſecundū hunc enūtiauerūt modū, & de ipſo quid eſt, dicere & diffinire ceperunt. Valde autē

Tex.cō.3 parte.6 Tex.cō.4

I ſimpliciter tractauerunt. Superficialiter enim diffinierunt, & cui primo inerat dictus terminus, hoc eſſe ſubſtantiam rei putauerunt. Vt ſi quis exiſtimet ratione idem eſſe duplum & dualitatē, eo quod primo ineſt duobus duplū. Sed forſitan duplo & dualitati non idē eſt eſſe. Si autē non, multa ipſum unū erit, quod & illis accidit. De prioribus quidem igitur & aliis tot eſt accipere.

In quibus cōueniebāt & differebāt Pythagorici ab aliis.

Hic recolligit quæ dicta ſunt a Pythagoricis, & quātum ad id quod erat commune cum prædictis, & quantum ad id quod erat eis proprium. Cōmune tamen fuit aliquibus prædictorū & Pythagoricorum, q̄ ponerēt duo principia aliqualiter eodē modo cum p̄dictis. Sicut enim Empedocles ponebat duo principia contraria, quorum unum erat principium bonorum, & aliud principium malorum, ita & Pythagorici: ut patet ex coordinatione principiorum contrariorum ſuppoſita, a Pythagoricis. In hoc tamen non eodem modo, quia Empedocles illa principia cōtraria ponebat in ſpecie cauſæ mouētis: Pythagorici uero in ſpecie cauſæ materialis, ut ſupra dictum eſt. Pythagorici autē addiderunt quod erat eis proprium ſupra opinionem aliorum, primo quidē quia dicebāt q̄ hoc qood dico vnū finitum & infinitum nō erant accidētia aliquibus aliis naturis, ſicut igni aut terræ, aut alicui huiuſmodi. Sed hoc quod dico vnum finitum & infinitum, erant ſubſtantiæ eorundē, de quibus p̄dicabantur. Et ex hoc concludebant q̄ numerus qui ex unitatibus conſtituitur, ſit ſubſtātia rerum omnium. Alii uero naturales, licet ponerent unum & finitum, ſeu infinitū, tamē attribuebant iſta alicui alteri naturæ ſicut accidentia attribuūtur ſubiecto, ut igni, uel aquæ, uel alicui huiuſmodi. Secundo addiderunt ſuper alios philoſophos, quia inceperunt dicere & diffinire de { ipſo quid eſt } .ſ. ſubſtantia & rerum quiditate.

L Sed tn̄ ualde ſimpliciter de hoc tractauerunt, ſuperficialiter diffinientes. Non .n. attendebant in aſſignandis diffinitionibus niſi unum tantum. Dicebant .n. q̄ ſi aliquis terminus dictos ineſſet alicui primo, quod erat ſubſtantia illius rei, ſicut ſi aliquis æſtimet q̄ proportio dupla ſit ſubſtantia dualitatis: quia talis proportio primo in numero binario inuenitur. Et quia ens primo inueniebatur in uno q̄ in multis, nā multa ex uno conſtituuntur, ideo dicebant q̄ ens eſt ipſa ſubſtantia omnis. ſed hæc eorū determinatio nō erat cōueniens, quia licet dualitas ſit dupla, nō tamē idē eſt eſſe dualitatis & dupli, ita q̄ ſint idem ſecundum rationē ſicut diffinitio & diffinitum. Si autem etiam eſſet uerum quod illi dicebant, ſequeretur q̄ multa eſſent unum. Cōtingit .n. aliqua multa primo ineſſe alicui uni, ſicut dualitati primo ineſt paritas & proportio dupla. Et ſic ſequitur q̄ par & duplum ſint idē, ſimiliter q̄ cuicunq; ineſt duplum ſit idem dualitati, ex quo duplum eſt dualitatis ſubſtantia, Quod idē etiam & Pythagoricis contingebat. Nam multa & diuerſa aſſignabant quaſi vnum eſſent, ſicut p̄prietates numerales dicebant idem eſſe cum proprietatibus naturaliū rerum. Sic igitur concludit q̄ tot eſt accipere a prioribus philoſophis qui poſuerunt tātum vnum principium materiale: &

M ab aliis poſterioribus qui poſuerunt plura principia. Lec. X.

Poſt dictas autem philoſophias Platonis acceſſit tractatio. In pleriſq; quidē hos ſecutus, in nonnullis autem & propria q̄dam habens, præter Italicorū philoſophiam. Ab adoleſcētia nāq; Plato factus amicus primum Cratyllo, & in opinionib⁹ Heracliti ſentētiiſq; uerſatus, qui quidē uniuerſa ſemper ſenſibilia fluere, & de ipſis ſcientiā non eſſe cenſebat, hæc quidem & poſtea tenuit atq; ita eſſe putauit. Cum uero natura tota poſthabita circa mores Socrates uerſaretur, atq; in his ipſis uniuerſale quęreret, mētēq; primis diffinitionib⁹ adhiberet, illo p̄pter idipſum probato, hoc de aliis fieri, & non de ſenſibilibus rebus exiſtimauit. Non enim poteſt ipſa cōmunis diffinitio cuiuſquā ſenſibilium eſſe, cum ſemper mutētur. Itaq; talia quidē ideas formaſq; uocauit. Senſibilia uero propter hęc eſſe dixit, & hęc dici cūcta. Per N participationem enim pleraq; uniuocorum formis eſſe inquit, ipſum uero nomen, ideſt participationē mutatum cepit. Pythagorici nanq; ea quę ſunt, imitatione numerorum inquiunt eſſe: participatione autem Plato nomine mutato ſicuti diximus. Quænā tamen ſit participatio formarum uel mutatio, ut in cōi quęratur & ipſe & illi etiam omiſerunt.

Parte p̄ſa.

Poſt dictas uero philoſophias, Platonis ſuperuenit negotium, in multis quidem hos ſequens, aliam uero & propriam pręter Italicorū philoſophiam habens. Nam ex nouo conueniens Cratylli & Heracliti opinionibus, quaſi ſenſibilibus omnibus ſemper defluentibus, & ſciētia de his nō exiſtente, hoc quidē & poſterius ita ſuſcepit. Socrate uero circa moralia negociante, & de tota natura nihil, in his tamen uniuerſale quęrente, & de diffinitionibus intellectum firmante, illum, recipiens propter hmōi ſuſceperat, quaſi de aliis hoc eueniens, & non de ſenſibilium aliquo. Impoſſibile nanq; eſt cōmunem rationem eſſe alicuius ſenſibilium ſemper tranſmutātium. Sic itaq; talia quidem exiſtentium ideas & ſpecies appellauit, ſenſibilia uero propter hoc & ſecundum hoc dici omnia. Nam ſecundum participationem eſſe multa uniuocorum ſpeciebus, participationem uero ſecundū nomen tranſmutauit. Pythagorici quidem exiſtentia dicunt eſſe numerorum imitatione. Plato uero participatione, nomē tranſmutās. Participationē tamen aut imitationem quę ſit utiq; ſpecierum, dimiſerunt in cōmuni quęrere.

Te.cō.5. Te.cō.6 O

Vide ipſū i Parmenide de ideis Vbi apparet hāc nō fuiſſe opionē Plato. quā illi Ariſ. imponit.

POSITIS opinionibus antiquorū de cauſa materiali & efficiente, hoc tertio ponit opi. Platonis, qui primo manifeſtē induxit cauſam formalē. Et diuidit in partes duas. Primo .n. ponit opinionē Platonis. Secūdo colligit ex omnibus prædictis quid de quatuor generibus cauſarū ab aliis philoſophis ſit poſitum. ibi: { Breuiter & recapitulariter &c. } Circa primū duo facit. Primo ponit opinionē Platonis de rerum ſubſtātiis. Secundo de rerum principiis ibi: { Quoniā aūt ſpecies &c. } Circa primum duo facit. Primo ponit opinionē Platonis quantum ad hoc q̄ poſuit ideas. Secūdo quātum ad hoc q̄ poſuit ſubſtantias medias .ſ. mathematica ſeparata. ibi: { Amplius autē præter ſenſibilia. } Dicit ergo primo, q̄ poſt oēs prædictos philoſophos ſuperuenit negotiū Platonis, q̄ imediate Ariſ. p̄ceſſit. Nā Ariſ. eius diſcipul⁹ fuiſſe p̄hibet. Plato ſiquidē in multis ſecutus eſt p̄dictos philoſophos naturales .ſ. Empedoclē, Anax. & alios huiuſmodi. Sed alia quædam habuit propria p̄ter illos prædictos philoſophos, p̄pter philoſophiā Italicorum Pythagoricorum. Nā ipſe ut ſtudioſus erat ad ueritatis inquiſitionē, ubiq; terrarum philoſophos quæſiuit, ut eorum dogmata ſciret. Vnde in Italiam Tarētum uenit, & ab Architā tarentino Pythagoræ diſcipulo de opinionibus Pythagoricis eſt inſtructus. Cum enim naturales philoſophos qui in Græcia fuerunt ſequi uideret, & intra eos aliqui poſteriores ponerent omnia ſenſibilia ſemper eſſe in fluxu, & q̄ ſciētia de eis eſſe non poteſt, quod poſuerunt Heraclitus & Cratylus, huiuſmodi poſitionibus tanq̄ nouis Plato conſuetus, & cum eis conueniens in hac poſitione ipſe poſterius ita eſſe ſuſcepit. Vnde dixit particularium ſenſibilium ſcientiam eſſe relinquendam. Socrates etiam qui fuit magiſter Platonis & diſcipulus Archelai, qui fuit auditor Anax. propter hanc opinionem quæ ſuo tēpore ſurrexerat, q̄ non poteſt eſſe de ſenſibilibus ſcientia, noluit aliquid de rerum naturis perſcrutari, ſed ſolum circa moralia negociatus eſt. Et ipſe prius incepit in moralibus quærere quid eſſet vniuerſale, & inſiſtere ad diffiniendum. Vnde & Plato tanquā eius auditor { recipiens Socratē } .i. ſequens, ſuſcepit hoc ad inquirendum in rebus naturalibus, quaſi in eis hoc poſſet euenire, ut vniuerſale in eis acciperet de quo diffinitio traderetur,

P Lec. p̄ced. Part. 2. Lec. II.

Infra pt. 3 Par. ſeq.

opin. Platonis de rerum ſubſtantiis.

Q

A ita q diffinitio non daretur de aliquo ſenſibilium, quia cum ſenſibilia ſint ſemper { tranſmutantia } .i. tranſmutata, non poteſt alicuius eorum cõmunis ratio aſsignari. Nam omnis ratio oportet q & omni & ſemper conueniat, & ita aliquam immutabilitatem requirit. Et ideo huiuſmodi entia vniuerſalia quæ ſunt a rebus ſenſibilibus ſeparata, de quibus diffinitiones aſsignantur, nominauit ideas & ſpecies exiſtentium ſenſibiliũ. { ideas quidem } idest formas inquantum ad earum ſimilitudinem ſenſibilia conſtruebantur. Species uero inquãtum per earum participationem eſſe ſubſtantiale habebant. Vel ideas inquantum erant principium eſſendi. Species uero inquantum erant principium cognoſcendi. Vnde & ſenſibilia omnia hñt eſſe propter prædictas & ſm eas. Propter eas quidem inquantum ideæ ſunt ſenſibilibus cauſæ eſſendi. Secundum eas uero inquantum ſunt eorum exemplaria. Et q hoc ſit uerum patet ex eo q ſingulis ſpeciebus attribuitur { multa indiuidua vni

B uocorum } .i. multa indiuidua vniuocæ ſpeciei ꝑdicationem ſuſcipientia, & hoc ſm participationem. Nam ſpecies, uel idea eſt ipſa natura ſpeciei, qua eſt exiſtens homo per eſſentiam. Indiuiduum autem eſt homo per participationem, inquantũ natura ſpeciei in hac materia deſignata participat. Quod enim totaliter eſt aliquid, non participat illud, ſed eſt ꝑ eſſentiã idem illi. Quod uero non totaliter eſt aliquid habens aliquid aliud adiunctum, proprie participare dicitur. Sicut ſi calor eſſet calor per ſe exiſtens, non diceretur participare calorem, quia nihil eſſet in eo niſi calor. Ignis uero quia eſt aliquid aliud ꝙ calor, dicitur participare calorem. Similiter autem cum idea hominis ſeparata nihil aliud habeat niſi ipſam naturam ſpeciei, eſt eſſentialiter homo. Et propterea ab eo vocabatur per ſe homo. Socrates uero uel Plato, quia habet præter naturam ſpeciei principium indiuiduans quod eſt materia ſignata, ideo dicitur ſm Platonem participare ſpeciem. Hoc autem nomẽ par

C ticipationis Plato accepit a Pythagora. Sed tamen tranſmutauit ipſum Pythagorici enim dicebant numeros eſſe cauſas rerũ ſicut Platonici ideas. Et dicebant q huiuſmodi exiſtentia ſenſibilia erant quaſi quædam imitationes numerorum. Inquantũ enim numeri qui de ſe poſitionẽ non habent, accipiebant poſitionem, corpora cauſabant. Sed quia Plato ideas poſuit immutabiles ad hoc q de eis poſſent eſſe ſcientiæ & diffinitiones, nõ conueniebat ei in ideis uti nomine imitationis. Sed loco eius uſus eſt nomine participationis. Sed tamen eſt ſciendum q Pythagorici licet ponerent participationem, aut imitationem, non tamen perſcrutati ſunt qualiter ſpecies communis participetur ab indiuiduis ſenſibilibus, ſiue ab eis imitetur, quod Platonici tradiderunt.

Participare ſeu dici aliqd de alio ꝑ participationẽ quid ſit.

Inſuper preter ſenſibilia formaſq;, res mathematicas medias eſſe dixit. A ſenſibilibus quidem hoc differentes, q perpetuę atq; immobiles ſunt. A formis autem hoc, q ipſę quidem complures ſimiles ſunt: forma autem ipſa quęq; eſt una ſolum.

Part. 2

Amplius autem preter ſenſibilia & ſpecies, mathematica rerum intermedia dicit eſſe. Et differentia a ſenſibilibus quidem: quia ſempiterna ſunt & immo

D **bilia. A ſpeciebus autẽ eo q hęc quidẽ multa quędã ſimilia ſunt: ſpecies autem ipſum unum unaquęq; ſolum.**

Hic ponit opinionem Pla. de mathematicis ſubſtãtiis, & dicit q Plato poſuit alias ſubſtantias præter ſpecies, & præter { ſenſibilia } .i. mathematica, & dixit q huiuſmodi entia erãt media trium ſubſtantiarum, ita q erant ſupra ſenſibilia & infra ſpecies, & ab utriſq; differebant. A ſenſibilibus quidem, qa ſenſibilia ſunt corruptibilia & mobilia, mathematica uero ſempiterna & immobilia. Et hoc accipiebant ex ipſa ratione ſciẽtiæ mathematicæ. Nam mathematica ſcientia a motu abſtrahit. Differunt uero mathematica a ſpeciebus, quia in mathematicis inueniuntur differentia ſm numerum, ſimilia ſm ſpeciẽ: alias non ſaluarentur demonſtrationes mathematicæ ſciẽtiæ. Niſi enim eſſent duo trianguli eiuſdem ſpeciei, fruſtra demonſtraret geometra aliquos triangulos eſſe ſimiles, & ſimiliter in aliis figuris. Hoc autem in ſpeciebus non accidit. Nam cum

E in ſpecie ſeparata nihil aliud ſit niſi natura ſpeciei, non poteſt eſſe ſingularis ſpecies niſi vna. Licet enim alia ſit ſpecies hominis, alia aſini, tamen ſpecies hominis non eſt niſi vna, nec ſpecies aſini, & ſimiliter de aliis. Patet autem diligenter intuenti rationes Platonis q ex hoc in ſua poſitione errauit, quia credidit q modus rei intellectæ in ſuo eſſe ſit ſicut modus intelligendi rem ipſam. Et ideo quia inuenit intellectum noſtrum dupliciter abſtracta intelligere, vno modo ſicut vniuerſalia intelligimus abſtracta a ſingularibus, alio modo ſicut mathematica abſtracta a ſenſibilibus, utriq; abſtractioni intellectus poſuit reſpondere abſtractionem in eſſentiis rerum. Vnde poſuit & mathematica eſſe ſeparata & ſpecies. Hoc autem non eſt neceſſarium. Nam intellectus & ſi intelligat res per hoc, q ſimilis eſt eis quantum ad ſpeciem intelligibilem per quam fit in actu, non tamen oportet q modo illo ſit ſpecies illa in intellectu quo in re intellecta. Nam omne quod eſt in aliquo, eſt per

F modum eius, in quo eſt. Et ideo ex natura intellectus quæ eſt alia a natura rei intellectæ, neceſſarium eſt q alius ſit modus intelligendi quo intellectus intelligit, & alius ſit modus eſſendi quo res exiſtit. Licet enim id in re eſſe oporteat quod intellectus intelligit, non tamen eodem modo. Vnde quãuis intellectus intelligat mathematica non cointelligendo ſenſibilia, & vniuerſalia præter particularia, non tamen oportet q mathematica ſint præter ſenſibilia, & vniuerſalia præter particularia. Nam videmus q etiam uiſus percipit colorem ſine ſapore, cum tamen in ſenſibilibus ſapor & color ſimul inueniantur.

Cã erroris Platonis.

Quoniam autem formæ ſunt cæteris cauſę. Elementa illarum, omnium quę ſunt elementa eſſe putauit. Magnum igitur & paruum, ut materiam eſſe principia, unum autem ut ſubſtantiam dixit. Ex illis enim unius participatione formas ipſas numeros ipſos eſſe aſſerunt.

G

Part. 3.

Te. cõ. 7

Quoniam autem ſpecies cauſę ſunt aliis, illarum elementa omnium putauerunt exiſtentium elementa eſſe. Vt quidem igitur materiam magnam & paruum eſſe principia: ut autem ſubſtantiam unum. Ex illis enim ſecundum participationes unius ſpecies eſſe numeros.

Hic ponit opinionem Platonis de rerum principiis, & circa hoc duo facit. Primo ponit quæ principia rebus Plato aſsignauit. Secundo ad quod genus cauſæ reducuntur. ibi: { Palam autem ex dictis &c. } Circa primum duo facit. Primo ponit cuiuſmodi principia Plato aſsignauerit. Secundo oſtendit quo modo Plato cum Pythagoricis cõcet, & in quo differat ab eis. ibi: { Vnum tamen ſubſtantiam } Dicit ergo primo, q quia ſm Platonem ſpecies ſeparatæ ſunt cauſæ omnibus aliis entibus, ideo elementa ſpecierum putauerunt eſſe elementa omnium entium. Et ideo aſsignabant rebus pro materia magnũ & paruum; & quaſi { ſubſtantiam rerum } idest formam dicebant eſſe vnum. Et hoc ideo quia iſta ponebant eſſe principia ſpecierum. Dicebant enim q ſicut ſpecies ſunt ſenſibilibus formæ, ita vnum eſt forma ſpecierum. Et ideo ſicut ſenſibilia conſtituuntur ex principiis vniuerſalibus per participationẽ

Opĩo Platõis de rerũ principiis. Hac põit. parte iſta. parte pſit. pal. ſeq.

H ſpecierum, ita ſpecies quas dicebat eſſe numeros, conſtituunt ſm eum { ex illis } ſcilicet magno & paruo. Vnitas enim diuerſas numerorum ſpecies conſtituit per additionem & ſubtractionem, in quibus conſiſtit ratio magni & parui. Vnde cũ vnum opinaretur eſſe ſubſtantiam entis, quia nõ diſtinguebat inter vnum quod eſt principium numeri, & vnum quod conuertitur cum ente, videbatur ſibi q hoc modo multiplicarent diuerſæ ſpecies ſeparatæ ex vna quæ eſt communis ſubſtantia, ſicut ex vnitate diuerſæ ſpecies numerorũ multiplicant.

Ipſam tamen unum perinde atq; Pythagorici ſubſtantiam eſſe, nec aliud quicquam eſſe q unum dicatur, & item numeros cæteris ut illi ſubſtantiæ cauſas eſſe dicebat.

Part. 4

Vnum tamen ſubſtantiam, & non aliquod aliud ens dici unum, conſimiliter Pythagoricis dixit; &

I numeros eſſe cauſas merę ſubſtãtię ſimiliter ut illi.

In qbus cõueniebant Plat. & Pythagoras. parte pñti par.ſeq.

Hic cõparat opinionẽ Platonis Pythagoræ. Et primo oñdit in quo cõueniebant. Secũdo in quo differebant. ibi. { Pro infinito. } Conueniebant aũt in duabus poſitionibus, quarũ prima eſt q vnũ ſit ſubſtantia rerũ. Dicebant.n. Platonici ſicut etiã Pythagorici, q hoc quod dico vnũ non probat de aliquo alio ente, ſicut accidens de ſubiecto, ſed hoc ſignat ſubſtantiã rei. Et hoc ideo, quia (ut dictum eſt) non diſtinguebant inter vnũ quod cõuertit cũ ente, & unũ quod eſt principiũ numeri. Secũda poſitio ſequit ex prima. Dicebant.n. Platonici ſimiliter ut Pythagorici numeros eſſe cauſas ſubſtãtiæ oib⁹ entib⁹. Et hoc ideo quia numerus nihil aliud eſt q̃ unitates collectæ. unde ſi unitas eſt ſubſtantia, oportet q etiam numerus.

Pro infinito úero, ut uno dualitatẽ, & infinitum ex magno ac paruo feciſſe, hoc ipſius propriũ eſt. Et

k inſuper ipſe qdẽ ſenſibilia dixit eſſe, illí uero numeros, res ipſas eſſe dicebant: & mathematicas medias inter iſta non ponunt.

part. 5 Te. cõ. 8. Pro infinito uero ut uno, dualitatẽ facere, & infinitum ex magno & paruo: hoc proprium. Amplius hic quidẽ numeros pręter ſenſibilia: illi uero numeros eſſe dicunt res ipſas, & mathematica intermedia horum non ponunt.

part. pñ. part. ſeq. In qbus differũt Plat. & Pythag. & pp quas cauſas.

Hic oſtendit in quo differebant, & circa hoc duo facit. Prĩo enim ponit differẽtiã inter eos. Secũdo differẽtiæ cauſam. ibi: { Vnum igitur & numeros &c. } Eſt autem iſta differẽtia in duobus. Primo quãtum ad hoc Pythagorici ponebãt (ut dictũ eſt) duo principia, ex quibus res cõſtituebant. ſ. finitũ & infinitum, quorũ unum. ſ. infinitũ ſe habet ex parte materiæ. Plato uero loco huius unius quod Pythagoras poſuit. ſ. infiniti fecit dualitatẽ, ponẽs ex parte materiæ magnũ & paruũ. Et ſic infinitum quod Pythagoras poſuit unũ principiũ, Plato poſuit cõſiſtere ex magno & paruo. Et hoc eſt ꝓpriũ opinionis ſuæ in cõparatione ad Pythagorã. Secũda differentia eſt, quia Plato poſuit numeros præter ſenſibilia, & hoc dupliciter. Ipſas enim ſpecies, numeros eſſe dicebat, ſicut ſupra habitum eſt. Et iterũ inter ſpecies & ſenſibilia poſuit mathematica (ut ſupra dictum eſt) quæ ſm ſuã ſubſtãtiam numeros eſſe dicebat. Sed Pythagorici dicunt ipſas res ſenſibiles eſſe numeros, & nõ ponunt mathematica media inter ſpecies & ſenſibilia, nec iterum ponũt ſpecies ſeparatas.

Vnum igitur & numerũ pręter res ipſas feciſſe, & non ut Pythagorici, & formarum etiã introductio, ob conſideratiõẽ in diſſerendo nimirum fuit. Priores enim facultatis participes diſſerendi non erant.

part. 6 Vnum igitur & numeros præter res facere, & nõ ut Pythagorici, & ſpecierũ introductio, propter eã quæ in rationibus perſcrutatiõẽ euenit. Priores enim non participauerunt Dialectica.

M

part pñti part. ſequl.

Hic oſtendit cauſam differẽtiæ, & primo ſecũdæ. Secundo cauſas differentiæ primæ. ibi: { Dualitatẽ autẽ fere &c. } Dicit ergo q ponere vnũ & numeros & ꝑter res ſenſibiles, & nõ in ipſis ſenſibilibus, ſicut Pythagorici fecerunt, & iterũ introducere ſpecies ſeparatas euenit Platonicis ꝓpter ſcrutationem { quæ eſt in rationibus } .i. propter hoc q ꝑſcrutati ſunt de diffinitionibus rerũ quas credebant non poſſe attribui rebus ſenſibilibus, vt dictum eſt. Et hac neceſſitate fuerũt coacti ponere quaſdam res quibus diffinitiones attribuunt. Sed Pythagorici qui fuerunt priores Platone, nõ participauerunt dialecticã, ad quam pertinet conſiderare diffinitiones & vſia hmõi, quarũ conſideratio induxit ad introductionem idearum.

Dualitatẽ autem alteram naturam feciſſe ex eo fuit, quia numeri pręter primos apte ex ipſa perindę ex ſigillo quodam fiunt ac generantur.

part. 7. Dualitatem autẽ facere alterã naturã, quia numeri extra priores omnes naturaliter ex ea generãtur, uelut ex aliquo echimagio. i. ſigillo uel effigie. N

Hic oſtendit cauſam alterius differẽtiæ, quæ. ſ. ex parte materiæ eſt. Et primo ponit cauſam huiuſmodi differentiæ. Secũdo oſtendit Platonem non rationabiliter motũ eſſe. ibi: { Attamen econuerſo. } Dicit ergo q ideo Platonici fecerunt dualitatem eſſe numerum, quæ eſt alia natura a ſpeciebus, quia omnes numeri naturaliter generantur ex dualitate præter numeros primos. Dicuntur autem numeri primi quos nullus numerat, ſicut ternarius, quinarius, ſeptenarius, vndenarius, & ſic de aliis. Hi enim a ſola vnitate conſtituuntur immediate. Numeri uero quos aliquis alius numerus numerat, non dicuntur primi, ſed compoſiti, ſicut quaternarius, quem numerat dualitas: & vniuerſaliter omnis numerus par a dualitate numeratur. Vnde numeri pares materiæ attribuuntur, cum eis attribuatur infinitum quod eſt materiæ ut ſupra dictum eſt. Hac ratione poſuit dualitatem, ex qua ſicut { aliquo echimagio } ideſt ex aliquo exemplari omnes alii numeri pares generant. O

Fit tamen idipſum ecõtra. Non enim ita fieri conſonum eſt rationi. Nam illi quidem ex materia multa faciunt, & ſemel illis ſolum generat forma.

part. 8 Attamen econtrario contingit. Non enim rationabile ita. Nunc enim ex materia multa faciunt, ſpecies uero ſemel generat ſolum.

Hac parte part ſequl.

Hic oſtendit Platonem irrationabiliter poſuiſſe, & circa hoc duo facit. Primo enim ex ratione naturali oſtendit hoc. Secundo etiam ponit rationem naturalem quæ Platonem mouebat ad ſuam opinionem. ibi: { Videtur autem ex vna materia. } Dicit ergo q quamuis Plato poneret dualitatem ex parte materiæ, tamen econuerſo contingit, ſicut atteſtantur opiniones omnium aliorum philoſophorum naturalium, qui poſuerunt contrarietatem ex parte formæ, & vnitatem ex parte materiæ, ſicut patet primo phyſicorum. Ponebãt enim rerum materiam aerem, uel aquam, uel aliquid huiuſmodi. ex quo diuerſitatem rerum conſtituebant per rarum & denſum, quæ ponebat quaſi principia formalia. Non enim eſt rationabile ponere ſicut Plato poſuit. Et hoc ideo quia ex materia uiderunt philoſophi multa fieri per ſucceſſionem formarum in ipſa. Illa enim materia quæ modo ſubſtat vni formæ, poſtmodum ſubſtare poterit pluribus, vno corrupto & alio generato. Sed vna ſpecies ſiue vna forma ſolum { ſemel generat } ideſt conſtituit aliquid generatum. Cum enim aliquid generatur accipit formam quidem, quæ forma eadem numero nõ poteſt alteri generato aduenire. Sed eſſe deſinit generato corrupto. In quo manifeſte apparet q vna materia ad multas formas ſe habet & non econuerſo. vna forma ad multas materias ſe habet. Et ſic uidetur rationabilius ponere ex parte materiæ vnitatem. Sed dualitatem ſiue contrarietatem ex parte formæ, ſicut poſuerunt naturales, q̃ econuerſo, ſicut poſuit Plato.

P Lec 8 Te. cõ. 32 56. 93. & aliis piones

At una quidem ex materia, una fieri menſura uidetur. Qui uero affert formam, unus multas facit, ut patet. Similiter ſeſe habet & mas ad fœmellam. Fœmella nanq uno coitu grauida fit. Mas autem multas grauidas facit, & tamen hęc principiorum illorum ſunt mutationes. Plato igitur de his quę quęruntur hoc determinauit. Q

Te. cõ. 9. part. 9. Videtur autem ex una materia una menſura. Speciem autem quam inducit unus exiſtens, multa facit. Similiter quoque ſe habet maſculus ad fœminam. Hæc enim ab uno impletur motu, ille uero multas implet. Et tales mutationes principiorum illorum ſunt. Plato quidem igitur de quæſitis ita diffinit.

Hic ponit rationem econuerſo ex his ſenſibilibus acceptam ſm opinionem Plato. videbat.n. Plato q unumquodq recipit

A in aliquo ſm menſuram recipientis. Vnde diuerſæ receptiones videntur prouenire ex diuerſis menſuris recipientium. Vna autem materia eſt vna mēſura recipiendi. Vidit etiam ꝙ agens qui inducit ſpēm, facit multas res ſpēm habentes cum ſit vnus, & hoc ꝑpter diuerſitatē quæ eſt in materiis. Et huius exemplum apparet in maſculo & fœmina. Nam maſculus ſe habet ad fœmina ſicut agens & imprimens ſpeciem ad materiam. Fœmina autem impregnatur ab vna actione viri. Sed maſculus vnus pōt impregnare multas fœminas. Et inde eſt ꝙ poſuit vnitatē ex parte ſpeciei, & dualitatem ex parte materiæ. Eſt autē attendendū ꝙ hæc diuerſitas inter Platonem & naturales accidit ꝑpter diuerſam de rebus conſiderationem. Naturales enim cōſiderant tantum quæ ſunt ſenſibilia, prout ſunt ſubiecta tranſmutationi, in qua vnum ſubiectum ſucceſſiue accipit contraria. Et ideo poſuerunt vnitatē ex parte materiæ, & contrarietatem ex parte formæ. Sed Plato ex conſide-

B ratione vniuerſalium deueniebat ad ponēdum principia ſenſibilium rerum. Vnde cum diuerſitatis multorum ſingularium ſub vno vniuerſali cauſa ſit diuiſio materiæ, poſuit diuerſitatē ex parte materiæ, & vnitatem ex parte formæ. { Et tales ſunt mutationes illorum principiorū quæ poſuit Plato } id eſt participationes, vel vt ita dicam influētias in cauſata. Sic enim nomen immutationis Pythagoras accepit. Vel immutationes dicit inquantum Plato mutauit opinionem de principiis quæ primi naturales habuerunt, ut ex prædictis patet. Ex ſic patet ex prædictis ꝙ Plato de cauſis quæſitis a nobis ita diffiniuit.

Patet autem ex dictis ipſum duabus ſolum cauſis uti, ipſo inquam quid eſt, atqꝫ materia. Ipſius enim quid eſt, cęteris quidem formæ ſunt cauſæ, formis autē unum. Et quæ nam eſt ipſa ſubiecta materia, qua deducuntur in ſenſibilibus quidem formę, in

C formis autem unum? Eſt enim dualitas, magnum inquam ac paruū. Pręterea boni maliqꝫ cauſam elementis utriſqꝫ utráqꝫ reddidit. Quod quidē & priorum quoſdam philoſophantium Empedoclem inquam, ac Anaxagoram diximus quęſiuiſſe.

part. 10 Palam autem eſt ex dictis, quia duabus cauſis ſolum eſt uſus: ipſaqꝫ eſt eius quod qd eſt, & ipſa materia. Species enim eius quod quid eſt cauſę ſunt aliis, ſpeciebus uero unum. Et quę materia ſubiecta de qua ſpecies? Hęc quidē in ſenſibilibus, unum uero in ſpeciebus dicitur: quia ea dualitas eſt, magnū & paruum. Amplius boni & mali cauſam dedit elemētis ſingulis ſingularem. Quod magis dicimus primorum inueſtigare quoſdam philoſophorum: uelut Empedoclis & Anaxagorę.

Hic oſtendit ad quod genus cauſæ principia a Platone poſita reducantur. Dicit ergo ex dictis palam, eſſe ꝙ Plato vius eſt ſolum duobus generibus cauſarum. Cauſa enim { ipſa } .i. cauſa quæ eſt cauſa ei { quodquideſt } .i. quiditatis rei .i. cauſa for-

D malis per quam rei quiditas conſtituitur & etiam uſus eſt ipſa materia. Quod ex hoc patet, quia ſpecies quas poſuit { ſunt aliis } .i. ſenſibilibus cauſæ eius { quodquideſt } .i. cauſæ formales, ipſis uero ſpēbus cauſa formalis eſt hoc quod dico vnum, & illa uidet ſubſtantia de qua ſunt ſpēs: ſicut ens vnum ponit cauſam formalem ſpecierum: ita magnum & paruum ponit earum cām quaſi materialem, ut ſupra dictum eſt. Et hæ quidem cauſæ .ſ. formalis & materialis nō ſolum ſunt reſpectu ſpecierum, ſed etiam reſpectu ſenſibilium, quia vnum dicitur { in ſpeciebus } .i. id quod hoc mō ſe habet ad ſenſibilia, ſicut vnū ad ſpēm, eſt ipſa ſpēs, quia ea dualitas quæ reſpondet ſenſibilibus pro materia eſt magnum & paruum. Vlterius Plato aſſignauit cauſam eius quod eſt bonum & malum in rebus, & ſingulis elementis ab eo poſitis. Nam cauſam boni aſcribebat ſpeciei, cām uero mali materiæ. Sed tamen cauſam boni & mali conati ſunt inueſtigare quidam primorum philoſophorum .ſ. Anaxa & Empedo. qui ad hoc ſpecialiter aliquas cauſas in rebus conſtituerunt, vt ab eis poſſent aſſignari principia boni

E & mali. In hoc autem ꝙ boni cauſas & mali tetigerunt, aliquo modo accedebant ad ponendum cauſam finalem, licet nō per ſe, ſed per accidens eam ponerent, ut infra dicetur. Lec. XI. Lec. 5°

Breuibus igitur ſummatimqꝫ narrauimus, quidnam & quo pacto de principiis ueritateqꝫ dixerunt. Verūtamen tm̄ ex his habemus, neminem inquam de principio cauſaqꝫ dicentiū, pręter ea quę in hiſce quę de natura ſunt a nobis determinata dixiſſe.

BReuiter igitur & capitulariter quid & quomodo de principiis & ueritate dixerunt pertranſiuimus. Attamen ab eis tantum habemus, quia dicentiū de principio & cauſa, nullus pręter ea quæ ſunt in phyſicis a nobis determinata dixit. part. 1

Hic recolligit omnia quæ ab antiquis de cauſis ſunt dicta, & circa hoc tria facit. Primo oſtēdit ꝙ priores philoſophi nullam cauſam de quatuor generibus cauſarum ab eis ſuprapoſitis addere potuerunt. Secūdo oſtendit qualiter ꝑdictas cauſas tetigerunt. ibi { Sed omnes obſcure &c. } Tertio concludit concluſionem principaliter intentam, ibi: { Quod quidem igitur recte &c. } Dicit ergo ꝙ breuiter & ſub quodam capitulo ſiue compendio pertranſeundo dictum eſt, quid philoſophi, & quomodo locuti ſunt de principiis rerū & de veritate, quantū ad ipſam rerum ſubſtantiam. Sed ex eorum dictis tantum haberi poteſt, ꝙ nullus eorum qui de cauſis & principiis rerum dixerunt, potuit dicere aliquas cauſas præter illas quæ diſtinctæ ſunt, ſecundo phyſico. part 2. Lec huius. F par. ſeq. par. 7 Lec. Te. c8 18 & inde.

Sed omnes obſcure quidē illa tm̄ tetigiſſe uideri. part. 2

Sed omnes obſcure quidem, uerūtamen illis appropinquauere.

Hic ponit qualiter illas cauſas poſuerunt, & primo in generali. Secūdo in ſpeciali. ibi. { Illi nāqꝫ &c. } Dicit ergo primo ꝙ non ſolum nihil addiderunt, ſed nec etiam ad eas perfecte peruenerunt, ſed eis aliquo modo appropinquauerunt, & hoc non manifeſte, ſed obſcure. Non enim aſſignauerunt ſm ꝙ genus cauſæ principia ab eis poſita rerum cauſæ eſſent. Sed ſolū poſuerunt illa, quæ ad aliquod genus cauſæ adaptari poſſunt. part. iſta part. ſeqꝫ G

Quidam enim ut materiam principiū dicunt, ſiue unum, ſiue plura ſupponant: & ſiue corpus, ſiue incorporeum, idipſum ponant, ueluti Plato quidē magnum dicēs ac paruum, Italici autem infinitum, Empedocles uero ignem, terrā, aerem, atqꝫ aquam: & Anaxagoras eorum quę ſunt ſimilium partium infinitionem. Hi igitur omnes talem cauſam tetigerunt, & inſuper qui aerem, aut ignem, aut aquā: aut igne quidem denſius, aere uero ſubtilius poſuere. Sunt enim qui primum elementum tale eſſe dixerunt: atqꝫ hi ſolum hanc cauſam tetigere.

Illi nanqꝫ ut materiam principiū dicunt, ſiue unā ſiue plures ſupponant, & ſiue corpus ſiue incorporeum hoc ponāt, ut Plato quidem magnū & paruū dicens, Italici uero infinitum, Empedocles ignē, terram, aquam, & aerem, Anaxagoras autem ſimilium partium infinitatem. Et hi omnes ſunt talē cauſam tangentes. Et amplius quicunqꝫ aerem aut ignem, aut aquam, aut igne ſpiſſius, aere autem ſubtilius. Etenim quoddam tale primum elemētum dixerūt. Hi quidem igitur hanc cauſam ſolum tetigerunt. part. 3 H

Hic oſtendit in ſpeciali quomodo ſingulas cauſas tetigerūt, & primo quomodo tetigerunt cauſam materialem. Secundo quomodo cauſam efficientem ibi: { Alii vero. } Tertio quomodo cauſam formalem. ibi: { Quod quid erat eſſe uero &c. } Quarto quomodo cauſam finalem. ibi: { Cuius ergo cauſa &c. } Dicit ergo primo ꝙ illi ſcilicet priores philoſophi oēs in hoc cōueniunt, ꝙ dāt rebus aliquod principiū quaſi materiā. Differūt tm̄ in duobus. Prio qa quidā poſuerūt unā ma- Hac parte parte huic ſequē Alia hanc ſequē. quātū in altera leg.

A
Te.cõ.10 part.7.

Quod quidem igitur recte determinatum eſt de cauſis & quot & quæ, teſtimonium præbere nobis uidentur & hi omnes, aliam cauſam tangere non ualentes. Adhuc autem quia quærenda ſunt principia

Tex.cõ.11.

aut ſic omnia, aut horum aliquo modo palã. Quomodo etiam unuſquiſq; horum dixit. & quomodo habent de principiis contingẽtes dubitationes, poſt hoc pertranſeamus de ipſis.

Hic concludit concluſionem principaliter intentã. ſ. q̃ determinatio facta ſuperius de cauſis quæ & quot ſint, recte fuit. Huius enim teſtimoniũ uidentur præbere prædicti philoſophi, nullum genus cauſæ ualentes addere ſupra prædicta. Et hæc utilitas prouenit ex prædictarum opinionũ recitatione. Alia autem utilitas eſt quia inde palam eſt, q̃ principia rerum ſunt quærenda in iſta ſcientia, aut omnia quæ antiqui poſuerunt, & quæ ſuperius ſunt determinata, aut aliquod horum. Maxime enim hæc ſcientia conſiderat cauſam formalem & finalem & aliquo modo etiam mouentem. Nec ſolum oportet prædictas opiniones recitaſſe, ſed poſt hæc transeũdo dicendũ eſt q̃uo quilibet horum dixerit, & in quo bene, & in quo male, & q̃uo ea quæ dicuntur de principiis habent aliquã dubitationem. Lec. XII.

Vtilitas duplex ſadiæ inqſitionis de opi antiq.
B

Patet igitur eos omnes qui unum uniuerſum ipſum, unamq; naturam, ut materiã eſſe ponunt: atq; hanc corpoream, magnitudinemq; habentem, multis modis peccare. Corporum enim elementa tantũmodo ponunt, incorporeorum uero non ponunt, quæ quidem & ipſa ſunt.

p art.1.

Ergo quicunq; unum ipſum omne, & unam eſſe quandam naturam quaſi materiam ponunt,

C

& eam corpoream & menſuram habentem, palam quod multipliciter delinquunt. Corporum enim elementa ponunt ſolum, incorporeorum uero non, tanquam non exiſtentibus incorporeis.

Diſputat cõtra antiquos ponẽtes unũ principiũ male & prio in generali.

POSTQVAM recitauit opiniones philoſophorum de principiis, hic incipit eas improbare. Et diuiditur in duas partes. Primo improbat ſingulas opiniones. Secũdo recolligit ea quæ dicta ſunt, & continuat ſe ad ſequentia. ibi: { Quoniam ergo dictas cauſas &c. } Prima diuiditur in duas partes. Primo reprobat opiniones eorũ qui naturaliter locuti ſunt. Secundo reprobat opiniones illorum qui non naturaliter ſunt locuti. ſ. Pythagoræ & Pla. eo q̃ altiora principia poſuerunt q̃ naturales. ibi: { Quicunq; uero &c. } Circa primum duo facit. Primo improbat opiniones eorum qui poſuerunt unam cauſam materialem. Secundo eorum qui poſuerunt plures. ibi: { Idẽ & ſiquis. } Circa primum duo facit. Primo improbat opiniones p̃dictas in gñali. Secũdo in ſpeciali. ibi: { Et ad hoc &c. } Improbat aũt in generali triplici ratione. Prima ratio talis eſt. Quia in rebus non ſolum ſunt corporea, ſed etiã quædã incorporea, ut patet ex libro de anima. Sed ipſi non poſuerunt principia niſi corporeã. Quod ex hoc patet, q̃a ipſi ponebãt { unũ omne } .i. uniuerſum eſſe unũ ſ̃m ſubſtãtiã, & eſſe unã naturam quaſi materiam, & eã eſſe corporeã, & habentẽ. { menſuram } .i. dimenſionem. Corpus autẽ non poteſt eſſe cauſa rei incorporeæ, ergo patet q̃ in hoc deliquerunt inſufficienter rerum principia tradentes. Et non ſolum in hoc, ſed in multis, ut ex ſequentibus rationibus apparet.

part. pria. Lec. huius parte ultia Lec. ultia huius primi Lec 13 in pñ. parte 5 Lec. huius parte. 4 Lec. pñ.
D

Atq; cauſas generationis corruptioniſue dicere aggredientes, & de uniuerſis generaliter loquentes, motus principium tollunt.

part. 2

De generatione quoq; & corruptione cauſam dicere conantes, & de omnibus phyſicæ tractãtes, motus cauſam auferunt.

Hic ponit ſecundã rationem quæ talis eſt. Quicunq; habet neceſſe determinare de motu, oportet q̃ ponat cauſam motus, ſed prædicti philoſophi habebant neceſſe tractare de motu. Quod ex duobus patet, tum quia ipſi conabant dicere cauſas generationis & corruptionis rerum, quæ ſine motu non ſunt tum etiã quia de rebus omnibus naturaliter tractare uolebant. Naturalis aũt conſideratio requirit motũ, eo q̃ natura eſt principium motus & quietis, ut patet .2. phyſi. ergo debebãt tractare de cauſa, quæ eſt principiũ motus. Et ita cũ illã auferrẽt cãm, nihil de ea dicẽdo, patet etiã q̃ in hoc deliquerũt.

E
Te.cõ.3.

Preterea ſubſtantiam & ipſum quid eſt, nullius rei cauſam eſſe ponunt.

Amplius autem ſubſtãtiam nullius poſuere cauſam, neq; quod quid eſt.

part 3

Hic ponit tertiã rationẽ. Qualibet enim res naturalis habet { ſubſtantiã } .i. formã partis. { Et quod quid eſt. } .i. quiditatem quæ eſt forma totius. Formã dicit inquantũ eſt principiũ ſubſiſtendi, & quod quid eſt inquantum eſt principiũ cognoſcendi, quia per eam ſcitur quid eſt res. Sed prædicti philoſophi formã non ponebant eſſe alicuius cauſam, ergo inſufficienter de rebus tractabant, in hoc etiam delinquentes, q̃ cauſam formalem prætermittebant.

Quod forma uocat ſubſtantia rei, & quare.
F

Et inſuper facile quoduis ſimpliciũ corporum, preter terram, principium eſſe dicunt, non conſiderantes quonam pacto mutuum ipſorum faciunt ortum: ignis inquam, aeris, aque, ac terre. Alia nanq; cõgregatione, alia diſcretione ex ſeſe mutuo fiunt, Hoc autem ad ipſum, ut quippiam ſit prius poſteriusue, plurimũ refert. Aliqua nãq; ratione id oĩum maxime elementum eſſe uidebitur, ex quo primo congregatione elemẽta fiunt. Tale autẽ eſt id quod minimarum eſt partium, corporumq; etiam ſubtiliſſimum eſt. Quapropter qui pricipium ignẽ ponũt, conſentanea maxime huic dicerent rationi. Tale autem & ceterorum quiſq; ceterorum corporum elementum eſſe fatetur. Nemo nãq; eorum qui unum

G

dicunt, terrã elementum cẽſuit eſſe ob magnitudinẽ partium, uti patet. Trium autẽ elementorũ quodq;, iudicem aliquem habuit. Quidã enim ignem, quidam aquam, q̃dã aerem, id inqunt eſſe. At. n. cur nã & terram non dicunt, ut plerięq; hoĩum opinantur? Cuncta nanq; terram inqunt eſſe. Heſiodus quoq; terrã ortam eſſe primam corporũ ait, adeo ueiuſta, Adeo uulgaris hec exiſtimatio fuit. Hac igit̃ ratione neq; ſi q̃s horum aliq̃d dicat præter ignem, neq; ſi q̃s aere q̃dem denſius, aqua uero ſubtilius id ponat, recte dicere poteſt.

Et ad hoc quodlibet ſimpliciũ corporũ eſſe principiũ quodcũq;, preter terrã, non cõſiderãtes ea q̃ ex inuicem generationẽ, aliqualiter faciunt.

part. 4

Dico autem ignẽ, terram, aquam, & aerem: hæc q̃dem enim concretione, illa uero diſcretione inuicem fiunt: Hęc autem ad prius eſſe & poſterius plurimum differunt.

Te.cõ.12
H

Aliqualiter enim utiq; uidebitur maxime elemẽtum eſſe omnium, ex quo primo fit congregatione primum. Tale uero eſt quod minutiſsime partis & ſubtiliſsimum corporum. Vnde quicunq; ponunt ignem principium, maxime conſeſſe rationi huic dicũt: tale uero & aliorum unuſquiſq; confitetur elementum eſſe quoddam corporum.

Te.cõ.13

Nullus enim poſteriorum & unum dicentium, terram eſſe elemẽtũ uoluit: palã q̃a p̃pter magnitudinẽ partialitatis. Quodlibet aũt triũ elemẽtorũ iudicẽ quẽdam accepit. Hi nãq; ignẽ, illi uero aquam: alii aerẽ hoc eſſe dicũt. Sed quare nõ terram dicunt, quẽadmodũ hoĩum multi: oĩa nãq; terrã eſſe dicũt. Dicit aũt Heſiodus terrã primã corporũ factã eſſe: ſic. n. antiq̃ & publicã cõtingit exiſtimationẽ eſſe. Se-

Te cõ 14.

I cũdum hanc igitur rationem nec ſiquis horum ali/quid dicit prę̨ter ignem, nec ſiquis aere quidem ipſiſſius hoc ponit, aqua autem ſubtilius, non recte utiq; dicet.

Diſputat cõtra eos dẽ ſpẽl. p arte hac parte ſeq.

Hic reprobat opiniones eorum in ſpeciali, & hoc dupliciter. Primo quantum ad hoc ꝙ ponebant elemēta præter ignē eſſe principia. Secũdo quantũ ad hoc ꝙ prætermittebãt terrã. ibi: { Si uero eſt ꝙ eſt generatione &c. } primo ergo reſumit eorũ poſitionē, qui videlicet ponebant, eſſe elementũ quodlibet ſimplicium corporum præter terram. Et rationem opinionis oſtendit, quia ipſi videbant ſimplicia corpora ex inuicē generari, ita ꝙ quædam fiunt ex illis per cõcretionē ſiue per inpiſſationem, ſic groſsiora ex ſubtilioribus. Oſtendit etiã modum procedendi contra eorũ opiniones ex eorũ rationibus. Ponebant enim hac ratione aliquod iſtorum eſſe principiũ, quia ex eo generabantur alia cõcretione vel diſcretione. Qui duo modi multum differunt quãtum ad prioritatē vel Poſterioritatē K eius ex quo aliquid generatur. Nã ſm vnum modum videtur eſſe prius id ex quo generatur aliquid per cõcretionē. Et hanc rationem primo ponit. Secundum vero alium modũ videtur eſſe prius illud ex quo generatur aliquid per rarefactionem, & ex hoc ſumit ſecundam rationē. Quod enim illud ex quo generatur aliquid per cõcretionem ſit primum, hoc atteſtatur opinioni quæ nunc habetur, ꝙ illud ſit elemētum maxime oium ex quo alia fiunt ꝑ concretionē. Quod quidē patet per rationē, & eorũ poſitiones. Per rationē quidē, quia id ex quo fiũt alia per cõcretionem eſt hoc, ꝙ eſt ſubtiliſsimum inter corpora, minutiſsimas partes hñs Et hoc eſſe videtur ſimplicius. Vnde ſi ſimplex eſt prius cõpoſito, videtur ꝙ hoc ſit primũ. Per eorum vero poſitiones, quia quicunq; poſuerũt ignē eſſe principium, poſuerunt ipſum primum eſſe pricipium, quia eſt ſubtiliſsimum corporum. Similiter autem alii viſi ſunt hanc rationē ſequi exiſtimantes tale eſſe elemētum corporum, quod eſt ſubtiles partes habens, Quod ex hoc patet ꝙ nullus poſteriorum proſecutus eſt poetas theologos, qui dixerunt terram L eſſe elementum. Et manifeſtum eſt ꝙ hoc renuerunt ponere { propter magnitudinē partialitatis } .i. propter groſsitiem partium. Conſtat aũt, ꝙ quodlibet aliorum trium elementorum accepit aliquem philoſophũ qui iudicauit ipſum eſſe principium. Sed quia nõ dixerunt terrã principium eſſe, ideo non poteſt dici ꝙ hoc non dixerunt, quia eſſet cõtra cõem opinionem. Nã multitudo hoium hoc exiſtimabat, ꝙ terra eſſet ſubſtantia omnium. Et Heſiodus etiam qui fuit vnus de theologicis poetis, dixit ꝙ inter alia corpora primum facta eſt terra. Et ſic patet ꝙ opinio ꝙ terra eſſet principium fuit antiqua, quia ab ipſis poetis theologicis poſita, qui fuerũt ante naturales philoſophos: & publica, quia in eam conſenſerunt plures. Vnde reſtat ꝙ hac ſola ratione poſteriores naturales euitauerunt ponere terram eſſe principium propter groſsitiem partium. Sed cõſtat ꝙ terra habet groſsiores partes ꝙ̃ aqua, & aqua ꝙ̃ aer, & aer ꝙ̃ ignis, & ſi quid eſt medium inter ea groſsius eſt ꝙ̃ ignis. Vnde patet ſequendo hanc rationem ꝙ nullus eorum recte di M xit, niſi qui poſuit ignem eſſe principium. Nam ex quo ratione ſubtilitatis aliquid ponitur principium, neceſſariũ eſt illud poni primum principium quod eſt oium ſubtiliſsimũ.

Opio Heſiodi de principio materiali.

Quod ſi id quod ortu poſterius eſt, natura eſt prius: id autem quod eſt digeſtum atq; cõgeſtum, poſterius eſt generatione: contrarium his euenit ſane. Nam aqua quidem aere prior erit, terra autem aqua. De his igitur hæc ſint dicta, qui cauſam unã qualem diximus ponunt.

part. 5.

Si uero eſt, quod eſt generatione poſterius natura prius: & quod eſt denſatum & concretum poſterius generatione, horum erit cõtrariũ: aqua quidē aere prior, & terra aqua. De ponẽtibus quidē igitur unam cauſam qualem diximus, ſint hęc dicta.

Tex. 85.

Poſterius gñatiõe ẽ prius natura.

Hic ponit aliã rationem per quam econuerſo videtur ꝙ terra ſit maxime elementum. Conſtat enim ꝙ illud quod eſt in generatione poſterius, eſt prius ſm naturam, eo ꝙ natura in finem generationis tendit, ſicut in id quod eſt primum in eius N intentione. Sed quanto aliquid eſt magis denſum & compoſitum, tanto eſt etiam poſterius generatione, quia in via generationis ex ſimplicibus proceditur ad cõpoſita, ſicut ex elemētis fiunt mixta, & ex mixtis humores & membra, ergo illud quod eſt magis compoſitum & ſpiſſum illud eſt prius ſm naturam. Et ſic ſequitur contrarium eius ꝙ prima ratio concludebat. ſ. ꝙ aqua ſit prior aere, & terra prior aqua quaſi primũ principium. Eſt autē attendendũ ꝙ differt quærere illud quod eſt prius in vno & eodem, & illud quod eſt prius ſimpliciter. Si enim quæratur quid eſt prius ſimpliciter, oportet perfectũ eſſe prius imperfecto, ſicut & actum potentia. Nihil enim reducitur de imperfecto ad perfectum, vel de potentia in actum niſi per aliquod perfectũ eius acto. Et ideo ſi loquamur de primo vniuerſi, oportet ipſum eſſe perfectiſsimum. Sed reſpectu O vnius particularis quod procedit de potentia in actum perfectum, potentia eſt prius tēpore actu, licet poſterius natura. Cõſtat etiam ꝙ primum omnium oportet eſſe ſimpliciſsimum, eo ꝙ compoſita dependent a ſimplici & non ecõuerſo. Neceſſarium ergo erat antiquis naturalibus, ꝙ vtrunq; attribuerēt primo principio totius vniuerſi. ſ. cũ ſumma ſimplicitate maximam perfectionem. Hæc autem duo nõ poſſunt ſimul attribui alicui principio corporali. Nam in corporibus generabilibus & corruptibilibus ſunt ſimpliciſsima imperfecta. Ideo cogebantur quaſi rationibus contrariis diuerſa principia ponere. Præeligebant autē rationem ſimplicitatis, quia nõ conſiderabant res niſi ſm modum ſm quem aliquid exit de potentia in actum. In cuius ordine non oportet id quod eſt principium eſſe perfectius. Huiuſmodi autem contrarietatis diſſolutio haberi non poteſt niſi ponendo primum entium principium incorporeum, quia hoc erit ſimpliciſsimum, vt de eo inferius Ariſ. probabit. Concludit autem in fine ꝙ de poſitionibus eorum qui dixerunt vnam cauſam materialem. ea ſufficiant quo ad præſens dicta. P

Differunt eſſe prius uno & eſſe prius ſimpliciter.

Q. ſo and qui dupſt defecerit.

Eadem dici poſſunt, & ſi quiſpiam hæc plura ponat: ut Empedocles materiam quatuor corpora dixit eſſe. Et enim huic partim eadem, partim propria euenire neceſſe eſt. Nam hęc uiciſsim ex ſeſe generari uidemus, non igne, non aere, non terra, ſemper eodem corpore permanente. Dictum eſt autem de his in hiſce quę de natura ſunt dicta.

Idem quoq; & ſiquis hæc plura ponit, uelut Empedocles quatuor dicit eſſe corpora materiam. Et enim huic hæc quidem eadem, alia uero propria accidere eſt neceſſe. Ex adinuicem.n. generata cernimus, quaſi non ſemper igne & terra eodem corpore permanente. Dictum eſt autem de his in phyſicis.

part. 6.

Hic ponit rationes contra ponentes plures cauſas materiales, & primo contra Empedoclem. Secundo contra Anaxagoram. ibi: { Anaxagoram &c. } Dicit ergo primo ꝙ idem accidit Empe. qui poſuit quatuor corpora eſſe materiam, quia patiebatur eandem difficultatem ex ꝓdicta contrarietate. Nã ex ratione ſimplicitatis, ignis videbatur eſſe maxime prĩcipium, alia vero ratione terra, vt dictum eſt. Quædam etiam inconuenientia accidunt Empedoc. eadem cum prædictis. Sicut de hoc ꝙ non poſuit cauſam formalem, & de prædicta contrarietates ſimplicitatis & perfectionis in corporalibus, licet contra eum non ſit ratio de ablatione cauſæ mouentis. Sed quædam alia inconuenientia accidunt ei, propriam præter ea quæ accidunt ponentibus vnam cauſam materialem. Et hoc patet tribus rationibus. Quarum prima talis eſt. Quia prima principia non generantur ex inuicem, eo ꝙ principia ſemper oportet manere (ut dictum eſt primo phyſi.) Sed ad ſenſum videmus ꝙ quatuor elementa ex inuicem generantur, Vnde & de eorum generatione in ſcientia naturali determinatur. Ergo incõuenienter poſuit quatuor elementa prima rerum principia.

Diſputat cõtra ponẽtes plura principia materialia. Q

& primo cõtra Empe. hac p. ſec. 2e & duabus ſequẽ. Altera uero contra Anaxago.

De cauſa quoq; eorum quę mouentur, utrũ una ſit an duę ponendę, neq; recte, neq; bona cum ratione penitus putandum eſt eſſe dictum.

Tex. c. 5o

A
part 7.

Et de mouentium cauſa, utrum unum aut plura ponendum, nec recte nec rationabiliter putandũ eſt omnino dictum eſſe.

Hic oſtendit ſm inconueniens quod ptinet ad cauſam mouentem. Ponere enim plures cauſas mouentes & contrarias non omnino dictum eſt recte, nec oĩno rationabiliter. Si enim cauſæ mouentes accipiantur proxime, oportet eas eſſe contrarias cũ earum effectus contrarii appareant. Si autẽ accipiatur prima cauſa, tunc oportet eſſe vnũ, ſicut apparet in. 12. huius ſcientiæ, & in. 8. phy. Cum igitur ipſe intendat ponere primas cauſas mouentes, inconuenienter poſuit eas cõtrarias.

Omnino etiam eorum ſententia qui ita dicunt, alterationem e medio tolli neceſſe eſt. Nõ.n.ex calido frigidum, neq; ex frigido calidum erit. Quid enim ipſa contraria patientur? & quænam erit una natura, quę ſit ignis & aquas? quod quidem ille nõ dicit.

B
parte. 8.
In oĩ alteratione, oportet eẽ vnum cõe ſubiectum qđ patitur contraria.

Et ex toto alterationem auferre eſt neceſſe ſic dicentibus. Nõ.n.ex calido frigidũ, nec ex frigido calidum erit. Quod enim ea patietur contraria, & quæ eſt una natura, q̃ ſit ignis, & aquas? qđ ille nõ ponit.

Hic ponit tertiam rationẽ quæ ducit ad inconueniens, & eſt talis. In omni alteratione oportet eſſe idem ſubiectũ quod patitur contraria. Et hoc ideo quia ex vno contrario non fit alterum, ita ꝙ unum contrarium in alterum cõuertatur, ſicut ex calido nõ fit frigidum, ita ꝙ ipſe calor fiat frigus vel econuerſo, licet ex calido fiat frigidum ſuppoſito vno ſubiecto tantũ, inquãtum vnum ſubiectum quod ſuberat calori, poſtea ſubeſt frigori. Empedoc. vero non poſuit vnum ſubiectum cõtrariis, immo contraria in diuerſis ſubiectis poſuit, ſicut calidum in igne, & frigidum in aqua. Nec iterum poſuit iſtis duobus vnã naturam ſubiectam, ergo nullo modo potuit alterationẽ ponere. Et hoc eſt inconueniens ꝙ alteratio totaliter auferatur.

C
Diſputat cõtra Anaxagoram.

Anaxagoram autem ſi quiſpiam elementa dicere duo putauerit, ea maxime ratione putauerit, q̃ & ſi ille nõ dilucide pertractauit, ſecutus tamen fuiſſet, ſi qui ipſam adduceret. Nam q̃q̃ & aliter abſurdum eſt, mixta in principio cũcta fuiſſe dicere, & quia accidit antea nõ mixta eſſe oportere, & quia non aptũ eſt quoduis miſceri, ac inſuper quia fit ut affectus & accidentia a ſubſtãtia ſeparentur. Eorundem enim mixtio & ſeparatio eſt. Si quis uero quę dicere uult exactius pertractans ſequatur, admirabilius dicere fortaſſe uidebitur. Nã cum nihil ſegregatum erat, nihil tum ut patet de ſubſtantia ille dicere uere licebit. Veluti neq; album, neq; nigrum, neq; fuſcũ, neq; ullum aliũ colorem, ſed neceſſario erat incoloratũ: aliquẽ enim colorum habere. Similiter & inſipidũ eademq; ratione, neq; aliud ſimilũ quicquã. Neq;

D
enim quale quid ipſum poterat, neq; quãtum, neq; quid eſſe. Aliqua nanq; particularium formarum ipſi ineſſet. Hoc autem eſt ipoſsibile, ſi erant oĩa mixta. Segregata enim iam eſſent. At ille dixit mixta eſſe omnia pter mẽtem. Hanc uero ſolam nõ mixtam eſſe atq; ſinceram. Ex his igitur fit: ut ipſe principia dicat unum ipſum. Hoc eſt enim ſimplex atq; non mixtum, & alterum quale ponimus indefinitũ, antea q̃ definiat, & alicuius ſit particeps formę. Quare neq; recte quidẽ, neq; dilucide dicit. Vult tamen aliquid hiſce, ſimile dicere quæ poſteriores dixerunt, & quę nunc magis apparent. At enim hi quidem ad eos ſolum ſermones qui circa generationem, corruptionem, motumq; uerſantur accõmodate dixerũt. Fere enim circa talem ſubſtantiam ſolum principia & cauſas quęrunt.

E
Te.cõ 16 parte 9.

Anaxagoram uero ſiquis ſuſceperit, duo elementa dicere, ſuſcipiant maxime ſecũdum rationẽ, quam ille quidẽ nõ dearticulauit. Secutus enim eſt ex neceſsitate dicentes eam. Nam abſurdo exiſtẽte taliter dicere permixta eſſe a pricipio omnia, & quia oportet accipere ꝙ impermixta pręexiſtant, & quia non aptum cuilibet permiſceri quodlibet. Adhuc autem quia paſsiones & accidentia ſeparantur a ſubſtãtiis: eorundem enim pmixtio eſt & ſeparatio. Tamen ſiquis exequitur articulans quod uult dicere, forte apparebit mirabilius dicẽs. Quãdo nanq; nihil erat diſcretum, palam quia nihil erat uerum dicere de ſubſtantia illa. Dico autem quia neq; album, neq; nigrum, aut fuſcum, aut alium colorem, ſed neq; colorata erat ex neceſsitate: horum enim colorem aliquẽ haberet. Similiter autem & ſine humoribus. Eadẽ

Te.cõ.17

F

quoq; ratione, neq; aliud ſimilium. Nihil enim neq; quale aliquid id poſsibile eſt eſſe, neq; quantũ, neq; quid. Aliqua enim dictarum in parte ſpecierũ ineſſent utiq; ei, ſed hoc palam impoſsibile pmixtis omnibus. Iam enim diſcreta eſſent. Dicit autem pmixta eſſe oĩa pręter intellectum. Hunc autem impmixtũ ſolum & purum. Ex his autem accidet eidem dicere duo principia intellectum ipſum: hoc enim ſimpliciter impermixtum, & alterum quale ponimus indetermiuatum anteq̃ determinetur, & quadã ſpecie participet. Quare dicit ꝙ quidẽ, neq; recte, neq; plane. Vult tamen aliquid poſterius dicẽtibus propinquũ & nunc apparentibus magis. Verum hi quidem his qui circa generationem ſermonibus & corruptionem & motũ proprii ſunt ſolum. Fere nanq; circa talis ſubſtantiæ principia & cauſas quærunt ſolum.

Te.cõ 18.

G

pꝛima parte text.hu 16.ſecũda ſequit̃ tex Cõtra Anaxagorã diſputat.

Hic proſequitur de opinione Anaxago. & circa hoc duo facit. Primo oſtendit qualiter opinio Anax. eſt ſuſcipienda quaſi uera, & qũo quaſi falſa in generali. Secundo explicat vtrunq; in ſpeciali. ibi: { Nam abſurdo exiſtẽte &c. } Dicit ergo primo ꝙ ſiquis vult ſuſcipere opinionem Anaxagoræ veram de eo ꝙ poſuit duo principia. ſ. materiam & cauſam agẽtem, accipiat eã ſm rationem quam videtur ipſe ſecutus, quaſi quadam neceſsitate veritatis coactus, vt ſequeret eos qui hanc rationẽ exprimunt. Ipſe vero { non articulauit eam }. i. non expreſſe diſtinxit. Eius ergo opinio eſt uera quantũ ad hoc ꝙ nõ expreſſit, falſa quantum ad hoc quod expreſsit. Et hoc in ſpeciali patet ſic. Quia ſi totaliter accipiatur eius opinio ſm ꝙ in ſuperficie apparebat ex eius dictis, apparebit maior abſurditas, ppter quatuor rationes. Primo quia hoc ipſum quod eſt oĩa in principio mundi fuiſſe permixta eſt abſurdum, cum diſtinctio partium mundi æſtimetur ſm ſententiam Ariſt. ſempiterna. Secũda ratio eſt, quia impermixtum ſe habet ad permixtum ſicut ſimplex ad cõpoſitum, ſed ſimplicia præexiſtunt cõpoſitis, & non ecõuerſo, ergo impermixta oportet præexiſtere mixtis, cuius cõtrarium Anaxago. dicebat. Tertia ratio eſt, quia non quolibet natum eſt miſceri cuilibet in corporibus, ſed illa ſola nata ſunt adinuicem miſceri, quæ nata ſunt adinuicem trãſire per aliquam alterationem, eo ꝙ mixtio eſt miſcibilium alteratorum vnio. Anaxag. vero ponebat quodlibet eſſe mixtum cuilibet. Quarta ratio eſt, quia eorundem eſt permixtio & ſeparatio. Non enim dicuntur miſceri niſi illa quæ apta nata ſunt ſeparata exiſtere, ſed paſsiones & accidentia ſunt permixta ſubſtantiis, vt Anaxag. dicebat, ergo ſequeretur ꝙ paſsiones & accidentia poſsint a ſubſtantiis ſeparari, quod eſt manifeſte falſum. Iſtæ igitur abſurditates apparent, ſi conſideretur opinio Anaxago. ſuperficialiter. Tamen ſiquis exequatur { articulariter } ideſt diſtincte & manifeſte perquirat quod Anaxagoras { vult dicere } ideſt ad quod eius intellectus tende-

H

primo iſt. Tex. cõ. 8

I bat, licet exprimere neſciret, apparebit eius dictum mirabilius & ſubtilius ꝓcedẽtium philoſophorũ dictis. Et hoc ꝓpter duo. Primo quia magis acceſſit ad verã materiæ cognitionẽ. Quod ex hoc patet, quia in illa permixtione rerum qñ nihil erat ab alio diſcretũ, ſed oĩa erant permixta, de illa ſubſtantia ſic permixta quã ponebant rerum materiã, nihil vere poterat ꝑdicari, vt patet de coloribus. Non. n. poterat de ea prædicari aliquis ſpecialis color, vt diceret̃ eſſe alba vel nigra, vel ſm̃ aliquẽ album colorẽ nõ eſſe aliis permixtum. Et ſimiliter color in genere nõ poterat de ea ꝑdicari, vt diceret̃ eſſe colorata, quia de quocunq; prædicatur genus neceſſe eſt aliquã eius ſpeciẽ prædicari, ſiue ſit ꝑdicatio vniuoca, ſiue denominatiua. Vnde ſi illa ſubſtãtia eſſet colorata, de neceſſitate haberet aliquẽ determinatum colorẽ, quod eſt cõtra prædicta. Et ſimilis ratio eſt de { humoribus } .i. ſaporibus, & de omnibus aliis huiuſmodi. Vnde nec ipſa genera prima poterant de ipſo ꝑdicari, vt. ſ.

K eſſe qualis vel quanta vel aliquid hmõi. Si. n. genera ꝑdicarent oporteret ꝙ aliqua ſpecierũ particularium ineſſet ei, quod eſt impoſſe, ſi ponãtur, oĩa eſſe permixta quia iam iſta ſpecies quæ de illa ſubſtantia diceret̃, eſſet ab aliis diſtincta. Et hæc eſt vera natura materiæ, vt. ſ. nõ habeat actu aliquã formã, ſed ſit in potentia ad oẽs, quia & ipſum mixtũ non habet actu aliquid eorum quæ in eius mixtionẽ cõueniunt, ſed potẽtia tm̃. Et ꝑꝑ hanc ſimilitudinem materiæ primæ admixtum, videt̃ poſuiſſe mixtionem ꝑdictam, licet aliqua differẽtia ſit inter potentiam materiæ & potentiam mixti. Nã miſcibilia etſi ſint in potẽtia in mixto, tñ nõ ſunt in eo in potentia pura paſſiua. Manent. n. virtute in mixto. Quod ex hoc poteſt patere, quia mixtũ habet motũ & operationes ex virtute corporũ miſcibiliũ, quod non poteſt dici de his quæ ſunt in potẽtia in materia prima. Eſt & alia differẽtia, quia mixtum etſi nõ ſit actu aliquod miſcibilium, eſt tñ aliquid actu, quod de materia prima dici nõ põt. Sed hanc differentiã videt̃ remouere Anaxagoras ex hoc, ꝙ non poſuit particularẽ aliquã mixtionẽ, ſed vniuerſalẽ omniũ. Secũdo ſubtilius cæteris dixit, quia magis acceſſit ad verã co-

L gnitionẽ primi principii agentis. Dixit. n. oĩa eſſe ꝑmixta præter intellectũ, & hunc dixit ſolum eſſe impermixtum & purũ. Ex quibus patet ꝙ ipſe poſuit duo eſſe principia, & ipſum intellectum poſuit eſſe vnũ ſecundũ ꝙ ipſe eſt ſimplex & impermixtus, & alterũ principium poſuit materiam primã, quam ponimus ſicut indeterminatã, anteꝗ̃ determinet̃, & antequã aliquã ſpeciem participet. Materia. n. cũ ſit infinita in potẽtia, inquantum eſt ſuſceptiua infinitarum formarũ, determinat̃ per formã, & per eã conſequit̃ aliquam ſpẽm. Patet igit̃ ꝙ Anax. ſm̃ illa quæ exprimit, nec dixit recte, nec plene. Tñ videbat̃ directe dicere aliquid propinqus opinionibus poſteriorũ. quæ ſunt veriores. ſ. opinio Plato & Ariſt. qui recte de materia prima ſenſerunt. Quæ quidẽ opiones, tunc erant magis apparentes. Vltimo excuſat ſe Ariſt. a ꝑſcrutatione diligẽtiori harũ opionum, quia ſermones dictorũ Philoſophorũ ſunt ꝓprii ſermonibus naturalibus, ad quos ꝑtinet tractare de generatione & corruptione. Ipſi. n. fere poſuerunt principia & cauſas talis ſubſtantiæ. ſ. materiali & corruptibilis. Dicit aũt { fere } quia de aliis ſubſtantiis non tractabant, quãuis quædã principia ab eis poſita poſſent ad alia etiã extendere, vt patet de intellectu maxime. Quia igitur non poſuerunt principia cõia oibus ſubſtãtiis, quod pertinet ad iſtam ſcientiam, ſed principia ſolũ ſubſtãtiarũ corruptibilium, quod pertinet ad ſcientiam naturalẽ, ideo diligens inquiſitio de ꝑdictis opinionibus magis pertinet ad ſciam naturalem, ꝗ̃ ad iſtam. Lec. XIII.

Eos autem qui de omnibus quidẽ quæ ſunt contemplationem faciunt, ipſorum autẽ alia ſenſibilia, alia non ſenſibilia ponunt, de utriſq; generibus conſiderationem facere patet. Quocirca magis apud ipſos moram quiſpiam trahet inquirendo, quid bene aut non bene dixerunt, ad eorum quę nunc proponuntur nobis conſiderationem.

Part. prin. Diſputat cõtra. ponẽtes principia rerũ icorporea & prĩo cõtra Pythagoricos.

QVicunq; uero de omnibus exiſtẽtibus faciũt theoricam, exiſtentium autem hæc quidem ſenſibilia, illa uero inſenſibilia ponunt: palam autem quia de utriſq; generibus perſcrutationẽ faciunt. Propter quod magis utiq; immorabitur aliquis, de eis ꝙ bene, aut non bene dicunt, ad præſentem nobis propoſitorum perſcrutationem. N

HIC diſputat contra opiniones Pythagoræ & Platonis, qui altiora principia poſuerunt ꝗ̃ naturalia, & circa hoc duo facit. Primo oſtendit ꝙ conſideratio harum opinionum magis pertinet ad ſciam præſentẽ, ꝗ̃ prædictarum. Secũdo incipit cõtra eas diſputare. ibi: { Ergo qui Pythagorici ſunt vocati }. Dicit ergo primo, ꝙ illi qui { faciunt theoricam } .i. conſiderationẽ de oib⁹ entibus, & ponũt ꝙ entiũ ꝗdã ſunt ſenſibilia, ꝗdã inſenſibilia ꝑſcrutant̃ de vtroq; genere entiũ. Vnde inueſtigare de opinionibus eorum qui bene & qui non bene dixerunt, magis ꝑtinet ad ꝑſcrutationem quã proponimus tradere in hac ſcia. Nam hæc ſcia eſt de oĩbus entibus, nõ de aliquo particulari genere entis. Et ſic illa quæ pertinent ad omnia entis genera, magis ſunt hic conſideranda ꝗ̃ illa quæ pertinent ad aliquod particulare genus entis &c. O

Igitur ii qui Pythagorici uocãtur, principiis quidem & elementis ultra ꝗ̃ naturales utũtur, ꝓpterea ꝙ non ex ſenſibilibus ipſa ſumpſerunt. Res enim mathematicę motu uacant, præter eas circa quas aſtrologia uerſatur. Dixerunt tamẽ & tractant oĩa de natura, generantq; cœlum & id quod accidit circa partes huius, & affectus operaq; conſeruãt & principia, cauſaſq; in his conſumunt: ut cõſentiẽtes cęteris naturalibus, atq; quod eſt, id eſſe tm̃ putãtes quod eſt ſenſibile, ab eoq; cõtinetur, quod cœlũ appellare ſolemus. Cauſas autem atq; principia, uti diximus, ſufficientia dicunt, & aſcendendum ad ea quę ſuperiora ſunt, & magis illis ꝗ̃ ſermonibus qui de natura ſiunt accommodata. P

Te. cõ 19. pag. 2.

Ergo qui Pythagorici ſunt uocati principiis & elemẽtis extraneę a phyſiologis ſunt uſi. Cauſa uero, quia acceperunt ea ex non ſenſibilibus. Nam mathematica, exiſtentium ſine motu ſunt, extra ea quę ſunt circa aſtrologiam. Diſputant tamen & tractant omnia de natura. Generãt enim cœlum, & quod circa huius partes & paſſiones & opationes accidit obſeruãt. & principia & cauſas in hoc diſpenſant, quaſi aliis phyſiologis cõſentiẽtes. Quia ens hoc eſt quodcunq; ſenſibile eſt, & comprehendit uocatum cœlũ. Cauſas uero & principia (ſicut diximus) dicunt ſufficientia pertingere uſq; ad ea quæ ſunt entium ſuperiora, & magis ꝗ̃ de natura rationib⁹ cõueniẽtia. Te. cõ. 20.

Hic diſputat contra opiniones ꝑdictorum Philoſophorum, & primo contra Pythagoram. Secũdo contra Platonem. ibi: { Qui vero ideas. } Circa primũ duo facit. Primo oſtendit in quo Pythagoras cõueniebat cum naturalibus, & in quo ab eis differebat. Secundo diſputat contra eius opinionem. ibi: { Ex quo tñ modo motus &c. } Sciendum eſt ergo ꝙ Pythagorici in vno cõueniebant cum naturalibus, in alio ab eis differebãt. Differebant quidem in poſitione principiorũ. Vſi ſunt. n. principiis rerum extraneo modo a naturalibus. Cuius cauſa eſt, quia principia rerum nõ acceperunt ex ſenſibilibus ſicut naturales, ſed ex mathematicis quæ ſunt ſine motu. Vnde non ſunt naturalia. Quod aũt mathematica dicuntur eſſe ſine motu, referendum eſt ad illas ſcientias quæ ſunt puræ mathematicæ, ſicut arithmetica & geometria. Aſtrologia enim conſiderat motũ, quia aſtrologia eſt media ſcientia inter mathematicam & naturalem. Principia. n. ſua aſtrologia & aliæ mediæ applicãt ad res naturales, vt patet. 2. phyſi. Conueniebat autem Pythagoras cum naturalibus quantum ad ea quorum principia quærebat. Diſputabat. n. & tractabat de omnibus naturalibus. Tractabat. n. de generatione cœli, & obſeruabat omnia quæ accidunt circa partes cœli, quæ dicuntur diuerſæ ſpheræ, vel etiã

Part. prim. & ſequẽs. Lec. 14. hac parte. parte ſeq.

Q

Te. cõ. 30

diuerſæ

A diuerſæ ſtellæ: & quæ accidunt circa paſſiones uel circa eclipſes luminariom, & quæ accidunt circa operationes & circa motus corporum cœleſtiom, & circa eorum effectus in ecbus inferioribus. Et ſingulis huiuſmodi diſpenſabat cauſas, adaptando ſcilicet unicuiq; propriam cauſam. Et uidebantur etiam in hoc conſentire alus naturalibus, ꝙ ſolum ſit illud ens ꝙ eſt ſenſibile, quod comprehenditur à cœlo, qood uidemus. Non enim ponebant aliquod corpus ſenſibile, infinitū, ſicut alii naturales poſuerunt. Nec iterum ponebant plures mundos, ſicut poſuit Democritus. Ideo autem uidebator æſtimare ꝙ nulla entia eſſent niſi ſenſibilia, quia non aſſignabat principia & cauſas, niſi talibus ſubſtantiis. Nihilominus tamen cauſæ & principia quæ aſſignabat, non erant propria & determinata ſenſibilibus, ſed erant ſufficientia aſcendere ad ſuperiora entia, ideſt ad entia intellectualia. Et erant adhuc magis conuenientia quàm rationes naturalium, quæ nō poterant extendi ultra ſenſibilia, quia ponebant principia corporea Pythagoras uero, quia ponebat principia incorporea ſcilicet numeros, quamuis non poneret principia niſi cor-
B porum ſenſibilium, ponebat tamen entium intelligibilium quæ non ſunt corpora, principia pœne, ſicut & Plato poſterius fecit.

Quo tamen modo finito ac infinito ſolum ſuppoſitis. & pare ac impare, motus erit? Aut quo pacto fieri poteſt ut ſine motu mutationeue, generatio ſit atq; corruptio, aut eorum opera quæ feruntur in cœlo, nihil omnino dicunt.

Parte. 3. Ex quo tamen modo motus inerit finito & infinito ſolum, ſuppoſitis pari & impari, non dicunt. Quomodo autem poſſibile ſine motu & tranſmutatione, generationem & corruptionem eſſe, aut eorum quæ geruntur opera circa cœlum?

Hic ponit tres rationes contra opinionem Pythagoræ, quarum prima talis eſt, Pythagoras non poterat aſſignare, quomodo motus adueniat rebus, quia nō ponebat principia niſi finitum & infinitum, par & impar, quæ ponebat princi-
C pia ſicut ſubſtantia ſiue materialia principia. Sed oportebat eum concedere motum rebus ineſſe. Quomodo enim eſſet poſſibile ſine motu & tranſmutatione eſſe generationem & corruptionem in corporibus, & operationes eorum quæ geruntur circa cœlum, qoæ per motus quoſdam fiunt? Patet ꝙ nullo modo. Vnde cum Pythagoras conſiderauit de generatione & corruptione, & eis quæ geruntur circa cœlum, patet ꝙ inſufficienter poſuit nō aſſignās aliqua principia motus.

Preterea ſi detur etiam ipſis magnitudinem ex hiſce conſtare, aut oſtendatur quonam modo corporum alia leuia alia grauia erūt. Ex his enim quę ſupponunt ac aiunt nō magis de mathematicis corporibus, quam ſenſibilibus dicunt. Quocirca de igne uel terra uel cęteris corporibus talibus nihil
D omnino dixerunt, tanquam nihil ut arbitror proprium de ſenſibilibus ipſis dicentes.

T. c6. 21. Parte. 4. Amplius autem ſiue quis det ex eis eſſe magnitudinem, ſiue hoc oſtendatur, tamen quomodo erunt hæc corporum leuia, illa uero grauitatē habentia? Ex quibus enim ſupponunt & dicunt, nihil magis de mathematicis corporibus dicunt quā de ſenſibilibus. Vnde de igne & terra & aliis huiuſmodi corporibus nihil dixerunt, ſicut nihil de ſenſibilibus exiſtimant dicentes proprium.

Hic ponit ſecundam rationem. Pythagoras enim ponebat ex numeris componi magnitudines. Sed ſiue hoc probet ſiue concedatur, non poterit ex numeris aſſignare cauſam, quare quædam ſunt grauia quædam leuia. Quod ex hoc patet, quia rationes numerorum non magis adaptantur corporibus ſenſibilibus quàm mathematicis, quæ ſunt non grauia & leuia. Vnde patet ꝙ ipſi nihil dixerunt plus de corporibus ſenſibilibus quàm de mathematicis. Et ſic patet ꝙ cum corpora ſenſibilia, ut ignis & terra & huiuſmodi, inquātum talia addant aliquid ſupra mathematica, nihil proprium E de iſtis ſenſibilibus dixerunt ſm ueram æſtimationem. Et ſic iterum patet quod inſufficienter poſuerunt, pretermittentes aſſignare cauſas eorum quæ ſunt propria ſenſibilibus.

Præterea quonam pacto ſumere oportet, numeri quidem affectus ac numerum, cauſas eorum eſſe quæ a principio & nunc in cœlo ſunt atq; fiunt: numerum autem nullum alium eſſe preter hunc numerum, ex quo mundus eſt conſtitutus? Quando enim hac quidem in parte ſententia ipſorum eſt opinio atq; tempus. Parum autem ſupra uel infra iniuſtitia iuſtitiaq; uel mixtio, idq; ita eſſe demonſtrant ex eo, quia unumquodq; iſtorum numerus eſt, fitq; ut hoc loco iam earum magnitudinū quæ conſtituuntur ſit ſimilitudo ex eo, quia affectus hi ſingulos locos ſequuntur. Eſt ne idem hic numerus qui eſt in cœlo, quem accipere oportet quodq; iſtorum eſſe, an alius preter hunc ipſum? Plato nāque alium eſſe dicit. Atq; quanquam & ille numeros, & hæc eſſe, & horum cauſas arbitratur, intelli- F gibiles attamen cauſas, hos autem ſenſibiles eſſe cētet. Sed de Pythagoricis quidem loqui nunc omittamus, ſatis eſt enim hos tetigiſſe.

Amplius autem quomodo oportet accipere eas T. c6. 22. quidem eſſe numeri paſſiones, & numerum circa Parte. 5. cœlum exiſtētium & factorum, & ab initio, & nūc? Numerum uero nullum eſſe preter numerū hūc, ex quo conſiſtit mundus. Nam cum in hac parte T. c6. 23. opinio & tempus ſit eis, parum uero deſuper, aut ſubtus iniuſtitia & diſcretio, aut & permixtio, demonſtrationem aūt dicant: quia horum unūqdq; numerus eſt. Accidit aūt ſecundum hunc locum iam pluralitatem eſſe cōſtitutarum magnitudinū, quia paſſiones hę ſequuntur ſingula loca. Verum idem eſt hic numerus qui in cœlo eſt, quem opor G tet accipere quia unumquodq; eſt, aut preter hūc alius? Plato nāq; ait alium eſſe. Exiſtimat quidem T. c6. 24 etiam & ille numeros hæc eſſe & horū cauſas, ſed illos quidem intellectuales cauſas, hos uero ſenſibiles. De Pythagoricis quidem dimittatur ad preſens, ſufficit enim ipſa tangere tantum.

Hic oſtendit tertiam rationem, quæ procedit ex hoc ꝙ Pythagoras uidebatur ponere duo cōtraria. Ponebat enim ex una parte ꝙ nomerus & numeri paſſiones ſunt, cauſa eorum quæ ſunt in cœlo, & omnium generabilium & corruptibilium à principio mundi. Ex alia uero ponebat ꝙ non erat aliquis alius numerus præter iſtum numerum ex quo conſtituitur mundi ſubſtantia, numerum enim ſubſtantiam rerum poſuit. Hoc autem quomodo eſt accipere, cum idem H non ſit cauſa ſuipſius. Nam Pythagoras ex hoc dicit demonſtrari, ꝙ unumquodq; horum ſenſibilium eſt numerus ſecundum ſubſtantiam ſuam, quia in hac parte uniuerſi ſunt entia contingentia, de quibus eſt opinio, & quæ ſub ſunt tempori inquantum aliquando ſunt & aliquando non ſunt. Si autem iſta generabilia & corruptibilia eſſent partim ſupra aut ſubtus, in ordine uniuerſi eſſet inordinatio, oel per modum iniuſtitiæ, dum ſcilicet aliqua res ſortiretur nobiliorem locum, uel minus nobilem quam ſibi debeatur. Aut per modum diſcretionis, inquantum corpus ſi poneretur extra locum ſuū, diuideretur à corporibus ſimilis naturæ. Vel per modum mixtionis & confuſionis, dum corpus extra ſuum locum poſitum oportet permiſceri alteri corpori, ſicut ſi aliqua pars aquæ eſſet in aliquo loco aeris uel in loco terræ. Et uidetur in hoc tangere duplicem conuenientiam corporis naturalis ad ſuum locum. Vnam ex ordine ſitus ſm ꝙ nobiliora corpora ſortiuntor altiorem locum, in quo uidetur quædam iuſtitia. Aliam aūt ex ſimilitudine uel diſſimilitudine corporum locatorum adinuicē, cui cōtrariatur diſcretio & permixto. Quia

I igitur res ſecundum ꝙ determinatum ſitum habent, in uniuerſo conuenienter ſe habent, quia ſitus in modico mutaretur ſequeretur inconueniens, ut dictum & manifeſtum eſt, ꝙ omnes partes uniuerſi ſunt ordinate ſecundum determinatam proportionem. Omnis enim determinata proportio eſt ſecundum numeros. Vnde oſtendebat Pythagoras ꝙ omnia entia eſſent numerus. Sed ex alia parte uidemus ꝙ magnitudines conſtitutæ in diuerſis locis ſunt plures & diuerſæ, quia ſingula loca uniuerſi conſequuntur proprie paſſiones quibus corpora diuerſificantur. Nam aliæ ſunt paſſiones corporis exiſtentis ſurſum & deorſum. Cum igitur Pythagoras ratione prædicta dicat omnia ſenſibilia numerum, & uideamus accidere diuerſitatem in ſenſibilibus ſecundum diuerſa loca, utrum ſit idem & unus numerus tantum qui eſt { in cœlo } ideſt in toto corpore ſenſibili quod in cœlo includatur, de quo oportet accipere ꝙ eſt ſubſtantia uniuſcuiuſq; ſenſibilis: aut præter hunc numerum qui eſt ſubſtantia rerum ſenſibilium, eſt alius numerus qui eſt eorum cauſa. Plato autem di-

K xit alium numerum qui eſt ſubſtantia ſenſibilium, & qui eſt cauſa. Et quia ipſe Plato exiſtimauit ſicut Pythagoras, numeros eſſe ipſa corpora ſenſibilia & cauſas eorum, ſed numeros intellectuales æſtimauit cauſas inſenſibilium: numeros uero ſenſibiles cauſas eſſe & formas ſenſibilium. Quod quia Pythagoras non fecit, inſufficienter poſuit. Concludit autem in fine ꝙ iſta ſufficiant de Pythagoricis opinionibus, nam eas tetigiſſe ſufficit.

Lect. XIIII.

Qui uero ideas ponunt, primo quidem quærentes harum rerum ſumere cauſas, alia his æqualia numero attulerunt, perinde ac ſi quiſpiã numerare uolens, pauciora quidem ſi ſint, nõ poſſe putet: plura autem a ſe facta, enumeret. Pene autem his æquales, aut non pauciores ipſæ ſunt formæ. Quorum cauſas quærentes ex his ad illa profecti ſunt. Eſt enim per ſingula quædam eiuſdem nominis forma, præter quæ ſubſtantias cæterorũ, quorum eſt unum in multis, & in his, & in perpetuis rebus.

L Lect. ſeq. T. cõ. 25. prima par. Pla. I Parmenide & I Phedone

QVi uero ideas poſuerunt, primum quidẽ horum exiſtentium accipere cauſas quærẽtes, alia his æqualia numero attulerunt. ut ſiquis numerare uolens paucioribus quidem exiſtentibus putet non poſſe, plures uero facientes numeret. Nam fere æquales aut non pauciores his ſunt ſpecies, de quibus quærentes cauſas ab his ad

T. c. 26. illas peruenerunt. Secundum unumquodq; enim æquiuocum homogeneum aliquid eſt, & circa ſubſtantias aliorum eſt in multis unum, & in his & in ſempiternis.

Diſputat cõtra Plat. I eo ꝙ põebat ſubſtas ſpecies. Lec. 17.

HIC diſputat contra opinionem Platonis, & diuiditur in duas partes. Primo diſputat contra eius opinionem, quantum ad hoc quod ponebat de rerum ſubſtantiis. Secundo quantum ad hoc quod de rerum principiis, ibi: { Omnino autem ſapientia. } Prima diuiditur in duas partes. Primo. n.

M diſputat contra hoc ꝙ ponebat ſubſtantias ſpecies. Secundo quãtum ad hoc ꝙ ponebat de mathematicis, ibi { Amplius ſi ſunt numeri. } Circa primum duo facit. Primo enim di-

parte. 5. Lec. huius. ſputat contra ipſam poſitionem Plato. Secundo contra rationem ipſius, ibi. { Amplius autem ſecundum quos &c. } Dicit ergo primo ꝙ Platonici ponentes ideas eſſe quaſdam ſubſtantias ſeparatas, in hoc uidentur deliquiſſe, quia cum ipſi quærerent cauſas horum ſenſibilium entium, prætermiſſis ſenſibilibus aduenerunt quædam alia noua entia æqualia numeris ſenſibilibus. Et hoc uidetur inconueniẽs, quia qui quærit cauſas aliquarum rerum debet ipſas certificare, non alias res addere, ex quarum poſitione accreſcat neceſſitas inquiſitionis. Hoc enim ſimile eſt ac ſi aliquis uellet numerare res aliquas, quas non putet ſe poſſe numerare ſicut pauciores. Sed uult eas numerare multiplicando eas per additionem aliquarum rerum. Conſtat enim quód talis ſtulte mouetur, quia in paucioribus eſt uia magis, quia melius & facilius certificantur pauca quàm multa. Et numerus tanto eſt certior N

quanto eſt minor, ſicut propinquior unitati quæ eſt menſura certiſſima. Sicut autem numeratio eſt quædam rerum certificatio quantum ad numerum, ita inquiſitio de cauſis rerũ eſt quædam certa menſura ad certificationem naturæ rerũ. Vnde ſicut numeratæ pauciores res facilius certificantur quantum ad earum numerum, ita pauciores res facilius certificantur quantum ad earum naturam. Vnde cum Platon. ad notificandum res ſenſibiles tantum, multiplicauerit rerũ genera, adiunxit difficultates accipiens quod eſt difficilius ad manifeſtationem facilioris, quod eſt inconueniẽs. Et ꝙ ideæ ſeparatæ ſunt æquales numero, aut non pauciores ſenſibilibus de quibus Platonici inquirunt cauſas (quibus Ariſtot. ſe connumerat, quia Platonis diſcipulus fuit) & determinauerunt procedentes de his ſenſibilibus ad prædictas ſpecies, manifeſtum eſt ſi conſideretur qua ratione Platonici ideas induxerunt, hac ſcilicet quia uidebant in omnibus uniuocis unum eſſe in multis. Vnde id unum ponebant eſſe ſpeciem O

ſeparatam. Videmus tamen ꝙ circa omnes ſubſtantias rerũ aliarum ab ideis inuenitur unum in multis per modum uniuocæ prædicationis, inquantum inueniuntur multa unius ſpeciei. Et hoc non ſolum in ſenſibilibus corruptibilibus, ſed etiam in mathematicis quæ ſunt ſempiterna, quia & in eis multa ſunt unius ſpeciei, ut ſupra dictum eſt. Vnde relinquitur ꝙ omnibus ſpeciebus rerum ſenſibilium reſpondeat aliqua idea. Quælibet igitur earum eſt quoddam æquiuocum cum iſtis ſenſibilibus, quia communicat in nomine cum eis. Sicut enim Socrat. dicitur homo, ita & illa. Tamen differunt ratione. Ratio enim Socra. eſt cum materia. Ratio uero hominis idealis eſt ſine materia. Vel ſecundum aliam literam. Vnaquæq; ſpecies dicitur eſſe aliquid uniuocum, inquantum ſcilicet eſt unum in multis, & conuenit cum illis de quibus prædicatur quantum ad rationem ſpeciei. Ideo autem dicit æquales, aut non pauciores, quia ideæ uel ponuntur ſolum ſpecierum, & ſic erunt æquales numero iſtis ſenſibilibus, ſi numerentur hic ſenſibilia ſecundum diuerſas ſpecies, & non ſecundum diuerſa indiuidua quæ ſunt infinita. Vel ponuntur P

ideæ non ſolum ſpecierum ſed etiam generum, & ſic ſunt plures ideæ quàm ſpecies ſenſibilium, quia ideæ tunc erunt ſpecies omnes, & præter hæc omnia & ſingula genera. Et propter hoc dicit aut non pauciores quaſi dicat ſed plures. Vel aliter, ut dicantur eſſe æquales inquantum ponebat eas eſſe ſpecies ſenſibilium. Non pauciores autem ſed plures, inquantum ponebat eas non ſolum ſpecies ſenſibilium, ſed & mathematicorum.

Deinde nullo eorum modorum eſſe formæ uidentur, per quos ipſas eſſe oſtendimus. Ex quibuſdam enim non neceſſe eſt fieri ratiocinationem. Ex quibuſdam autem & eorum etiã formæ fiunt, quorum non eſſe formas cenſemus.

Amplius autem ſecundum quos modos oſtendimus quia ſunt ſpecies, ſecundum nullum uidentur horum. Ex quibuſdam enim non eſt neceſſe fieri ſyllogiſmum. Ex quibuſdam uero ita, & non quorum putamus, horum fiunt ſpecies. Q Te. cõ. 27 Par. 2.

Hic diſputat contra Platonem quantum ad rationem ſuæ poſitionis, & circa hoc duo facit. Primo tangit modos in generali, quibus rationes Platonis deficiebant. Secundo exponit illos in ſpeciali, ibi. { Quia ſecundum rationes ſcientiarum. } Dicit ergo primo ꝙ ſm nullum illorum modorum uidentur ſpecies eſſe, ſecundum quos nos Platonici oſtendimus ſpecies eſſe. Et hoc ideo quia ex quibuſdam illorum modorum non neceſſarium eſt { fieri ſyllogiſmum } ideſt quaſdam rationes Platonis, quia ſcilicet non de neceſſitate poſſunt ſyllogizare ſpecies eſſe. Ex quibuſdam uero modis fit ſyllogiſmus, ſed non ad propoſitum Platonis, quia per quaſdã ſuas rationes oſtenditur ꝙ ſpecies ſeparatæ ſunt quarundam rerum, quarum eſſe ſpecies Platonici non putauerunt ſimiliter, ſicut & illarum quarum putauerunt eſſe ſpecies. Diſputat cõtra Plat. quã ad rõ nẽ ſuæ poſitionis. Hac parte parte ſeq.

Per

A Per rationes enim ſcientiarum formę eorum omnium erunt, quorum ſcientię ſunt: & per id unũ in quam in multis eſſe, & negationum nimirum erũt.

Part. 3. Quia ſm̃ rationes eas quę ſiunt ex ſcientiis, oĩum erunt ſpecies quorumcunq; ſunt ſcientiæ, & ſecundum unum in multis & in negationibus.

Hic proſequitur illos modos in ſpeciali, & primo proſequitur ſecundum, oſtendendo ꝙ ſequitur per rationem Platonis ſpecies eſſe aliquorum quorum ſpecie. Plato non ponebat. Secundo proſequitur primũ oſtendens ꝙ rationes Platonis non ſunt ſufficientes ad oſtendendum eſſe ideas, ibi: { Omnium autem dubitabit aliquis &c. } Circa primum ponit ſeptem rationes, quarum prima talis eſt. Vna rationem inducentium. (Lec. 15.) Platonem ad ponendum ideas ſumebatur ex parte ſcientiæ, quia uidelicet ſcientia cum ſit de neceſſariis, non poteſt eſſe de his ſenſibilibus quæ ſunt corruptibilia, ſed oportet ꝙ ſit de entibus ſeparatis incorruptibilibus. Secundum igitur hanc rationem ex ſciẽtiis ſumptam, ſequitur ꝙ ſpecies ſunt omnium B quorumcũque ſunt ſcientiæ. Scientiæ autem non ſolum ſunt de hoc quod eſt eſſe unum in multis, quod eſt per affirmationem, ſed etiam de negationibus, quia ſicut ſunt aliquæ demõſtrationes cõcludentes affirmatiuam propoſitionem, ita ſunt etiam demonſtrationes concludentes negatiuam propoſitionem, ergo oportet etiam negationum ponere ideas. (Plato non põebat ideas negationum.)

Per hoc autem intelligere inquam quid de corporum etiam erunt quæ corrumpuntur. Eſt enim horum ſimulachrum in imaginatione, ut patet.

Parte. 4. Et ſm̃ ꝙ intelligitur aliquid corrumpi corruptibilium. Phantaſma enim aliquid horum eſt.

Hic ponit ſecundam rationem. In ſcientiis enim nõ ſolum intelligitur ꝙ quædam ſemper ſe eodem modo habent, ſed etiam ꝙ quædam corrumpuntur. Aliter tolleretur ſcientia naturalis quæ circa motum uerſatur. Si igitur oportet eſſe ideas omnium illorum quæ in ſcientiis intelliguntur, oportet eſſe ideas corruptibilium inquantum corruptibilia, hoc eſt inquãtum ſunt hæc ſenſibilia ſingularia. Sic enim ſunt corruptibi- C lia. Nõ autem poteſt dici ſecundum rationem Platonis, quod ſcientiæ illæ quibus intelligimus corruptiones rerum, intelligantur corruptiones horum ſenſibilium, quia horum ſenſibilium non eſt intellectus: ſed imaginatio uel phantaſia quæ eſt motus factus a ſenſu ſecundum actum, ſecundum quod dicitur ſecundo de anima. (T. c. 106)

Preterea rationũ exactiores, partim eorum quæ ſunt ad aliquid ideas faciunt, quorum nõ dicimus per ſe genus eſſe: partim tertium hominẽ afferunt.

T. c. 58. Parte. 5. Amplius autem rationum certisſimæ, aliæ quidem eorum quæ ad aliquid ideas faciunt, quorum non dicunt eſſe ſecundum ſe genus, aliæ uero tertium hominem dicunt.

Hic ponit tertiam rationem quæ continet duas concluſio- D nes, quas certisſimis rationibus dicit concludi. Vna eſt, quia ſi ideæ ſunt omnium quorum ſunt ſcientiæ, ſcientiæ autem non ſolum ſunt de abſolutis, ſed etiam ſunt de his quæ dicuntur ad aliquid, ſequitur hac ratione faciẽte ꝙ ideæ ſunt etiam eorum quæ ſunt ad aliquid. quod eſt contra opinionem Platonis, quia cum ideæ ſeparatæ ſint ſecundum ſe exiſtentes qđ eſt contra rationem eius quod eſt ad aliquid, nõ ponebat Plato eorum quæ ſunt ad aliquid, aliquod eſſe genus idearũ quæ ſecundum ſe dicuntur. Alia concluſio eſt quæ ex aliis rationibus certisſimis ſequitur, ꝙ .ſ. ſit tertius homo. Quod quidem tripliciter poteſt intelligi. Vno modo ꝙ intelligatur, ꝙ homo idealis ſit tertius a duobus hominibus ſenſibilibus, qui communis hominis prædicationem ſuſcipiunt. Sed hæc non uidetur eius eſſe intentio, licet hoc tangatur ſecundo elẽchorum. Hæc enim eſt poſitio contra quam diſputat. Vnde ad hoc nõ duceret quaſi ad inconueniens. Alio modo poteſt intelligi, ut dicatur tertius homo ſcilicet qui ſit cõmunis & homini ideali & homini ſenſibili. Cum enim homo ſẽſibilis & homo idealis conueniant in ratione ſicut duo homines ſenſibiles, & ſicut (Plato non ponebat ideas relationum.)

homo idealis ponitur tertius præter duos homines ſenſibiles, E ita alius homo debet poni tertius præter hominem idealem & hominem ſenſibilem. Et hoc etiam non uidetur hic eſſe eius intentio, quia ad hoc inconueniens ſtatim alia ratione ducet. Vnde eſſet ſuperfluum hic ad idem inconueniens ducere. Tertio modo poteſt intelligi, quia Plato ponebat in quibuſdam generibus tria, quædam ſcilicet ſenſibilia, mathematica, & ſpecies, ſicut in numeris & lineis & omnibus huiuſmodi. Non eſt autem maior ratio quare in quibuſdã rebus ponantur media quàm in aliis, ergo oportebat etiam in ſpecie hominis ponere hominem medium qui erit tertius inter hominem ſenſibilem & idealem. Et hanc etiam rationem in poſterioribus libris Ariſtote. ponit.

Atq; omnino rationes eæ, quę ſiunt de formis ea tollunt, quę magis eſſe uolunt, qui formas inquiũt eſſe, quã ipſas ideas. Fit enim ut non ſit dualitas, ſed numerus primum, & id quod eſt ad aliquid, prius ſit eo qđ eſt per ſe: & uniuerſa etiam ea quibus opiniones qdã de ideis ſecuti, principiis ſunt aduerſati. F

Et omnino quę ſunt de ſpeciebus rationes, auferũt ea quæ magis eſſe uolunt dicentes ſpecies eſſe, q̃ ipſas ideas eſſe. Accidit autem ei dualitatem nõ eſſe primam, ſed numerum: & ad aliquid, ipſo quod ſecundum ſe. Et omnia quęcunq; aliquid de ſpeciebus opiniones ſequentes oppoſuerunt principiis. Parte. 6.

Hic ponit quartam rationem, quæ talis eſt. Quicunque per ſuam rationem remouet aliqua quæ ſunt apud eum magis nota quã ipſa poſitio, inconuenienter ponit. Sed iſtæ rationes quas Plato poſuit de ſpeciebus ſeparatis, auferunt quædam principia quæ Platonici dicentes eſſe ſpecies magis uolũt eſſe uera quàm hoc ipſum quod eſt ideas eſſe, ergo Plato inconuenienter poſuit. Minorem autem ſic manifeſtat. Ideæ ſecundum Platonem ſunt priores rebus ſenſibilibus & mathematicis, ſed ipſæ ideæ ſunt numeri ſecundum eum, & magis numeri impares quàm pares, quia numerum imparem attribuebat formæ, parem autem materiæ. Vnde & dualitatẽ dixit eſſet materiã, ſequitur ergo quòd alii numeri ſunt priores dualitate, quam ponebat ſicut materiam ſenſibilium, ponens magnum & paruum. Cuius contrarium Platonici maxime aſſerebant ſcilicet dualitatem eſſe primam in genere numeri. Item ſi ſicut per ſuperiorem rationem probatum eſt, oportet eſſe aliquas ideas relationum quæ ſunt ſecundum ſe ad aliquid, & ipſa idea eſt prior eo quòd participat ideam, ſequitur quod hoc ipſum quod eſt ad aliquid eſt prius abſoluto quod ſecundum ſe dicitur. Nam huiuſmodi ſubſtantiæ ſenſibiles quæ participant ideas abſolute dicuntur. Et ſimiliter de omnibus eſt quæcunque illi qui ſequuntur opinionem de ideis dicuntur oppoſita principiis per ſe notis, quæ etiam ipſi maxime concedebant. G

Præterea exiſtimatione quidem qua ideas dicimus eſſe, non ſolum ſubſtãtiarum erunt formę, ſed H multorum etiam cæterorũ. Eſt enim id unũ quod mente concipitur, non modo circa ſubſtantias, ſed etiam circa cętera. Et ſcientię non ſubſtantię ſolum, ſed cęterorum etiam ſunt, & alia eueniũt huiuſmodi infinita. Neceſſitate autem opinionibusue, quæ de ipſis habentur, ſi formę participabiles ſunt, ſubſtantiarum duntaxat ideas eſſe neceſſe eſt. Nõ enim per accidens participantur, ſed hoc cuiuſq; quodq; particeps eſſe oportet, quod non dicitur de ſubiecto. Veluti ſi quippiam ipſius dupli particeps eſt, id & perpetui particeps eſt, ſed per accidẽs. Accidit.n. duplo perpetuũ eſſe. Quare formę ſubſtantię erũt.

Amplius aũt ad exiſtimationẽ quidem ſm̃ q̃ dicimus ideas nõ ſolũ eſſe ſubſtãtiarũ ſpẽs, ſed & multorum aliorũ. Etenim intelligẽtia una nõ ſolum circa ſubãs, ſed & de aliis eſt. Et ſcię nõ ſolum ſunt ipſius (part. 7. T. c. 59.)

I ſubſtantiæ, ſed aliorum. Accidunt autem & mille talia alia.

T.cõ. 30. Secundum uero neceſſitatem & opinionem de ideis, ſi ſunt participabiles ſpecies, ſubſtantiarum neceſſe ideas eſſe ſolum. Nõ enim ſecundum accidens participantur, ſed oportet hanc in unoquoq; participare, inquantum non de ſubiecto dicuntur. Dico autem ut ſi quid per ſe duplo participat, hoc & ſempiterno participat, ſed ſecundum accidens. Accidit enim duplo ſempiternum eſſe. Quare ſubſtantia erit ſpecies.

Hic ponit quintam rationem quæ talis eſt. Ideæ ponebantur à Platone, ut eis competerent rationes ſiue diffinitiones poſitæ in ſcientiis, ut etiam de eis ſcientiæ eſſe poſſent. Sed { intelligentia una } id eſt ſimplex & indiuiſibilis qua ſcitur K de unoquoque quid eſt, non ſolum eſt circa ſubſtantias { ſed & de aliis } ſcilicet accidentibus. Et ſimiliter ſcientiæ non ſolum ſunt ſubſtantiæ, & de ſubſtantia, ſed etiam inueniuntur ſcientiæ { aliorum } ſcilicet accidẽtium, ergo patet q ad æſtimationem ſecundum quam uos Platonici eſſe dicitis ideas, ſequitur q ſpecies non ſolum eſſent ſubſtantiarum, ſed etiam multorum aliorum ſcilicet accidentium. Et hoc idem ſequitur non ſolum propter diffinitiones & ſcientias, ſed etiam accidunt multa { alia talia } ſcilicet plurima ex quibus oportet ponere ideas accidentium ſecundum rationes Platonis. Sicut quia ponebat ideas principia eſſendi & fieri rerum & multorum huiuſmodi quæ conueniunt accidentibus.

Sed ex alia parte ſecũdum q Plato opinabatur de ideis, & ſm neceſſitatem qua ſunt neceſſariæ ſenſibilibus { inquãtũ } ſcilicet ſunt participales a ſenſibilibus eſt neceſſarium ponere q ideæ ſint ſolum ſubſtantiarum. Quod ſic patet. Ea quæ ſunt ſecundum accidens non participantur. Sed ideam oportet participari in unoquoq; inquantum nõ dicitur de ſubiecto. Quod ſic patet, quia ſi aliquod ſenſibile participat { per ſe duplo } id eſt duplo ſeparato (ſic enim appellabat Plato omnia ſeparata ſcilicet per ſe ent a.) oportet q participet ſempiterno: non quidem per ſe, quia tunc ſequeretur q dupla ſenſiblia eſſent L ſempiterna, ſed per accidens: inquantum ſcilicet ipſum per ſe duplum quod participatur eſt ſempiternum Ex quo patet q participatio non eſt eorum quæ accidẽtia ſunt, ſed ſolummodo ſubſtantiarum. Vnde ſm opinionem Plato. non erat aliquod accidens ſpecies ſeparata, ſed ſolum ſubſtantia. Et tamẽ ſecundum rationem ſumptam ex ſcientiis oportebat q eſſet ſpecies etiam accidentium, ut dictum eſt.

Atq; hæc ſubſtãtiam, & hic, & ibi ſignificant. Vel quid id erit unum inquam ipſum in multis aliquid eſſe præter hæc ipſa dixiſſe? Atq; quidem ſi ſpecies earum eſt idearum, earumq; rerum quæ ſunt particeps, erit aliquid profecto commune. Cur enim in dualitatibus hiſce quæ corrumpuntur, & dualitatibus multis quidem ac ęternis, dualitatis prędicatio M magis una eſt eademq;, q̃ in hac atq; aliqua? Si uero nõ eadem ſpecies eſt, nomen duntaxat erit cõmune, & perinde ac ſi quiſpiam Calliam ac lignum hominem uocet, nulla ipſorum ratione uiſa communi.

Parte. 8. Hæc uero ſubſtantiam eſſe hic ſignificat & illic. Quare neceſſe eſt apparere quid præter eas unum in multis. Et ſiquidem eadem ſpecies idearũ & participantium, aliquid erit commune. Quid enim magis incorruptibilibus dualitatibus, & dualitatibus multis quidem, ſed ſempiternis dualitas unum, & idem, quam in hac & aliqua? Si uero nõ eadem ſpecies, æquiuocatio eſt & ſimpliciter, ut ſi quis uocat hominem Calliam & lignum nullam illarum communitatem inſpiciens.

Hic ponit ſextam rationem quæ talis eſt. Iſtæ res ſenſibiles ſubſtantiam ſignificant in rebus quæ uidentur, & ſimiliter illic, ut in rebus intelligibilibus quæ ſubſtantiam ſignificant, N quia tam intelligibilia quam ſenſibilia ſubſtantiam ponebant. Ergo neceſſe eſt ponere præter utraſque ſubſtantias ſcilicet intelligibiles & ſenſibiles aliquid cõmune eis quod ſit unum in multis. Ex hac enim ratione Platonici ideas ponebant, quia inueniebãt unum in multis, quod credebant eſſe præter illa multa. Et q hoc ſit ponere neceſſarium ſcilicet aliquod unum præter ſubſtantias ſenſibiles & præter ſpecies, ſic oſtendit. Aut .n. ideæ & ſenſibilia quæ participant ideas ſunt unius ſpeciei aut non. Si ſunt unius ſpeciei, omnium autem multorum in ſpecie cõuenientium oportet ponere ſecundum poſitionem Platonis unam ſpeciem ſeparatam communem, oportebit igitur aliquid ponero commune ſenſibilibus & ipſis ideis, quod ſic ſeparatum ab utroq;. Non poteſt autem reſponderi ad hanc rationem q ideæ quæ ſunt incorporales & immateriales non indigent aliis ſpeciebus ſuperioribus, quia ſimiliter mathematica quæ ponuntur a Platone media inter ſenſibilia & ſpecies ſunt incorporea & immaterialia, & tamen quia plura eorum O inueniuntur unius ſpeciei, Plato poſuit eorum ſpeciem communem ſeparatam, qua etiam participant non ſolum mathematica, ſed etiam ſenſibilia. Si igitur eſt una & eadem dualitas quæ eſt ſpecies uel idea dualitatis, quæ quidẽ eſt etiam in dualitatibus ſenſibilibus quæ ſunt corruptibiles, ſicut exemplar eſt in exemplato, & in dualitatibus etiam mathematicis quæ ſunt multæ unius ſpeciei, ſed tamen ſunt ſempiternæ, eadem ratione in eadem dualitate ſcilicet quæ eſt idea, & in alia quæ eſt mathematica, uel ſenſibilis erit alia dualitas ſeparata. Non enim poteſt reddi propter quid illud ſit, & hoc non ſit. Si autem detur alia pars, ſcilicet ſenſibilia quæ participant ideas nõ ſunt eiuſdem ſpeciei cum ideis: ſequitur quòd nomen quod dicitur de ideis & de ſubſtantia ſenſibili dicatur omnino, æquiuoce. Illa enim dicuntur æquiuoce, quorum ſolum nomen cõmune eſt, ratione ſpeciei exiſtente diuerſa. Nec ſolum ſequitur q ſint quocunq; modo æquiuoca, ſed ſimpliciter æquiuoca, ſicut illa quibus imponitur unum nomen ſine reſpectu ad aliquam communicationem, quæ dicuntur æquiuoca à caſu. Sicut ſi aliquem hominem aliquis uocaret Calliam, & ali- P quod lignum Hoc autem ideo addidit Ariſtote. quia poſſet aliquis dicere quod, non omnino æquiuoce aliquod nomẽ prædicatur de idea, & de ſubſtantia ſenſibili cum de idea prædicetur eſſentialiter, de ſubſtantia uero ſenſibili per participationem. Nam idea hominis ſecũdum Platonem dicitur per ſe homo. Hic autem homo ſenſibilis dicitur per participationem. Sed tamen talis æquiuocatio non eſt pura, ſed nomen quod per participationem prædicatur, dicitur per reſpectum ad illud quod prædicatur per ſe, quod non eſt pura, æquiuocatio, ſed multiplicitas analogiæ. Si autem eſſent omnino æquiuoca a caſu idea & ſubſtantia ſenſibilis, ſequeretur quod per unum non poſſet cognoſci aliud, ſicut æquiuoca non ſe inuicem notificantur.

Lectio. XV.

Maxime uero omnium id quiſpiam dubitauerit Q quid nã formę perpetuis ſenſibilibus, aut hiſce quæ oriuntur ac occidunt conferant.

Te.cõ. 31. Parte.1. Omnium aũt dubitabit aliquis maxime, quid cõferunt ſpecies ſempiternis ſenſibilium, aut his quæ fiunt & corrumpuntur.

Oſtendit platonẽ nõ cõcludere quod intendebat.

HIC improbat opinionem Platonis quantum ad hoc q non concludebat quod concludere intendebat. Intendebat enim Plato concludere ideas eſſe per hoc, q ſunt neceſſe ſenſibilibus rebus ſecundum aliquem modum. Vnde Ariſto. oſtendens quód ideæ ad nihil poſſunt ſenſibilibus utiles eſſe, deſtruit rationes Platonis de poſitione idearum. Et ideo dicit quòd inter omnia dubitabilia quæ ſunt contra Platonem, illud eſt maximum, q ſpecies a Platone poſitæ non uidentur aliquid conferre rebus ſenſibilibus, nec ſempiternis, ſicut ſunt corpora cœleſtia: nec his quæ fiunt & corrumpuntur, ſicut corpora elementaria. Quod ſigillatim de omnibus oſtẽdit propter quæ Plato ponebat ideas, cum dicit.

Neq;

A Neq; enim motus, neq; mutationis ullius ipſis ſunt cauſę.

Parte. 2. Neq; n. motus nec tranſmutationis ullius ſunt cauſa in eis.

prima par te lec. & 2 parte ſeq. parte. 4. & ſequen. Part 7. & ſequen. Part. 9. & ſequen. Ibi incipit quinq; oſtendere. Primo ꝙ non proſunt ad motum. Secundo ꝙ non proſunt ad ſcientias, ibi: { Sed nec ad ſcientiam. } Tertio ꝙ non proſunt ſicut exemplaria, ibi: { Dicere uero exemplaria &c. } Quarto ꝙ non proſunt ſicut ſubſtantiæ, ibi: { Amplius opinabitur. } Quinto ꝙ non proſunt ſicut cauſæ fiendi, ibi: { In Phedone uero &c. } Dicit ergo primo ꝙ ſpecies non poſſunt conferre ſenſibilibus, ita ꝙ ſint eis cauſa motus uel tranſmutationis alicuius. Cuius rationem hic nõ dicit, ſed ſuperius tetigit, quia uidelicet ideæ non introducebantur propter motum, ſed magis propter immobilitatem. Quia enim Platoni uidebatur ꝙ omnia ſenſibilia ſemper eſſent in motu, uoluit aliquid ponere extra ſenſibilia fixum & immobile, de quo poſſet eſſe certa ſcientia. B Vnde ſpecies non poterant ab eo poni ſicut principia ſenſibilia motus, ſed potius ſicut immobiles, & immobilitatis principia ot. ſ. ſi aliquid fixum & eodem modo ſe habẽs in rebus ſenſibilibus inuenitur, hoc fit ſm participantiam idearum q per ſe ſunt immobiles.

At uero neq; conferunt, quippe cum non inſint in hiſce rebus, quæ ſunt horum illæ ſubſtantia: eſſent enim in iſtis. Neq; ut ſint conferunt, quippe cum non inſint in hiſce rebus quæ ſunt participes. At enim hoc forſitan pacto uidebuntur cauſę eſſe: ut albus color mixtus cum corpore, mixti corporis cauſa eſt. Sed hic ſermo facile admodum imminui poteſt, quem Anaxagoras quidem primus, Eudoxus autem poſterius, & alii quidam dicebant. Eſt enim perfacile multa abſurda ad huiuſcemodi opinionem impoſſibiliaq; inferre. Atqui nec ullo, eorum modorum ex ipſis formis ſunt cætera, qui C dici conſueuerunt.

Parte. 3. Sed nec ad ſcientiam nihil auxiliatur eis, quia eſt aliorum: nec enim illę horum ſubſtantia. Nam eſſent in eis. Nec ad eſſe, cum non participantibus inſint. Sic enim forſan cauſa uidebitur eſſe album permixtum albo. Sed hęc quidem ratio ualde mobilis eſt, quam Anaxagoras prius, & Heſiodus poſterius, & alii quidem dixerunt. Facile nanq; colligere multa & impoſſibilia ad talem opinionem. At uero nec ex ſpeciebus ſunt alia ſecundum ullũ modum conſuetorum.

Quod ideę nõ cõferũt ad ſciẽtiã. Oſtendit ſecundo ꝙ ſpecies non proſunt ſenſibilibus ad ſcientiam tali ratione. Cognitio uniuſcuiuſq; perficitur per cognitionem ſuæ ſubſtantiæ, & non per cognitionem aliquarum D ſubſtantiarum extrinſecarum: ſed ſubſtantiæ ſeparatæ quas dicebant ſpecies, ſunt omnino aliæ ab iſtis ſubſtãtiis ſenſibilibus, ergo earum cognitio non auxiliatur ad ſcientiam illorum ſenſibilium. Nec poteſt dici ꝙ ille ſpecies ſunt ſubſtãtiæ iſtorum ſenſibilium. Nam cuiuslibet rei ſubſtantia eſt in eo cuius eſt ſubſtantia. Si igitur illæ ſpecies eſſent ſubſtantiæ rerum ſenſibilium, eſſent in his ſenſibilibus, quod eſt contra Platonem. Nec iterum poteſt dici ꝙ illæ ſpecies adſint iſtis ſubſtantiis ſenſibilibus, ſicut participantibus eas. Hoc enim modo Plato opinabatur aliquas ſpecies horum ſenſibilium cauſas eſſe. Sicut nos intelligeremus ipſum album per ſe exiſtens, ac ſi eſſet quoddam album ſeparatum, permiſceri albo quod eſt in ſubiecto, & albedinem participare, ut ſic etiam dicamus ꝙ homo iſte qui eſt ſeparatus permiſceatur huic homini, qui componitur ex materia & natura ſpeciei quã participat. Sed hæc ratio eſt ualde { mobilis } idest deſtructibilis. Hanc enim rationem primo tetigit Anaxagor. qui poſuit etiam formas & accidentia permiſceri rebus. Et ſecundo tetigit Heſiodus & alii quidam. Et ideo dico ꝙ eſt ualde mobilis ſcilicet quia facile eſt colligere multa impoſſibilia contra talẽ opininionem. Sequitur enim ſicut ſupra dixit contra Anaxa. E ꝙ accidentia & formæ poſſunt eſſe ſine ſubſtãtiis. Nam ea ſola nata ſunt miſceri quæ poſſunt ſeparatim exiſtere. Sic igitur non poteſt dici ꝙ ſpecies ſic conferant ad ſcientiam ſenſibilium ut eorum ſubſtantiæ, nec ꝙ ſint eis principia exiſtendi per modum participandi. Nec etiam poteſt dici ꝙ ex ſpeciebus ſicut ex principiis ſunt alia. ſ. ſenſibilia ſm ullum eorũ modum qui conſueuerunt dici. Vnde ſi eadem ſunt principia eſſendi & cognoſcendi, oportet ꝙ ſpecies non conferant ad ſcientias, cum principia eſſendi eſſe non poſſint. Ideo autem dicit ſm ullum modum conſuetorum dici, quia Plato inuenerat nouos modos aliquid ex alio cognoſcendi.

Dicere aũt exemplaria eſſe, reliq; ceteras ipſorum eſſe participes, ſuperuacaneum eſſe, & tranſlationibus poeticis ſimile.

Te. c. 31 a Parte 4 F Dicere uero exẽplaria eſſe & eis alia participare, uaniloquium eſt, & metaphoras dicere poeticas.

parte ſeq. Q. ideæ nõ ſint exẽplaria. Hic tertio oſtendit ꝙ ſpecies non conferant ſenſibilibus, ſicut exemplaria, & primo proponit intentum. Secundo probat. ibi { Nam quod opus eſt &c. } Dicit ergo primo quia dicere ſpecies eſſe exemplaria ſenſibilium & mathematicorum eo ꝙ huiuſmodi cauſas participẽt, eſt dupliciter inconueniẽs. Vno modo quia uanum & nulla utilitas eſt huiuſmodi exemplaria ponere, ſicut oſtendet. Alio modo quia eſt ſimile metaphoris quas poetæ inducunt, quod ad philoſophum nõ pertinet. Nam philoſophus ex propriis docere debet. Ideo autẽ hoc dicit eſſe metaphoricum, quia Plato productionem rerum naturalium aſſimilauit factioni rerum artificialium, in quibus artifex ad aliquod exemplar reſpiciens, operatur aliquod ſimile ſuæ arti.

Quid eſt. n. qđ ad ideas reſpiciens opatur? Et inſup & eſſe qduis & fieri ſimile põt, et ſi ad ſimilitudinem illius non producatur. Quare & ſi ſit & ſi non ſit Socrates, fieri põt qualis eſt Socra. ipſe.

Parte. 5. Nam quid eſt opus ad ideas reſpiciens? Contingit. n. & eſſe & fieri ſimile aliquod, & non aſſimilatum ad illud. Quare exiſtente Socrate & non exi G ſtente fiet qualis Socrates.

Hic probat propoſitũ tribus rõnibus. Hoc. n. uř eſſe opus exemplaris. i. utilitas, ꝙ artifex reſpiciens ad exemplar inducat ſimilitudinẽ formæ in ſuo artificio. Videmus aũt in operatione naturalium rerum, ꝙ ſimilia ex ſimilibus generantur, ſicut ex homine generatur homo. Aut ergo ſimilitudo iſta prouenit in rebus generatis propter reſpectum alicuius agentis ad exemplar, aut non. Si non, quid erit { opus } . i. utilitas ꝙ aliquod agens ſit reſpiciens ad ideas ſicut ad exemplaria: quaſi dicat nullum. Si aũt ſimilitudo prouenit ex reſpectu ad exemplar ſeparatum, tunc non poterit dici ꝙ cauſa huius ſimilitudinis in genito ſit forma inferioris generãtis. H Fiet. n. aliquid ſimile propter reſpectum ad hoc exemplar ſeparatum, & non per reſpectũ ad agens hoc ſenſibile. Et hoc eſt quod dicit { & non ſimile illi } . i. agenti ſenſibili. Ex quo ſequitur hoc inconueniens ꝙ aliquis generetur ſimilis. Socrati ſiue poſito, ſiue remoto Socrate. Qđ uidemus eſſe falſum, quià niſi Socrates agat in generatione, nũquam generabitur aliquis ſimilis Socrati. Si igitur hoc eſt falſum, ꝙ non ſimilitudo generatorum dependeat à proximis generantibus, oanum & ſuperfluum eſt ponere aliqua exemplaria ſeparata. Sciendum aũt ꝙ illa rõ etſi deſtruat exemplaria ſeparata a Platone poſita, non tñ remouet diuinam ſciam eſſe rerum oium exemplarem. Ratio Ariſt. non deſtruit ideas diuinas. Cum n. res naturales naturalr intendãt ſimilitudines in res generatas inducere, oportet ꝙ iſta intentio ad aliqđ principium dirigens reducatur, qđ eſt in finem ordinans unumquodq;. Et hoc non põt eſſe niſi intellectum, cuius ſit cognoſcere finem & proportionem rerum in finẽ. Et ſic iſta ſimilitodo effectuum ad cauſas naturales reducitur, ſicut in primum principium in intellectum aliquem. Non aũt oportet ꝙ in aliquas alias formas ſeparatas: quia ad ſimilitudinem prædictam ſufficit prædicta directio in finem, qua uirtutes naturales diriguntur à primo intellectu.

Similí modo fieret, & ſi Socra. ppetuus eſſet, exẽplaria plura eiuſdem erunt, quare & formę, ut ho

I minis, animal, & bipes, & inſuper ipſe homo.

par. 6. Similiter autem palam, quia etiam ſi ſit Socrates ſempiternus, erunt eiuſdem exemplaria plura, quare & ſpecies: ut hominis anima & bipes: ſimiliter autem & autoſanthropos.

Hic ponit ſecundam rõnem quæ talis eſt. Sicut Socrat. ex eo ꝙ eſt Socra. addit aliquid ſupra hominem, ita etiam homo addit aliquid ſupra animal: & ſicut Socra. participat hominem, ita homo participat animal Sed ſi præter iſtum Socra. ſenſibilem poneretur alius Socra. ſempiternus, quaſi exẽplaris, ſequeretur ꝙ huius Socra. ſenſibilis eſſeot plura exemplaria ſcilicet Socrat. ſempiternus & idea hominis, ergo & eadem ratione ſpecies hominis habet plura exemplaria. Erit enim exemplar eius & animal, & bipes, & iterum { Autoſanthropos } idest idea hominis. Hoc autem eſt incõueniens ꝙ unius exemplari ſint plura exemplaria, ergo inconueniẽs eſt ponere huiuſmodi ſenſibilium exemplaria.

k Præterea formæ non ſenſibilium ſolum, ſed ipſarum etiam formarum exemplaria erunt, ueluti genus ipſum, ut ſpecierum genus. Quare idem erit exemplar, atq; imago.

Te cõ. 33 Parte. 7. Amplius autem non ſolum ſenſibilium ſpecies exemplaria. ſed etiam ipſarum, ut genus ſpecierum quare idem erit exemplar & imago.

Hic ponit tertiam rationem quæ talis eſt. Sicut ſe habet ſpecies ad indiuiduum, ita ſe habet genus ad ſpeciem. Si igitur ſpecies ſunt exemplaria ſenſibilium indiuiduorum, ut Plato ponit, ipſarum etiam ſpecierum erunt aliqua exemplaria. ſ. genus ſpecierum, quod eſt inconueniens, quia tunc ſequeretur ꝙ idem. ſ. ſpecies erit exemplum alterius. ſ. indiuidui inſenſibilis, & imago ab alio exemplata. ſ. à genere: ꝙ uidetur eſſe inconueniens.

Præterea fieri non poſſe uidebitur, ut hæc ſint ſeorſum, ſubſtantia inquã & id cuius dicitur ſubſtantia eſſe. Quare quonam pacto ſeorſum erunt ipſę ideę, ſi ſunt ſubſtantiæ rerum?

L
part. 8. Amplius opinabitur utiq; impoſſibile eſſe ſeparatim ſubſtantiam, & cuius eſt ſubſtantia. Quare quomodo ideæ ſubſtantiæ rerum exiſtentes ſeparatim erunt?

Quod ideę nõ ſũt ſubſtãtiales ſenſibilium. Hic quarto oſtendit ꝙ ſpecies non conferunt rebus ſenſibilibus, ſicut earum ſubſtãtiæ uel cauſæ formales, quia { hic opinabitur } idest hoc eſt opinatiuum, ut imperſonaliter ponatur, ꝙ impoſſibile eſt ſeparari ſubſtantiam ab eo cuius eſt ſubſtantia. Sed hæ ſeparantur ab eo cuius ſunt ideæ. i. à ſenſibilibus, ergo non ſunt ſubſtantiæ ſenſibilium.

In Phedone autem & ut ſint ipſæ res, & ut fiant cauſæ formæ dicuntur. Et tamen non fiunt ea quę ſunt, & ſi ſunt formæ: niſi ſit id quod eſt motiuũ.

Te. cõ. 34. par. 9. In Phedone uero ſic dicitur ꝙ ipſius eſſe & fieri cauſę ſint ſpecies, & etiam exiſtentibus ſpeciebus tamen non fiunt participantia niſi ſit quod mouit.

M
Quod ideę nõ cõferũt ad fieri rerum. Hic oſtendit ꝙ non conferunt ſpecies ſenſibilibus ad eorũ fieri, quamuis Plato dixerit { in Phedone } idest in quodam ſuo libro: ꝙ ſpecies ſunt cauſæ rebus ſenſibilibus eſſendi & fiendi. Sed hoc improbat duabus rationibus, quarum prima talis eſt: Poſita cauſa ponitur effectus, ſed exiſtentibus ſpeciebus non propter hoc fiunt entia particularia ſiue indiuidua participantia ſpecies, niſi ſit aliquod motiuum quod moueat ad ſpeciem. Quod ex hoc patet, quia ſpecies ſemper eodem modo ſunt ſm Platonem. Si igitur eis poſitis eſſent uel fierẽt indiuidua participantia eas, ſequeretur ꝙ ſemper eſſent huiuſmodi indiuidua, quod patet eſſe falſum: ergo non poteſt dici ꝙ ſpecies ſunt cauſæ fieri & eſſe rerũ, & præcipue cũ non poneret ſpecies cauſas eſſe motiuas: ut ſupra dictum eſt. Sic enim à ſubſtantiis ſeparatis immobilibus ponit Ariſto. procedere & fieri & eſſe inferiorum, inquantum illæ ſubſtantiæ ſunt motiuæ cœleſtium corporum, quibus mediantibus cauſatur generatio & corruptio in iſtis inferioribus.

N Et inſuper multa alia fiunt, ut domus ac annulus, quorum non dicimus eſſe formas. Quare patet & cætera etiam, & eſſe, & fieri poſſe, & per tales cauſas per quales fiunt, & ea quę modo ſunt dicta.

Et multa fiunt alia ut domus & annulus, quorum non dicimus eſſe ſpecies: quare palam quia contingit & alia & eſſe & fieri, & propter tales cauſas quales & nunc dictas. parte. 10.

Hic ponit ſecundam rationem, quæ talis eſt. Sicut ſe habent artificialia ad cauſas artificiales, ita ſe habent naturalia ad cauſas naturales Sed uidemus ꝙ multa alia à naturalibus ut domus & annulus fiunt in iſtis inferioribus, quorum Platonici ſpecies non ponebant: ergo { & alia }. ſ. naturalia cõtingit eſſe & fieri propter tales cauſas proximas, quales contingit eſſe nunc dictas, ſcilicet artificiales, ut ſcilicet ſicut res artificiales fiunt a proximis agentibus, ita & res naturales.

O

Lec. XVI.

Præterea ſi formę ſint numeri, quonam modo cauſæ erunt? Ex eo ne quia ea quæ ſunt, alii numeri ſunt, ut hic quidem numerus homo, hic autem Socrates, hic uero Callias? Cur igitur his illi ſunt cauſæ? Nihil enim refert ſi illi quidam perpetui ſunt, hi uero non ſunt. Quod ſi propterea ꝙ ea q̃ ſunt hic, rationes ſunt numerorum, ceu concentus patet unum quid eſſe ea, quorum ſunt rationes. Quod ſi id materia, patet & ipſos numeros quaſdã fore quorũdam inter ſe rationes. Dico autem hoc pacto ſi Callias ſit ratio in numeris ignis & terræ & aeris atq; aquę, & aliorum ſubiectorum quorũdam, & ipſe homo ſiue numerus ſit quidam, ſiue non ſit, ratio tamen quorundam in numeris & nõ numerus erit, neq; ob hęc numerus quidam erit.

T. c. 35. parte. 1. Amplius ſi ſunt numeri ſpecies, quo modo cauſæ erunt? Verum quia alii numeri ſunt ipſa exiſtentia, ut hic quidem numerus homo, ille uero Socrates, & alius Callias? Quid igitur his ſunt cauſæ illi? Nec enim ſi hi ſunt ſempiterni, illi uero non, differunt. Si uero quia rationes numerorum & hic ut ſymphonia, palam quia eſt unum quidem quorum ſunt rationes. Si itaq; hęc materia, manifeſtum quia & ipſi numeri & aliquę rationes ſunt aliud ad aliud. Dico autem ut ſi eſt Callias ratio in numeris ignis, aquæ, terræ, & aeris & autoſanthropos, idest ipſe homo: ſiue numerus quis exiſtens, ſiue non, tamen eſt ratio in numeris quorũdam & non numerus, & nõ erit quis propterea numerus. P T. c. 36.

Hic improbat opinionem Platonis de ſpeciebus, inquantum ponebat eas eſſe numeros, & circa hoc duo facit Primo diſputat contra ea quæ poſita ſunt ab ipſo de numeris. Secundo contra ea quæ poſita ſunt ab ipſo de aliis mathematicis, ibi: { Volentes autem ſubſtantias &c. } Circa primum ponit ſex rationes, quarum prima talis eſt. Eorum quæ ſunt idem ſecundum ſubſtantiam unum non eſt cauſa alterius, ſed ſenſibilia ſecundum ſubſtantiam ſunt numeri ſecundum Platonicos & Pythagoricos. Si igitur ſpecies ſunt etiam numeri non poterunt ſpecies eſſe cauſæ ſenſibilium. Si autem dicatur ꝙ alii numeri ſunt ſpecies, & alii ſunt ſenſibilia, ſicut ad literam Plato ponebat: ut ſi dicamus ꝙ hic numerus eſt homo, & ille alius numerus eſt Socrat. & alius numerus eſt Callias, iſtud adhuc non uidetur ſufficere, quia ſecundum hoc ſenſibilia & ſpecies conueniunt in ratione numeri: & eorum quæ ſunt idem ſecundum rationem, unum non uidetur eſſe cauſa alterius, ergo ſpecies non erunt cauſæ horum ſenſibilium.

Lect. pñ. parte. 1. Q

Prat. 8 lec. huius. Diſputat cõtra Platonẽ 1 hoc ꝙ poſuit ideas eſſe numeros.

A ſenſibilium. Non iterum pōt dici ꝙ ſunt cauſæ, quia illi numeri qui ſunt ſpecies ſunt ſempiterni. Illa enim differentia nō ſufficit ad hoc ꝙ quædam ponantur cauſæ aliorum, quia aliqua differunt per ſempiternum & nō ſempiternum ſm eſſe ſuum abſolute conſideratum. Sed per cauſam & cauſatum differūt ſecundum habitudinem unius ad alterum, ergo diuerſa numero non differunt per cauſam & cauſatum per hoc ꝙ quædam ſunt ſempiterna, & quædam non ſempiterna. Si autem dicatur ꝙ hæc ſenſibilia ſunt quædam { rationes } .i. proportiones numerorum, & per hunc modum numeri ſunt cauſæ horum ſenſibilium, ſicut uidemus in { ſymphoniis } ideſt in muſicis conſonantiis: quia numeri dicuntur eſſe cauſæ conſonantiarum, inquantum proportiones numerales quæ applicantur ſonis, conſonantias reddunt. Palam eſt ꝙ oportebat præter ipſos numeros in ſenſibilibus ponere aliquod unum ſecundum genus, cui applicantur proportiones numerales, ut ſcilicet eorum quæ ſunt illius generis proportiones, ſenſi- B bilia conſtituant, ſicut præter proportiones numerales in conſonantiis inueniuntur ſoni. Si autem illud cui applicatur illa proportio numeralis in ſenſibilibus eſt materia, manifeſtum eſt ꝙ oportebat dicere, ꝙ ipſi numeri ſeparati qui ſunt ſpecies ſint proportiones alicuius unius. ſ. ad aliquod aliud. Oportet enim dicere ꝙ hic homo qui eſt Callias uel Socra. eſt ſimilis homini ideali qui dicitur { autoſanthropos } ideſt per ſe homo. Si igitur Callias non eſt numerus tantum, ſed magis eſt ratio quædam uel proportio in numeris elemētorum ſcilicet ignis, terræ, aquæ & aeris & ipſe homo idealis erit quædam ratio uel proportio in numeris aliquorum, & non erit homo idealis numerus per ſuam ſubſtātiam. Ex quo ſequitur ꝙ nullus numerus erit { præter ea } ideſt præter res numeratas. Si enim numerus ſpecierum eſt maxime ſeparatus, & ille nō eſt ſeparatus a rebus, ſed eſt quædam proportio rerum numeratarū, nunc nullus alius numerus erit ſeparatus, quod eſt cōtra Platonicos. Sequitur autem ꝙ homo idealis ſit proportio aliquorum numeratorū, ſiue ponatur eſſe numerus ſiue non.

C Tam enim ſecundum ponentes ſubſtantias eſſe numeros, q̃ ſecundum naturales qui numeros ſubſtantias eſſe non dicebant, oportet ꝙ in rerum ſubſtantiis aliquæ proportiones numerales inueniantur. Quod patet præcipue ex opinione Empedoclis, qui ponebat unamquãꝗ rerum ſenſibilium conſtitui per quandam harmoniam & proportionem.

Preterea multis ex numeris unus fit numerus, ex formis autem quomodo forma una fieri poteſt?

T.cõ. 37. Parte.2. Amplius ex multis numeris fit unus numerus, ex ſpēbus autē una ſpecies qualiter uel quomodo?

Hic ponit ſecundam rationem, quæ talis eſt. Ex multis numeris fit unus numerus. Si igitur ſpecies ſunt numeri, ex multis ſpeciebus fiet una ſpecies, quod eſt impoſſibile. Nam ſi ex multis diuerſarum ſpecierum aliquid unum in ſpecie conſti- D tuatur, hoc fit per mixtionem, in qua non ſaluantur ſpecies eorum quæ miſcentur, ſicut ex quatuor elementis fit lapis. Et iterum ex huiuſmodi diuerſis ſecundum ſpeciem non fit aliquod unum ratione ſpecierum, quia ipſæ ſpecies non coniunguntur ad aliquod unum conſtituendum, niſi ſm rationem indiuiduorum quæ alterātur, ut poſſint permiſceri, ipſæ autem ſpecies numerorum ſimul coniunctæ numerum conſtituunt quinarium. Ita in quinario uterq; numerus remanet & ſaluatur. Sed quia ad hanc rationem poſſet reſpōderi ex parte Platonis, ꝙ ex multis numeris nō fit unus numerus, ſed quilibet numerus immediate conſtituitur ex unitatibus, ideo conſequenter cum dicit.

Quod ſi non ex ipſis, ſed ex unitatibus quæ ſunt in numero, ut in centenario fiunt, quonam pacto unitates ſe habent? Nam ſi eiuſdem ſint ſpeciei complura euenient nimirum abſurda: ſi non eiuſdē nec eædem ſint inter ſe, nec cæteræ omnes. Quo different cum expertes ſint paſſionis? Neq; enim conſona ſunt hæc rationi, neq; conſentanea menti.

Sed ſi nec ex eis ſed ex unis, ut in millenario, quo- E modo ſe habent unitates? Siue enim eiuſdem ſpe- Parte.3. ciei, multa inconuenientia accidunt, ſiue non eiuſdem ſpeciei. Nec enim eędem ſibi ſunt inuicem, nec alię omnes omnibus.

Quomodo naq; different impaſſibiles exiſtētes? Te.cõ:38 Nec.n. rationabilia hæc, nec intelligentiæ confeſſa.

Excludit etiam hanc reſponſionem. Si enim dicitur ꝙ aliquis numerus maior, ut millenarius, non conſtituatur { ex eis } ſcilicet ex duobus uel pluribus numeris minoribus, ſed conſtituitur { ex unis } ideſt ex unitatibus, remanebit quæſtio, quomodo ſe habent unitates adinuicem ex quibus numeri conſtituuntur? Aut enim oportet ꝙ omnes unitates ſint conformes adinuicem, aut ꝙ ſint difformes adinuicem. Sed primo modo ſequuntur multa inconuenientia, & præcipue quantum ad ponentes ſpecies eſſe numeros, quia ſequitur ꝙ diuerſæ ſpecies non differant ſecundum ſubſtantiam, ſed ſolū F ſecundum exceſſum unius ſpeciei ſuper aliam. Inconueniens etiam uidetur ꝙ unitates nullo modo differant, & tamē ſunt multæ, cum diuerſitas multitudinem conſequatur. Si uero non ſint conformes, hoc poteſt eſſe dupliciter. Vno modo quia unitates unius numeri ſunt differentes ab unitatibus alterius numeri, ſicut unitates binarii ab unitatibus ternarii, & tamen unitates unius & eiuſdem numeri ſibi inuicem ſunt cōformes. Alio modo ut unitates eiuſdē numeri nō ſibi inuicē, nec unitatibus alterius numeri cōformes exiſtāt. Hanc diuiſionem ſignificat, cum dicit. { Nec eædem ſibi inuicem } ideſt quæ ad eundem numerum pertinent { nec aliæ oēs &c. } ſcilicet quæ pertinēt ad diuerſos numeros. Quocunq; autem modo ponatur difformitas inter unitates, uidetur inconueniens. Nam omnis difformitas eſt per aliquam formam uel paſſionem, ſicut uidemus ꝙ corpora difformia differunt calido & frigido, albo & nigro, & huiuſmodi paſſionibus. Vnitates autem huiuſmodi paſſionibus carent, cum ſint impaſſibiles ſecundum Platonicos, ergo non poterit inter ea poni talis difformitas uel differentia que cauſatur ab aliqua paſſione. Et ſic patet quòd ea quæ Plato ponit de ſpeciebus & numeris, G nec ſunt rationabilia ſicut illa quæ per certam rationem probantur, nec ſunt intelligentiæ confeſſa ſicut ea quæ ſunt per ſe nota, & ſolo intellectu certificantur, ut prima demonſtrationis principia.

Præterea genus aliud conficere numeri, circa qđ arithmetica uerſetur neceſſe eſt. Et omnia quęa quibuſdam media nuncupantur. Quę quo modo ſunt aut e quibus principiis ſunt, aut cur horum & ipſarum media erunt.

Amplius autē aliud aliquod genus numeri facere eſt neceſſe, circa quod ſit arithmetica. Et oīa inter- T.cõ 39. parte 4. media dicta ex quibus ſimpliciter, aut ex q̄bus ſunt principiis, aut quale infra præſentia erunt & eas. H

Hic ponit tertiam rationem cōtra Platonem quæ talis eſt. Omnia mathematica quæ à Platone ſunt dicta intermedia ſenſibilium & ſpecierū ſunt ex numeris, aut ſimpliciter ſicut ex propriis principiis aut ſicut ex primis. Et hoc ideo dicit, quia ſecūdum unam uiam uidetur ꝙ numeri ſint immediata principia aliorum mathematicorum. Nam unum dicebant conſtituere punctum, binarium lineam, ternarium ſuperficiem, quaternarium corpus. Secundum uero aliam uiam uidentur reſolui mathematica in numeros, ſicut in prima principia & non in proxima. Nam corpora dicebant componi ex ſuperficiebus, ſuperficies ex lineis, lineas ex punctis, puncta autem ex unitatibus quæ conſtituunt numeros. Vtroq; autē modo ſequebatur numeros eſſe principia aliorum mathematicorū. Sicut igitur alia mathematica erant media inter ſenſibilia & ſpēs, ita neceſſarium eſt facere aliquod genus numeri quod ſit aliud a numeris q ſunt ſpecies, & a numeris qui ſunt ſubſtantia ſenſibilium: & quod de huiuſmodi numero ſit arithmetica, ſicut de proprio ſubiecto quæ eſt una mathematica

I rum, ſicut geometria de magnitudinibus mathematicis. Huc autem ponere uidetur ſuperfluum eſſe. Nam nulla ratio poterit aſſignari quare ſunt numeri medii { inter præſentia } .i. ſenſibilia & { eas } .ſ. ſpecies, cum tam ſenſibilia quã ſpecies ſint numeri.

Præterea utraq; unitas quæ eſt in dualitate, ex alio erit priore, ex ipſa inquam dualitate. At fieri nequit.

T c. 40. Paꝛt. 5. Amplius autem unitates quę ſunt in dualitate, utraque eſt ex aliqua priori dualitate, quamuis impoſſibile.

Hic ponit quartam rationem quæ talis eſt. Ea quæ ſunt in ſenſibilibus & in mathematicis ſunt cauſata ex ſpeciebus. Si igitur aliqua dualitas in ſenſibilibus & in mathematicis inuenitur, oportet q; utraq; unitas huius poſterioris dualitatis, ſit cauſata ex priori dualitate, quæ eſt ſpecies dualitatis. Et hoc eſt { impoſſibile } ſcilicet q; unitas ex dualitate cauſetur. k Hoc enim præcipue oportet dicere ſi unitates unius numeri ſint alterius ſpeciei ab unitatibus alterius, quia tunc à ſpecie ante illius numeri unitates, ſpecies ſortientur. Et ſic oportet q; unitates poſterioris dualitatis ſint cauſatæ ex priori dualitate.

Præterea propter quid numerus unum eſt cõprehenſus?

Part. 6. Amplius quare numerus ex his collectus eſt?

Hic ponit quintam rationem quæ talis eſt. Multa non cõueniunt ad unum conſtituendum, niſi propter aliquam cauſam quæ poteſt accipi uel extrinſeca, ſicut aliquod agens qđ coniungit uel intrinſeca, ſicut aliquod uinculum uniens. Vel ſi aliqua uniuntur per ſeipſa, oportet ut unum ſit, ut potentia. & aliud, ut actus. Nullum autem horum poteſt dici in unitatibus { quare numerus } .i. ex qua cauſa numerus erit quoddam { comprehenſum } .i. congregatum ex pluribus unitatibus, quaſi dicat non erit hoc aſſignare.

Inſuper ſi unitates diuerſę ſunt, oportebat eos perinde dicere, atque ii dicunt qui elementa quatuor aut duo aſſerunt eſſe. Nam horum non elemẽtum eſſe dicem, quiſq; ipſum commune, ueluti corpus, L ſed ignem ac terram, ſiue ſit ipſum commune corpus, ſiue non. Nunc autem perinde dicitur ac ſi unum ipſum ſimilium eſſet partium, ut ignis uel aqua. Quod ſi ita ſit, numeri ſubſtantiæ ſane non erunt. At patet ſi eſt quid unum ipſum, atq; ideſt principium, multipliciter unum dicit, ſecus enim eſt impoſſibile.

Te.cõ.41. part 7. Amplius autem cum dictis ſi ſint differẽtes unitates, oportebit ita dicere, quemadmodum & quicunq; elementa quatuor aut duo dicunt. Etenim horum quilibet non commune dicit elementum, ut corpus, ſed ignem & terram: ſiue ſit corpus cõmune ipſum, ſiue non. Nunc autem dicimus q; uno exiſtente quemadmodnm igne aut aqua ſimilium partium. Si uero ſic, non erunt ſubſtantiæ nu-
M meri. Sed palam, quia ſi commune eſt aliquod unũ ipſum, & hoc eſt principium, quare multipliciter dicitur ipſum unum, aliter eſt impoſſibile.

Hic ponit ſextam rationem quæ talis eſt. Si numeri ſunt ſpecies & ſubſtantiæ rerum, oportet ſicut præmiſſum eſt, dicere uel q; unitates ſint differentes aut conuenientes. Si autẽ differentes, ſequitur q; unitas inquantum unitas non ſit principium. Quod patet per ſimilitudinem ſumptam à naturalium poſitione. Naturales enim aliqui poſuerũt quatuor corpora eſſe principia. Quamuis autem commune ſit ipſis hoc quod eſt eſſe corpus, non tamen ponebant corpus commune eſſe principium, ſed magis ignem, terram, aquam & aerẽ, quæ ſunt corpora differentia. Vnde ſi unitates ſint differentes, quamuis omnes conueniant in ratione unitatis, non tamen erit dicendum q; ipſa unitas inquantum huiuſmodi ſit principium, quod eſt contra poſitionem Platonicorum. Nã nunc ab eis dicitur q; unum ſit principium, ſicut undecima N de naturalibus dicitur. q; ignis aut aqua aut aliquod corpus ſimilium partium principium ſit. Sed ſi hoc eſt uerum quod concluſum eſt contra poſitionem Platonicorum ſcilicet q; unum inquantum unum non ſit principium & ſubſtantia rerum, ſequeretur q; numeri non ſunt rerum ſubſtantia. Numerus enim non ponitur eſſe rerum ſubſtantia, niſi inquantum conſtituitur ex unitatibus, quæ dicuntur eſſe rerũ ſubſtantiæ. Quod iterum eſt contra poſitionem Platonicorum, quam nunc proſequitur, qua ſcilicet ponitur q; numeri ſint ſpecies. Si autem dicas q; omnes unitates ſunt indifferentes, ſequitur { q; omne } ideſt uniuerſum totum ſit aliquid unũ & idem, ex quo ſubſtantia rei cuiuslibet eſt ipſum unum q; eſt commune indifferens. Et ulterius ſequitur q; idem illud ſit unum principium omnium, quod eſt impoſſibile ratione ipſius rationis quæ de ſe eſt inopinabilis, ut ſcilicet ſint omnia unum ſm rationem ſubſtantiæ, tum quia includit contradictionem ex eo q; ponit unam eſſe ſubſtantiam rerum, & tamen ponit illud unum eſſe principium. Nam unum & idem O non eſt ſui ipſius principium, niſi forte dicatur q; unum multipliciter dicitur, ut diſtincto uno ponantur omnia eſſe unũ genere, & non ſpecie uel numero.

In principia autem ſubſtantias uolentes redigere: Longitudines quidem ex breui ac lũgo, paruo, magnoq; ponimus: et planum ex lato atque anguſto: Corpus autem ex profundo ac humili.

Volentes autem ſubſtantias ad principia reducere: Lõgitudines quidem enim ponimus ex producto & breui, & ex aliquo paruo & magno: & planũ ex lato & arto: corpus uero ex ꝓfundo & humili. Part. 8. T cõ 42.

Hic diſputat contra poſitionem Platonis quantũ ad hoc q; poſuit de magnitudinibus mathematicis. Et primo ponit eius poſitionem. Part. ſeq. Secundo obiicit contra ipſam, ibi: { Attamen quomodo habebit &c. } Dicit ergo primo q; Platonici uolentes rerum ſubſtantias reducere ad prima principia cum ipſas magnitudines dicerent eſſe ſubſtantias rerum ſenſibilium, lineam, ſuperficiem & corpus: iſtorum principia aſſignantes, putabant ſe rerum principia inueniſſe. Aſſignando autem magnitudinum principia, dicebant { longitudines } P ideſt lineas componi ex producto, & breui: eo q; principia rerum omnium ponebant eſſe contraria. Et quia lineæ eſt prima inter quantitates continuas, ei per prius attribuebant magnum & paruum, ut per hoc q; hæc duo ſunt principia lineæ ſint etiam principia aliarum magnitudinum. Dicit autem { Ex aliquo paruo & magno } quia paruum & magnum etiam in ſpeciebus ponebantur, ut dictum eſt, ſed ſecundum q; per ſitum determinatur & quodammodo particulari ad genus magnitudinum, conſtituunt primo lineam, & deinde alias magnitudines { Planum autem } .i. ſuperficiem eadẽ ratione dicebant componi ex lato & arto, & corpus ex profundo & humili.

Attamen quonam modo planum habebit lineã, aut ſolidum lineam atq; planum. Aliud eſt enim Q genus latum atq; anguſtum, & profundum ac humile. Vt igitur neq; numerus eſt in ipſis, quia multum ac paucum ab his eſt diuerſum, ſic patet nec aliud quicquam inſeris ſuperorum ineſſe. At uero neq; latum ipſum genus eſt ipſius profundi: eſſet enim corpus ipſum quid planum.

Attamen quomodo habebit aut planum lineã, Part. 9. aut ſolidum, lineam & planum? Aliud enim eſt genus & latum & artum & profundum & humile. Quemadmodum ergo nec numerus eſt in eis, quia multum & paucum ab his alterum, palã quia nec aliud nihil ſuperiorum inerit inferioribus. At uero nec genus profundi latum, Erit enim planum aliquod corpus.

Hic obiicit contra prædictam poſitionem duabus rationibus, quarum prima talis eſt. Quorum principia ſunt diuerſa, ipſa,

A ipſa etiam ſunt diuerſa: ſed principia dictarum magnitudinũ ſm prædictam poſitionem ſunt diuerſa. Latum enim & artũ quæ ponuntur principia ſuperficiei ſunt alterius generis, quã profundum & humile quæ ponuntur principia corporis. Et ſimiliter poteſt dici de longo & breui ꝙ differunt ab utroq;, ergo etiam linea & ſuperficies & corpus erunt adinuicem diſtincta. Quomodo ergo poterat dici ꝙ ſuperficies haberet in ſe lineam, & ꝙ corpus habeat lineam & ſuperficiem? Et ad huius rationis confirmationem inducit ſimile de numero. Multum enim & paucum quæ ſimili ratione ponuntur principia rerum, ſunt alterius generis à longo & breui, lato, & ſtricto, & profundo & humili. Et ideo numerus non cõtinetur in his magnitudinibus, ſed eſt ſeparatus per ſe. Vnde & eadem ratione nec ſuperius inter prædicta erit etiam in inferioribus, ſicut linea non in ſuperficie, nec ſuperficies in corpore. Sed quia poſſet dici ꝙ quædam prædictorum contrariorum ſunt genera aliorum, ſicut quod longum eſſet lati genus, & latum genus profundi. Hoc remouet tali ratione. Sicut ſe habent principalia adinuicẽ, & principiata. Si igitur latum eſt genus profundi, & ſuperficies erit genus corporis. Et ita corpus erit B aliquod planum, ideſt aliqua ſpecies ſuperficiei. quod patet eſſe falſum.

Præterea ex quonam inerunt puncta. Atq; huic generi Plato aduerſabatur, eſſeq; geometriam opinionem dicebat, ſed principium lineæ uocabat, idq; lineas indiuiduas perſæpe ponebat, & tamẽ harum finem, quendam eſſe neceſſe eſt: quare ex ea ratione qua linea eſt, & punctum etiam eſt.

T.cõ.43. Parte 10. Amplius puncta ex quo exiſtunt, huic quidem generi & Plato oppugnabat tanquam exiſtente geometrico dogmate, ſed lineæ principiũ uocabat. Hic autem multoties indiuiſibiles lineas poſuit, quãuis neceſſe eſt aliquid horum eſſe. Quare ex qua ratione linea eſt, & punctum eſt.

Hic ponit ſecundam rationem quæ ſumitur ex punctis, circa quam Plato uidetur dupliciter deliquiſſe. Primo quidem quia cum punctus ſit terminus lineæ ſicut linea ſuperficiei, & ſuperficies corporis, ſicut poſuit aliqua principia ex quibus cõ C ponuntur prædicta, ita debuit aliquid ponere ex quo exiſterent poncta, qood uidetur prætermiſiſſet. Secondo quia circa puncta uidebatur diuerſimode ſentire. Quandoque enim contendebat totam doctrinam geometricam de hoc genere exiſtere ſcilicet de punctis, inquantum ſcilicet puncta ponebat principia & ſubſtantiam omnium magnitudinum. Et hoc nõ ſolum implicite, ſed etiam explicite punctum uocabat principium lineæ, ſic ipſum diffiniens. Multoties uero dicebat ꝙ lineæ indiuiſibiles eſſent principia linearum, & aliarum magnitudinum, & hoc genus eſſe de quo ſit geometria ſcilicet lineæ inuiſibiles. Et tamen per hoc ꝙ ponit ex lineis indiuiſibilibus componi omnes magnitudines, noo euadit quin magnitudines componantor ex punctis, & quin pũcta ſint principia magnitudinom. Linearum enim indiuiſibiliom neceſſarium eſſe aliquos terminos, qui non poſſunt eſſe niſi puncta. Vn-D de ex qua ratione ponitur linea indiuiſibilis principium magnitudinum, ex eadem ratione & pũctum principium magnitudinis ponitur.

Lectio. X V I I.

Omnino autem philoſophia quærente manifeſtarum cauſam rerum, hanc quidem omiſimus. Nihil enim de cauſa dicimus unde eſt mutationis principium. Subſtantiam autem ipſarum dicere putantes alias quidem ſubſtantias eſſe dicimus. Quomodo autem harum illę ſunt cauſæ dicere uane uidemur. Eſſe enim participes, ut antea diximus, nihil eſſe uidetur: neque id etiam, quod circa ſcientias cauſam eſſe uidemus, propter quod & omnis mens & omnis natura facit: & quod unum principiorum dicimus eſſe, ideæ, formæque tangunt, ſed mathematicæ ſcientię hiſce qui hac tempeſtate ſunt philoſophi fuerunt: quãquam inquiunt aliorum gratia ipſarũ ſtudio uacare oportere. E

T.cõ 44. part. pria. OMnino autem ſapientia de manifeſtis cauſam inquirente, hoc quidem prætermiſimus. Nihil enim de cauſa dicimus unde principium eſt tranſmutationis. Horum autem ſubſtantiam dicere putantes ipſorum, alias quidem ſubſtantias dicimus eſſe. Quomodo uero illæ ſubſtantiæ horum uane dicimus. Nam & participare, ſicut prius, diximus, nihil eſt. Nec quam in ſcientiis uidemus exiſtens cauſa, propter quam omnis intellectus & omnis natura facit, nec hanc cauſam quam modo dicimus eſſe unum principiorum, nihil tãgunt ſpecies. Sed facta eſt mathematica præſentibus philoſophia dicentium aliorum gratia ea oportere tractari.

HIC improbat poſitionem Platonis quantum ad hoc ꝙ ponebat de rerum principiis. Et primo quantum ad hoc ꝙ po- F nebat principia eſſendi. Secundo quantum ad hoc ꝙ ponebat principia cognoſcendi, ibi: { Quomodo autem aliquis &c. } Parte. 8. Lec huius Oſtẽdit. 6. rationibus Platonẽ errasse circa principia eſſendi &c. Circa primum ponit ſex rationes, quarum prima ſumitur ex hoc ꝙ genera cauſarum prætermittebat. Vnde dicit ꝙ { omnino ſapientia } ſcilicet philoſophia habet inquirere cauſas { de manifeſtis } ideſt de his quæ ſenſui apparent. Ex hoc.n. homines inceperunt philoſophari ꝙ cauſas inquiſiuerunt, ut in proœmio dictum eſt. Platonici autem quibus ſe connumerat, rerum principia prætermiſerunt, quia nihil dixerunt de cauſa efficiente quæ eſt principium tranſmutationis. Cauſam uero formalem putauerunt ſe aſsignare ponentes ideas. Sed dum ipſi putauerunt ſe dicere ſubſtantiam eorum ſcilicet ſenſibilium, dixerunt quaſdam eſſe alias ſubſtantias ſeparatas ab iſtis diuerſas. Modus autem quo, aſſignabant illa ſeparata eſſe ſubſtantias horum ſenſibilium { eſt ſuperuacuus } ideſt efficaciam non habens nec ueritatem. Dicebant enim quód ſpecies ſunt ſubſtantiæ eorum inquantum ab iſtis participantur. Sed hoc ꝙ de participatione dicebãt, nihil eſt ſicut ex ſupradictis patet. Item ſpecies quas ipſi ponebant non tangunt cauſam finalem, quod tamen uidemus in aliquibus ſcientiis quæ demõ- G ſtrant per cauſam finalem, & propter quam cauſam omne agens per intellectum & agens per naturam operatur, ut .ii. phyſicorum oſtenſum eſt. Et ſicut ponendo ſpecies non tangunt cauſam quæ dicitur finis, ita nec cauſam quæ dicitur principium ſcilicet efficientem quæ fini quaſi opponitur. Sed Platonicis prætermittentibus huiuſmodi cauſas facta ſunt naturalia, ac ſi eſſent mathematica ſine motu, dum principium & finem motus prætermittebant. Vnde & dicebant ꝙ mathematica debent tractari non ſolum propter ſeipſa, ſed aliorum gratia id eſt naturalium, inquantum paſſiones mathematicorum ſenſibilibus attribuebant.

Præterea ſubſtantiam ipſam ſubiectam ut materiam mathematicam quiſpiam magis exiſtimabit, & prędicari magis ſubſtantiæq;, atq; materiæ differentiam, q̃ materiam eſſe, magnum inquã ipſum ac paruum, quemadmodum & naturales rarum dicũt & H denſum, primas hæc aſſerentes ſubiecti differentias eſſe. Hæc enim exceſsus quidam ſunt & defectus.

Te.cõ 45. Parte. 1. Part. 3. Amplius autem ſubſtantiam ſubiectam ut materiam, magis mathematicam aliquis ſuſcipiet, & magis prædicari & differentiam eſſe ſubſtantiæ & materiei, ut magnum & paruum: ſicut phyſiologi aiũt rarum & ſpiſſum primas ſubiecti dicentes eſſe differentias has. Hæc autem ſuperabundantię ſunt quędam & defectio.

Hic ponit ſecundam rõnem, quæ talis eſt. Illud quod ponitur tanquam rei materia magis eſt ſubſtantia rei & prædicabile de re q̃ illud qood eſt ſeparatum a re, ſed ſpecies eſt ſeparata à rebus ſenſibilibus, ergo ſm Platonicorum opinionem

I magis aliquis ſuſcipiet ſubſtantiam ſubiectam, ut materiã eſſe ſubſtantiam mathematicorum q̃ ſpeciem ſepararam. Magis etiam ſuſcipiet eam prædicari de re ſenſibili q̃ ſpeciem prædictam. Platonici enim ponebant magnum & paruum eſſe differentiam ſubſtantiæ & materiei. Hæc enim duo principia ponebant ex parte materiæ ſicut naturales ponentes rarum & denſum eſſe primas differẽtias { ſubiecti } ideſt materiæ, per quas.ſ. materia tranſmutabatur, dicentes eas quodãmodo ſ. magnum & paruum. Quod ex hoc patet quia rarum & denſum ſunt quædam ſuperabundãtia & defectio. Spiſſum enim eſt quod habet multum de materia ſub eiſdem dimenſionibus. Rarum q̃d parum Et tamen Platonici ſubſtantiam rerũ ſenſibilium magis dicebant ſpecies quam mathematica, & magis prædicari.

De motu uero quid putare oportet? Si motus hæc ſunt ferme mouebuntur ut patet. Sin uero nõ ſunt, unde motus acceſſit? Tota nanq; conſideratio
K de natura ſublata eſt.

Parte.3. T.c.5.4. Et de motu, Si quidem hęc erit motus, palã quia mouentur ſpecies: ſin autem, unde uenit? Tota nãque de natura auſertur perſcrutatio.

Hic ponit tertiam rationem quæ talis eſt. Si ea quæ ſunt in ſenſibilibus cauſantur a ſpeciebus ſeparatis, neceſſarium eſt dicere q̃ ſit in ſpeciebus idea motus, aut non. Si eſt ibi aliqua ſpecies & idea motus, etiam conſtat q̃ non poteſt eſſe motus ſine eo quod mouetur, neceſſe erit quod ſpecies moueantur, quod eſt contra Platonicorum opinionem qui ponebant ſpecies immobiles. Si autem non ſit idea motus. Ea autem quæ ſunt in ſenſibilibus cauſantur ab ideis, non erit aſſignare cauſam unde motus ueniat ad iſta ſenſibilia Et ſic auſertur tota perſcrutatio ſcientiæ naturalis, quæ inquirit de rebus mobilibus.

Id pręterea non fit, quod facile eſſe uidetur, unũ inquam eſſe omnia demonſtrare. Nõ enim ipſa deſignatione unum omnia fiũt, ſed ipſum quid unum
L ſi quiſpiam omnia præſtet, & neque etiam hoc, niſi ipſum uniuerſale genus dederit eſſe, hoc autẽ quibuſdam accommodari non poteſt.

Parte.4. Et quod uidetur facile eſſe monſtrare, q̃ unum omnia non ſint. Expoſitione enim oĩa unum fiunt. Sed id aliquid unũ ſi quis dicat omnia, & nec hoc ſi non dat genus uniuerſale eſſe. Hoc autem in quibuſdam impoſſibile.

Hic ponit quartam rationem, quæ talis eſt. Si unum eſſet ſubſtantia rerum omnium ſicut Platonici poſuerunt, oporteret dicere quod omnia ſint unum, ſicut & naturales qui ponebant ſubſtantiam omnium eſſe aquã, & ſic de elementis aliis. Sed facile eſt monſtrare q̃ omnia non ſunt unum, ergo poſitio quæ ponit ſubſtantiam omnium eſſe unum, eſt improbabilis. Si autem aliquis dicat quòd ex poſitione Platonis nõ ſequitur q̃ omnia ſint unum ſimpliciter, ſed aliquod unum, ſi
M cut dicimus aliqua eſſe unum ſm genus, uel ſecundũ ſpeciem, ſi quis, uelit dicere ſic omnia eſſe unum, nec hoc etiam poterit ſuſtinere, niſi hoc quod dico unum ſit genus, uel uniuerſale omnium. Per hunc enim modum poſſemus dicere omnia eſſe unum ſpecialiter, ſicut dicimus hominem & aſinum eſſe animal ſubſtantialiter. Hoc autem quibuſdam uidetur impoſſibile.ſ. q̃ ſit unum genus omnium, quia oporteret, q̃ differentia diuiſiua huius generis nõ eſſet una, ut in tertio dicetur, ergo nullo modo poteſt poni q̃ ſubſtantia rerum oĩum ſit unum.

At uero neq; rationem ullam habent longitudines plana ac ſolida, quæ ſunt poſt numeros, quonã pacto ſunt aut erunt, neq; uim ullam habent. Hæc enim neq; formę eſſe poſſunt, quippe cum non ſint numeri: neq; media, illa enĩ ſunt mathematica: neq; ea quę corrumpũtur. Sed rurſus quartũ hoc aliud genus emerget.

Parte.5. Nullam nanque rationem habent, nec quæ ſunt poſt numeros longitudines, latitudines, ſolida nec quæ modo ſunt aut futura ſunt, nec ſi aliquam habent poteſtatem. Hæc enim nec ſpecies poſſibile eſſe, non enim ſunt numeri. Nec inter media, ſunt.n. aliæ mathematica. Nec corruptibilia. Sed rurſum quartum uidetur hoc aliquod genus. N

Hic ponit quintam rationem, quæ talis eſt. Plato ponebat poſt numeros, longitudines & latitudines & ſoliditates eſſe ſubſtãtias rerum ſenſibilium, ex quibus ſcilicet corpora componerentur. Hoc autem ſecundum Platonis poſitionem nullam rationem habere uidetur, quare debeant poni nec in præſenti nec in futuro. Nec etiam uidetur habere aliquam poteſtatem ad hoc q̃ ſint ſenſibilium cauſæ. Per { præſentia } enĩ hic oportet intelligi immobilia, quia ſemper eodem modo ſe habẽt. Per { futura } autem corruptibilia & generabilia quæ eſſe habent poſt non eſſe. Quod ſic patet. Plato enim ponebat tria genera rerum ſcilicet ſenſibilia & ſpecies & mathematica quæ media ſunt. Huiuſmodi autem lineæ & ſuperficies ex quibus componuntur corpora ſenſibilia non eſt poſſibile eſſe ſpecies, quia ſpecies ſunt numeri eſſentialiter. Huiuſmodi O autem ſunt poſt numeros. Nec iterum poteſt dici q̃ ſunt intermedia inter ſpecies & ſenſibilia. Huiuſmodi enim ſunt entia mathematica, & à ſenſibilibus ſeparata, quod non poteſt dici de illis lineis & ſuperficiebus ex quibus corpora ſenſibilia componuntur. Nec iterum poſſunt eſſe ſenſibilia. Nam ſenſibilia ſunt corruptibilia, huiuſmodi autem incorruptibilia ſunt, ut infra probabitur in tertio. Ergo uel iſta nihil ſunt uel ſunt quartum aliquod genus entium, quod Plato prætermiſit.

Omnino autem fieri non poteſt, ut elementa eorum quæ ſunt quiſquam inueniat quęrendo, ſi nõ ipſa cum multipliciter dicantur diſtinxerit: pręſertim ſi hoc modo quærat, ex quibus nam ſint elemẽtis. Fieri enim non poteſt, ut ea ex quibus actio conſtat, aut paſſio, aut curuum, aut rectum accipiantur, ſed ſubſtantiarum tantummodo ſumi poſſunt. P Quare rerum omnium elemẽta quærere, aut habere putare, ſuperuacaneum eſt, & non uerum.

Et omnino exiſtentium quærere elementa, non diuidentem multipliciter dicta, inuenire impoſſibile eſt. Et aliter ſecundum hunc modum quærentes ex quibus ſunt elementis. Ex quibus enim facere aut pati, aut ipſum rectum non eſt accipere. Sed ſiquidem ſubſtantiarum ſolum eſſe contingit, tunc quidem exiſtentium omnium elementa quærere aut putare habere non eſt uerum. Parte.6. T.c.5.47.

Hic ponit ſextam rationem quæ talis eſt. Impoſſibile eſt inuenire principia alicuius multipliciter dicti, niſi multiplicitas diuidatur. Ea enim quæ ſolo nomine conuenientia ſunt, Q & differunt ratione, non poſſunt habere principia cõmunia, quia ſic haberent rationem eandem, cum rei cuiuſcunque ratio ex ſuis principiis ſumatur. Diſtincta autem principia his quibus ſolum nomen commune eſt, aſſignari impoſſibile eſt, niſi his quorum principia ſunt aſſignanda adinuicem diuerſis. Cum igitur ens multipliciter dicatur & non uniuoce de ſubſtantia & aliis generibus, inconuenienter aſſignat Plato principia exiſtentium, non diuidendo abinuicem entia. Sed quia aliquis poſſet aliquibus ratione differentibus, quibus nomen commune eſt principia aſſignare, ſingulis propria principia coaptando, ſine hoc q̃ nominis communis multiplicitatem diſtingueret, hoc etiam Platonici non fecerunt. Vnde { & aliter } ideſt alia ratione inconuenienter rerum principia aſſignauerunt quærentes ex quibus elementis ſunt entia, ſecundum hunc modum quo quæſierunt, ut ſcilicet non omnibus entibus ſufficientia principia aſſignarent. Non enim ex eorum dictis eſt accipere ex quibus principiis eſt agere, aut pati, aut curuum, aut rectum, aut alia huiuſmodi accidentia. Aſſignabant enim ſolum principia ſubſtantiarum, accidentia prætermittentes. Sed ſi aliquis defendendo Platonem dice-

A re uellet, q tūc contingit omniom entium elementa eſſe acquiſita aut inuenta, quando contingit ſolarum ſubſtantiarū principia habita eſſe uel inuenta, hoc opinari non eſt uerum. Nam licet principia ſubſtantiarum etiam quodammodo ſint principia accidentium: tamen accidētia propria principia habent. Nec ſunt omnibus modis omnium generum eadē principia, ut oſtendetur infra. xi. uel. xii. huius.

Quonam etiam pacto quiſpiam elementa omnium diſcet? Patet enim antecedere non poſſe cognitionem. Nam ut is qui geometriam diſcit, alia quidem ante cognoſcere poteſt, nihil autem eorū quorum eſt ſcientia, & quę ſunt ſibi diſcēda prius cognoſcit: ſic & in aliis fieri ſolet. Quare ſi omniū aliqua ſcientia eſt, qualem inquiunt quidam, nihil is antea ſane cognoſcit. Omnis tamen diſciplina p antea nota, aut omnia aut aliqua fit: & aut per demonſtrationem, aut per diffinitiones efficitur. Ea enim ex quibus diffinitio conſtat, antea cognoſcan-

B tur & ſint nota oportet: ſimiliter & ea quæ fit per inductionem.

Text. 8. Quomodo autem aliquis diſcet omnium elementa? Palam enim quia non eſt poſſibile præexiſtere cognoſcentem prius. Sicut enim geometrizare diſcentem, alia quidem oportet pręſcire, quorū autem ſcientia, & de quibus futuris eſt diſcere, nō prænoſcit: ita & in aliis. Quare ſi qua eſt omnium ſcientia, & de quibus oportet, ut quidam aiunt, ni-

T.c. 48. hil utiq; hic præexiſtit cognoſcens. Quamuis ſit omnis diſciplina per præcognita, aut omnia, aut quędam: aut per demonſtrationem, aut per diffinitiones. Oportet enim ex quibus eſt diffinitio pręſcire & eſſe nota. Similiter autem & quę per inductionem.

Obiectio. 4. rationibus Platonis ... eſſe circa principia cognoſcendi.

Diſputat contra Platonem quantum ad hoc q ponebat ideas eſſe principia ſcientiæ in nobis. Et ponit quatuor rationes, quarum prima eſt. Si ex ipſis ideis ſcientia in nobis cauſatur, non contingeret addiſcere rerum principia. Conſtat au-

C tem quod addiſcimus. Ergo ex ipſis ideis ſcientia non cauſatur in nobis. Quod autem non contingeret aliquid addiſcere ſic probat. Nullus enim præcognoſcit illud quod addiſcere debet, ſicut geometra, & ſi præcognoſcat alia quæ ſunt neceſſaria ad demonſtrandum, tamen ea quæ debet addiſcere non debet præcognoſcere. Et ſimiliter eſt in aliis ſcientiis. Sed ſi ideæ ſunt cauſa ſcientiæ in nobis, oportet q omnium ſcientiam habeant, quia ideæ ſunt rationes omnium ſcibiliū, ergo non poſſumus aliquid addiſcere niſi aliquis dicatur addiſcere illud quod prius præcognouit. Vnde ſi ponatur q aliquis addiſcat, oportet q non præexiſtat cognoſcens illa quæ addiſcit, ſed quædam alia cum quibus fiat diſciplinatus. i. addiſcens per præcognita { omnia } ideſt uniuerſalia { aut quædam } ideſt ſingularia. Vniuerſalia quidem ſicut in his quæ addiſcuntur per demonſtrationem & diffinitionem. Nā oportet ſicut in demonſtrationibus ita in diffinitionibus eſſe

D præcognita ea ex quibus diffinitiones fiunt, quæ ſunt uniuerſalia. Singularia uero oportet eſſe præcognita in his quæ diſcuntur per inductionem.

Atqui ſi eſt iſta nobis, mirabile eſt profecto quo pacto nos latet potiſſimam ſcientiarum habere.

T.c. 49. parte. 9. Sed ſi eſt exiſtens connaturalis, mirū quomodo obliuiſcimur habentes potiſſimam ſcientiarum.

Hic ponit ſecundam rationem quæ talis eſt. Si ideæ ſunt cauſa ſcientiæ, oportet noſtram ſcientiam eſſe nobis connaturalem. Senſibilia enim per hæc naturam propriam adipiſcuntur, quia ideas participant ſecundum Platonicos. Sed potiſſima diſciplina ſiue cognitio eſt illa quæ eſt nobis connaturalis, nec eius poſſumus obliuiſci. ſicut patet in cognitione primorum principiorum demonſtrationis, quæ nullus ignorat, ergo nullo modo poſſumus omnium ſcientiam ab ideis in nobis cauſatam obliuiſci. Quod eſt contra Platonicos, qui dicebant q anima ex unione ad corpus obliuiſcitur ſcientiæ quam naturaliter de omnibus habet, & poſtea per diſciplinā addiſcit homo illud quod eſt prius notum, quaſi addiſcere nihil ſit niſi reminiſci. E

Pręterea quonam pacto quiſpiam cognoſcet ex quibus ſunt omnia? & quonam modo patebit? Hoc enim habet dubitationem. Dubitauerit enim quiſpiam, perinde atque circa etiam ſyllabas quaſdam. Nam quidam xa ſyllabam ex c. & s. & a. conſtare dicunt, quidam alterum ſonum ipſius proprium inquiunt eſſe, & nullum eorum qui non ſunt.

Amplius autem quomodo aliquis cognoſcit ex quibus eſt, & quomodo eſt manifeſtum? Etenim hoc habet dubitationem. Ambiget enim aliquis quemadmodum & circa quaſdam ſyllabas. Hi nāque ſyma ex. ſ. y. m. & a. dicunt eſſe: alii uero quendam ſonum alium dicunt eſſe, & cognitorum nullum. parte. 10. F

Hic ponit tertiam rationem quæ talis eſt. Ad rerum cognitionem requiritur q homo non ſolum cognoſcat formas rerum, ſed etiam principia materialia ex quibus componitur. Quod ex hoc patet quia de his interdum contingit eſſe dubitationem, ſicut de hac ſyllaba ſyma, quidam dubitant utrum ſit cōpoſita ex quatuor literis. ſ. s. y. m. a. aut ſit una litera præter omnes prædictas habens proprium ſonum. Sed ex ideis non poſſunt cognoſci niſi principia formalia, quia ideæ ſunt formæ rerum, ergo non ſunt ſufficientes cauſæ cognitionis rerom, principiis materialibos remanentibus ignotis.

Pręterea quonam modo quiſpiam ſenſum non habens, ea quorum eſt ſenſus cognoſcet. Oportebat tamen ſi omnium ea ſunt elementa, ex quibus perinde atque compoſitę uoces ex elementis propriis conſtat.

G

Amplius autem & quorum eſt ſenſus hęc quomodo aliquis non habens ſenſum cognoſcet? quāuis oporteat, ſi omnium ſunt elementa, ex quibus quemadmodum compoſitæ ſunt uoces ex elementis propriis. part. 11.

Hic ponit quartam rationem quæ talis eſt. Ad cognitionem rerum oportet de ſenſibilibus notitiā habere, quia ſenſibilia ſunt manifeſta elementa materialia omnium rerum, ex quibus componuntur, ſicut uoces compoſitæ ut ſyllabe & dictiones componuntor ex propriis elementis. Si igitur per ideas ſcientia in nobis cauſatur, oportet q per ideas cauſetur in nobis cognitio ſenſibilium. Cognitio autem in nobis cauſata ex ideis ſine ſenſu eſt accepta, quia per ſenſum non habemus habitudinem ad ideas. In cognoſcendo ergo ſequitur q aliquis non habens ſenſum poſſit cognoſcere ſenſibilia, quod patet eſſe falſum. Nam cæcus natus non poteſt habere ſcientiam de coloribus.

H Ex his igitur quę prius ſunt dicta, patet eas uniuerſos uideri cauſas quęrere, quamuis obſcure, quas in naturalibus diximus: nullamq; nos aliam pręter illas dicere poſſe: atq; prius partim omnes, partim nullo modo dictas fuiſſe. Prima nāq; philoſophia, ut noua quędam primoq; orta balbutiens de omnibus eſſe uidetur. Nam & Empedocl. os ratione conſtare dicit, hoc autem eſt quidditas rei ſubſtantiaue. Atqui ſimiliter & carnis cęterorumque cuiuſq; rationem, uel nullius eſſe oportet. Ob hoc enim & caro, & os, & unumquodque cæterorum eſt: & non ob materiam, quam ille terram, ignem, aerem, atq; aquam eſſe dicit. Verū hęc ille ſi alius diceret, neceſſario conceſſiſſet, dilucide uero

I non dixit. Sed de his quidem & prius eſt declaratũ. Nunc autem redeamus, ea rurſus allaturi, quæ de eiſdem quiſpiã dubitauit. Ex ipſis enim facultatem ad poſteriores dubitationes forſitan conſequemur.

Te.cõ.50 Parte 2. Quoniam ergo dictas cauſas in phyſicis quęrere uiſi ſunt omnes, & extra has nullam habemus dicere, palam ex prius dictis. Sed obſcure hæc & modo quodam omnes prius dictę ſunt, modo uero quodam nullatenus.

Te cõ.51. Balbutiens uero uiſa prima philoſophia de omnibus, uelut noua exiſtens circa pricipium & primum. Quoniam & Empedoc. oſſi dicit ineſſe rationes. Hoc autem eſt quod quid erat eſſe & ſubſtantia rei. At uero ſimiliter neceſſarium & carnis & aliorum ſingulorum eſſe rationem, aut nihil. propter hoc enim & caro & os eſt & aliorum unumquodq;, & non propter materiam quam ille dicit ignem, & terram, & aerem, & aquam. Sed hoc

K alio dicente quidẽ ſimiliter dixit ex neceſſitate, manifeſte uero non dixit. De talibus quidem igitur prius eſt oſtenſum. Quæcunque uero de ipſis his dubitabit aliquis, reſumamus iterum. Nam forſan ex ipſis aliquid inueſtigabimus ad poſteriores dubitationes.

Lib. ſoſe. T cõ 17. & inde. Hic colligit ea quæ ab antiquis de principiis dicta ſunt, dicens quod ex prius dictis eſt manifeſtum, ꝙ antiqui philoſophi conati ſunt quærere cauſas a nobis in libro phyſicorum determinatas, & ꝙ per dicta eorum non habemus aliquã cauſam extra cauſas ibi declaratas. Has autem cauſas obſcure dixerunt, & quodammodo omnes ab eis ſunt tactæ, quodammodo uero nullam earum tetigerunt. Sicut enim pueri de nouo loqui incipientes imperfecte & balbutiendo loquuntur, ita philoſophia priorum philoſophorũ noua exiſtẽs, uiſa eſt balbutiendo & imperfecte de omnibus loqui circa principia. Qđ

L in hoc patet, ꝙ Empedoc. primo dixit ꝙ oſſa habent quãdam rationem ideſt commixtionem proportionis, quæ quidem ratio eſt ꝙ quid eſt & ſubſtantia rei. Sed ſimiliter neceſſarium eſt de carne & de ſingulis aliorum, aut de nullo. Omnia enim iſta ex elementis commixta ſunt. Et propter hoc patet ꝙ caro & os & omnia huiuſmodi non ſunt id quod ſunt, propter materiam quæ ab eo ponitur quatuor elementa, ſed propter hoc principium ſcilicet formale. Hoc autem Empedo. quaſi ex neceſſitate ueritatis coactus poſuit aliquo alio expreſſius iſta dicente, ſed ipſe manifeſte non expreſſit. Et ſicut expreſſe non manifeſtauerunt naturam formæ, ita nec materiæ, ut ſupra de Anaxagora dictum eſt. Et ſimiliter nec alicuius alterius principii. De talibus ergo quæ ab aliis imperfecte dicta ſunt, dictum eſt prius. Iterum autem in tertio libro recapitulabimus de iſtis quæcunque circa hoc poteſt aliquis dubitare ad unam partem uel ad aliam. Ex talibus enim du-

M bitationibus forſitan inueſtigabimus aliquid utile ad dubitationes, quas poſterius per totam ſcientiam proſequi & determinare oportet.

Lectio. I.

ARISTOTELIS STRAGYritæ Tex. libri ſecundi Metaphyſicæ.

CONtemplatio ueritatis, partim difficilis partim facilis eſt.

Tex.cõ.1. parte pria DE ueritate quidẽ theoria, id eſt cõtemplatio ſic difficilis eſt, ſic uero facilis.

Scibilis de ueritate du pliciter POSTQVAM Philoſophus reprobauit opiniones antiquorum philoſophorũ de primis principiis rerum, circa quæ uerſatur principaliter Philoſophi prima intentio, hic accedit ad determinandum ueritatem. Aliter autẽ ſe habet conſideratio philoſophiæ primæ circa ueritatem, & aliarum particularium ſcientiarum. Nam unaquæque parti- N cularis ſcientia conſiderat quandam particularem ueritatem circa determinatum genus entium, ut geometria circa rerũ magnitudines, Arithmetica circa numeros. Sed philoſophia prima conſiderat uniuerſalem ueritatem entium. Et ideo ad hũc philoſophum pertinet cõſiderare, quomodo ſe habeat homo ad ueritatem cognoſcendam. Diuiditur ergo iſta pars in partes duas. In prima parte determinat ea quæ pertinent ad conſiderationem uniuerſalis ueritatis. In ſecunda incipit inquirere ueritatem de primis principiis & omnibus aliis, ad quæ extenditur huius philoſophiæ conſideratio, & hoc in tertio libro qui incipit { Neceſſe eſt nobis acquiſitam ſcientiam &c. }. Prima autem pars diuiditur in partes tres. In prima dicit qualiter ſe habet homo ad conſiderationem ueritatis. In ſecunda oſtendit ad quam ſcientiam principaliter pertineat cognitio ueritatis. ibi: { Vocari uero philoſophiam ueritatis &c. } In tertia parte oſtendit modum conſiderandæ ueritatis, ibi: { Contingunt autem auditiones &c. } Circa primum tria facit. Primo oſtendit facilitatem exiſtentem in cognitione ueritatis. Secundo oſtendit cauſam difficultatis. ibi: { Forſan au- O tem ex difficultate &c. } Tertio oſtendit quomodo homines ſe inuicem iuuant ad cognoſcendum ueritatem, ibi: Lect. 2. huius ſecũdi. { non ſolum autem his dicere &c. } Circa primum duo facit. Lect. ultima huius Primo proponit intentum dicens ꝙ { theoria } idest cõ parte 6. ſideratio uel ſpeculatio de ueritate quodammodo eſt facilis, Lect. hui⁹. & quodammodo difficilis. Secundo ibi. parte. 8.

Lec. huius Indicium autem eſt, neq; digne quẽquam ipſam conſequi poſſe, neq; uniuerſos etiam aberrare: ſed quẽque de natura aliquid dicere.

Parte. 2. Signum autem, nec digne nullus adipiſci ipſam poſſe, nec omnes fallere, ſed unumquenque aliquid de natura dicere.

Manifeſtat propoſitum, & primo quãtum ad facilitatem. Secundo quantum ad difficultatem. ibi: { Habere autem to- P tum & partem &c. } Facilitatem autem in conſiderando ueritatem oſtendit tripliciter. Primo quidem hoc ſigno, quod licet nullus homo ueritatis perfectam cognitionẽ adipiſci poſſit, tamen nullus homo eſt ita expers ueritatis, quin aliquid de ueritate cognoſcat. Quod ex hoc apparet ꝙ unuſquiſq; poteſt enuntiare de ueritate & natura rerum, quod eſt ſignum conſiderationis interioris. Secundum ſignum ponit ibi.

Et ſingulos quidem nihil, aut parum ad ipſam conferre: ex omnibus autem congeſtus, magnitudinem quandam emergere.

Et ſecundum unumquẽq; quidem nihil aut pa- Parte. 3. rum ei immittere, de omnibus autem coarticulatis fieri magnitudinem aliquam. Q

Dicens ꝙ licet id quod unus homo poteſt immittere uel apponere ad cognitionem ueritatis ſuo ſtudio & ingenio, ſit aliquid paruum per comparationem ad totam conſiderationem ueritatis, tamen illud quod aggregatur ex omnibus { coarticulatis } idest exquiſitis & collectis fit aliquid magnum, ut poteſt apparere in ſingulis artibus quæ per diuerſorum ſtudia & ingenia ad mirabile incrementum peruenerunt. Tertio manifeſtat idem per quoddam exemplum uulgaris prouerbii ibi.

Quare ſi ita ſeſe habere uidetur, ut dicere prouerbio conſueuimus; quis nam oſtium non attinget? hoc quidem pacto facilis erit.

Prouerbia Parte. 4. Quare ſi uidetur habere ut prouerbialiter dicimus. In foribus quis delinquet? ſi quidem utique erit facilis.

Concludens ex præmiſſis ꝙ ex quo unuſquiſq; poteſt cognoſcere de ueritate, licet parum, ita ſe habere uidetur in cognitione ueritatis, ſicut prouerbialiter dicitur. In { fori-

A bus }. .i. in ianuis domorum quis delinquet. Interiora enim domus difficile eſt ſcire, & circa ea facile eſt hominem decipi ſed ſicut circa ipſum introitum domus qui omnibus patet & primo occurrit, nullus decipitur, ita etiam eſt in conſideratione ueritatis. Nam ea per quæ intratur in cognitioné aliorum nota ſunt omnibus, & nullus circa ea decipitur. Huiuſmodi autem ſunt prima principia naturaliter nota, ut non eſſe ſe ſimul affirmare & negare, & ꝙ omne totum eſt maius ſua parte, & ſimilia. Circa concluſiones uero ad quas per huiuſmodi quaſi per ianuam intratur, contingit multoties errare. Sic igitur cognitio ueritatis eſt facilis, inquantum. ſ. ad minus iſtud modicum, quod eſt principium per ſe notum, per quod intratur ad ueritatem, eſt omnibus per ſe notum. Deinde cum dicit.

Ad totum ac partem habere non poſſe, id difficultatem ipſius oſtendit.

Parte. 5. **Habere autem totum & partem non poſſe, difficultatem eius oſtendit.**

B

Manifeſtat difficultatem, dicens ꝙ hoc oſtendit difficultatem quæ eſt in conſideratione ueritatis, quia non poſſumus habere circa ueritatem totum & partem. Ad cuius euidentiã conſiderandum eſt quod hic dixit omnibus eſſe notum, per quod in alia introitur. Eſt autem duplex uia procedendi ad cognitionem ueritatis. Vna quidé per modum reſolutionis, ſm quam procedimus à compoſitis ad ſimplicia, & à toto ad partem, ſicut dicitur in primo phyſicorum, ꝙ confuſa ſunt prius nobis nota. (T. c. 3.) Et in hac uia perficitur cognitio ueritatis, quando peruenitur ad ſingulas partes diſtincte cognoſcendas. Alia eſt uia compoſitionis per quam procedimus à ſimplicibus ad compoſita, qua perficitur cognitio ueritatis cum peruenitur ad totum. Sic igitur hoc ipſum ꝙ homo non poteſt in rebus perfecte totum & partem cognoſcere, oſtendit difficultatem conſiderandæ ueritatis ſecundum utranq; uiã. Deinde cum dicit.

Fortaſſe autem cum difficultas duobus ſit mo-
C dis non in rebus, ſed in nobiſipſis difficultatis eſt cauſa. Nam ut ueſpertilionum oculi ſeſe habent ad lucem diei: ſic & noſtræ animę mens ad ea ſeſe habet quę manifeſtiſſima omnium ſunt natura.

Parte. 6. **Forſan autem & difficultate ſecũdum duos exiſtente modos, non in rebus, ſed in nobis eſt eius cauſa. Sicut enim nyċticoracum oculi ad lucem diei ſe habent, ſic & animę noſtrę intellectus ad ea quæ ſunt omnium naturæ manifeſtiſſima.** (Duplex cognoſcendi difficultas.)

Oſtendit cauſam præmiſſæ difficultatis, ubi ſimiliter conſiderandum eſt, ꝙ in omnibus quæ conſiſtunt in quadam habitudine unius ad alterum, poteſt impedimentum dupliciter uel ex uno uel ex alio accidere, ſicut ſi lignum non comburatur, hoc contingit uel quia ignis eſt debilis, uel quia lignum
D non eſt bene combuſtibile: & ſimiliter oculus impeditur à uiſione alicuius uiſibilis, aut quia eſt debilis, aut quia uiſibile eſt tenebroſum. Sic igitur poteſt contingere ꝙ ueritas ſit difficilis ad cognoſcendum, uel propter defectum qui eſt in ipſis rebus, uel propter defectum qui eſt in intellectu noſtro. Et ꝙ quantum ad aliquas res difficultas contingat, in cognoſcẽdo ueritatem ipſarum rerum ex parte earum patet. Cum. n. unumquodq; ſit cognoſcibile inquantum eſt ens actu, ut infra in nono huius dicetur, illa quæ habent eſſe deficiens & imperfectum, ſunt ſm ſeipſa parum cognoſcibilia, ut materia, motus & tempus propter eſſe eorum imperfectionem, ut Boethius dicit in libro de duabus naturis. Fuerunt autem alii qui philoſophi, qui poſuerunt difficultatem cognitionis ueritatis totaliter prouenire ex parte rerum, ponentes nihil eſſe fixum & ſtabile in rebus, ſed omnia eſſe in continuo fluxu, ut infra in quarto huius dicetur. (Text. 20.) Sed hoc excludit Philoſophus dicens, ꝙ quamuis difficultas cognoſcendæ ueritatis forſan poſſit ſecundum aliqua diuerſa eſſe dupliciter, uidelicet ex parte noſtra & ex parte rerum, non tamen principalis cauſa difficultatis eſt ex parte rerum, ſed ex parte noſtra. E
Et hoc ſic probat. Quia ſi difficultas eſſet principaliter ex parte rerum, ſequeretur ꝙ illa magis cognoſceremus quæ ſunt magis cognoſcibilia ſecundum ſuam naturam. Sunt autem maxime cognoſcibilia ſecundum naturam ſuam, quæ ſunt maxime in actu, ſcilicet entia immaterialia & immobilia, quæ tamen ſunt maxime nobis ignota. Vnde manifeſtum eſt ꝙ difficultas accidit in cognitione ueritatis, maxime propter defectum intellectus noſtri. Ex quo contingit ꝙ intellectus animæ noſtræ hoc modo ſe habet ad entia immaterialia, quæ inter omnia ſunt maxime manifeſta ſecundum ſuã naturam, ſicut ſe habent oculi nyċticoracum ad lucem diei, quam uidere non poſſunt, quamuis uideant obſcura. Et hoc eſt propter debilitatem uiſus eorum.

Sed uidetur hæc ſimilitudo non eſſe conueniens. Senſus enim quia eſt potentia organi corporalis corrumpitur ex uehementia ſenſibilis, intellectus autem cum non ſit potentia F
alicuius organi corporei non corrumpitur ex excellenti intelligibili. Vnde poſt apprehenſionem alicuius magni intelligibilis, non minus intelligimus minus intelligibilia, ſed magis, ut dicitur in tertio de anima. (T. c. 7.) Dicendum eſt ergo ꝙ ſenſus impeditur à cognitione alicuius ſenſibilis dupliciter. Vno modo per corruptionem organi ab excellenti ſenſibili. Et hoc locum non habet in intellectu. Alio modo ex defectu proportionis ipſius uirtutis ſenſitiuæ ad obiectum. Potentiæ enim animæ non ſunt eiuſdem uirtutis in omnibus animalibus, ſed ſicuti homini hoc in ſua ſpecie conuenit ꝙ habeat peſſimum olfactũ, ita nyċticoraci ꝙ habeat debilem uiſum, quia non habet proportionem ad claritatem diei cognoſcendam. Sic igitur cũ anima humana ſit ultima in ordine ſubſtantiarum intellectiuarum, minime participat de uirtute intellectiua. Et ſicut ipſa quidem ſecũdum naturam eſt actus corporis, eius autem intellectiua potentia non eſt actus organi corporalis, ita habet naturalem aptitudinem ad cognoſcẽdum corporalium & ſenſibilium ueritatem quæ ſunt minus cognoſcibilia ſecundum ſuam naturam propter eorum materialitatem, ſed tamen cognoſci poſſunt per abſtractionem ſenſibilium phantaſmatibus. G
Et quia hic modus cognoſcendi ueritatem conuenit naturæ humanæ animæ ſecundum ꝙ eſt forma talis corporis, quæ autem ſunt naturalia ſemper manent, impoſſibile eſt ꝙ anima humana huiuſmodi corpori unita cognoſcat de ueritate rerum, niſi quantum poteſt eleuari per ea quæ abſtrahendo à phantaſmatibus intelligit. Per hæc autem nullo modo poteſt eleuari ad cognoſcendũ quidditates immaterialium ſubſtantiarum, quæ ſunt improportionatæ iſtis ſubſtantiis ſenſibilibus. Vnde impoſſibile eſt ꝙ anima humana huiuſmodi corpori unita, apprehendat ſubſtantias ſeparatas cognoſcendo de eis quod quid eſt. (Aĩa corpori unita non cognoſcit rerũ qddi-tates.) Ex quo apparet falſum eſſe quod Auerro. hic dicit in commento, ꝙ Philoſophus non demonſtrat hic, res abſtractas intelligere, eſſe impoſſibile nobis, ſicut impoſſibile eſt ueſpertilioni inſpicere ſolem. (Reprehẽdiſ Auer. cõſe. quid qui ſine princ. cõ facit.) Et ratio ſua quam inducit eſt ualde deriſibilis. Subiungit enim quoniam ſi ita eſſet, natura ocioſe egiſſet, quia fecit illud quod in ſe eſt naturaliter intelligibile, non eſſe intellectum ab aliquo, ſicut ſi feciſſet ſolem non cõprehenſum ab aliquo uiſu. Deficit enim hæc ratio. Primo quidem in hoc quod cognitio intellectus noſtri non eſt finis ſubſtantiarum ſeparatarum, ſed magis econuerſo. H
Vnde non ſequitur ꝙ ſi non cognoſcantur ſubſtantiæ ſeparatæ à nobis, ꝙ propter hoc ſint fruſtra. Fruſtra enim eſt, quod nõ conſequitur finem ad quem eſt. Secundo quia & ſi ſubſtantiæ ſeparatæ non intelliguntur à nobis ſecundum ſuas quidditates, intelliguntur tamen ab aliis intellectibus, ſicut ſolem & ſi non uideat oculus nyċticoracis, uidet tamen eum oculus aquilæ. Deinde cum dicit.

Non ſolum autem hiſce quorum quiſpiam opiniones acceptabit atq; utetur, ſed etiam hiſce qui ueritatem non penitus attigerunt, gratias habere

Et hi namque & aliquid contulerunt : habitum enim noſtrum excitarunt, ac acuerunt. Nam ſi Timotheus non fuiſſet, non tantam haberemus artem cantandi. Et ſi Phrynis non anteceſſiſſet, nõ talis Timotheus euaſiſſet. Eodem modo res ſeſe habet, & de hiſce, qui de ueritate dixerunt. A quibuſdam enim opiniones quaſdam ſuſcepimus: at quidam ut illi talia ſentirent, cauſæ ſane fuere.

T.cõ.12. Parte.2. Non ſolum autem his dicere gratiam iuſtum eſt, quorum aliquis opinionibus communicauerit ſed his qui adhuc ſuperficialiter enuntiauerunt. Etenim conferunt aliquid. Nam habitum noſtrũ præexercitati ſunt. Nam ſi Timotheus non fuiſſet multam melodiam non haberemus. Si autem non Phrynis, Timotheus non fuiſſet. Eodem uero modo & de enuntiantibus ueritatem. A quibuſdam enim opiniones quaſdam accepimus, ſed alii, ut hi

K forent cauſa fuerunt.

Oſtendit quomodo ſe homines adinuicem iuuant ad cõſiderandum ueritatem. Adiuuatur enim unus ab altero ad conſiderationem ueritatis dupliciter. Vno modo directe. Alio modo indirecte. Directe quidam iuuatur ab his qui ueritatem inuenerunt, quia ſicut dictum eſt, dum unuſquiſq; pcedentium aliquid de ueritate inuenit, ſimol in unum collectũ, poſteriores introducit ad magnam ueritatis cognitionem. Indirecte uero inquantum priores errantes circa ueritatem, poſterioribus exercitii occaſionem dederunt, ut diligenti diſcuſſione habita, ueritas limpidius appareret. Eſt autem iuſtum, ut his qoibus adiuti ſumus in tanto bono ſcilicet cognitione ueritatis, gratiam agamus. Et ideo dicit ꝙ { iuſtum eſt gratiam referre } non ſolum his quos quis exiſtimat ueritatem inueniſſe, quorum opinionibus aliquis communicat ſequendo eas, ſed etiam illis qui ſuperficialiter locuti ſunt ad ueritatem inueſtigandam, licet eorum opiniones non ſequamur, quia iſti etiam aliquid conferunt nobis. Præſtiterunt

L enim nobis quoddam exercitium circa inquiſitionem ueritatis. Et ponit exemplum de inuentoribus muſicæ. Si enim non { fuiſſet Timotheus } qui multa de arte muſicæ inuenit, non haberemus ad præſens multa quæ ſcimus circa melodias. Et ſi non præceſſiſſet quidam Philoſophus nomine { Phrynis } Timotheus non fuiſſet ita inſtructus in muſicalibus. Et ſimiliter eſt dicendum de philoſophis qui enunciauerunt uniuerſaliter ueritatem rerum. A quibuſdam enim pdeceſſorum noſtrorum accepimus aliquas opiniones de ueritate rerum, in quibus credimus eos bene dixiſſe, alias opiniones prætermittentes. Et iterum illi à quibus nos accepimus, inuenerunt aliquos prædeceſſores à quibus acceperũt, quiq; fuerunt eis cauſa inſtructionis. Lect. II.

Recte autem ſeſe habet & illud, ſcientiam inquam philoſophię ueritatis appellari contempla-

M tionem. Nam finis quidem contemplatiuę, ueritatis eſt: actiuę autem, opus. Etenim ſi quo modo res ſeſe habet, actores ipſi conſiderant, non tamen eius cauſam per ſe, nec ut perpetuo talis eſt, ſed ut ad aliquid, atq; ut nunc contemplantur. Verum autem ſine cauſa neſcimus. Vnumquodq; autem maxime cęterorum eſt ipſum, quo & cæteris nomen idem cum eadem competit ratione, ut ignis eſt caliſſimum: nam cæteris hic caliditatis eſt cauſa. Quare & id eſt ueriſſimum, quod eſt poſterioribus, ut uera ſint cauſa. Quapropter eorum principia quę ſunt ſemper, ueriſſima ſint ſemper neceſſe eſt. Non enim interdum ſunt uera, neq; illis, ut ſint quicquã eſt cauſa, ſed cęteris illa. Quare ut quodq; eſt, ſic & ueritatis particeps eſt.

T c. 3. Parte. 1. Vocari uero philoſophiam, ueritatis ſcientiam recte habet. Nam theoricę finis eſt ueritas, & practicę opus. Etenim ſi quo modo ſe habet inten- N dunt, non tamen ſecundum ſe, ſed ut ad aliquid: & nunc ſpeculantur practici. Neſcimus autem ue- T cõ.4 rum ſine cauſa. Vnumquodq; uero maxime ipſum aliorum dicitur, ſecundum quod & in aliis ineſt uniuocatio. Puta ignis calidiſſimus, etenim eſt cauſa aliis hic caloris. Quare & ueriſſimum qđ poſterioribus eſt cauſa, ut ſint uera. Quapropter ſemper exiſtentium principia eſſe ueriſſima neceſſe eſt. Non enim quandoq; uera, quandoq; non uera nec illis cauſa aliqua eſt ut ſint, ſed illa aliis. Quare unumquodque ſicut ſe habet ut ſit, ita & ad ueritatem.

POSTQVAM Philoſophus oſtendit qualiter ſe habet homo ad conſiderationem ueritatis, hic oſtendit ꝙ cognitio ueritatis maxime ad philoſophiam primam pertineat. Et circa hoc duo facit. Primo oſtẽdit ꝙ ad philoſophiam primam maxime pertineat cognitio ueritatis: Secundo excludit quãdam falſam opinionem per quam ſua probatio tolleretur, O ibi: { At uero ꝙ ſit principium. } Circa primum duo facit. Part. ſeq. Lec. huius. Primo oſtendit ꝙ ad philoſophiam primam pertineat cognitio ueritatis. Secundo ꝙ maxime ad ipſam pertineat, ibi: Part. 2. Lec. huius tex. { Neſcimus autem uerum ſine cauſa &c. } Hæc autem duo oſtendit ex duobus quæ ſupra probata ſunt in procemio libri ſcilicet ꝙ ſapientia ſit non practica, ſed ſpeculatiua, & ꝙ ſit cognoſcitiua cauſarum primarum. Ex primo autem horum ſic argumentatur ad primam concluſionem. Theorica, ideſt ſpeculatiua differt à practica ſecundum finem. Nam finis ſpeculatiuæ eſt ueritas. Hoc enim eſt quod intendit ſcilicet ueritatis cognitionem. Sed finis practicæ eſt opus, quia & Finis practicę & ſpeculatiuæ ſcientiæ. ſi { practici } hoc eſt operatiui intendant cognoſcere ueritatem, quomodo ſe habeat in aliquibus rebus nõ tamen quærunt eam tanquam ultimum finem. Non enim conſiderant cauſam ueritatis ſecundum ſe & propter ſe, ſed ordinãdo ad finem operationis, ſiue applicando ad aliquod determinatũ P particulare, & ad aliquod determinatum tẽpus. Si ergo huic coniunxerimus ꝙ ſapientia ſiue philoſophia prima non eſt practica ſed ſpeculatiua, ſequetur ꝙ recte debeat dici ſcientia ueritatis. Sed quia multæ ſunt ſcientiæ ſpeculatiuæ quæ ueritatem conſiderant, utpote geometria & arithmetica, fuit neceſſarium conſequenter oſtendere ꝙ philoſophia prima maxime conſideret ueritatem propter id quod ſupra oſtenſum eſt ſcilicet ꝙ eſt conſideratiua primarum cauſarum, & ideo argumentatur ſic. Scientia de uere non habetur niſi per cauſam, ex quo apparet ꝙ eorum uerum de quibus eſt ſcientia aliqua, ſunt aliquæ cauſæ, quæ etiam ueritatem habent. non enim poteſt ſciri uerum per falſum, ſed per aliud uerũ. Vnde & demonſtratio quæ facit ſcientiam, ex ueris eſt, ut dicitur in primo poſteriorum. Deinde adiungit quandam uniuerſalem propoſitionem quæ talis eſt. Vnumquodq; inter alia maxime dicitur, ex quo cauſatur in aliis aliquid uniuo- Q cem prædicatum de eis, ſicut ignis eſt cauſa caloris in elementatis. Vnde cum calor uniuoce dicatur & de igne & de elementatis corporibus, ſequitur ꝙ ignis ſit calidiſſimus. Facit autẽ mentionem de uniuocatione, quia quandoq; contingit ꝙ effectus non peruenit ad ſimilitudinem cauſæ ſm eandem rationem ſpeciei, propter excellentiam ipſius cauſæ. Sicut ſol eſt cauſa caloris in iſtis inferioribus, non tñ inferiora corpora poſſunt recipere impreſſionem ſolis aut aliorum cœleſtiũ corporum ſecundum eandem rationem ſpeciei, cum non communicent in materia. Et propter hoc nõ dicimus ſolem eſſe calidiſſimum ſicut ignem, ſed dicimus ſolem eſſe aliquid amplius quàm calidiſſimum. Nomen autem ueritatis nõ eſt proprium alicui ſpeciei, ſed ſe habet communiter ad omnia entia. Vnde quia illud quod eſt cauſa ueritatis, eſt cauſa communicans cum effectu in nomine & ratione communi, ſequitur quod illud quod eſt poſterioribus cauſa ut ſint uera, T.cõ.5. ſit ueriſſimum. Ex qoo ulterius cõcludit ꝙ principia eorum Corpa cœleſtia hñt cãm effectiuã ſui eſſe. quæ ſunt ſemper ſcilicet corporũ cœleſtium, neceſſe eſt eſſe ueriſſima. Et hoc duplici ratione. Primo quidem quia non

A ſunt { quandoq; uera & quandoq; non } & per hoc tranſcendunt in ueritate generabilia & corruptibilia, quæ quandoque ſunt & quandoq; non ſunt. Secundo quia nihil eſt eis cauſa, ſed ipſa ſunt cauſa eſſendi aliis. Et per hoc tranſcendunt in ueritate & entitate corpora cæleſtia, quæ & ſi ſint incorruptibilia, tamen habent cauſam non ſolum quantum ad ſuum moueri, ut quidam opinati ſunt, ſed etiam quantum ad ſuum eſſe, ut hic Philoſophus expreſſe dicit. Et hoc eſt neceſſarium, quia neceſſe eſt ut omnia compoſita & participantia, reducantur in ea quæ ſunt per eſſentiam ſicut in cauſas. Omnia autẽ corporalia ſunt entia in actu, inquantum participant aliquas formas. Vnde neceſſe eſt ſubſtantiam ſeparatam quæ eſt forma per ſuam eſſentiam, corporalis ſubſtantiæ principium eſſe. Si ergo huic deductioni adiungamus ꝙ philoſophia prima conſideret primas cauſas, ſequetur (ut prius habitum eſt) ꝙ ipſa conſiderat ea quæ ſunt maxime uera. Vnde ipſa eſt maxime ſcientia ueritatis.

Ex his autem infert quoddam corollarium. Cum enim ita ſit ꝙ ea quæ ſunt aliis cauſa eſſendi ſint maxime uera, ſequitur ꝙ unumquodq; B ſicut ſe habet ad hoc ꝙ ſit, ita etiã ſe habet ad hoc ꝙ habeat ueritatem. Ea enim quorum eſſe nõ ſemper eodem modo ſe habet, nec ueritas eorum ſemper manet. Et ea quorum eſſe habet cauſam, etiam ueritatis cauſam habent. Et hoc ideo quia eſſe rei eſt cauſa ueræ exiſtimationis q̃ mens habet de re. Verum enim & falſum nõ eſt in rebus, ſed in mente, ut dicetur. 6. huius. Deinde cum dicit.

At uero conſtat principium quoddam eſſe, & neque perfectione recta, neque ſpecie infinitas rerum cauſas eſſe. Fieri enim non poteſt, aut in materia, cũ hoc ex hoc oritur, habeatur in infinitum: ut caro quidem ex terra, terra autẽ ex aere, aer uero ex igne fiat & huiuſce nullus ſit finis. Aut in eo unde eſt principium motus: ut homo quidem ab aere, aer autem a ſole, ſol uero a diſcordia moueatur, & huiuſce ſit exitus nullus. Simili modo neque in eo gratia cuius cætera ſunt atq; fiunt, in infinitum profecto eſſe C poteſt: ut ambulatio quidem ſanitatis, hæc autem felicitatis, felicitas uero cuiuſpiam ſit identidem gratia atque hoc pacto aliud ſemper eodem modo, nec in ratione in infinitum abitio eſſe poteſt.

Tex. c. 5. Parte 2. Cauſæ eſt finitas.

At uero ꝙ ſit principium quoddam, & non infinitæ cauſæ exiſtentium, nec indirectum, nec ſm ſpeciem, palam. Neq; enim ut ex materia hoc ex hoc in infinitum progredi eſt poſſibile & uelut carnem quidem ex terra, terram uero ex aere, aerem autem ex igne, & hoc non ſtare. Nec unde principium motus ut hominem ab aere moueri, & hũc a ſole, & ſolem a luce, & huiuſmodi nullũ eſſe finem. Similiter autem nec id cuius cauſa, in infinitum ire eſt poſſibile. Iter quidem ſanitatis cauſa, illam uero felicitatis, & felicitatem alterius, & ita ſemper aliud alterius cauſam eſſe. Et in quod quid erat eſſe ſimiliter.

D

Remouet quoddam per quod præcedens probatio poſſet infringi: quæ procedebat ex ſuppoſitione huius ꝙ philoſophia prima cõſiderat cauſas primas. Hoc autem tolleretur ſi cauſæ in infinitum procederent. Tunc enim nõ eſſent aliquæ primæ cauſæ. Vnde hoc id remouere intẽdit, & circa hoc duo facit. Primo proponit intẽtum. Secundo probat propoſitum ibi: { Mediorum enim extra quæ eſt aliquid &c. } Dicit ergo primo. Palam poteſt eſſe ex his quæ dicentur, ꝙ ſit aliquod principium eſſe & ueritatis rerum, & ꝙ cauſæ exiſtentiũ non ſunt infinitæ, nec procedendo in directum ſecundum unam aliquam ſpeciem cauſæ, puta in ſpecie cauſarum efficientia, nec entium ſunt infinitæ ſecundum ſpeciem, ita ꝙ ſint infinitæ ſpecies cauſarum. Exponit autem quod dixerat cauſas infinitas eſſe in directum. Primo quidem in genere cauſæ materialis. Non enim poſſibile eſt procedere in infinitum in hoc ꝙ aliquid fiat ex aliquo ſicut ex materia, puta ut caro fiat ex terra, E terra uero ex aere, aer ex igne, & hoc non ſtet in aliquo primo, ſed procedat in infinitum. Secundo exemplificat in genere cauſæ efficientis dicens, quód nec poſſibile eſt ut cauſa quæ dicitur unde principium motus, in infinitum procedat, puta cum dicimus hominem moueri ad deponendum ueſtes ab aere calefacto, aerem uero calefieri a ſole, ſolem uero moueri ab aliquo alio, & hoc in infinitum. Tertio exemplifica. in genere cauſarum finalium, & dicit quòd ſimiliter non poteſt procedere in infinitum illud quod eſt { cuius cauſa } ſcilicet cauſa finalis, ut ſi dicamus ꝙ iter ſiue ambulatio eſt propter ſanitatem, ſanitas autem propter fœlicitatem, fœlicitas autem propter aliquid, & ſic in infinitum. Vltimo facit mentionem de cauſa formali, & dicit ꝙ ſimiliter non poteſt procedi in infinitum in hoc quòd eſt { quod quid erat eſſe } id eſt in cauſa formali q̃ ſignificat diffinitio. Sed exempla prætermittit, quia ſunt manifeſta, & probatum eſt in primo poſteriorum ꝙ non proceditur in infinitum in prædicatis, puta ꝙ animal prædicetur de homine in eo quod quid eſt, & uiuũ F de animali, & ſic in infinitum. Lectio. III

In hiſce nanque mediis, extra quæ ultimum eſt atq; prius, neceſſe eſt id quod eſt prius eorum quæ ſunt poſt ipſum cauſam eſſe. Si enim dicere nobis fuerit opus, quid ex tribus eſt cauſa, primum ſane dicemus. Nõ enim dicemus ultimum, quippe cum nullius ſit ipſum ultimum cauſa. At neq; medium eſt enim unius (ut patet) cauſa. Nihil enim intereſt unum an plura ſint media, & finita an infinita. Infinitorum uero hoc pacto, infinitiq; omnino partes oẽs uſq; ad hoc præſens ſimiliter mediæ ſunt. Quare ſi nihil ſit primum cauſa nulla omnino eſt.

T. c. 6. Parte 1.

MEdiorum enim extra quę eſt aliquid ultimũ & primũ, neceſſe eſt eſſe quod prius eſt cauſa ipſorum poſt ſe. Nam ſi dicere nos oporteat unum triũ cauſam, quod primum eſt dicimus, G non enim quod eſt ultimum. Nullius enim quod finale eſt. Sed nec medium, nam unius. Nihil enim differt unum aut plura eſſe, nec infinita aut finita. Infinitorum uero ſecundum modum iſtum & omnino infiniti partes omnes mediæ ſunt, ſimiliter autem uſque modo. Quare ſi nihil eſt ex toto aliquid primum, nec ex toto cauſa nulla eſt.

POSTQVAM Philoſophus præmiſit ꝙ cauſæ entium non ſunt infinitæ, hic probat propoſitum. Et primo ꝙ non ſint infinitæ in directum. Secundo ꝙ non ſint infinitæ ſecundum ſpeciem: ibi { Sed ſi infinitæ eſſent &c. } Circa primum quatuor facit. Primo oſtendit propoſitum in cauſis efficientibus uel mouentibus. Secũdo in cauſis materialibus. ibi: { At uero nec in deorſum. } Tertio in cauſis finalibus. ibi: { Amplius autem quod eſt cuius cauſa &c. } Quarto in cauſis formalibus. ibi: { Sed nec quod quid erat eſſe &c. } Circa primum ſic procedit. Primo proponit quãdam propoſitionẽ ſcilicet ꝙ in omnibus his quæ ſunt media inter duo extrema, quorum unum eſt ultimum & aliud primum, neceſſe eſt ꝙ illud quod eſt primum ſit cauſa poſteriorum ſcilicet medii & H ultimi. Et hanc ꝓpoſitionem manifeſtat per diuiſionem, quia ſi oporteat nos dicere quid ſit cauſa inter aliqua tria quæ ſunt primum medium & ultimum, ex neceſſitate dicemus cauſam eſſe id quod eſt primum. Non enim poſſumus dicere id quod eſt ultimum eſſe cauſam omnium, quia nullius eſt cauſa. Alioquin non eſt ultimum, cum effectus ſit poſterior cauſa. Sed nec poſſumus dicere quod medium ſit cauſa omnium, quia nec eſt cauſa niſi unius tantum ſcilicet ultimi. Et ne aliquis intelligat ꝙ medium nunquam habeat poſt ſe niſi unum quod eſt ultimum, quod tunc ſolum contingit quando inter duo extrema eſt unum medium tantum. ideo ad hoc excludendũ concludit ꝙ nihil ad propoſitum differt utrum ſit unum tantum medium uel plura: quia omnes plura media accipiuntur

Parte 1 & Lect. hui. Par. ſequ. Lect. ſeq. Parte. ſ. Lect. ſeq.

Lec. ſeq. Q. ꝙ ſint in gñe cãe dal proceſ. in infinitum.

I loco unius inquantum conueniunt in ratione medii. Et ſimiliter nō differt utrum ſint media finita uel infinita, quia dum modo habeant rationem medii, non poſſunt eſſe prima cauſa mouens. Et quia ante omnem ſecundam cauſam mouentem requiritur prima cauſa mouens, requiritur q ante omnē cauſam mediam ſit cauſa prima, quæ nullo modo ſit media, qua ſi habens aliam cauſam ante ſe. Sed ſi prædicto modo ponantur cauſæ mouētes procedere in infinitum, ſequitur q omnes cauſæ ſint mediæ. Et ſic uniuerſaliter oportet dicere, q cuiuslibet infiniti, ſiue in ordine cauſæ, ſiue in ordine magnitudinis, omnes partes ſint mediæ. Si enim eſſet aliqua pars quæ non eſſet media, oportet q uel eſſet prima uel ultima, & utrū que repugnat rationi infiniti, quod excludit oēm terminum & principium & finem. Eſt autem & ad aliud attendendum q ſi alicuius finiti ſint plures partes mediæ, non omnes partes ſimili ratione ſunt mediæ. Nam quædam magis appropinquant primo, quædam magis appropinquant ultimo. Sed in infinito quod non habet primum & ultimum, nulla pars poteſt magis appropinquare uel minus principio aut ultimo. Et ideo uſq; ad quamcunq; partem quam modo ſignaueris, om-
K nes partes ſimiliter ſunt mediæ. Sic igitur ſi cauſæ mouentes procedant in infinitum, nulla erit cauſa prima. Sed cauſa prima erat cauſa omnium, ergo ſequeretur q totaliter omnes cauſæ tollerentur. Sublata enim cauſa, tolluntur ea quorum eſt cauſa. Deinde cum dicit.

At uero neq; ad inferna, ſi ſuperna principium habent, in infinitum pfecto eſſe poteſt ut ex igne quidem aqua, ex hac autem terra, & ſic ſemper aliud quid genus fiat ac oriatur.

Te .c6.7. Part.2.

At uero nec in deorſum eſt poſſibile in infinitum procedere, ipſo ſurſum habente principium, ut ex igne quidem aquā, ex aqua uero terram, & ita ſemper aliquod aliud fieri genus.

Part ſeq.

Oſtēdit q non eſt poſſibile procedere in infinitum in cauſis materialibus, & primo proponit quod intendit. Secundo probat propoſitū. ibi: { Dupliciter enim fit hoc ex hoc &c. }
L Circa primum conſiderandum eſt q patiens ſubiicitur agenti. Unde procedere in agentibus eſt ſurſum ire, procedere autem in patientibus eſt in deorſum ire. Sicut autem agere attribuitur cauſæ mouēti, ita pati attribuitur materiæ. Unde proceſſus cauſarum mouentium eſt in ſurſum, proceſſus autem cauſarum materialium eſt in deorſum. Quia ergo oſtenderat q non eſt in infinitum procedere in cauſis mouentibus quaſi in ſurſum procedēdo, ſubiungit q nec etiam poſſibile eſt ire in infinitum in deorſum, ſecundum. ſ. proceſſum cauſarum materialium, ſuppoſito q ſurſum ex parte cauſarum mouentium inueniatur aliquod principium. Et exemplificat de proceſſu materialium qui eſt in deorſum, ut ſi dicamus q ex igne fit aqua, & ex aqua terra, & ſic in infinitum. Et utitur hoc exēplo ſm opinionem antiquorum naturalium, qui poſuerunt unum aliquod elementorum eſſe principium aliorum quodā ordine. Poteſt autem & aliter exponi, ut intelligamus q in
M cauſis mouentibus manifeſti ſunt ad ſenſum ultimi effectus, qui non mouent. Et ideo non quæritur ſi procedatur in infinitum in inferius ſm illud genus, ſed ſi procedatur in ſuperius. Sed in genere cauſarum materialium econuerſo ſupponitur unum primum quod ſit fundamentum & baſis aliorum, & dubitatur utrum in infinitum procedatur in deorſum ſm pceſſum eorum quæ generantur ex materia. Et hoc ſonat exēplum propoſitum. Non enim dicit ut ignis ex aqua, & hoc ex alio. Sed econuerſo, ex igne aqua & ex hoc aliud. Unde ſupponitur prima materia, & quæritur an ſit proceſſus in infinitum in his quæ generantur ex materia. Deinde cum dicit.

Dupliciter enim hoc ex hoc fit, non ut hoc poſt hoc fieri dicitur, uelut ex iſthmiis dicuntur olympia fieri, ſed ut aut uir ex puero mutationem ſubeūte fieri dicitur, aut aer ex aqua.

Part.3.

Dupliciter autem fit hoc ex hoc, non ut hoc dicitur poſt hoc, ut ex iſthmiis olympia, ſed ut ex puero mutatio fieri uir, aut ex aqua aer.

N Probat propoſitum, & circa hoc quatuor facit. Primo diſtinguit duos modos quibus fit aliquid ex aliquo. Secūdo oſtēdit duplicem differentiam inter illos duos modos, ibi: { ergo ſic ex puero. } Tertio oſtendit q ſecūdum neutrum eorum contingit procedere in infinitum, ibi: { utroq; autem modo impoſſibile eſt &c. } Quarto oſtendit ſecundum quem illorum modorū ex primo materiali principio alia fiant. ibi: { Simul autem impoſſibile fit &c. } Dicit ergo primo q duobus modis fit aliquid ex aliquo proprie & per ſe. Et utitur iſto modo loquendi, ut excludat illum modum quo dicitur improprie aliquid fieri ex aliquo, ex hoc ſolo q fit poſt illud. Ut ſi dicamus q quædam feſta Græcorum quæ dicebantur olympia, fiunt ex quibuſdam aliis feſtis quæ dicebantur iſthmia, puta ſi nos diceremus q feſtum Epiphaniæ fit ex feſto natalis. Hoc autē non proprie dicitur, quia fieri eſt quoddam mutari. In mutatione autem non ſolum requiritur ordo duorum terminorum, ſed etiam ſubiectum idem utriuſq;. Quod quidem non contingit in prædicto exēplo. Sed hoc dicimus ſm q imaginamur tempus eſſe ut ſubiectum diuerſorum feſtorum. Sed oportet
O proprie dicere aliquid fieri ex aliquo, quando aliquod unum ſubiectum mutatur de hoc in illud. Et hoc dupliciter. Uno modo ſicut dicimus q ex puero fit uir, inquātum ſcilicet puer mutatur de ſtatu puerili in ſtatum uirilem. Alio modo ſicut dicimus q ex aqua fit aer per aliquam tranſmutationem. Deinde cum dicit.

Hac parte. parte ſeq. part. 6. huius lectio. part. 7 lectio huius.

Ex puero igitur uirum fieri dicimus, ut ex eo quod fit, id quod factum eſt, aut ex eo quod perficitur, id quod eſt perfectum. Ut enim inter eſſe atq; non eſſe, medium eſt generatio: ſic & inter id quod eſt atq; id quod non eſt, id quod fit mediū ſemper eſt. Qui autem diſcit, fit ſciens: & id quod eſt quod dicitur, ex addiſcente fieri ſcientem: ex aere uero fit aqua, altero ſubeunte corruptionem.

part.4. Generatio eſt mediū inter eē & non eſſe.

Ergo ſic ex puero fieri uirum dicimus, quomodo ex eo quod fit, quod factum eſt: aut ex eo quod perficitur, perfectum. Semper enim eſt medium inter eſſe & non eſſe, generatio: ita & quod fit, exiſtentis & non exiſtentis. Eſt autē addiſcens qui fit ſciens & hoc eſt quod dicitur, q fit ex addiſcente ſciēs hoc uero ex aere aqua, corrupto altero.

P Oſtendit duas differentias inter prædictos modos. Quarū prima eſt, quia dicimus ex puero fieri uirum, ſicut ex eo quod eſt in fieri, fit illud quod iam eſt factum, ſicut ex eo quod eſt in perfici, fit illud quod iam eſt perfectum. Illud enim quod eſt in fieri & in perfici, eſt medium inter ens & non ens, ſicut generatio eſt medium inter eſſe & non eſſe. Et ideo quia per mediū uenitur ad extremum, dicimus q ex eo quod generatur fit illud quod generatum eſt: & ex eo quod perficitur fit illud q perfectum eſt. Et ſic dicimus q ex puero fit uir, uel q ex addiſcente fit ſciens, quia addiſcens ſe habet ut in fieri ad ſcientē. In alio autem modo quo dicimus ex aere fieri aquam, unum
Q extremorum non ſe habet ut uia uel medium ad alterum, ſicut fieri ad factum eſſe, ſed magis ut terminus a quo recedit ut ad alium terminum perueniatur. Et ideo ex uno corrupto fit alterum. Deinde cum dicit.

Quapropter in illis quidem non fit reflexio, neque fit puer ex uiro. Non enim ex generatione fit id quod fit, ſed eſt poſt generationem. Sic enim ex aurora fit dies quia poſt illam: idcirco neq; ex die fit aurora. In hiſce uero reflexio fit.

part. 5.

Propter quod illa quidem non reflectuntur adinuicem, nec fit ex uiro puer. Non enim fit ex generatione quod fit, ſed eſt poſt generationem. Sic.n. eſt dies ex aurora, quia poſt hanc: propter quod nec aurora ex die. Altera uero reflectuntur.

Concludit ex præmiſſa differentia, aliam differētiam. Quia enim in primo modo unum ſe habet ad alterum, ut fieri ad factum eſſe, & medium ad terminum, patet q habēt ordinem

naturaliter

A naturaliter adinuicem. Et ideo non reflectuntur adinuicem, ut indifferenter unum fiat ex altero. Vnde non dicimus ꝙ ex uiro fiat puer, ſicut dicimus econuerſo. Cuius ratio eſt quia illa duo ex quorum uno ſecundum iſtum modum dicitur alterum fieri, non ſe habent adinuicem ſicut duo termini mutationis alicuius, ſed ſicut ea quorum unum eſt poſt alterum. Et hoc eſt quod dicit, ꝙ illud { quod fit } ideſt terminus generationis ſcilicet eſſe, non fit ex generatione, quaſi ipſa generatio moueтur in eſſe, ſed eſt poſt generationem, quia naturali ordine conſequitur ad generationem, ſicut terminus eſt poſt uiam, & ultimum poſt medium. Vnde ſi conſideremus iſta duo ſcilicet generationem & eſſe, non differűt ab illo modo quem excluſimus, in quo conſideratur ordo tantum, ſicut cum dicimus quod dies fit ex aurora, quia eſt poſt auroram. Et propter iſtum naturalem ordinem, non dicimus econuerſo ꝙ aurora fit { ex die } ideſt poſt diem. Et ex eadem ratione non poteſt eſſe ꝙ puer fiat ex uiro. Sed ſecundum alterum modum quo aliquid fit ex altero, inuenitur reflectio. Sicut enim aqua generatur ex aere corrupto, ita aer generatur ex aqua corrupta. Et hoc ideo quia iſta duo non ſe habent adinuicem ſecundum naturalem ordinem, B ſcilicet ut medium ad terminum, ſed ſicut duo extrema, quorum utrunque poteſt eſſe & primum & ultimum. Deinde cum dicit.

Neutro autem modo in infinitum abitio eſſe poteſt. Et enim illorum quidem cum ſint media, finem eſſe neceſſe eſt. Haec autem reflectuntur, Alterius enim corruptio, alterius eſt generatio.

parte 6. **Vtroque autem modo impoſſibile eſt in infinitum ire, exiſtentium uero intermediorum neceſſe eſt finem eſſe. Quaedam uero adinuicem reflectuntur. Alterius enim corruptio, alterius eſt generatio.**

Ostendit quod non ſit procedere in infinitum ſecundum utrunque iſtorum modorum, & primo ſecundum primum C prout dicimus ex puero fieri uirum. Illud enim ex quo dicimus aliquid fieri, ſicut ex puero uirum, ſe habet ut medium inter duo extrema ſcilicet inter eſſe & non eſſe. Sed poſitis extremis impoſſibile eſt eſſe infinita media, quia extremum infinitati repugnat, ergo ſecundum iſtum modum non conuenit procedere in infinitum. Similiter etiam nec ſecundum alium, quia in alio modo inuenitur reflexio extremorum adinuicem, propter hoc ꝙ alterius corruptio eſt alterius generatio, ut dictum eſt. Vbicunque autem eſt reflexio, reducitur ad primum, ita ſcilicet ꝙ id quod fuit primo principium, poſtea fit terminus. Quod in infinitis non poteſt contingere, in quibus non eſt principium & finis. Ergo nullo modo ex aliquo poteſt aliquid fieri in infinitum. Deinde cum dicit.

Et inſuper fieri nequit, ut ipſum primum cum perpetuum ſit, corrumpatur. Cum enim generatio non in infinitum ſurſum proficiſcatur, id ex D quo corrupto primo quippiam ortum eſt, perpetuum non eſſe neceſſe eſt.

parte 7. **Simul autem impoſſibile primum ſempiternum corrumpi. Quoniam enim non eſt infinita generatio in ſurſum, neceſſe ex quo corrupto primo aliquid factum eſt, non ſempiternum eſſe.**

Oſtendit quo praedictorum modorum ex prima materia aliquid fiat. Vbi conſiderandum eſt quod Ariſtotel. utitur hic duabus communibus ſuppoſitionibus, in quibus omnes antiqui naturales conueniebant, quarum una eſt, quod ſit aliquod primum principium materiale, ita ſcilicet quod in generationibus rerum non procedatur in infinitum ex parte ſuperiori ſcilicet eius ex quo generatur. Secunda ſuppoſitio eſt, quod prima materia eſt ſempiterna. Ex hac igitur ſecunda ſuppoſitione ſtatim concludit, quod ex prima materia non fit aliquid ſecundo modo ſcilicet ſicut ex aere E corrupto fit aqua, quia ſcilicet illud quod eſt ſempiternum, non poteſt corrumpi. Sed quia poſſet aliquis dicere quod primum principium materiale non ponitur a philoſophis ſempiternum, propter hoc quod unum numero manens ſit ſempiternum, ſed quia eſt ſempiternum per ſucceſſionem, ſicut ſi ponatur humanum genus ſempiternum. Hoc excludit ex prima ſuppoſitione dicens, quod quia generatio non eſt infinita in ſurſum, ſed deuenitur ad aliquod primum principium materiale, neceſſe eſt quod ſi aliquid ſit primum materiale principium, ex quo fiunt alia eius corruptionem, quod non ſit illud ſempiternum de quo philoſophi dicunt. Non enim poſſet eſſe illud primum materiale principium ſempiternum, ſi eo corrupto alia generarentur, & iterum ipſum ex alio corrupto generaretur. Vnde manifeſtum eſt quòd ex primo materiali principium fit aliquid, ſicut ex imperfecto & in potentia exiſtente, quod eſt medium inter purum non ens & ens actu, non autem ſicut aqua ex aere fit corrupto. Lect. IIII.

Praeterea id gratia cuius cętera fiunt, eſt finis. F Tale autem eſt id quod non ob aliud fit, ſed alia illius gratia fiunt. Quare ſi ultimum tale fuerit nõ erit. Sin uero nihil fuerit tale, non erit id gratia cuius cętera fiunt.

AMplius autem quod eſt cuius cauſa, finis eſt. Tale autem quod non alicuius cauſa, ſed alia illius. Quare ſi quidem fuerit tale ipſum ultimum; non erit infinitum. Si uero nihil tale, non erit cuius cauſa. Te. c6. g. parte I. In cauſis finalibus nõ eſt pceſſũ in infin ſuprabo … rõnibus.

POSTQVAM probauit philoſophus quòd in cauſis mouentibus & materialibus non proceditur in infinitum, hic oſtendit idem in cauſa finali quae nominatur { cuius cauſa } fit aliquid. Et oſtendit propoſitum quatuor rationibus, quarum prima talis eſt. Id quod eſt cuius cauſa, habet rationem finis, ſed finis eſt id quod non eſt propter alia, ſed alia ſunt propter ipſum. Aut ergo eſt aliquid tale G aut nihil. Et ſi quidem fuerit aliquid tale, ut ſcilicet omnia ſint propter ipſum, & ipſum non ſit propter alia, ipſum erit ultimum in hoc genere. Et ita non procedetur in infinitum. Si autem nihil inueniatur tale, non erit finis. Et ita tolletur hoc genus cauſae quod dicitur cuius cauſa. Secundam rationem ponit ibi.

Sed qui infinitionem faciunt ipſius boni, naturam e medio tollunt.

Sed qui infinitum faciunt, latent auferentes boni naturam. parte 2.

Quae deriuatur ex praemiſſa ratione. Ex prima enim ratione concluſum eſt, quòd qui ponunt infinitatem in cauſis finalibus, remoueant cauſam finalem. Remota autem cauſa finali, remouetur natura & ratio boni. Eadem enim ratio boni & finis eſt. Nam bonum eſt quod omnia appetunt, ut dicitur in primo ethicorum. Cap I. Et ideo illi qui ponunt infinitum in cauſis finalibus, auferunt totaliter naturam boni, H licet ipſi, hoc non percipiant. Tertiam rationem ponit ibi.

Et tamen nemo quicquam agere aggredietur, ſi non ſit id ultimum acceſſurus.

Et nullus conabitur aliquid facere, ad terminũ non futurus uenire. parte. 3.

Quae talis eſt. Si ſit infinitum in cauſis finalibus nullus poterit peruenire ad ultimum terminum, quia infinitorum non eſt ultimus terminus. Sed nullus conatur ad aliquid faciendum niſi per hoc quòd ex ſe exiſtimat uenturum ad aliquid, ſicut ad ultimum terminum, ergo ponentes infinitum in cauſis finalibus excludunt omnem conatum ad operandum, etiam naturalium rerum. Nullius enim rei motus naturalis eſt, niſi ad id ad quod nata eſt peruenire. Quartam rationem ponit ibi.

I Neque profecto mens erit in ratione rerum. Gratia nanque cuiuſpiam ſemper is agit qui mentem habet. Hoc, enim eſt ultimum. Vltimum.n. eſt finis.

T.cõ.9. Parte.4. Neq; utiq; erit intellectus in talibus. Nam cauſa alicuius ſemper facit qui intellectum habet: hic.n. terminus finis eſt rei.

Quæ talis eſt. Qui ponit infinitum in cauſis finalibus excludit terminum, & per conſequens excludit finem cuius cauſa fit aliquid. Sed omne agens per intellectum agit cauſa alicuius finis, ergo ſequetur quod inter cauſas operatiuas nõ ſit intellectus. Et ita tolletur intellectus practicus. Quæ cum ſint inconuenientia, oportet remouere primum, id ſcilicet ex quo ſequuntur, ſcilicet infinitum à cauſis finalibus. Deinde cum dicit.

k At uero neq; quidditas in aliam diffinitionem abundantem ratione redigi poteſt.

Te.cõ.10 Part.1. Sed nec quod quid erat eſſe conuenit reduci ad aliquam diffinitionem multiplicantem rationem.

parte ſeq. Oſtendit q non ſit infinitum in cauſis formalibus, & circa hoc duo facit. Primo proponit q intendit; Secundo probat propoſitum, ibi: { Semper enim &c. } Circa primum conſiderandum eſt q unumquodq; conſtituitur in ſpecie per propriam formam. Vnde diffinitio ſpeciei maxime ſignificat formam rei. Oportet ergo accipere proceſſum in formis ſecundum proceſſum in diffinitionibus. In diffinitionibus enim una pars eſt prior altera, ſicut genus eſt prius differentia, & differentiarum una eſt prior altera. Idem ergo eſt q in infinitum procedatur in formis, & q in infinitum procedatur in partibus diffinitionis. Et ideo uolens oſtendere q non ſit procedere in infinitum in cauſis formalibus, proponit non eſſe infinitum in partibus diffinitionis. Et ideo
L dicit q non conuenit hoc quod eſt quod quid erat eſſe, in infinitum reduci ad aliam diffinitionem, ut ſic ſemper multiplicetur ratio. Puta qui diffinit hominem in diffinitione eius ponit animal. Vnde diffinitio hominis reducitur ad diffinitionem animalis, quæ ulterius reducitur ad diffinitionem alicuius alterius, & ſic multiplicatur ratio diffinitiua. Sed hoc non conuenit in infinitum procedere. Non autem hoc dicimus quaſi in uno & eodem indiuiduo multiplicentur formæ ſecundum numerum generum & differentiarum, ut ſcilicet in homine ſit alia forma à qua eſt homo, & alia à qua eſt animal, & ſic de aliis, ſed quia neceſſe eſt ut in rerum natura tot gradus formarum inueniantur, quot inueniuntur genera ordinata & differentiæ. Eſt enim in rebus inuenire aliquam formam, quæ eſt forma & non eſt forma corporis, & aliquam quæ eſt forma corporis, ſed non eſt forma animati corporis, & ſic de aliis. Deinde cum dicit.

Semper enim ea quę eſt ante, eſt magis: ea uero
M quæ eſt poſterior, non eſt. Vbi autem primum nõ eſt, neq; id eſt profecto quod hæret.

In cauſis ſi leſſe proceſſum i infinitũ probatur quatuor rõnibus. Parte.6. Semper enim quæ ante eſt, magis eſt, & quæ poſterior non eſt. Cuius autem primum non eſt, nec erit quod habitum eſt.

Probat propoſitum quatuor rationibus, quarum prima talis eſt. In multitudine formarum uel rationum ſemper illa quæ eſt prior { eſt magis. } Quod non eſt intelligendum quaſi ſit completior, quia formæ ſpecificæ ſunt completæ. Sed dicitur eſſe magis, quia eſt in plus quam illa quæ eſt poſterior, quæ non eſt ubicunque eſt prior Non enim ubicunque eſt ratio animalis, eſt ratio hominis. Ex quo argumentatur, q ſi primum non eſt { nec habitum } id eſt conſequẽs eſt. Sed ſi in infinitum procedatur in rationibus & formis, non erit prima ratio uel forma diffinitiua, ergo excludentur omnes conſequentes. Secundam rationem ponit ibi.

Preterea qui ita dicunt, ſcientiam e medio tollunt. Fieri enim non poteſt ut quicquam ſciatur antequam ad indiuidua ſit profectum. N

Amplius ſcire deſtruunt qui ita dicunt. Non enim poſſibile ſcire priuſquam ad indiuidua perueniatur. Te.cõ.11. par.7.

Quæ talis eſt. Impoſſibile eſt aliquid ſcire prius quam perueniatur ad indiuidua. Non autem accipitur hic indiuiduum ſingulare, quia ſcientia non eſt de ſingularibus. Sed indiuiduum poteſt dici uno modo ipſa ratio ſpeciei ſpecialiſſimæ, quæ non diuiditur ulterius per eſſentiales differentias. Et ſecundum hoc intelligitur q non habetur perfecta ſcientia de re, quouſque perueniatur ad ſpeciem ſpecialiſſimam, quia ille qui ſcit aliquid in genere, nondum habet perfectã ſciam de re. Et ſm hanc expoſitionem oportet dicere, q ſicut prima ratio concludebat, q in cauſis formalibus non proceditur in infinitum in ſurſum, ita hæc ratio concludit q non proceditur in infinitum in deorſum. Sic enim non eſſet deuenire ad ſpeciem ſpecialiſſimam, ergo iſta poſitio deſtruit perfectam ſcientiam. Sed quia formalis diuiſio non ſolum eſt ſecundum q genus diuiditur per differentias, per cuius diuiſionis priuationem ſpecies ſpecialiſſima poteſt dici indiuiduum, ſed etiam eſt ſecundum q diffinitum diuiditur in partes diffinitionis, ut patet in primo phyſicorum, ideo indiuiduum poteſt hic dici cuius diffinitio non reſoluitur in aliqua diffinientia. Et ſecundum hoc ſupremum genus eſt indiuiduum. Et ſecundum hoc erit ſenſus, q non poteſt haberi ſcientia de re per aliquam diffinitionem, niſi deueniatur ad ſuprema genera, quibus ignoratis impoſſibile eſt aliquid poſteriorum ſciri Et ſecundum hoc concludit ratio, q in cauſis formalibus non procedatur in infinitum in ſurſum, ſicut & prius. Vel ad idem concludendum poteſt aliter exponi indiuiduum, ut ſcilicet propoſitio immediata dicatur indiuiduũ. Si enim procedatur in infinitum in diffinitionibus in ſurſum nulla erit propoſitio immediata. Et ſic uniuerſaliter tolletur ſcientia quæ eſt de concluſionibus deductis ex principiis immediatis.

Indiuiduũ quadruplex

O

Te.cõ.5.

P

Cognitio quæ eſſe non poteſt. Qui nanque fieri poteſt, ut ea quę hoc pacto ſunt, infinita intelligantur?

Parte 8. Et cognoſcere non eſt. Nam quæ ſic ſunt infinita, quomodo contingit intelligere?

Tertiam rationem ponit; quæ procedit non ſolum ad ſcientiam excludendam; ſed ad excludendum ſimpliciter omnem cognitionem humanam. Et circa hanc rationem duo facit. Primo ponit rationem. Secundo excludit obiectionem quandam, ibi: { Non enim ſimile &c. } Ratio autem talis eſt Vnumquodque cognoſcitur per intellectum ſuæ formæ Sed ſi in formis procedatur in infinitum non poterunt intelligi, quia infinitum inquantum huiuſmodi non comprehenditur intellectu, ergo iſta poſitio uniuerſaliter deſtruit cognitionem. Deinde cum dicit. Parte. ſeq.

Non enim ſimile eſt in linea, ubi in diuiſionibus quidem non ſtatur. Non fit autem ut intelligamus, niſi diuiſioni modum ponamus. Quocirca diuiſiones non enumerabit qui infinitam tranſit. Q

Parte.9. Non enim ſimile in linea quæ ſecundum diuiſiones non ſtat. Intelligere enim non eſt non ſtatuẽtem. Propter quod non enumerabit ſectiones quæ per infinita procedunt.

Excludit quandam obiectionem. Poſſet enim aliquis dicere q illud quod habet infinitas formas poteſt cognoſci, ſicut & linea quæ in infinitum diuiditur. Sed hoc excludit dicens q non eſt ſimile de linea cuius diuiſiones non ſtant, ſed in infinitum procedunt. Impoſſibile enim eſt q aliquid intelligatur, niſi in aliquo ſtetur. Vnde linea inquantum ſtatuitur,

A tuſtur, ut finita in actu propter ſuos terminos, ſic poteſt intelligi. Secundum uero ꝙ non ſtatur in eius diuiſione, non poteſt ſciri. Vnde nullus poteſt numerare diuiſiones lineæ ſecundum ꝙ in infinitum procedunt. Sed infinitum in formis eſt infinitum in actu, & non in potentia ſicut eſt infinitum in diuiſione lineæ. Et ideo ſi eſſent infinitæ formæ, nullo modo eſſet aliquid ſcitum uel notum. Deinde cum dicit.

Quinetiam materia hoc ipſo quod mouetur intelligatur neceſſe eſt, atque infiniti nullius eſt eſſe.

Te. c. 12. paulo. **Sed materiam in eo quod mouetur intelligere eſt neceſſe, & infinito nihil eſt, eſſe autem non.**

Ponit quartam rationem quæ talis eſt. In omni eo quod mouetur neceſſe eſt intelligere materiam Omne enim quod mouetur eſt in potentia. Ens autem in potentia eſt materia. Ipſa autem materia habet rationem infiniti, & ipſi infinito quod eſt materia conuenit ipſum nihil, quia materia ſecundum ſe intelligitur abſque omni forma. Et cum ei quod eſt B infinitum conueniat hoc quod eſt nihil, ſequitur per oppoſitum ꝙ illud per quod eſt eſſe non ſit infinitum, & ꝙ { infinito } ideſt materiæ non ſit eſſe infinitum. Sed eſſe eſt per formam, ergo non eſt infinitum in formis. Eſt autem hic aduertendum ꝙ hic ponit nihil eſſe de ratione infiniti, non ꝙ priuatio ſit de ratione materiæ, ſicut Plato poſuit non diſtinguens priuationem à materia, ſed quia priuatio eſt de ratione infiniti. Non enim ens in potentia habet rationem infiniti, niſi ſecundum ꝙ eſt ſub ratione priuationis, ut patet in. 3. phyſicorum. Deinde cum dicit.

Te. c. 14. **Quod ſi ita non eſt, infiniti eſſe infinitum non eſt. Atqui ſi infinitę etiam eſſent multitudine ſpecies cauſarum, neque hoc pacto rerum profecto conſequi cognitionem poſſemus. Tunc enim ſcire C arbitramur, cum cauſas cognouerimus. Fieri autem nequit, ut infinito in tempore, id quod infinitum eſt additione, pertranſeamus.**

paulo ſu. *Si uero non eſt infinitum, quod eſt eſſe infinito? Sed ſi infinitę eſſent pluralitate ſpecies cauſarum, non eſſet nec ita cognoſcere. Tunc enim ſcire putamus cum cauſas ipſas nouerimus. Infinitum uero ſecundum adiectionem non eſt pertranſire in finito tempore.*

Oſtendit quod non ſunt infinitæ ſpecies cauſarum, tali ratione, tunc putamus non ſcire unumquodque, quando cognoſcimus omnes cauſas eius. Sed ſi ſunt infinitæ cauſæ ſecundum adiunctionem unius ſpeciei ad aliam, non erit pertranſire iſtam infinitatem, ita ꝙ poſſint omnes cauſæ cognoſci, ergo etiam per iſtum modum excludetur cognitio rerum.

Lectio. V.

Auſcultationes autem per conſuetudines fiunt. D Nam & conſueuimus ſic, & oportere dici cenſemus, ut ea quę pręter illas ſunt, non ſimilia, ſed ob inſolentiam ignota nobis, alienaque magis uidentur. Quo enim nobis eſt conſuetum, id nobis eſt Te. c. 14. par. ſolo. **notum.**

Contingunt autem auditiones ſecundum conſuetudinem entibus. Nam ut conſueuimus ita dignamur dici, & quæ præter ea, non ſimilia uidentur, ſed pręter conſuetudinem minus nota & magis extranea. Nam conſuetum notius.

POSTQVAM Philoſophus oſtendit ꝙ conſideratio ueritatis partim eſt difficilis & partim facilis, & ꝙ maxime pertinet ad primum philoſophum, hic oſtendit quis ſit modus conueniens ad conſiderandum ueritatem, & circa hoc duo facit. Primo enim ponit diuerſos modos quos homines ſequuntur in conſideratione ueritatis. Secundo oſtendit quis ſit modus conueniens, ibi: { Propter quod oportet erudiri &c. } Circa primum duo facit. Primo oſtendit efficaciam conſuetudinis in conſideratione ueritatis. Secundo E concludit diuerſos modos, quibus homines utuntur in conſideratione ueritatis propter diuerſas conſuetudines, ibi: { Alii uero ſi non mathematicæ &c. } Circa primum duo facit. Primo oſtendit uirtutem conſuetudinis in conſideratione ueritatis. Secundo manifeſtat per ſignum, ibi: { Quantam uero uim habeat &c. } Dicit ergo primo ꝙ auditiones contingunt in hominibus de his quæ ſunt ſecundum conſuetudines. Ea enim quæ ſunt conſueta, libentius audiuntur & facilius recipiuntur. Dignum enim uidetur nobis, ut ita dicatur de quocunque, ſicut conſueuimus audire. Et ſi qua dicantur nobis præter ea quæ conſueuimus audire, non uidentur nobis ſimilia in ueritate his quæ conſueuimus audire. Sed uidentur nobis minus nota & magis extranea à ratione propter hoc ꝙ ſunt inconſueta. Illud enim quod eſt conſuetum eſt nobis magis notum. Cuius ratio eſt, quia cõſuetudo uertitur in naturam. Vnde & habitus ex conſuetudine generatur, qui inclinat per modum naturæ. Ex hoc autem ꝙ aliquis habet talem naturam uel talem habitum, habet proportionem determinatam ad hoc uel illud. Requiritur autem F ad quamlibet cognitionem determinata proportio cognoſcentis ad cognoſcibile. Et ideo ſecundum diuerſitatem naturarum & habituum accidit diuerſitas circa cognitionem. Videmus enim ꝙ hominibus ſecundum humanam naturã ſunt innata prima principia, & ſecundum habitum uirtutis apparet unicuique bonum, quod conuenit illi uirtuti: ſicut & guſtui uidetur aliquid conueniens, ſecundum eius diſpoſitionem. Sic igitur quia conſuetudo cauſat habitum conſimilem naturæ, contingit ꝙ ea quæ ſunt conſueta ſint notiora. Deinde cum dicit.

parte. 3. par. ſeq.

Quãdo refert alii & alii aſſueſcat ſe, uide. ſupra ſecundo phyſi. prin.

Quantam autem ea uim habent, quę conſueta ſunt nobis, leges ipſę declarant, in quibus circa fabuloſa & puerilia conſuetudo magis quam ueritas poteſt.

Quantam uero uim habeat quod conſuetum eſt, leges oſtendunt in quibus fabularia & puerilia magis ualent cognitione de eis propter conſuetudinem. parte. 5. G

Manifeſtat quod dixerat, per quoddam ſignum oſtendẽs ꝙ leges ab hominibus poſitæ oſtendunt per experientiam, quantam uim habeat conſuetudo: in quibus quidem legibus propter conſuetudinem magis ualent fabulariter & pueriliter dicta ad hoc ꝙ eis aſſentiatur quam cognitio ueritatis. Loquitur autem hic Philoſophus de legibus ab hominibus adinuentis, quæ ad conſeruationem ciuilem ſicut ad ultimũ finem ordinantur. Et ideo quicunque inuenerunt eas, aliqua quibus hominum animi retraherentur a malis & prouocarẽtur ad bona ſecundum diuerſitatem gentium & nationum in ſuis legibus tradiderunt, quamuis multa eorum eſſent uana & friuola, quæ homines a pueritia audientes magis approbabant quam ueritatis cognitionem. Sed lex diuinitus data ordinat hominem ad ueram felicitatem, cui omnis falſitas repugnat. Vnde in lege Dei nulla falſitas continetur. Deinde cum dicit.

H

Quidam igitur niſi quiſpiam mathematicę dicat, non acceptat eos qui dicunt. Quidam niſi per exempla dicatur, non approbant. Sunt & qui poetam teſtem adducendum eſſe cenſent. Atque alii quidem omnia exacte dici uolunt, aliis autem moleſta eſt exacta doctrina: aut quia ſequi non poſſunt, aut quia quaſi calculum de rebus exiguis idipſum eſſe exiſtimant. Habet enim tale quod ipſa exacta doctrina, quare quibuſdam ut in pactis atque contractibus, ſic & in ſermonibus diligentia talis illiberale quoddam eſſe uidetur.

Alii uero ſi non mathematicę quis dicat, non recipiunt dicentes. Alii uero ſi non exemplariter, & hi teſtem induci dignantur poetam, & illi quidem omnia certe. His uero flebilis eſt certitudo, aut T. c. 15. Parte 3.

I propter impotentiam complectendi, aut propter micrologiam. Habet autem quod certum eſt tale. Vnde quemadmodum in ſymbolis & rationibus non liberum eſſe quibuſdam uidetur.

Modi.5 in acquiſitione ueritatis.

Hic oſtendit quomodo homines in conſideratione ueritatis propter conſuetudinem diuerſos modos acceptant, & dicit quod quidam nõ recipiunt quod eis dicitur, niſi dicatur eis per modum mathematicum. Et hoc quidem conuenit propter conſuetudinem his, qui in mathematicis ſunt nutriti. Et quia conſuetudo eſt ſimilis naturæ. Poteſt etiam hoc quibuſdam contingere propter indiſpoſitionem, illis ſcilicet qui ſunt fortis imaginationis, non habentes intellectum multum eleuatum. Alii uero ſunt, qui nihil uolunt recipere niſi proponatur eis aliquod exemplum ſenſibile, uel propter conſuetudinem, uel propter dominium ſenſitiuæ uirtutis in eis & debilitatem intellectus. Quidam uero ſunt qui nihil reputent eſſe dignum ut aliquid eis inducatur abſque teſtimo-
k nio poetæ uel alicuius autoris. Et hoc etiam eſt uel propter conſuetudinem, uel propter defectum iudicii, quia non poſſunt diiudicare utrum ratio per certitudinem concludat. Et ideo quaſi non credentes ſuo iudicio requirunt iudicium alicuius noti. Sunt etiam aliqui qui omnia uolunt ſibi dici per certitudinem, ideſt per diligentem inquiſitionem rationis. Et hoc contingit propter bonitatem intellectus iudicantis, & rationis inquirentis: dummodo non quæratur certitudo in his in quibus certitudo eſſe non poteſt. Quidam uero ſunt qui triſtantur, ſi quid per certitudinem cum diligenti diſcuſſione inquiratur. Quod quidem poteſt contingere dupliciter. Vno modo propter impotentiam complectendi. Habent enim debilem rationem. Vnde non ſufficiunt ad conſiderandum ordinem complexionis priorum & poſteriorum. Alio modo propter micrologiam ideſt paruorum ratiocinationem. Cuius ſimilitudo quædam eſt in certitudinali inquiſitione, quæ nihil indiſcuſſum relinquit uſque ad minima. Imaginantur autem quidam, quod ſicut in ſymbo-
L lis conuiuiorum non pertinet ad liberalitatem, quod debeant etiam minima computari in ratiocinio, ita etiam ſit quædam importunitas & illiberalitas ſi homo uelit circa cognitionem ueritatis etiam minima diſcutere. Deinde cum dicit.

Idcirco eruditum eſſe quemque oportet, quonam pacto quæque ſunt acceptanda: quoniam abſurdum eſt ſcientiam ſimul, & ſcientiæ quęrere modum, ubi ne alterum quidem conſequi facile
part.4. eſt.

Propter quod oportet erudiri quomodo ſingula ſunt recipienda, & abſurdum eſt ſimul quęrere ſcientiam & modum ſciendi. Eſt autem neutrum facile accipere.

Oſtendit quis ſit modus conueniens ad inquirendum ue-
M ritatem, & circa hoc duo facit. Primo enim oſtendit quomodo homo poſſit cognoſcere modum conuenientem inquiſitione ueritatis. Secundo oſtendit quod ille modus qui eſt ſimpliciter melior, non debet in omnibus quæri, ibi. { Acribologia uero &c. } Dicit ergo primo quod quia diuerſi ſecundum diuerſos modos ueritatem inquirunt, ideo oportet quod homo inſtruatur per quem modum in ſingulis ſcientiis ſint recipienda ea quæ dicuntur Et quia non eſt facile quod homo ſimul duo capiat, ſed dum ad duo attendit, neutrum capere poteſt, abſurdum eſt quod homo ſimul quærat ſcientiam & modum qui conuenit ſcientiæ. Et propter hoc debet prius addiſcere logicam quàm alias ſcientias, quia logica tradit communem modum procedendi in omnibus aliis ſcientiis. Modus autem proprius ſingularum ſcientiarum, in ſcientiis ſingulis circa principium tradi debet. Deinde cum dicit.

parte ſeq. ...
Scia & modus ſciẽdi nõ ſimul.

Mathematicorum autem exacta diſcuſſio non in uniuerſis eſt flagitanda, ſed in hiſce dumtaxat quæ materia uacant. Quapropter modus ille non naturalis eſſe uidetur. Vniuerſa namque natura fortaſſe materiam habet. Quamobrem primum, quid ſit natura, conſiderare oportet: hoc enim pacto, & quibus de rebus eſt ſciẽtia naturalis, & ſi unius facultatis an plurium ſit, cauſas principiaque contemplari profecto patebit. N

Acribologia uero mathematica non in omnibus eſt expetenda, ſed in non habentibus materiã. Propter quod non naturalis eſt modus. Omnis enim forſan natura materiam habet. Ideo primum perſcrutandum quid eſt natura. Ita nanque & de quibus eſt phyſica, manifeſtum eſt. Et ſi unius ſcientiæ aut plurium eſt, cauſas & principia conſiderare. T.cõ.16. Parte 5.

Oſtendit quòd ille modus qui eſt ſimpliciter optimus non debet in omnibus quæri dicens, quòd { Acribologia } ideſt diligens & certa ratio ſicut eſt in mathematicis, non debet requiri, in omnibus rebus de quibus ſunt ſcientiæ. Sed debet ſolum requiri in his quæ non habent materiam. Ea enim quæ habent materiam, ſubiecta ſunt motui & uariationi. Et ideo non poteſt in eis omnibus omnimoda certitudo haberi. Quæritur. n. in eis nõ quid ſemper ſit, & ex neceſſitate, ſed quid ſit, ut in pluribus. Immaterialia uero ſecundum ſeipſa ſunt certiſſima, quia ſunt immobilia. Sed illa quæ in ſui natura ſunt immaterialia, non ſunt certa nobis propter defectum intellectus noſtri, ut prædictum eſt. Huiuſmodi autem ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ. Sed mathematica ſunt abſtracta à materia, & tamen non ſunt excedentia intellectũ noſtrum. Et ideo in eis eſt requirenda certiſſima ratio. Et quia tota natura eſt circa materiam, ideo iſte modus certiſſimæ rationis non pertinet ad naturalem philoſophiã. Dicit autem forſan propter corpora cœleſtia, quia non habent eodem modo materiam ſicut inferiora. Et quia in ſcientia naturali non conuenit iſte certiſſimus rationis modus, ideo in ſcientia naturali ad cognoſcendum modum conuenientem illi ſcientiæ, primo perſcrutandum eſt quid ſit natura. Sic enim manifeſtum erit de quibus ſit ſcientia naturalis. Et iterum conſiderandum eſt. { ſi unius ſcientiæ } ſcilicet naturalis ſit omnes cauſas & principia conſiderare, aut ſit diuerſarum ſcientiarum. Sic enim poterit ſcire quis modus demonſtrandi conueniat naturali. Et hunc modum ipſe obſeruat in ſecundo phyſicorum, ut patet diligenter intuenti.

Materialiũ et immaterialiũ diuerſitas quo ad noſtrũ modũ cognoſcendi.
O
Te.cõ.2.
P

Lectio. I.

ARISTOTELIS STRAGYritæ Tex. libri tertii Metaphyſicæ.

NEceſſe eſt ad eam ſcientiam quam quærimus ea primum nos aggredi, de quibus dubitare primum oportet. Hęc autem ſunt ea de quibus aliter quidam exiſtimarunt, & ſi quid preter illa fuit neglectum atque omiſſum.

NEceſſe eſt ad quęſitam ſcientiam nos aggredi primum, de quibus dubitare primum oportet. Hæc autem ſunt quęcunque de ipſis aliter ſuſceperunt quidam, & ſi quid pręter hoc eſt prętermiſſum. T.c.1. Q

POSTQVAM Philoſophus in ſecundo libro oſtendit modum conſiderandæ ueritatis, hic procedit ad ueritatis conſiderationem. Et primo procedit modo diſputatiuo, oſtendens ea quæ ſunt dubitabilia circa rerum ueritatẽ. Secundo incipit determinare ueritatem. Et hoc in quarto libro, qui incipit ibi: { Eſt ſcientia quædam quæ ſpeculatur. } Prima autem pars diuiditur in partes duas. In prima dicit de quo eſt intentio. In ſecunda exequitur propoſitũ, ibi { Eſt autem dubitatio prima quod &c. } Circa primum duo facit. L.4 met. Lect. 1 ...

Primo

A Primo enim dicit de quo eſt intentio Secundo rationem aſſignat ſuæ intentionis, ibi: { Ineſt autem inueſtigare uolentibus &c. } Dicit ergo primo φ ad hanc ſcientiam quam quærimus de primis principijs, & uniuerſali ueritate rerum, neceſſe eſt ut primum aggrediamur ea de quibus oportet dubitare, antequam ueritas determinetur. Sunt autem huiuſmodi dubitabilia propter duas rationes. Vel quia antiqui philoſophi aliter ſuſceperunt opinionem de eis quam rei ueritas habeat, uel quia omnino prætermiſerunt de his conſiderare. Deinde cum dicit.

Eſt autem operæpretium bene eos dubitare, qui conſequi perquirunt facultatem. Poſterior. n. facultas, ſolutio eſt eorum quę prius dubitantur. Atque fieri non poteſt ut uinculum ſoluatur ſi ignoretur, ſed dubitatio mētis idipſum de re declarat. Quo enim mens dubitat, eo perſimilis eſt ligatis. Fieri enim nequit ut ulterius hęc aut illi ꝓgrediantur. Quapropter difficultates omnes an B tea contemplari oportet, & horum gratia.

Ineſt autem inueſtigare uolentibus præ opere bene dubitare. Poſterior enim inueſtigatio priorum eſt ſolutio dubitatorum. Soluere enim non eſt ignorantis uinculum. Sed mentis dubitatio, hoc de re demonſtrat. Inquantum enim dubitat, intantum ſimiliter ligatis eſt paſſus. impoſſibile n. utriſq; procedere ad quod eſt ante. Propter quod oportet difficultates ſpeculari omnes prius, & horum cauſas.

Aſſignat quatuor rationes ſuæ intentionis, & primo dicit φ uolentibus inueſtigare uertiatem contingit { præ opere } ideſt ante opus { bene dubitare } ideſt bene attingere ad ea quæ ſunt dubitabilia. Et hoc ideo quia poſterior inueſtigatio ueritatis, nihil aliud eſt quàm ſolutio prius dubitatorum. Manifeſtum eſt autem in ſolutione corporalium ligationum φ ille qui ignorat uinculum, non poteſt ſoluere ip- C ſum. Dubitatio autem de aliqua re hoc modo ſe habet ad mentem, ſicut uinculum corporale ad corpus, & eundem effectum demonſtrat. Inquantum enim aliquis dubitat, intantum patitur aliquid ſimile his qui ſunt ſtricte ligati. Sicut. n. ille qui habet pedes ligatos, non poteſt in anteriora procedere ſecundum uiam corporalem, ita ille qui dubitat quaſi habens mentem ligatam, non poteſt ad anteriora procedere ſecundum uiam ſpeculationis Et ideo ſicut ille qui uult ſoluere uinculum corporale, oportet φ prius inſpiciat uinculũ & modum ligationis, ita ille qui uult ſoluere dubitationem, oportet φ prius ſpeculetur omnes difficultates & earum cauſas.

Et quia homines qui quęrunt, ſi primo non dubitauerint, perſimiles hiſce ſunt, qui ignorant quorſum pergere oportet.

Et quia quærentes ſine dubitatione, primo ſi- D miles quo oportet ire ignorantibus.

Secundam rationem ponit, & dicit φ illi qui uolunt inquirere ueritatem non conſiderando prius dubitationem, aſſimilantur illis qui neſciunt quo uadant, Et hoc ideo quia ſicut terminus uiæ eſt illud quod intenditur ab ambulante, ita excluſio dubitationis eſt finis qui intenditur ab inquirente ueritatem. Manifeſtum eſt autem φ ille, qui neſcit quo uadat nõ poteſt directe ire niſi forte à caſu. ergo nec aliquis poteſt directe inquirere ueritatem niſi prius uideat dubitationem.

Et inſuper neque ſi id quod quæritur, inuenerint tandem, nec ne, diſcernere poſſunt. Finis enim hiſce quidem non patet. At ei qui antea dubitauit, eſt manifeſtus.

Et adhuc neque quando quæſitum inuenit cognoſcit. Finis enim huic eſt non manifeſtus. Prædubitanti autem manifeſtus.

E Tertiam rationem ponit, & dicit φ ſicut ex hoc φ aliqs neſcit quo uadat, ſequitur, φ quando peruenit ad locum quem intendebat, neſcit utrum ſit quieſcendum uel ulterius eundum, ita etiam quando aliquis non præcognoſcit dubitationem cuius ſolutio eſt finis inquiſitionis, non poteſt ſcire quando inuenit ueritatem quæſitam, & quando non, quia neſcit finem ſuæ inquiſitionis, qui eſt manifeſtus ei qui primo dubitationem cognouit.

Præterea melius ad iudicandum affectum eum eſſe neceſſe eſt, qui rationes etiam contendentes omnes perinde atq; aduerſarios audiuit.

Amplius autem melius. Neceſſe eſt enim habere ad iudicandum eum qui audiuit uelut aduerſariorum & dubitantium omnes rationes.

Quartam rationem ponit, quæ ſumitur ex parte auditoris. Auditorem enim oportet iudicare de auditis. Sicut autem in iudicijs nullus poteſt iudicare niſi audiat rationes F utriuſq; partis, ita neceſſe eſt eum qui debet audire philoſophiam, melius ſe habeat in iudicando ſi audierit omnes rationes quaſi aduerſariorum dubitantium. Eſt autem attendendum φ propter has rationes conſuetudo Ariſtote. fuit fere in omnibus libris ſuis, ut inquiſitioni ueritatis uel determinationi prætermitteret dubitationes emergentes. Sed in alijs libris ſigillatim ad ſingulas determinationes præmittit dubitationes, hic uero ſimul præmittit omnes dubitationes, & poſtea ſecundum ordinem debitum determinat ueritatem. Cuius ratio eſt, quia aliæ ſcientiæ conſiderant particulariter de ueritate, unde & particulariter ad eas pertinet circa ſingulas ueritates dubitare, ſed iſta ſcientia ſicut habet uniuerſalem conſiderationem de ueritate, ita etiam ad eam pertinet uniuerſalis dubitatio de ueritate. Et ideo non particulariter ſed ſimul uniuerſalem dubitationem proſequitur. Poteſt etiam & alia eſſe ratio, quia dubitabilia quæ tangit ſunt principaliter illa de quibus philoſophi aliter opinati ſunt. Non autem eodem ordine ipſe procedit ad inquiſitionem ueritatis G ſicut & alii philoſophi. Ipſe enim incipit a ſenſibilibus & manifeſtis & procedit ad ſeparata, ut patet infra in ſeptimo. Alii uero intelligibilia & abſtracta uoluerunt ſenſibilibus applicare. Vnde quia non erat eodem ordine determinaturus quo ordine proceſſerunt alii philoſophi, ex quorum opinionibus dubitationes ſequuntur. ideo prælegit primo ponere dubitationes omnes ſeorſum, & poſtea ſuo ordine dubitationes determinare. Tertiam aſſignat Auerrois dicens hoc eſſe propter affinitatem huius ſcientiæ ad logicam quæ tangitur infra in quarto. Et ideo dialecticam diſputationem poſuit quaſi partes principales huius ſcientiæ. Lec. II.

Eſt itaq; dubitatio prima de hiſce quę in exordiis dubitauimus. Vtrum unius an plurium ſcientiarum ſit cauſas contemplari.

Eſt autem dubitatio prima quidem quibus procemialiter dictis dubitauimus, utrũ unius ſcientiæ aut multarum eſt ſciẽtiarum cauſas ſpeculari. (Tx cõ. 1. parte priũ.) H

SECVNDVM ea quæ prædixit Philoſophus, incipit hic præmittere dubitationes determinationi ueritatis, & diuidit in duas partes. In prima ponit dubitationes. In ſecunda cauſas dubitationum inducendo rationes ad ſingulas dubitationes. ibi: { Primum ergo de quibus in primis dicimus &c. } (Lec. 4. huius.) Dictum eſt autem in ſecundo libro quod prius oportet quærere modum ſcientiæ quam ipſam ſcientiam. (Tx. cõ. 15.) Et ideo primo ponit dubitationes pertinentes ad modum conſiderationis huius ſcientiæ. Secundo ponit dubitationes pertinentes ad prima principia de quibus eſt iſta ſcientia, ut in primo libro dictum eſt, & hoc ibi: { Et utrum principia & elementa &c. }. (Lec. 2. prim. Le. 3. ſeq. Lec. 8.) Ad modum autem ſcientiæ huius duo pertinent, ut in ſecundo dictum eſt ſcilicet conſideratio cauſarum ex quibus ſcientia demonſtrat, & iterum res de

I quibus ſcientia conſiderat. Vnde circa primum doo facit. Primo mouet dubitationem pertinentem ad conſiderationem cauſarum. Secundo mouet multas dubitationes pertinentes

parte ſeq. ad ea de quibus eſt hæc ſcientia, ibi. { Et utrum ſubſtantiæ

Dubõnes ex p̃ e cõſi derationis h° ſcię. prima du. Et ſoluit l. ſra li. 4. 6. a 2. ſho. principia &c. } Dicit ergo q̃ prima dubitatio ex quam dubitando propoſuimus in fine, ſecundi libri qui eſt quaſi procemium ad totam ſcientiam ſcilicet utrum conſideratio cauſarum quatuor, ſecundum quatuor genera, pertineat ad unã ſcientiam, uel ad multas & diuerſas. Et hoc eſt quærere utrũ unius ſcientiæ & præcipue huius ſit demõſtrare ex omnibus cauſis, uel magis diuerſæ ſcientiæ ex diuerſis cauſis demonſtretur. Deinde cum dicit.

Et utrum hoc ſolum ad hanc ſcientiarum ſpectet principia inquam primę ſubſtantię contemplari, an ad ea principia ex quibus uniuerſi demonſtrant. Ceu ſi fieri poſſit ut idem ac unum affirmetur ſimul atq; negetur, necne, & iſtiuſmodi cetera.

k Et ſi ſit huiuſce ſcientia circa ſubſtantiam uerſari, utrum una ſit circa omnes, an plures: & ſi ſint plures: utrum omnes generis ſint eiuſdem, an alię ipſarum ſapientię, alię aliquo alio nomine ſint appel-

Parte 2. landę.

Et utrum ſubſtantię principia eſt ſcientię huius ſcire ſolum, aut de principiis de quibus oſtendunt omnes: ut utrum contingit unum & idem ſimul dicere & negare, aut nõ, et de aliis talibus. Et ſi eſt circa ſubſtantiam, utrum una circa omnes, aut plures ſunt. Sed ſi plures, utrum omnes cognatę, aut earum hę quidem ſapientię, illę uero aliquid aliud dicendę ſunt.

Mouet dubitationes de his de quibus conſiderat iſta ſcientia, & primo inquirit de quibus conſiderat iſta ſcientia ſicut de ſubſtantiis. Secundo de quibus conſiderat iſta ſcientia ſi-

part. 4. cut de accidentibus, ibi: { Et utrum circa ſubſtantias &c. }

Part. ſeq. Circa primum duo facit. Primo multiplicat quæſtiones ex

L parte ipſius ſcientiæ quæ eſt ſubſtantia. Secũdo ex parte ſubſtantiarum ipſarum, ibi: { Et hoc idem quoq; &c. } Circa primum ponit tres quæſtiones. Suppoſito enim ex his quæ in primo libro dicta ſunt, q̃ iſta ſcientia conſideret principia prima. Prima quæſtio hic erit, utrum ad hanc ſcientiam cõ-

prima qõ. Quæ ẽ ſecũda l ord. ſideret principia prima. Prima quæſtio hic erit. utrum ad hãc ſcientiam ſolum pertineat cognoſcere prima principia ſubſtantiæ, aut etiam ad hanc ſcientiam pertineat conſiderare de primis principiis demonſtrationis, ex quibus omnes ſcientiæ demonſtrant, utputa q̃ hæc ſcientia conſideret, utrum contingat unum & idem ſimul affirmare & negare, uel non.

Quę ẽ 3. Solũ duo. Et ſoluit. 4 T. cõ. 7. Quæ ẽ. 4. 3. dub. Et ſoluitur ſer quam. T. cõ. 1. 6. Et ſimiliter de aliis demonſtrationis principiis primis & per ſe notis. Secunda quæſtio eſt ſi iſta ſcientia eſt conſideratiua ſubſtantiæ ſicut primi entis, utrum ſit una ſcientia conſiderans omnes ſubſtantias, uel ſint plures ſcientiæ de diuerſis ſubſtantiis. Videtur enim q̃ de pluribus ſubſtantiis debeant eſſe plures ſcientiæ. Tertia quæſtio eſt, ſi ſint plures ſcientiæ de pluribus ſubſtantiis utrum omnes ſint { cognatæ } idest

M unius generis ſicut geometria & arithmetica ſunt in genere mathematicæ ſcientiæ, uel nõ ſint unius generis, ſed quædam earum ſint in genere ſapientiæ, quædam uero in aliquo alio genere, puta in genere ſcientiæ naturalis uel mathematicæ. Videtur enim ſecundum primum aſpectum q̃ non ſint unius generis, cum ſubſtantiæ materiales & immateriales nõ eodem modo cognoſcantur. Deinde cum dicit.

Hoc etiam ipſum quęrere neceſſarium eſſe uidetur, utrum ſubſtantias ſenſibiles ſolum, an pręter has alias eſſe ſit aſſerendum: & utrum unum ſit genus, an genera ſubſtantiarum ſint plura, ut ii qui formas faciunt, cenſent: an inter has & ſenſibilia, res mathematicas medias collocant. De his igitur, ut diximus, conſiderandum eſſe uidetur.

Parte 3. Et hoc idem quoque neceſſarium eſt quęrere utrum ſenſibiles ſubſtantiæ eſſe ſolum dicendę ſunt, aut pręter has alię: & utrum unitę ſunt, aut N plura genera ſunt ſubſtantiarum, ut facientes ſpecies & mathematica inter iſta & ſenſibilia dixerũt. De his igitur, ut diximus, perſcrutandum eſt.

Multiplicat quæſtiones ex parte ſubſtantiæ, & ponit duas quæſtiones, quarum prima eſt, utrum dicendum ſit q̃ ſint ſolum ſubſtantiæ ſenſibiles, ut antiqui naturales poſuerunt, uel etiam præter ſubſtantias ſenſibiles ſint aliæ ſubſtantiæ immateriales & intelligibiles, ut poſuit Plato. Secunda quæſtio eſt ſi ſunt aliquæ ſubſtantiæ ſeparatæ à ſenſibilibus utrũ { ſint unitæ } idest unius generis tantum, aut ſint plura genera talium ſubſtantiarum, ſicut quidam attendentes duplicem abſtractionem ſcilicet uniuerſalis à particulari, & formæ mathematicæ à materia ſenſibili, poſuerunt utrunque genus ſubſiſtere. Et ita ponebant ſubſtantias ſeparatas quæ ſunt uniuerſalia abſtracta ſubſiſtentia, inter quæ & ſubſtantias ſenſibiles particulares poſuerunt mathematica ſubſiſtentia ſeparata ſcilicet numeros, magnitudines & figuras. De O iſtis igitur quæſtionibus ſicut nunc mouentur, perſcrutandũ eſt inferius. Primo quidem diſputatiue. Secundo determinando ueritatem. Deinde cum dicit.

Quæſtio. 1. quæ eſt. 5.

Secũda qõ. q eſt ſexta.

Et utrum circa ſubſtantias tantum ſit contemplatio, an & circa ea quę per ſe ſubſtantiis accidũt: pręterea cuiuſnam ſit de his omnibus contemplari, de quibus artifices diſſerendi conſiderare conãtur, ex ſolis ueriſimilibus facientes conſiderationẽ: de eodem inquam & diuerſo, de ſimili & diſſimili, de contrarietate, de priore poſterioreue, & cęteris omnibus talibus: & de his inſuper quę per ſe illis accidunt, ut non ſolum quid illorum ſint ſingula, ſed etiam ſi unum ſit contrarium uni conſideretur.

Et utrum circa ſubſtantias ſolum ſpeculatio, parte 4. aut circa quæ accidunt ſecundum ſe ſubſtantiis. Adhuc de eodem & diuerſo, ſimili & diſſimili, & P contrarietate, priore & poſteriore, & aliis omnibus talibus de quibus dialectici intendere tentãt: ex probabilibus ſolum perſcrutationem facientes, quorum theoria eſt de omnibus. Amplius autem his eiſdem quęcunq; ſecundum ſe accidunt, & nõ ſolum quid eſt horum unumquodq;. Sed utrum unum eſt uni contrarium.

L Inquirit utrum conſideratio huius ſcientiæ de accidentibus ſit. Et ponit tres quæſtiones, quarum prima eſt. Vtrum ſpeculatio huius ſcientiæ ſit ſolum circa ſubſtantias, propter hoc quod dicitur philoſophia ſubſtantiæ: aut etiam ſit circa ea quæ per ſe ſubſtantiis accidunt, eo q̃ ad eandem ſciẽtiam pertinere uidetur, ut conſideret ſubiectum & per ſe accidẽtia ſubiecti. Secunda quæſtio eſt. Vtrum hæc ſcientia conſideret de quibuſdam quæ uidentur eſſe per ſe accidentia entis, & conſequi omnia entia ſcilicet de eodem & diuerſo, ſimili & diſſimili, & de contrarietate, & de priori & poſteriori: & omnibus aliis huiuſmodi de quibus dialectici tractant, qui habent conſiderationem de omnibus. Sed tamen de huiuſmodi perſcrutantur, non ex neceſſariis, ſed ex probabilibus. Ex una enim parte uidetur quod cum ſint communia, pertineãt ad philoſophum primum. Ex alia parte uidetur quod ex quo dialectici iſta conſiderant, quorum eſt ex probabilibus procedere, quod non pertineat ad conſiderationem ipſius philoſophi cuius eſt demonſtrare. Tertia quæſtio eſt, cũ ad iſta communia accidentia entis quædam per ſe conſequãtur, utrum ad philoſophum pertineat circa unumquodque horum, ſolum conſiderare quid eſt, aut etiam illa quæ conſequuntur ad ipſa, puta utrum uni ſit contrarium.

Septima. Quæſtio. 1. Soluit l. 4. T. c. 1.

Octaua. Quæſtio. 2. Hãc qõnẽ ſoluit l. 4. ſe. 9. &. 4. T. c. 4. 5. Q

Nona. Quæſtio. 3. Hęc qõ ſoluitur l. 4. te. 4. te. cõ. 5.

Lectio. III.

Et utrũ principia et elementa ſint genera ipſa an ea q̃ inſunt, & in quæ res quæq; diuiditur. Quid ſi ſint genera, utrum ſint ea quę ultimo de indiui-

duis

A duis ipſis dicuntur, an ipſa prima. Ceu utrum animal an homo principium ſit, & magis ſit præter ſingularia ipſa.

Parte 2.

ET utrum principia & elemēta genera ſunt, aut in quæ diuiditur exiſtentium ſingulum. Et ſi genera, utrum quęcunq; dicuntur de indiuiduis finalia aut prima. Et utrum animal aut homo principium & magis eſt quam ſingulare.

POSTQVAM Philoſophus mouit quæſtiones pertinentes ad modum conſiderandi huius ſcientiæ. Hic mouet quæſtiones pertinentes ad res de quibus iſta ſcientia conſiderat. Et quia iſta ſcientia conſiderat de principiis primis, ut in primo dictum eſt, ideo mouet hic quæſtiones de principiis rerum. Prima autem rerum principia ponebantur & ſpecies & mathematica. Vnde primo mouet quæſtiones pertinentes ad ſpecies. Secundo quæſtiones pertinentes ad mathematica ibi: { Adhuc autem utrum numeri & longitudines &c. } Circa primum duo facit. Primo quærit quæ ſunt principia. B Secundo qualia ſunt, ibi: { Amplius autem utrum principia numero aut ſpecie determinata &c. } Quia uero principia ponebantur uniuerſalia ſeparata, primo quæritur utrum uniuerſalia ſint principia. Secundo utrum res ſeparatæ ſint principia, ibi: { Maxime uero quærendum eſt &c. } Circa primum ponit doas quæſtiooes, quarum prima eſt. Vtrum genera ſint principia & elementa rerum, aut ea in quæ ſicut in ultima diuiditur quodcunq; ſingulare exiſtens. Et ratio huius dobitationis eſt, quia elementum ex quo primo componitur res, & in quod ultimo diuiditur. Inuenimus autem duplicem modum compoſitionis & diuiſionis, unum ſcilicet ſecundum rationem prout ſpecies reſoluuntur in genera. Et ſecundum hoc uidentur genera eſſe pritICIpia & elementa, ut Plato poſuit. Alio modo ſecundum naturam, ſicut corpora naturalia componuntur ex igne, & aere & aqua & terra, & in hæc reſoluuntur. Et propter hoc naturales philoſophi poſuerunt eſſe prima principia elementa. Secunda quæſtio eſt ſuppoſito q genera ſint principia rerum, utrum principia C ſint unioerſalia dicta de indiuiduis ſcilicet ſpecies ſpecialiſſimæ, quas genera appellat ſecundum Platonicorum conſuetudinem, quia continent ſub ſe plura indiuidua, ſicut genera plures ſpecies: aut magis ſint principia prima generaliſſima otputa quid ſit magis principium, utrum animal uel homo qui eſt principium quoddam ſecundum Platonicos, & magis uere exiſtens quàm ſingulare. Oritur autem hæc dubitatio propter duas diuiſiones rationis, quarum una eſt ſecundum quam genera diuidimus in ſpecies. Alia uero eſt ſecundum quam ſpecies reſoluimus in genera. Semper enim uidetur illud quod eſt ultimus terminus diuiſionis, eſſe primum principium & elementum in componendo. Deinde cum dicit.

Mouet q̃ones principiorum ad res de quibus ſcia iſta cōſiderat. prima. Solui infra lect. 8. p̃i ſeptio. Secunda. duplex modus cōpoſitionis & diuiſionis.

Diſputat̃ et ſolui infra lect. 8.

m. 1. p̃e. huius lec. parte. v. huius lect. par. ſequẽ. Parte 3. Prima par lect. parte 2.

Maxime uero quærendum atque tractandum eſt, ſi preter materiam ſit aliqua per ſe cauſa: atque D hæc ſit ſeparabilis, nec ne. Et utrum una an plures numero ſit, & utrum ſit quippiam preter ipſum totum. (Dico autem totum cum de materia quippiam prædicatur) an nihil, an quorundam ſit, quorundam non ſit, & quales rerum ſint tales.

Part 2.

Maxime uero quærendum eſt & tractandum, utrum eſt aliquid præter materiam cauſa ſecundum ſe, aut non. Et hoc ſeparabile, aut non: & utrū unum aut plura numero. Et utrum eſt aliquid preter ſynolon. (Dico autem ſynolon quando prædicatur aliquid de materia) aut nihil, aut horum quidem, horum uero non.

Quæriĩ an res ſeparatæ ſint principia. Tertia q̃o. Quarta.

Quærit de principiis ex parte ſeparationis, & mouet quatuor q̃ones, quarum prima eſt. Cū primi naturales poſuerint ſolum cauſam materialem, utrum aliquid aliud præter materiā ſit cām ſm ſe, aut non. Secunda q̃o eſt. Suppoſito q aliqd p̃ter materiā ſit cā, utrum illud ſit ſeparabile à materia ſicut poſuit Plato, aut ſicut poſuit Pythagoras. Tertia quæſtio eſt. Si eſt aliquid ſeparabile à materia, utrum ſit unum tantū E ſicut poſuit Anaxagoras, aut plura numero ſicut poſuit Plato & ipſe Ariſto. Quarta quæſtio eſt: Vtrum aliquid ſit { p̃ter ſynolon } ideſt ſimul totum. aut nihil, aut in quibuſdā ſit aliquid, & in quibuſdam non, & qualia ſint in quibus ſunt & qualia in quibus non. Exponit autem quid ſit ſynolon uel ſimul totum. ſ. quando prædicatur aliquid de materia. Ad citius intellectum conſiderandum eſt q Plato poſuit hominem & equum & ea quæ ſic prædicantur, eſſe quaſdam formas ſeparatas. Per hoc autem homo prædicatur de Socrate uel Platone, q materia ſenſibilis participat formam ſeparatam. Socra. ergo uel Plato dicitur ſynolon uel ſimul totum quia conſtituitur per hoc q materia participat formam ſeparatam. Et eſt quaſi quoddam prædicatū de materia. Quærit ergo philoſophus hic utrum quod quid eſt indiuidui, ſit aliquid aliud præter ipſum indiuiduum, uel non, aut etiam in quibuſdam eſt aliud & in quibuſdam nō aliud. Quam quidem quæſtionem philoſophus determinabit in ſeptimo. Deinde cum dicit.

Quinta. Sexta. Hæ q̃ones ſolũt̃ infra lc. 9. & ſoluũt̃ in. 7. lect. Septima. Lec. 13. & 14. & in 12 lec. 6. Synolon quid.

Præterea principia numero ne, an ſpecie, tam in rationibus, q̃ in ſubiecto ſunt definita. Et utrum F rerum quæ occidunt, & rerum quę non occidunt eadem principia ſunt, an diuerſa. Et utrum omnia corruptionis expertia ſint, an principia rerum quę corrumpuntur, ſubeant corruptionem & ipſa. Prgterea quærendum eſt id quod oium eſt difficillimum, & dubitationem maximam habet, utrum unum ipſum & id quod eſt, non aliud quicquam: ſed eorum quæ ſunt ſubſtantia ſit ut Pythagorici Platoq; dicebant: an nō ita ſit, ſed aliud quippiam ſit ei ſubiectum, ut ſentētia quidem Empedoclis amicitia. Quorundam autem aliorum, ignis, uel aer, uel aqua. Et utrum principia uniuerſalia ſint, an ita ſeſe habeant, ut res ſingulares.

Te. cõ 20. & 21.

Amplius autem utrum principia numero aut ſpecie determinata, & quę in rationibus & in ſubiecto. Et utrum corruptibilium & incorruptibiliū G eadem, aut diuerſa. Et utrum corruptibilia omnia aut corruptibilium corruptibilia. Amplius autē quod omnium difficillimum eſt, & plurimum habet dubitationem, utrum unum & ens quemadmodum Pythagorici dicunt & Plato, non aliquid alterum eſſe ſupra exiſtentium ſubſtantiā, aut non ſed alterum aliquid ipſum ſubiectū, ut Empedocles amorem dicit, alius uero ignem, alius aquam, alius aerem. Et utrum principia ſint uniuerſalia, aut ſingularia rerum.

Parte. 3.

Mouet quæſtiones circa modum exiſtēdi principiorum. Et quia ens diuiditur per unum & multa, per actum & potentiā, Primo quærit quomodo ſint principia ſm unitatem H & multitudinem. Secundo quomodo ſint ſm actum & potentiam, ibi: { Ex poteſtate aot actu. } Circa primum mouet quatuor quæſtiones, quarum prima eſt. Vtrum principia ſint determinata ſm numerum, aut ſecundum ſpeciem puta quia dicimus tria eſſe principia naturæ. Poteſt autem intelligi, uel quia ſunt determinata ſecundum numerum, ita. ſ. q ſola una numero forma ſic principium naturæ, & ſola una numero materia & priuatio. Et poteſt intelligi q ſit determinata ſm ſpeciem, ita. ſ. q ſint multa principia materialia quæ cōueniāt in ſpecie materialis principii. & ſic de aliis. Et quia quidam philoſophorum aſſignabant cauſas formales ſicut Platonici, quidam autem ſolas cauſas materiales, ſicut antiqui naturales, addit q iſta quæſtio habet locum { in rationibus } ideſt in caoſis formalibus { & in ſubiecto } ideſt in cauſis materialibus. Secunda quæſtio eſt. Vtrum corruptibilium & incorruptibilium ſint eadem principia aut diuerſa. Et ſi ſunt diuerſa, utrum omnia ſint incorruptibilia, uel corruptibilium principia ſint corruptibilia,

M. uet q̃ões de mõ exiſtēdi principiorum. Septima. Hęc q̃o diſputat̃ infra lect. 10. & ſolũ in 12. Te cõ. 19. Octaua. Hęc q̃o diſputanl infra Lec. 11 & ſol̃ in. 12. Te cõ. 29.

Nona. Hæc qō diſputal' iſta le. 11. Se. & par til. 4. lec. 2 & l. 1 te. le. 3. & pti in 12. lect. ul. tie. & in 3 Decima. Hæc qō diſputat iſta le. 11. & ſeſi. 7. le. 13. & 14.

I & incorruptibilium incorruptibilia. Tertia quæſtio eſt. Vtrũ unum & ens ſignificent ipſam ſubſtantiam rerum, & non aliquid aliud additum ſupra ſubſtantiam rerum, ſicut dicebant Pythagorici & Platonici, uel non ſignificent ipſam ſubſtantiam rerum, ſed ſit aliquid aliud ſubiectum unitati & entitati ſcilicet ignis aut aer, aut aliquid aliud huiuſmodi, ut antiqui naturales poſuerunt. Hanc autem quæſtionem dicit eſſe difficillimam & maxime dubitabilem, quia ex iſta quæſtione deprndet tota opinio Platonis & Pythagoræ, qui ponebant numeros eſſe ſubſtantiam rerum. Quarta quæſtio eſt. Vtrum principia rerum ſint ſicut { quædam uniuerſalia, uel ſicut aliqua ſingularia } ideſt utrum ea quæ ponuntur eſſe principia habeant rationem principii ſecundum rationem uniuerſalem, uel ſecundum ꝙ unumquodq; eorum eſt aliquid & ſingulare. Deinde cum dicit.

Et potentia ne ſunt an actu, & alio ne modo an motu. Hęc enim magnam dubitationem prębere poſſunt.

K Parte. 4.

Et poteſtate aut auctoritate. Amplius utrum aliter aut ſecundum motum. Hęc enim dubitationem pręſtant magnam.

Vndecima Hæc qō diſputal iſta le. 1. 15. & ſeſi. 9. lec. 7. & 8. Duodecima.

Quærit utrum principia ſint ſecundum potentiam ul ſecundum actum. Et hæc quæſtio maxime uidetur pertinere ad principia materialia Poteſt enim eſſe dubitatio. Vtrum primum materiale principium ſit aliquod corpus in actu, ut ignis, aut aer, ut antiqui naturales poſuerunt: aut aliquid exiſtens in potentia tantum, ut Plato poſuit. Et quia motus eſt actus exiſtentis in potentia, & eſt quodam modo medium inter potentiam & actum, ideo adiungit aliam quæſtionem. Vtrum principia ſint cauſæ rerum ſolum ſecundum motũ, ſicut naturales poſuerunt ſola principia motus, uel materialia, uel efficientia, uel etiam ſint principia aliter quàm per motum, ſicut Plato poſuit per quandam participationem huius ſenſibilia ab immaterialibus cauſari. Has autem quæſtiones ideo ſe mouiſſe dicit, quia magnam dubitationem habent, ut patet ex diſcordia philoſophorum circa eas. Deinde cum dicit.

L Inſuper quærendum eſt, ſi numeri, longitudines, figurę, ac puncta, ſubſtantię quędam ſint, nec ne. Quod ſi ſubſtantię ſint, utrum a ſenſibilibus ſint ſeparatæ, an ſint in ipſis. De his enim omnibus non ſolum difficile eſt conſequi ueritatem, ſed ne ratione quidem bene dubitare facile eſt.

Parte. 5.

Adhuc autem utrum numeri, aut longitudines & figurę & puncta ſubſtantię ſunt quędam, aut non. Et ſi ſubſtantiæ, utrum ſeparatę a ſenſibilibus, aut in eis. De his omnibus non ſolum difficile ueritatem inquirere, ſed nec dubitatur facile bene.

Mouet qōnes circa mathematica. Decimatertia. M Decimaquarta. Hæ qōnes diſputãtur iſta le. 12. et 13. et ibi ſoluuntur.

Mouet quæſtiones pertinrntes ad mathematica, quæ quidem principia rerum ponuntur, & mouet duas quæſtiones. Quarum prima eſt. Vtrum numeri & longitudines & figuræ & puncta ſint quædam ſubſtantiæ, ut Pythagorici uel Platonici poſuerunt: uel non, ſicut poſuerunt naturales. Secunda quæſtio eſt. Si ſunt ſubſtantiæ, utrum ſint ſeparatæ à ſenſibilibus, ut poſuerunt Platonici: aut in ſenſibilibus, ut Pythagorici. Mouentur autem quæſtiones iſtæ tanquam diſputandæ infra & determinandæ: quia in his non ſolum difficile eſt ueritatem inquirere, ſed etiam non eſt facile bene dubitare de eis inueniendo, ſcilicet probabiles rationes dubitationis.

Lectio. IIII.

Primum igitur quærendum eſt, de quibus diximus primum, utrum unius, an plurium ſit ſcientiarum genera cauſarum omnia contemplari.

Te. c. 3. Pa. prima

PRimum ergo, de quibus in primis diximus, utrum unius aut plurium ſcietiarum ſint ſpeculanda omnia genera cauſarum.

POSTQVAM Philoſophus mouit quæſtiones quæ faciunt dubitationem in iſta ſcientia, hic incipit de eis diſputare, & diuiditur in tres partes. In prima diſputat de quæſtionibus pertinentibus ad conſiderationem huius ſcientiæ. N In ſecunda de quæſtionibus pertinentibus ad ſubſtantias, ibi. { Amplius autem utrum ſenſibiles ſubſtantiæ &c. } In tertia parte de quæſtionibus pertinentibus ad principia ſubſtantiarum, ibi. { Et de principiis utrum oporteat genera & elementa &c. } Circa primum tria facit. Primo enim diſputat de conſideratione huius ſcientiæ quantum ad cauſas per quas demonſtratur. Secundo quantum ad prima demonſtrationis principia, ibi. { At uero de principiis demonſtrationis &c. } Tertio quantum ad ipſas ſubſtantias, ibi. { Totaliter quæ ſubſtantiarum utrum una eſt &c. } Circa primum duo facit. Primo enim reſumit quæſtionem de qua diſputare intendit, concludens ex ipſo enumerationis ordine, ꝙ primo diſputandum eſt de illis de quibus primum dictum eſt enumeratione quæſtionum, utrum ſcilicet ad unam ſcientiam uel ad plures pertineat ſpeculari omnia genera cauſarum, ut ſic ordo diſputationis ordini quæſtionum mutarum reſpondeat. Secundo ibi.

Infra le. 7 Infra le. 8. Infra le. 5. Infra le. 6. Quomodo pñia ſuperius mota ex pte cõſiderationis h' ſcientię.

O Etenim quonam pacto unius erit ſcientiæ principia rerum cognoſcere, cum non ſint contraria?

Parte. 2.

Vnius enim ſcientiæ quomodo erit non contraria principia exiſtentia, cognoſcere?

Par. 4. [illegible] ius lec. Par. 8. lec. huius.

Ponit rationes ad quæſtionem, & circa hoc tria facit. Primo enim ponit rationem ad oſtendendum ꝙ conſiderare omnia genera cauſarum non pertineat ad unam ſcientiam. Secundo mouet alteram quæſtionem ſuppoſito ꝙ ad diuerſas ſcientias pertineat, diuerſa genera cauſarum conſiderare cuius cauſæ conſideratio pertinet ad philoſophum primum. Et diſputat ad diuerſas quæſtiones partes, & hoc ibi. { At uero ſi ſcientiæ cauſarũ ſunt plures &c. } Tertio ex hac diſputatione ſecunda concludit concluſionem primarum rationũ ibi. { Quapropter uidetur alterius eſſe ſcientiæ &c. } Circa primum ponit duas rationes dicens, ꝙ cum unius ſcientiæ ſit conſiderare contraria, quomodo erit unius ſcientiæ conſiderare principia cum non ſint contraria? Quæ quidem ratio ſi ſecundum ſuperficiem conſideretur, nullius uidetur eſſe momenti. Vidrtur enim procedere ex deſtructione antecedentis, ac ſi ſic argumentaretur. Si principia ſunt contraria, ſunt unius ſcientiæ, ergo ſi non ſunt cõtraria non ſunt unius ſcientiæ. Poſſet ergo dici ꝙ philoſophus in his diſputationibus non ſolum probabilibus rationibus utitur, ſed etiam interdum ſophyſticis, ponens rationes quæ ab aliis inducebantur. Srd non uidetur eſſe rationabile, ꝙ in tanta re tãtus philoſophus tam friuolam & parum apparentem rationem induxiſſet. Vnde aliter dicendum eſt, ꝙ ſi quis recte conſiderat naturam diuerſorum quæ ad eandem ſcientiam pertinent, quædam pertinent ad unam ſcientiam ſecundum ſui diuerſitatem, quædam uero ſecundum ꝙ reducuntur ad aliquod unum. Multa quidem igitur alia diuerſa inueniuntur pertinere ad unam ſcientiam, ſecundum ꝙ reducuntur ad aliquod unum, puta ut ad unum totum, uel ad unam cauſam, uel ad unum ſubiectum Sed contraria & quælibet oppoſita pertinent ad unam ſcientiam ſecundum ſeipſa, eo ꝙ unum eſt ratio cognoſcendi alterum. Et ex hoc efficitur iſta propoſitio probabilis, ꝙ omnia diuerſa quæ ſunt contraria pertineant ad unam ſcientiam. Vnde ſequetur ſi principia ſunt diuerſa & non ſunt contraria, ꝙ non pertineant ad unam ſcientiam.

P Riſio. Auerro. Improbã. Et deter. Q

Prætereà cum pluribus eorum quæ ſunt non omnia competunt, qui nanq; fieri poteſt, ut immobilibus ſit principium motus, aut boni natura, ſi omne quidem quod eſt per ſe atque ſuapte natura bonum finis ſit: atque adeo cauſa, ut illius gratia cætera ſint atque fiant: finis autem & id cuius gratia cætera fiunt, actionis ſit cuiuſpiam finis: actiones uero omnes efficiantur cum motu? Quare fieri non poteſt, ut in immobilibus hoc principium, aut ullum ſit per ſe bonum. Quapropter & in mathematicis nihil omnino per hanc oſtenditur cãm, neq; ulla prorſus ex eo fit demonſtratio: quia ſic

eſt

eſt melius, aut deterius. Quin nemo mentionem ullam omnino facit. Idcirco ſophiſtarum quidam, ut Ariſtippus in ipſa inuehebatur, in cæteris quidem inquiens artibus, & etiam ſordibus, ut in ædificandi facultate, atq; ſuẽdi, omnia dici quia ſic eſt melius, aut deterius: mathematicas uero nullam bonorum malorumq; curam habere.

Amplius autem multis exiſtentium nõ inſunt omnia. Quo nanq; modo poſſibile eſt motus principium eſſe in omnibus, immobilibus, aut boni naturam? Siquidem omne quod bonum eſt, ſecundum ſe & propter ſuam naturã finis eſt: & ita cauſa, q illius cauſa & fiunt & ſunt cætera. Finis autẽ & cuius cauſa: actus, cuiuſdam eſt finis. Sed actus omnes cum motu, quare in ĩmobilibus non continget hoc eſſe principium, neq; eſſe aliquid autoagathon ideſt per ſe bonum. Vnde & in mathematicis nihil per hanc oſtenditur cauſam, neq; eſt demonſtratio ulla, eo q melius aut deterius. Sed nec omnino nullus talium alicuius reminiſcitur. Quapropter & ſophiſtarum quidam, ut Ariſtippus ipſas præneglexit. In aliis enim artibus & illiberalibus, ut tectonica & coriaria, eo q melius aut deterius dici omnia: mathematicas uero nullam de bonis aut de malis rationem facere.

Secundam rationem ponit quæ talis eſt. Diuerſorum pertinentium ad unam ſcientiam, quæcunq; ſcientia conſiderat unum conſiderat & aliud, ut patet in contrariis, quorum diuerſitas ſecundum ſe pertinet ad unam ſcientiam non per reductionem ad aliquid unum: ſed non quæcunque ſcientia conſiderat unam cauſam conſiderat omnes cauſas, ergo cõſideratio omnium cauſarum non pertinet ad unam ſcientiã. Minorem probat per hoc q diuerſæ ſcientiæ ſunt de diuerſis entibus, & multa entia ſunt quibus non poſſunt attribui omnes cauſæ. Quod primo manifeſtat in cauſa quæ dicitur, unde principiom motus. Nõ enim uidetur q poſſit eſſe principium motus in rebus immobilibus. Ponuntur aotem quædam entia immobilia, & præcipue ſecundum Platonicos ponentes nomeros & ſubſtantias ſeparatas. Vnde ſi qua ſcientia de his conſiderat, non poteſt conſiderare de cauſa quæ eſt unde principium motus. Secundo manifeſtat idem de cauſa finali quæ habet rationem boni. Boni enim natura nõ uidetur poſſe inueniri ĩ rebus ĩmobilibus, ſi hoc cõcedatur q omne quod eſt bonum, ſecundum ſe & propter ſuam naturam eſt finis. Et hoc modo cauſa eſt inquantum propter ipſam, & cauſa ejus omnia fiunt & ſunt. Dicit aotem q eſt bonum ſecundum ſe & propter ſuam naturam, ad excludẽdum bonum utile, quod non dicitur de fine, ſed magis de eo quod eſt ad finem. Vnde quæ ſic ſoiũ dicuntur bona inquantum ſunt otilia ad aliud, non ſunt bona ſecundum ſe & propter ſoam naturam. Sicut potio amara non eſt ſecundum ſe bona, ſed ſolom ſecundum q ordinatur ad finem ſanitatis, quæ eſt ſecundum ſe bona Finis autem & cuius cauſa fit aliquid uidetur eſſe terminus alicuius actus. Omnes autẽ actiones uidentur eſſe cum motu. Ergo uidetur ſequi q in rebus immobilibos non poſſit eſſe hoc principium. ſ. cauſa finalis, quæ habet rationem boni. Et quia quæ ſunt per ſe exiſtentia abſq; materia, neceſſe eſt q ſint immobilia, ideo non uidetur eſſe poſſibile q ſit aliquid { autoagathon } ideſt per ſe bonum, ot Plato ponebat. Omnia enim immaterialia & nõ participata uocabat per ſe exiſtentia, ſicut ideam hominis uocabat hominem per ſe quaſi non participatum in materia. Vnde & per ſe bonum dicebat id quod eſt ſua bonitas non participata. ſ. primum principium omnium. Et ad hãc rationem confirmandam inducit quoddam ſignum. Ex hoc enim q finis non poteſt eſſe in rebus immobilibus, uidetur procedere q in ſcientiis mathematicis quæ abſtrahunt à materia & motu nihil probantur per hanc cauſam, ſicut probatur in ſciẽtia naturali quæ eſt de rebus mobilibus aliquid per rationem boni. Sicut cum aſſignamus cauſam quare homo habet manus, quia per eas melius poteſt exequi conceptiones rationis. In mathematicis autem nulla demonſtratio fit hoc modo, q hoc modo ſit quia melius eſt ſic eſſe, aut deterius ſi ita non eſſet. Puta ſi diceretur q, angulus in ſemicirculo eſt rectus, quia melius eſt q ſic ſit q̃ q ſit acutus uel obtuſus. Et quia poſſet forte aliquis eſſe alius modus demonſtrãdi per cauſam finalem, puta ſi diceretur, ſi finis erit neceſſe eſt id quod eſt ad finem præcedere: ideo ſubiungit q nullus omnino in mathematicis facit mentionem alicuius taliũ pertinentium ad bonum uel ad cauſam finalem. Propter quod quidã ſophiſtæ, ut Ariſtippus, qui fuit de ſecta Epicureorum, omnino neglexit demõſtratiões quæ ſunt per cauſas finales, reputãs eas uiles ex hoc q ĩ artibos illiberalibus ſiue mechanicis, ut in arte { tectonica } ideſt ædificatoria: { & coriaria } omniom rationes aſſignantur ex hoc q eſt aliquid melius oel deterius. In mathematicis uero quæ ſunt nobiliſſimæ & certiſſimæ ſcientiæ, nulla fit mentio de bonis & malis. Deinde cum dicit.

At uero ſi plures ſint ſcientiæ cauſarum, & alia circa aliam cauſam uerſetur, q̃ harum oportet eam dicere q̃ quærimus? Aut quem eorum qui ipſas habent, rem maxime ſcire dicemus?

At uero ſi ſcientiæ cauſarum ſunt plures, & altera alterius principia, quę earum eſt dicenda quæ quæritur? Aut quis maxime res quæſitas eſt eas ſciens habennium?

Interponit aliam q̃õnem, & primo proponit eam, & habet duas partes. Prima enim pats q̃õnis eſt: Si diuerſæ cauſæ conſiderentur à pluribus ſcientiis, ita quòd altera ſcientia ſit alterius cauſæ conſideratiua, qoæ illarum debet dici ſcientia { quæ quæritur } ideſt philoſophia prima? Vtrũ ſcilicet illa quæ conſiderat cauſam formalem, aut quæ cõſiderat cauſam finalem, uel quæ conſiderat aliquam aliarum? Secunda pars q̃õnis eſt: Si aliquæ res ſint quæ habeant plores cauſas, quis maxime cognoſcit rem illam eorum qui conſiderant illas cauſas? Secundo cum dicit.

Fit enim ut ad eãdem rem modi cauſarum omnes accommodentur. Domus enim principium quidem unde proficiſcitur motus, ars eſt atq; ædificator. Id autem gratia cuius cætera fiunt, ipſum eſt opus. Materia uero lapides ſunt & cementum, & forma eſt ipſa ratio.

Contingit enim eidem omnes modos cauſarum ineſſe, ut domus. Vnde quidem motus, ars & ædificator: cuius uero cauſa, opus: & materia terra, & lapides: ſpecies uero, ratio.

Manifeſtat partem ſecundam q̃õnis per hoc q una & eadem res inuenitur quæ habet omnes modos cauſarum, ſicut domus cauſa unde principium motus eſt ars & ædificator. Id oero cuius cauſa uel finis cauſa domus { eſt opus } .l. uſus eius qui eſt habitatio. Caoſa oero ſicut materia eſt terra, ex qua fiunt lateres & lapides. Cauſa uero ſicut ſpecies uel forma, eſt ipſa ratio domus quam artifex præconceptã mente in materia ponit. Tertio ibi.

Ex his igitur quibus olim determinatum eſt, q̃ ſcientiarum ſapientiam oporteat appellare, conſentaneum eſſe rationi uidetur, illarum quáq; ſapientiam nuncupare. Quo nanq; ſapientia princeps eſt maxime atq; domina, & cui cæteras ut ſeruas neq; contradicere fas eſt, hoc ſcientia finis ac boni ſapiẽtia nuncupanda eſſe uidetur. Huius enim gratia cætera ſunt atq; fiunt.

Igitur ex dudum determinatis quam decet uocare ſcientiarum ſapiẽtiam. Habet enim rationem quamlibet appellari inquantum ſenior & princi-

Par. 3.

Bonum et finis.

Parte. 4.

Quæſtio.

Parte. 5.

Par. 6.

Nota textum cõtra eos qui negãt prologum metaphyſice ab Ari. editũ.

I palior, cui ueluti ſeruientes nō contradicere ſcientias alias certum eſt, quæ finis & boni talis eſt. Huius enim cauſa ſunt cætera.


Reaſſumit quæſtionem .ſ. q̄ dictarum ſcientiarum poſſumus uocare ſapientiam, ſm ea quæ de ſapientia prius determinauimus in principio libri, utrum. ſ. illam quæ conſiderat cauſam formalem, uel quæ conſiderat cauſam finalem, uel aliquam aliarum cauſarum. Et ponit conſequenter rationes ad ſingulas trium cauſarum dicēs, q̄ ratio q̄dam uidetur de { qualibet ſcientia } ideſt quæ eſt per quācunq; cauſam q̄ appelletur nomine ſapientiæ Et primo quantum ad ſcientiā quæ eſt per cauſam finalem. Dictum eſt enim in principio libri q̄ iſta ſcientia quæ ſapientia dicitur, eſt maxime principalis & ordinatiua aliarum quaſi ſubditarum. Sic igitur inquantum ſapientia { eſt ſenior } ideſt prior ordine dignitatis, & principalior quadam authoritate ordinandi alias, quia nō eſt iuſtum q̄ aliæ ſcientiæ contradicant ei, ſed ab ea accipiāt ſua principia, ſicut ei ſeruientes, uidetur quod illa ſciētia quæ eſt { finis & boni } ideſt quæ procedit per cauſam finalē ſit talis quæ ſit digna nomine ſapientiæ. Et hoc ideo quia omnia
K alia ſunt propter finem. Vnde finis eſt quodammodo cauſa omnium aliarum cauſarum. Et ſic ſcientia quæ procedit per cauſam finalem eſt principalior. Cuius ſignum eſt q̄ artes illæ ad quas pertinent fines principantur & præcipiunt aliis artibus, ſicut gubernatoria nauifactiuæ. Vnde ſi ſapientia eſt principalis & præceptiua reſpectu aliarum, maxime uidetur q̄ præcedat per cauſam finalem.

Lec. 5.


Quo uero definitum eſt cauſarum primarum maximeq; ſcibilis ſcientiam ſapiētiam eſſe, hoc ſubſtantiæ ſcientia nomen ſibi non iniuria ſapientiæ uendicabit. Nam cum multis modis idem ſciatur, magis quidem eos dicimus ſcire, qui rem ex hiſce quæ inſunt, q̄ eos qui ex hiſce quæ non competūt eidem cognoſcunt. Horum autem alium alio magis, & maxime eum qui quidnam ſit percipit, ſed
L non eum qui aut quāta ſit, aut qualis, aut ſi apta ſit agere quippiam, aut pati cognoſcit. In cęteris ēt quorum eſt demonſtratio, tum ſcire quoq; putamus, cum quidnam ſit unumquodque cognoſcimus, ut quadrationem inuentionem medię eſſe, & in cæteris ſimili modo.

Par. 7. Inquantum uero primarum cauſarum & maxime ſcibilis diffinitiua eſt eſſe, ſubſtantiæ utiq; erit talis. Multis enim modis rationem ſcientibus, magis quidē ſcire dicimus eum qui nouit in ipſo eſſe quid ipſa res, q̄ in non eſſe, & horum eorundem aliud alio magis, & maxime quid eſt, & non quantum, aut quale, aut aliquid facere, aut pati apta nata eſt. Amplius autē & in aliis ſcire ſingula & quorum demōſtrationes ſunt, tunc putamus exiſtere,
M quādo ſcimus quid eſt: ut quid eſt tetragonizare? quia mediæ inuentio. Similiter autem & in aliis.

Lect. 2. Inducit rationem de cauſa formali. Dictum eſt enim in procemio libri, q̄ ſapientia eſt primarum cauſarum, & eius quod eſt maxime ſcibile, & quod eſt maxime certum. Et ſecundū hoc uidetur q̄ ſit { ſubſtantiæ }, id eſt per cauſam formalē, quia inter diuerſos modos ſciendi, magis dicimus ſcire illum qui ſcit aliquid eſſe quam qui ſcit aliquid non eſſe.
Lib. 1. lec. 39. 40. Vnde & in poſterioribus Philoſophus probat q̄ demonſtratio affirmatiua eſt potior quam negatiua. Inter eos autem qui ſciunt aliquid affirmare, unum alio magis dicimus ſcire. Sed inter omnes maxime dicimus ſcire illum, qui cognoſcit quid eſt res, non autem qui ſcit quanta eſt, uel qualis, & quid poſſit facere uel pati. Sic igitur in cognoſcendo ipſam rem abſolute perfectiſſimum eſt ſcire quid eſt res; quod eſt ſcire ſubſtantiam rei. Sed etiam in aliis cognoſcendis, puta proprietatibus rei magis dicimus ſcire ſingula de quibus ſunt demonſtrationes, quando etiam de ipſis accidentibus uel proprietatibus ſcimus quod quid eſt, quia quod quid eſt non ſolum inuenitur in ſubſtantiis, ſed etiam in accidentibus. Et ponit exemplum de tetragoniſmo ideſt de quadratura ſuperficiei æque diſtantium laterum non quadratæ, quam quadrare dicimur cum inuenimus quadratum ei æquale. Cum autē omnis ſuperficies æque diſtantium laterum & rectorum angulorum ex duabus lineis contineatur, quæ rectum continent angulum, ita q̄ totalis ſuperficies nihil eſt aliud q̄ ductus unius earum in alia, tunc inuenimus quadratum æquale ſuperficiei prædictæ, quando inuenimus lineam quæ ſit media in proportione inter duas lineas prædictas. Puta ſi linea .a. ad lineam b. ſe habeat, ſicut linea .b. ad lineam .c. quadratum lineæ b. eſt æquale ſuperficiei quæ continetur in .c. & .a. ut probatur in ſexto Euclidis. N



O



Ad inueniēdum quadratum æquale tetragoniſmo, oportet accipere lineam mediam in proportione inter duas lineas, ut paret in iſtis lineis ſequentibus. P



Et apparet manifeſte in numeris. Sex enim eſt medium in proportione inter nouem & quatuor. Nouem enim ſe habet ad ſex in proportione ſexqualtera, & ſimiliter ſex ad quatuor quadratum autem ſenarii eſt. 36. Quod etiam perficitur ex ductu quaternarii in nouenarium. Quater enim nouem ſunt. 36. Et ſimile eſt in omnibus aliis. Deinde ponit rationem de cauſa mouente.

Atqui circa generationes actionesue atque omnem mutationem, tum maxime ſcimus, cū ipſum principium motus ſcimus. Hoc autem aliud principium eſt atque oppoſitum fini. Quare contemplatio harum cauſarum cuiuſq;, ad aliam aliquam ſcientiam uidebitur pertinere. Quādo ſciētiā de mobilibus habeamus. Q

Circa generationes uero & actus, & circa omnem tranſmutationem opinamur nos perfecte cognoſcere quādo cognoſcimus principium motus. Hoc autem alterum & oppoſitum fini. Quapropter uidetur alterius eſſe ſcientię, cauſarum harum ſingulas ſpeculari. Par. 8.

Videmus enim q̄ circa generationes & actiones, & circa omnem tranſmutationem maxime dicimus aliquid ſcire, quando cognoſcimus principium motus, eo quod motus nihil eſt aliud quam actus mobilis a mouente, ut dicitur. 3. phy. Prætermittit autem de cauſa materiali, quia illa imperfectiſſime ſe habet ad hoc, q̄ ſit principium cognoſcendi. Nō enim fit cognitio per id quod eſt in potētia, ſed per id quod Te. cō. 28.

A eſt in actu, ut infra in nono dicetur. His igitur poſitis ad ſecundam quæſtionem pertinentibus, inducit rationem ex eiſdem rationibus ſupra poſitis ad primam quæſtionē ſcilicet q alterius ſcientiæ ſit conſiderare omnes iſtas cauſas, eo q in diuerſis rebus diuerſæ cauſæ uidentur habere principalitatem, ſicut in mobilibus pricipium motus, in ſcibilibus quod quid eſt. Finis autem in his quæ ordinantur ad finem. Hanc autem quæſtionem Ariſto. in ſequentibus expreſſe ſoluere non inuenitur. Poteſt tamen eius ſolutio ex his quæ ipſe inferius in diuerſis locis determinat colligi. Determinat enim in quarto q iſta ſcientia conſiderat ens inquantum eſt ens. Vnde & eius eſt conſiderare primas ſubſtantias. Non autem ſcientiæ naturalis, quia ſupra ſubſtātiam mobilem ſunt aliæ ſubſtantiæ. Omnis autem ſubſtantia uel eſt ens per ſeipſam ſi ſit forma tantum, uel ſi ſit compoſita ex materia & forma eſt ens per ſuam formam. Vnde inquantum hæc ſcientia eſt conſideratiua entis, conſiderat maxime cauſam formalem. Primæ autem ſubſtantiæ non cognoſcuntur a nobis, ut ſciamus de eis quod quid eſt, ut poteſt aliqualiter haberi ex his quæ in .ix. determinantur. Et ſic earum cognitione non habet locum cauſa formalis. Sed quamuis ipſæ ſint immobiles ſecundum ſeipſas, ſunt tamen cauſa motus aliorum per modum finis. Et ideo ad hanc ſcientiam inquantum eſt conſideratiua primarum ſubſtantiarum, præcipue pertinet conſiderare cauſam finalem, & etiam aliqualiter cauſam mouentem. Cauſam autem materialem ſecundum ſeipſam nullo modo, quia materia non conuenienter cauſa eſt entis, ſed alicuius determinati generis ſcilicet ſubſtantiæ mobilis. Tales autem cauſæ pertinent ad conſiderationem particularium ſcientiarum, niſi forte conſiderentur ab hac ſcientia inquantum continentur ſub ente. Sic enim ad omnia ſuam conſiderationem extendit. His autem uiſis rationes inductas facile eſt ſoluere. Primo enim nihil prohibet diuerſas cauſas ad hanc ſcientiam pertinere unam exiſtentem, licet nō ſint cōtraria, quia reducuntur ad unum ſcilicet ad ens commune, ſicut dictum eſt. Similiter nihil prohibet, & ſic non quælibet ſcientia conſideret omnes cauſas, quin aliqua ſcientia poſſit conſiderare omnes uel plures earum inquantum reducuntur ad aliquod unum. Sed ſpecialiter deſcendendo dicēdum eſt q nihil prohibet in immobilibus conſiderari & principii motus finem ſiue bonum, in immobilibus quæ ſunt tamen mouētia ſicut ſunt primæ ſubſtantiæ. In his autem quæ neque mouentur nec mouent, non eſt conſideratio principii motus, nec finis ſub ratione finis motus, quamuis poſſit conſiderari finis ſub ratione finis alicuius operationis ſine motu. Sicut ſi ponantur eſſe ſubſtantiæ intelligentes non mouentes ut Platonici poſuerunt, nihilominus tamen inquantum habent intellectum & uoluntatem oportet ponere in eis finem & bonum quod eſt obiectum uoluntatis. Mathematica autem non mouentur, nec mouent, nec habent uoluntatem. Vnde in eis non conſideratur bonum ſub nomine boni & finis. Conſideratur tamen in eis id quod eſt bonum ſcilicet eſſe & quod quid eſt. Vnde falſum eſt q in mathematicis non ſit bonum, ſicut ipſe infra in .xi. probat. D Ad quæſtionem uero ſecundam iam patet reſponſio, quia ad hanc ſcientiam pertinet conſideratio trium cauſarum, de quibus rationes inducit.

Lect. Text.co. 10.
Hic determinat prima quæſtione ſupra mota.
Text.co. 3.
B Lect. Text.co. 18.
Ad rationes in oppoſitum.
C
Lect. 8. ſl. per eandem partem ad quid hac ſcientia mota.

Lectio. V.

At uero de principiis etiam demonſtrationis eſt controuerſia, ſi una ſit an plures de ipſis ſcientiæ. Atq; demonſtratiua principia dico opiniones communes, ex quibus omnes demonſtrant. Vt omne quoduis affirmetur, aut negetur neceſſe eſt, & impoſſibile eſt eſſe ſimul atque non eſſe, & quæ ſunt huiuſmodi propoſitiones. Eſt igitur horum atq; ſubſtantiæ una ſcientia, an alia atque alia? Quod ſi non ſit una, utrum dicere oporteat eam quę nunc quæritur ſcientiam eſſe.

Text.co. 4. Part. 1.

At uero & de principiis demōſtrationis utrũ unius ſcientiæ eſt aut plurium, dubitatio eſt. Dico autem demōſtratiuas communes opiniones ex quibus demonſtrant, ut quoniā omne neceſſarium eſt, aut dicere aut negare, & impoſſibile ſimul eſſe, & non eſſe, & quæcunq; tales propoſitiones. Vtrum harum una ſcientia & ſubſtantiæ, aut alia? Et ſi non una eſt, quam oportet appellare quæ nunc eſt quæſita. E

POSTQVAM diſputauit de prima quæſtione quæ erat de conſideratione cauſarum. Hic intendit diſputare de conſideratione principiorum demonſtrationis ad quā ſcientiam pertineāt, & circa hoc tria facit. Primo mouet quæſtionem. Secundo diſputat ad unam partem. ibi { Vnius igitur eſſe &c. } Tertio diſputat ad aliam partem. ibi: { At uero ſi alia &c. } Dicit ergo primo q dubitatio eſt de principiis demonſtrationis, utrum conſiderare de his pertineat ad unam ſcientiam uel ad plures. Et exponit quæ ſunt demonſtrationis principia. Et dicit q ſunt communes conceptiones omnium ex quibus procedunt omnes demonſtrationes, inquãtum ſ. ſingula principia propriarum concluſionum demonſtratarum habent firmitatem uirtute principiorum communium. Et exēplificat de primis principiis maxime, ſicut q neceſſe eſt de unoquoq; aut affirmare, aut negare. Et aliud principium eſt q impoſſibile eſt idem ſimul eſſe & non eſſe. Eſt ergo hæc quæſtio. Vtrum hæc principia & ſimilia pertineant ad unam ſcientiam uel ad plures. Et ſi ad unam utrũ pertineant ad ſcientiam quæ eſt conſiderans ſubſtantiam, uel ad aliam. Et ſi ad aliam, q̃ earum oportet nominare ſapiētiam uel philoſophiam primam q̃ nunc quærimus. Deinde cum dicit.

Hæc quæſtio fuit ſecūda mota ſupra ex parte cōſiderabilis, & ſoluitur in 4. t. co. 7. prima parte lec. huius parte. 2. Parte. 4.
F
Quæſtio.

Vnam igitur eſſe non eſt conſentaneum rationi. Cur enim magis eſt proprium geometriæ, quam cuiuſuis hæc intelligere? Si igitur cuiuſuis quidē ſimiliter eſt, omnium autem eſſe nō poteſt, ut neque cæterarum, ſic neq; eius quę ſubſtātias cognoſcit, proprium eſt de ipſis cognoſcere.

Vnius igitur eſſe nō eſt rationabile. Quid enim magis geometriæ quam qualiſcũq; de his eſt proprium audire? Si igitur ſimiliter qualiſcunq; ſit, omnium uero non contingit, ſicũt nec aliarum, ita neq; ipſas ſubſtantias cognoſcentes, proprium eſt de ipſis cognoſcere.

Part. 2.
G

Obiicit ad unam partem quæſtionis. ſ. ad oſtēdendum q non eſt unius ſcientiæ conſiderare principia omnia ſupple. demonſtrationis & ſubſtantiam. Et ponit duas rationes, quarum prima talis eſt. Cum omnes ſcientiæ utantur prædictis principiis demōſtrationis nulla ratio eſſe uidetur, quare magis pertineant ad unam q̃ ad aliam. Nec etiam uidetur rationabile, q eorum cōſideratio pertineat ad omnes ſcientias; quia ſic ſequeretur q idem tractaretur in diuerſis ſcientiis; quod eſſet ſuperfluum. Videtur igitur relinqui q nulla ſcientia conſideret de principiis iſtis, ergo per quam rationē non pertinet ad aliquam aliarum ſcientiarum tradere cognitionem de huiuſmodi demonſtrationis principiis, per eandem rationem nō pertinet ad ſcientiam cuius eſt conſiderare de ſubſtantia. Secunda ratio ponitur ibi.

Et inſuper quonam pacto ipſorum ſcientia fuerit? Quid enim unumquodq; ipſorum eſt, & nũc plane cognoſcimus. Nam utuntur ipſi & alię artes ut cognitis. Quod ſi demonſtratiua ſit de ipſis ſciētia, genus ſubiectum eſſe quippiam oportebit, & quædam affectus. quædam dignitates ipſorum eſſe. Impoſſibile eſt enim demōſtrationem de omnibus eſſe. Ex quibuſdam enim & circa quippiam & quorūdā eſſe demōſtrationem neceſſe eſt. Quare ſit ut eſſe omnium quę damonſtrantur, unum ſit quippiam genus. Vniuerſæ nanq; demonſtratiuæ ſcientiæ dignitatibus ipſis utuntur.

H

Simul autem quomodo erit ipſorum ſcientia? Quid enim & unumquodq; horum exiſtit ens, & nunc nouimus. Vtitur ergo eis ut notis artes aliq.

Partic. 3.

1 Si autem de his demonſtratio, oportebit aliquod igitur eſſe ſubiectum, & hæc quidem paſſiones, illa uero dignitates eorum. Nanque de omnibus eſſe demonſtrationem eſt impoſſibile. Neceſſe enim ex aliquo eſſe & circa aliquid & aliquorum demonſtrationem. Quare accidit eſſe, unũ genus aliquid monſtratorum. Omnes enim demõſtratiuę dignitatibus utuntur.

Demõſtratio nõ eſt de oĩbus.

Quæ talis eſt. Modus de quibus eſt cognitio in ſcientiis eſt duplex. Vnus modus ſcʒ quod de unoquoque cognoſcitur quid eſt. Alius modus ſm quod cognitio per demonſtrationem acquiritur. Primo autem modo non pertinet ad aliquã ſciẽtiam tradere cognitionem de principiis demonſtrationis, quia talis cognitio pncipiorum præſupponitur ante omnes ſcientias. Quod enim unumquodque horum ſit ens { ex uſ
noſcimus } idest ſtatim à principio cognoſcimus quid ſignificent hæc principia, per quorum cognitionem ſtatim ipſa principia cognoſcuntur. Et quia talis cognitio principiorum ineſt nobis ſtatim a natura, concludit quod omnes artes &
K ſcientiæ, quæ ſunt de quibuſdam aliis cognitionibus, utuntur prædictis principiis tanquam naturaliter notis. Similiter autem probatur quod prædictorum principiorum cognitio non traditur in aliqua ſcientia per demonſtrationem, quia ſi eſſet aliqua demonſtratio de eis, oporteret tria tunc principia conſiderari. ſ. genus, ſubiectum, paſſiones, & dignitates. Et ad huius manifeſtationem ſubdit quod impoſſibile eſt de oĩ
Lect. 2. bus eſſe demonſtrationem Non enim demonſtrantur ſubiecta, ſed de ſubiectis paſſiones. De ſubiectis uero oportet præ cognoſcere an eſt, & quid eſt, ut dicitur in primo poſteriorum. Et hoc ideo quia neceſſe eſt demonſtrationem eſſe ex aliquibus, ſicut ex principiis quæ ſunt dignitates, & circa aliquod, quod eſt ſubiectum, & aliquorum quæ ſunt paſſiones. Ex hoc autem ſtatim manifeſtum eſt ex uno horum trium quod dignitates non demonſtrantur, quia oporteret quod haberent aliquas dignitates priores, quod eſt impoſſibile. Vnde pertermiſſo hoc modo procededi tãquam manifeſto procedit ex parte ſubiecti. Cum enim una ſcientia ſit unius
L generis ſubiecti, oporteret quod illa ſcientia quæ demonſtraret dignitates, haberet unum ſubiectum. Et ſic oporteret quod omnium ſcientiarum demonſtratiuarum eſſet unum genus ſubiectum, quia omnes ſcientiæ demonſtratiuæ utuntur huiuſmodi dignitatibus. Deinde cum dicit.

Cognitio duplex. ſ. diffinitiua & demonſtratiua.

At uero ſi alia ſit ſubſtantię ſcientia, & alia item de ipſis, utra ſit potior ipſarum & ſuapte natura prior. Vniuerſaliter enim dignitates maxime ac omnium principia ſunt. Quod ſi non ad philoſophum, ad quem nam alium uerum de ipſis ac falſum contemplari ſpectabit?

Parte. 4. At uero ſi alia quæ ſubſtantiæ, & quæ de his, quę earum principalior & prior eſt? Vniuerſaliter enim maxime omnium principia ſunt dignitates.
M Et ſi non eſt philoſophi, cuius erit alterius determinare ueritatem falſitatem?

Obiicit ad aliam partem. Si enim dicatur quod alia ſcientia ſit quæ eſt de huiuſmodi principiis, & alia quæ eſt de ſubſtantia, remanebit dubitatio quæ ipſarũ ſit principalior & prior. Ex una enim parte dignitates ſunt maxime uniuerſales, & principia omnium quæ traduntur in quibuſcunque ſcientiis. Et ſecundum hoc uidetur quod ſcientia quæ eſt de huiuſmodi principiis ſit principaliſſima. Ex alia uero parte cum ſubſtantia ſit primum & principale ens, manifeſtum eſt quod prima philoſophia eſt ſcietią ſubſtantiæ. Et ſi non eſt eadem ſcientia ſubſtantiæ, & dignitatum, non erit de facili dicere cuius alterius ſit conſiderare ueritatem & falſitatem circa dignitates, ſi non eſt primi philoſophi qui conſiderat ſubſtãtiam.
Lect. 5. Hanc autem quæſtionem determinat Philoſophus in. 4. hu
T. c. 7. ius, & dicit quod ad philoſophum potius pertinet conſideratio dignitatum, inquantum ad ipſum pertinet conſideratio entis in communi, ad quod per ſe pertinent huiuſmodi principia prima, ut maxime apparet in eo quod eſt maxime pri- N
mum principium. ſ. quod impoſſibile eſt idem eſſe & non eſſe. Vnde omnes ſcientiæ particulares utuntur huiuſmodi principiis ſicut utuntur ipſo ente, quod tamen principaliter conſiderat philoſophus primus. Et per hoc ſoluitur ratio prima. Secunda autem ratio ſoluitur per hoc quod philoſophus non cõſiderat huiuſmodi principia tanquam faciens ea ſcire diffiniendo uel abſolute demonſtrando, ſed ſolum elenchiee idest contradicendo diſputatiue negantibus ea, ut in. 4. dicetur. Te. c. 9. & inde.

Lectio. VI

Pręterea una ne omnium ſubſtantiarum, an plures ſcientiæ ſunt.

T. c. 5. Par. prima

TOtaliter quæ ſubſtantiarum utrum una omnium ſit, aut plures ſcientiæ.

POSTQVAM diſputauit duas quæſtiones pertinentes ad conſiderationem huius ſcientiæ, hic diſputat tertiam quæ eſt de conſideratione ſubſtantiarum & accidentium. Et diuiditur in partes duas, ſecundum quod circa hoc duas quæſtiones diſputat. Secunda incipit, ibi: { Amplius autem utrum ſenſibiles ſubſtantiæ &c. } Circa primum tria
O facit. Primo monet quæſtionem quæ eſt utrum omnium ſubſtantiarum ſit una ſcientia, aut plures ſcientiæ conſiderẽt diuerſas ſubſtantias Secunda ibi.

Lect. 7. Hęc fuit tertia quõ ſupmota ex pte conſiderationis. primo lec. huius. Parte. 2.

Atque ſi non una ſit, cuiuſnam ſubſtantiæ hanc ſcientiam ponere oportet?

Siquidem ergo non una, cuius ſubſtantię ponenda eſt ſcientia?

Obiicit ad primam partem. ſ. ad oſtendendum quod una ſcientia ſit de omnibus ſubſtantiis, quia ſi non eſſet una de omnibus de ſubſtantiis, non poſſet aſſignari, ut uidetur, cuius ſubſtantiæ ſit conſideratiua hæc ſcientia, eo quod ſubſtantia inquantum ſubſtantia eſt principaliter ens. Vnde non uidetur quod magis pertineat ad conſiderationem principalis ſcientiæ una ſubſtantia quam alia. Tertia ibi.

Vnam autem omnium eſſe, non eſt conſentaneum rationi. Et demõſtratiua nanque ſcientia, una omnium per ſe accidentium erit. Si quid eſt om-
P nis demonſtratiua ſciẽtia, circa aliquid ſubiectum ex opinionibus communibus accidentia per ſe cõtemplatur. Eiuſdem igitur eſt per ſe accidentia, ex eiſdem opinionibus circa ſubiectum aliquod contemplari. Subiectum enim circa quod unius ſcientię eſt, & ea ex quibus unus identidem eſt, ſiue ſit eiuſdem, ſiue non eiuſdem. Quare & accidentia ſimili modo, ſiue hæ contemplantur, ſiue ex iſtis una.

part. 3. Vnam uero omniũ non eſt rationabile. Etenim demonſtratiua una de omnibus erit utique per ſe accidentibus. Siquidem demonſtratiua omnis circa aliquod ſubiectum, ſpeculatur per ſe accidentia ex communibus opinionibus. Et circa idem igitur genus accidentia per ſe eiuſdem eſt ſpeculari
Q ex eiſdem opinionibus. Nam circa ipſum quia, unius, & ex quibus, unius: ſiue eiuſdem, ſiue alterius. Quare & accidentia, ſiue hę ſpeculentur, aut ex his, una.

Obiicit in contrarium dicens, quod non eſt rationabile ponere unam eſſe ſcientiam omnium ſubſtãtiarum. Sequetur enim quod eſſet una ſcientia demonſtratiua de omnibus per ſe accidentibus. Et hoc ideo quia omnis ſcientia demonſtratiua aliquorum accidentium, ſpeculatur per ſe accidentia circa aliquod ſubiectum. Et hoc ex aliquibus conceptionibus communibus. Quia igitur ſcientia demonſtratiua non ſpeculatur accidentia niſi circa ſubiectum aliquod, ſequitur quod ad eandem ſcientiam pertineat conſiderare aliquod genus ſubiectum, ad quam pertinet conſiderare per ſe accidentia illius generis, & econuerſo, dummodo demonſtratio fiat ex eiſdem principiis. Sed quandoque contingit quod demonſtrare,

A quia ita eſt, per aliqua principia, pertinet ad aliquam ſcientiam & demonſtrare principia ex quibus demonſtrabatur, quia ita eſt, pertinet ad unam ſcientiam. Quandoq; quidem ad eandem, quandoq; uero ad aliam. Ad eandem quidem ſicut geometria demõſtrat, ꝙ triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis, per hoc ꝙ angulus exterior trianguli eſt æqualis duobus interioribus ſibi oppoſitis, quod tãtum demonſtrare pertinet ad geometriam. Ad aliam uero ſcientiam ſicut muſicus probat ꝙ tonus non diuiditur in duo ſemitonia æqualia, per hoc ꝙ proportio ſexquioctaua cum ſit ſuperparticularis non poteſt diuidi in duo æqualia. Sed hoc probare non pertinet ad muſicum, ſed ad arithmeticum. Sic ergo patet ꝙ quandoq; accidit diuerſitas in ſciẽtiis propter diuerſitatem principiorum, dum una ſcientia demõſtrat principia alterius ſcientiæ per quædam altior principia. Sed ſuppoſita identitate principiorum non poteſt eſſe diuerſitas in ſcientiis, dummodo ſint eadem accidentia & idem genus ſubiectum, quaſi una ſcientia conſideret ſubiectum & eadẽ accidentia. Vnde ſequitur ꝙ ſcientia quæ cõſiderat ſubſtantiã conſideret etiam accidentia, ita ꝙ ſi ſint plures ſcientiæ conſiderantes ſubſtantias, erunt conſiderantes accidentia. B Si uero una earũ ſola ſit quæ conſideret ſubſtantias, una ſola erit quæ conſiderabit accidẽtia. Hoc autem eſt impoſſibile, quia ſic ſequeretur non eſſe niſi unam ſcientiam, cum nulla ſcientia ſit quæ non demõſtret accidentia de aliquo ſubiecto. Nõ ergo ad unam ſcientiam pertinet conſiderare omnes ſubſtãtias. Hæc autem quæſtio determinatur in quarto huius, ubi (Lec.) oſtenditur, ꝙ ad primam ſcientiam ad q̃ pertinet conſiderare de ente inquantum eſt ens, pertinet conſiderare de ſubſtãtia inquantum eſt ſubſtantia, & ſic conſiderat omnes ſubſtantias ſm cõem rationem ſubſtãtiæ, & per cõſequens ad eam pertinet conſiderare communia accidentia ſubſtantiæ. Particularia uero accidentia quarundam ſubſtãtiarum pertinet conſiderare ad particulares ſcientias, quæ ſunt de particularibus ſubſtantiis, ſicut ad ſcientiam naturalem pertinet conſiderare accidentia ſubſtantiæ mobilis. Verumtamen in ſubſtantiis eſt etiam ordo. C Nam primæ ſubſtantiæ ſunt ſubiectæ immateriales. (Parte.4.) Vnde & earũ conſideratio pertinet proprie ad philoſophum primum. Sicut ſi non eſſent aliæ ſubſtantiæ priores ſubſtantiis mobilibus corporalibus, ſcientia naturalis eſſet philoſophia prima, ut dicitur infra in ſexto. Deinde cum dicit.

Præterea utrum circa ſubſtantias ſolum ſit contẽplatio, an & circa ea quę ipſis accidunt. Dico aũt hoc pacto, ſi ſolidum ſit ſubſtãtia quędam, & lineę atq; plana, utrum ad eandem hęc & accidẽtia circa unumquodq; genus de quibus mathematicæ demonſtrant, an ad aliam ſcientiã cognoſcere ſpectet.

(Tex.cõ.6.) (Tex.cõ.4.) **Amplius autem utrum circa ſubſtantiam ſolum theoria eſt, aut circa ipſas & accidentia. Dico autẽ ut ſi ſolidum quędam ſubſtantia eſt, & linea & ſuperficies, utrum eiuſdem ſcientię eſt eadem cognoſcere, & accidẽtia circa unumquodq; genus de quibus mathematicæ oſtendunt, aut alterius.**

D (Quæſtio. ...) Ponit aliam quæſtionem de conſideratione ſubſtantiæ & accidentis, & circa hoc etiam tria facit. Primo mouet quæſtionem quæ eſt. Vtrum conſideratio huius ſcientiæ ſit ſolũ circa ſubſtantiam, aut etiam circa ea quæ accidunt ſubſtantiis, puta ſi dicamus ꝙ lineæ, ſuperficies & ſolida ſint quædã ſubſtantiæ, ut quidam poſuerunt, quæritur utrum eiuſdem ſcientiæ ſit conſiderare iſta, & per ſe accidentia horum quæ demonſtrantur in ſcientiis mathematicis, aut alterius. Secundo ibi.

Nam ſi ad eãdem pertineat, demonſtratiua quędam & ſubſtantiæ profecto ſcientia erit. At ipſius quid eſt, non uidetur demonſtratio eſſe.

(Parte.3.) **Nam ſi eiuſdem, demõſtratiua quędam eſſet, & quę ſubſtantię eſt. Non autem uidetur eius quod quid eſt demonſtratio.**

E Obiicit ad unam partem. Si enim eiuſdem ſcientiæ eſt cõſiderare accidentia & ſubſtantias, cum ſcientia quæ conſiderat accidentia ſit demonſtratiua accidentium, ſequitur ꝙ ſcientia quæ conſiderat ſubſtantiam, ſit demonſtratiua ſubſtantiarũ, quod eſt impoſſibile, cum diffinitio declarans ſubſtantiam quæ ſignificat quodquideſt, non demonſtretur. (Ipſius qd. qd eſt nõ ẽ demõſtratio.) Sic ergo non erit eiuſdem ſcientiæ ſubſtantias conſiderare & accidentia. Tertio ibi.

Sin ad aliam, quænam eſt ea, quæ accidentia circa ſubſtantiam contemplatur? Hoc enim aſſignare difficile admodum eſt.

(Parte.6.) **Si uero diuerſę, quę erit ſpeculans circa ſubſtantiam accidentia? Hoc enim reddere eſt ualde difficile.**

Obiicit in contrarium, quia ſi diuerſæ ſcientiæ conſiderãt ſubſtantiam & accidens, non erit aſſignare quæ ſcientia ſpeculetur accidentia circa ſubſtantiam, quia talis ſcientia conſiderabit utrunq;, cum tamen hoc uideatur ad omnes ſcientias pertinere: quia omnis ſcientia conſiderat per ſe accidentia circa ſubiectum, ut dictum eſt. Hanc autem quæſtionem (Lec.1.3.4.) F determinat Philoſophus in quarto huius dicens, ꝙ ad eandem ſcientiam ad quam pertinet de ſubſtantia & ente, pertinet etiam conſiderare de per ſe accidentibus ſubſtantiæ & entis Non tamen ſequitur ꝙ eodẽ modo conſideret utrunque ſcilicet demonſtrando ſubſtantiam, ſicut demonſtrat accidens, ſed diffiniendo ſubſtantiam & demonſtrando accidens ineſſe uel non ineſſe, ut plenius habetur in fine noni huius.

Lectio. VII.

Prętere utrum ſolas ſubſtantias ſenſibiles eſſe, an & præter haſce dicendum eſt alias eſſe. Et utrũ unum ſit genus, an plura ſubſtantiarum ſint genera, ut ii putant qui formas inquiunt, & res eas medias eſſe, circa, quas mathematicas uerſari ſcientias dicunt.

G (Tex.cõ.7.) (Parte.1.) **AMplius autem utrum ſenſibiles ſubſtantiæ ſolæ cauſæ ſint dicendæ, aut præter eas alię. Et utrum unum genus, aut plura genera ſubſtantiarum ſunt, ut dicentes ſpecies & intermedia, circa quæ mathematicas dicunt eſſe ſcientias.**

POSTQVAM diſputauit Philoſophus quæſtiones pertinentes ad conſiderationem huius ſcientiæ, hic diſputat quæſtiones pertinentes ad ipſas ſubſtantias, de quibus principaliter conſiderat iſta ſcientia. Et circa hoc tria facit. (In pri. lec.) Primo mouet quæſtiones. (Parte.2.) Secundo oſtendit unde accipi poſſint (Part.3.) rationes ad unam partem, ibi: { Quomodo ergo dicimus &c. } Tertio obiicit ad partem contrariam. ibi: { Multis autem modis habentibus difficultatem &c. } Circa primum mouet duas quæſtiones, quarũ prima eſt. (Q. õ pria ex ſpe rerũ e uidera. rarum) Vtrum in uniuerſitate rerum ſolæ ſubſtantiæ ſenſibiles inueniantur, ſicut aliqui antiqui naturales dixerunt, aut etiam inueniantur quædam aliæ ſubſtantiæ præter ſenſibiles, ſicut poſuerunt Platonici. (Secunda.) Secunda quæſtio eſt, ſuppoſito ꝙ ſint aliquæ ſubſtantiæ præter ſenſibiles. Vtrum illæ ſubſtantiæ ſint unius generis, aut magis ſint plura genera harum ſubſtantiarum. H Vtrũque enim opinionem recipit. Quidam enim poſuerunt præter ſubſtantias ſenſibiles eſſe ſolas ſpecies ſeparatas ideſt per ſe hominẽ immaterialem, & per ſe equum, & ſic de aliis ſpeciebus Alii uero poſuerunt quaſdam alias intermedias ſubſtantias inter ſpecies & ſenſibilia. ſ. mathematica, de quibus dicebant eſſe mathematicas ſcientias. Et huius ratio eſt, quia ponebant duplicem abſtractionẽ rerum, puta abſtractionẽ intellectus, q dicitur abſtrahere uno modo uniuerſale a particulari, iuxta quam abſtractionem ponebant ſpecies ſeparatas per ſe ſubſiſtentes. Alio modo formas quaſdam à materia ſenſibili, in quarum. ſ. diffinitione non ponitur materia ſenſibilis, ſicut circulus abſtrahit ab ære. Iuxta quam ponebant mathematica abſtracta, quæ dicebant media inter ſpecies & ſenſibilia, quia conueniunt cum utriſq;. Cum ſpeciebus quidem inquantum ſunt ſeparata a materia ſenſibili, cũ

I ſenſibilibus autem inquantum inueniuntur plura ex eis in una ſpecie, ſicut plures circuli & plures lineæ. Deinde cum dicit.

Quemadmodum igitur ipſas formas cauſas atque per ſe ſubſtãtias eſſe dicimus, in primis ſermonibus de ipſis eſt dictum.

Parte 2.

Quomodo ergo dicimus ſpecies cauſaſq; & ſubſtantias ſecundum ſe, dictum eſt in prioribus de oĩbus ipſis ſermonibus.

Oſtendit quomodo ad unam partem argumentari poſſe & dicit ꝙ hoc dictum eſt { in primis ſermonibus } ideſt in primo libro quomodo ſpecies ponantur cauſæ rerum ſenſibilium, & ſubſtantiæ quædam per ſe ſubſiſtentes. Vnde ex his quæ ibi dicta ſunt in recitatione opinionis Platonis, accipi poſſunt rationes ad partem affirmatiuam. Deinde cum dicit.

At cum multę difficultates habeantur de ipſis, non minus id eſt abſurdum aſſerere quidem quaſdam eſſe naturas, præter eas quę ſunt in cœlo: has
K autem dicere non differentes a ſenſibilibus eſſe, niſi duntaxat ęternitate: quippe cum illas perpetuas faciant, hæ uero oriant ac occidãt. Inquiunt enim eſſe ipſum hominem & equum ac ſanitaté, aliud uero nihil perinde facientes atq; ii qui deos quidẽ inquiunt eſſe, humanam autem formam habere. Neq; enim illi quicquam aliud, quã homines ęternos, neq; ii formas aliud quicquã, q̃ res ſenſibiles perpetuas faciunt.

Parte, 3.

Multis autem modis habentibus difficultatem nullo minus abſurdum dicere quidé alias aliquas eſſe naturas pręter eas quę in cęlo ſunt, has autem eaſdem dicere ſenſibilibus, niſi quia hæc quidem ſempiterna, illa uero corruptibilia. Nam per ſe hominem dicunt hominem eſſe & equũ & ſanitaté, aliud autem nihil ſimile facientes deos eſſe oſten-
L dentibus, & humanæ ſpeciei eſſe. Nihil enim aliud illi fecerunt q̃ homines ſempiternos, nec hi ſpecies niſi ſenſibiles ſempiternas.

Lec. 12. Parte, ſeq. Rõ efficaciſſima cõtra ideas Platonis Te. cõ. 12. & inde. T. cõ 45.

Obiicit ad partem negatiuam, & primo ad oſtendendum ꝙ non ſunt ſpecies ſeparatæ a ſenſibilibus. Secundo ad oſtendendum ꝙ non ſunt mathematica ſeparata, ibi: { Amplius autem ſiquis præter ſpecies &c. } Supra autem in primo libro multas rationes poſuit contra ponentes ſpecies. Et ideo illis rationibus prætermiſſis ponit quandam rationem quæ uidetur efficaciſſima, & dicit ꝙ cum poſitio ponentium ſpecies ſeparatas multas habeat difficultates, illud quod nunc dicetur non continet minorem abſurditatem aliquo aliorum, ſcilicet ꝙ aliquis dicat quaſdam eſſe naturas præter naturas ſenſibiles quæ ſub cœlo continentur. Nam cœlum eſt
M terminus corporũ ſenſibilium, ut in primo de cœlo & mundo probatur. Ponentes autem ſpecies, non ponebant eas eſſe infra cœlum nec extra, ut dicitur in. 3. phyſico. Et ideo conuenienter dicit, ꝙ ponebant quaſdam naturas præter eas quæ ſunt in cœlo. Dicebant autem contrarias naturas eſſe eaſdem ſm ſpeciem & rationem, & in iſtis ſenſibilibus, quinimmo dicebant illas naturas eſſe ſpecies horum ſenſibilium, puta ꝙ homo ſeparatus eſt, humanitas hominis huius ſenſibilis, & ꝙ homo ſenſibilis eſt homo participatione illius hominis. Hanc tamen differentiã ponebãt inter ea, quia illæ naturæ immateriales ſunt ſempiternæ iſtæ uero ſenſibiles ſunt corruptibiles. Et ꝙ ponerent illas naturas eaſdem iſtis patet per hoc, ꝙ ſicut in iſtis ſenſibilibus inuenitur homo, equus, & ſanitas, ita in illis naturis ponebant { hominẽ per ſe } ideſt ſine materia ſenſibili, & ſimiliter equum & ſanitatem. Et nihil aliud ponebant in ſubſtantiis ſeparatis, niſi ꝙ erant materialiter inſenſibilibus. Quæ quidem poſitio uidetur eſſe ſimilis poſitioni ponẽtium deos eſſe humanæ ſpeciei, quæ fuit poſitio Epicureorum, ut Tullius dicit in libro

Poſitio Epicuri.

de natura deorum. Sicut enim qui ponebant deos humanæ ſpeciei, nihil aliud fecerunt quam ponere homines ſempiternos ſecundum ſuam naturam, ita & illi qui ponebant ſpecies nihil aliud faciunt quam ponunt res ſenſibiles ſempiternas, ut equum, bouem, & ſimilia. Eſt autem ualde abſurdũ quod id quod ſecundum ſuam naturam eſt corruptibile, ſit eiuſdem ſpeciei cum eo quod per ſuam naturam eſt incorruptibile, quin potius corruptibile & incorruptibile differunt ſpecie, ut infra dicetur in. 10. huius. Poteſt tamen contingere quod id quod ſecundum ſuam naturam eſt corruptibile, uirtute diuina perpetuo conſeruetur in eſſe. Deinde cum dicit. N Te. cõ. 25.

Pręterea ſi quiſpiam pręter formas & ſenſibilia, res ipſas medias ponet, complures ſane difficultates habebit. Patet enim lineas ſimiliter præter ipſas & ſenſibiles fore, & cęterorum generum quodq;. Quare cum aſtrologia una ſit horum ſcientia, erit & quoddam cœlum præter hoc ſenſibile cœlum, & ſol & luna & cętera ſimiliter quę ſunt in cœlo. At quonam pacto his eſt credendum? Nam neq; O
immobile illud eſſe conſentaneum eſt rationi, & omnino fieri non poteſt ut moueatur. Similiter & de his eſt putandum circa quę muſica, mathematica, perſpectiuaq; uerſatur. Neque enim ipſa pręter ſenſibilia poſſunt ob eaſdem cauſas eẽ. Nam ſi media ſint ſenſibilia, patet & ſenſus & animalia inter formas, & res ipſas caducas continuo fore.

Parte. 4.

Amplius autem ſiquis pręter ſpecies & ſenſibilia intermedia ponat, multas habebit dubitatiões. Palam enim quia ſimiliter lineę pręter ipſas ſenſibiles erunt, & unumquodq; aliorum generum. Igitur quoniã aſtrologia una harum eſt, erit quoddam cœlum pręter ſenſibile cœlum, & ſol & luna & alia ſimiliter cœleſtia. Et quomodo his credere oportet? Neq; enim immobile rationabile eſſe, mobile uero impoſſibile omnino. Similiter autem & P
de quibus perſpectiua tractat, & in mathematicis harmõica. Etenim hoc impoſſibile eſſe pręter, ſenſibilia propter eaſdem cauſas. Nam ſi ſunt ſenſibilia intermedia, & ſenſus. Palam & manifeſtum quia & animalia erunt intermedia, & ipſorum, & incorruptibilium.

Part. 8. Lec. huius parte. 7. Lec. hu.

Obiicit contra ponentes mathematica media inter ſpecies & ſenſibilia, & primo contra illos qui ponebant mathematica media, & a ſenſibilibus ſeparata. Secundo contra illos qui ponebant mathematica, ſed in ſenſibilibus eſſe. ibi: { Sunt autem & aliqui qui dicunt &c. } Circa primum duo facit. Primo ponit rationes contra primam opinionem. Secundo obiicit pro ea. ibi { At uero nec ſenſibilium &c. } Contra primum obiicit tribus uiis, quarum prima eſt, ꝙ ſicut ſciẽtia quædam mathematica eſt circa lineam, ita etiam ſunt quædam mathematicæ ſcientiæ circa alia ſubiecta. Si Q
igitur ſunt quædam lineæ præter lineas ſenſibiles de quibus geometra tractat, pari ratione in omnibus aliis generibus de quibus aliæ ſcientiæ mathematicæ tractant, erunt quædam præter ſenſibilia. Sed hoc ponere oſtendit eſſe inconueniens in duabus ſcientiis mathematicis. Primo quidem in aſtrologia quæ eſt una ſcientiarum mathematicarum, cuius ſubiectum eſt cœlum & cœleſtia corpora. Sequetur ergo ſecundum prædicta ꝙ ſit aliud cœlum præter cœlum ſenſibile, & ſimiliter alius ſol, & alia luna, & ſimiliter de aliis corporibus cœleſtibus. Sed hoc eſt incredibile, quia illud aliud cœlum, aut eſt mobile, aut immobile. Si eſt immobile, hoc uidetur eſſe irrationabile, cum uideamus naturale eſſe cœlo ꝙ ſemper moueatur. Vnde & aſtrologus aliquid conſiderat circa motum cœli. Dicere uero ꝙ cœlum ſit ſeparatum, & ſit mobile eſt impoſſibile, eo ꝙ nihil ſeparatũ a materia poteſt eſſe mobile. Deinde oſtendit idem eſſe inconueniens

A in alis ſcientiis mathematicis ſcilicet in perſpectiua, quæ cõſiderat lineam uiſualem, & { in harmonica } ideſt muſica quæ conſiderat proportiones ſonorum audibilium. Impoſſibile eſt autem hæc eſſe intermedia inter ſpecies & ſenſibilia, quia ſi iſta ſenſibilia ſint intermedia, ſcilicet ſoni & uiſibilia, ſequetur etiam q ſenſus ſunt intermedii. Et cum ſenſus nõ ſint niſi in animali. ſequetur q etiam animalia ſint: intermedia inter ſpecies & corruptibilia, quod eſt omnino abſurdum.

Dubitauerit autem quiſpiam, & circa quas rerum has ſciẽtias quærere oportet. Nam ſi hoc geometria a facultate partiendi terras differt ſolum, q hæc quidem horum eſt quæ ſentimus, illa uero non ſenſibilium, patet & præter medicinam, & cæterarum quoq; facultatum, aliam quãdam fore inter ipſam medicinam, & hanc medendi, artem. At hoc quomodo fieri poteſt? Erunt enim quædam ſana præter ſenſibilia, & ipſum etiam ſanum.

Tex. 8. Par. 5. Dubitabit autem aliquis & circa quæ exiſtentium quærere oportet has ſcientias, Nam ſi in hoc

B differt geometria ideſt ars menſurandi terram, a geodæſia. i. ab arte diuidendi terram ſolum, quia hæc quidem horum eſt quæ ſentimus, illa uero non ſenſibilium, palam uero & præter medicinam & alia erit ſcientia: & præter unamquãq; aliarum, inter ipſam medicinalem, & hãc medicinalem. Sed quomodo hoc poſſibile? Etenim ſalubria quędam utiq; erunt præter ſenſibilia, & etiam ſanum.

Secunda uia talis eſt. Si in illis generibus de quibus ſunt ſciẽtiæ mathematicæ, inuenitur triplex gradus rerum. ſ. ſenſibilia, ſpecies & intermedia, cum de omnibus ſpeciebus & omnibus ſenſibilibus uideatur eſſe ſimilis ratio, uidetur ſequi q inter quælibet ſenſibilia & ſuas ſpecies ſunt aliqua media. Vnde remanet dubitatio ad quæ rerum genera ſe extendant ſcientiæ mathematicæ. Si enim ſcientia mathematica puta geometria differt a geodæſia, quæ eſt ſcientia de menſuris ſenſibilibus, in hoc ſolum q geodæſia eſt de menſuris

C ſenſibilibus, geometria uero de intermediis non ſenſibilibus. pari ratione præter omnes ſcientias quæ ſunt de ſenſibilibus erunt ſecundum prædicta quædam ſcientiæ mathematicæ de intermediis, puta ſi ſcientia medicinalis eſt de quibuſdam ſenſibilibos, erit quædam alia ſcientia præter ſcientiam medicinalem, & præter unamquãq; ſimilem ſciẽtiam, quæ erit media inter medicinalem, quæ eſt de ſenſibilibus, & medicinalem quæ eſt de ſpeciebus. Sed hoc ẽ impoſſibile, quia cum medicina ſit circa { ſalubria } ideſt circa ſanatiuã, ſi medicina eſt media, ſequitur etiam ſanatiua, ſint media præter ſenſibilia ſanatiua & præter autoſanum. i. per ſe ſanum, quod eſt ſpecies ſani ſeparati, quod eſt manifeſte falſum. Relinquitur ergo q iſtæ ſcientiæ mathematicæ non ſunt circa aliqua quæ ſunt media inter ſenſibilia & ſpecies ſeparatas.

Et inſuper neq; hoc uerum eſt, facultatem in

D quam partiendi terras, ſenſibilium eſſe magnitudinum, & quæ non uacant corruptione. Corrumperetur enim cum illæ intereunt.

Par. 6. Similiter autem nec hoc uidetur q geodęſia ſenſibilium ſit magnitudinum & corruptibiliũ, corrupta enim eſſet utiq; corruptis.

Tertiam uiam ponit, per quã deſtruitur quoddam quod prædicta poſitio ponebat, q. ſ. eſſet aliqua ſcientia circa ſenſibiles magnitudines, & ſic ſi inueniretur alia ſcientia circa magnitudines, ex hoc haberet q eſſent magnitudines mediæ. Vnde dicit q hoc non eſt uerum q geodæſia ſit ſcientia ſenſibilium magnitudinum, quia ſenſibiles magnitudines ſunt corruptibiles. Sequeretur ergo q geodæſia eſſet de magnitudinibus corruptibilibus. Sed ſciẽtia uidetur corrumpi corruptis rebus de quibus eſt. Socrate enim non ſedente, iam non erit uera opinio qua opinabamur eum ſedere. Sequeretur ergo q geodæſia uel geoſophia, ut alii libri habent, corrumpatur corruptis magnitudinibus ſenſibilibus, quod eſt contra rationem ſcientiæ quæ eſt neceſſaria & incorruptibilis. Poſſet tamen hæc ratio ad oppoſitum induci. Vt dicatur q per hanc rationem intendit probare, q nullæ ſciẽtiæ ſunt de ſenſibilibus. Et ita oportet q omnes ſcientiæ uel ſint de rebus mediis uel ſint de ſpeciebus. Deinde cum dicit. E

At uero neq; aſtrologia quę ẽ circa hoc cœlum, magnitudinum ſenſibilium erit. Neq; enim ſenſibiles lineæ tales ſunt, quales eſſe Geometria dicit. Nihil enim ſenſibilium adeo eſt rectum, aut rotũdum. Normam nanq; non puncto circulus tangit, ſed ut Protagoras dicebat redarguens geometras. Neq; motiones reuolutioneſq; cœli ſimiles ſunt hiſce de quibus Aſtrologia ſuas ratiões facit, neq; puncta eandem naturam habent, quam ſtellæ.

At uero nec ſenſibilium erit magnitudinum: nec circa cœlum hæc Aſtrologia. Nec enim ſenſibiles lineæ ſunt tales quales dicit Geometra. Nihil enim rectum ſenſibilium, ita nec rotundum. Tangit enim regulam non ſecundum punctum circulus, ſed ut Prothagoras ait geometras redarguens: Nec motus, nec reuolutiones cœli ſimiles, de quibus Aſtrologia ſermones dicit, nec aſtris puncta naturam habent eandem. Part. 7. F

Obiicit pro prædicta poſitione in hunc modum. De ratione ſcientiæ eſt q ſit uerorum. Hoc autem non eſſet niſi eſſet de rebus prout ſunt. Oportet igitur res de quibus ſunt ſcientiæ, tales eſſe quales traduntur in ſcientiis. Sed ſenſibiles lineæ non ſunt tales quales dicit geometra. Et hoc probat per hoc q Geometria probat q circulus tangit { regulam } id eſt rectam lineam ſolum in poncto, ut patet in tertio Euclidis. Hoc autem non inuenitur uerum in circulo & linea inſenſibilibus. Et hac ratiõe uſus fuit Prothagoras deſtruens certitudines ſcientiarum contra geometras. Similiter etiã motus & reuolutiones cœleſtes non ſunt tales quales aſtrologus tradit. Videtur enim naturæ repugnare q ponantur motus corporum cœleſtium per eccentricos, & epiciclos, & alios diuerſos motus, quos ĩ cœlo deſcribunt aſtrologi. Similiter etiam nec quantitates corporum cœleſtium ſunt tales, ſicut diſcribunt eas aſtrologi. Vtuntur enim aſtris ut punctis, cum tamen ſint corpora magnitudinem habentia. Vnde uidetur quod nec Geometria ſit de ſenſibilibus magnitudinibus, nec Aſtrologia de cœlo ſenſibili. Relinquitur igitur q ſint de aliquibus aliis mediis. Deinde cum dicit. G

Sunt autem qui eſſe quidem inquiunt ea, quæ media dicuntur inter formas ac ſenſibilia eſſe: non tamẽ ſeorſum a ſenſibilibus, ſed in iis ipſis eẽ. Quibus omnia quæ eueniunt impoſſibilia recenſere, longioris eſt ſane orationis. Satis autem fuerit & talia contemplari. H

Sunt autem & aliqui qui dicunt eſſe quidem intermedia hæc infra ſpecies & ſenſibilia, non extra ſenſibilia, ſed in his. Quibus accidentia impoſſibilia omnia quidem pluris eſt orationis pertranſire. ſufficit enim & talia ſpeculari. Te. cõ. 9. parte 8

Obiicit contra aliam poſitionem, & primo ponit intentum. Secundo inducit rationes ad propoſitum. ibi { Non enim in talibus &c. } Dicit ergo primo quod quidam ponunt eſſe quaſdam naturas medias inter ſpecies & ſenſibilia, & tamen non dicunt ea eſſe ſeparata a ſenſibilibus, ſed quod ſunt in ipſis ſenſibilibus. Sicut patet de opinione illorum qui poſuerunt dimenſiones quaſdam per ſe exiſtentes, quæ penetrant omnia corpora ſenſibilia, quas quidam dicunt eſſe locum corporum ſenſibilium, ut dicitur in 4. phyſicæ, & ibidem improbatur. Vnde hic dicit q proſequi omnia Te. cõ. 3.

I impoſſibilia, quæ ſequuntur ad hanc poſitionem maioris eſt negocii. Sed nunc aliqua breuiter tangere ſufficit. Deinde cum dicit. T.cõ. 37.

Non enim hæc ſolum ita ſeſe habere conſentaneum eſt rationi, ſed patet & ipſas formas in ſenſibilibus eſſe poſſe. Eiuſdem enim ſunt hæc utraque rationis.

Parte. 9. **Non enim in talibus congruum eſt habere ſic ſolum, ſed palam quia & ſpecies contingit in ſenſibilibus eſſe. Eiuſdẽ enim rationis utraq; ea ſunt.**

Inducit quatuor rationes contra prædictam poſitionem quarum prima talis eſt. Eiuſdem rationis uidetur eſſe quód præter ſenſibilia ponantur ſpecies & mathematica media, quia utrunque ponitur propter abſtractionem intellectus. Si igitur ponuntur mathematica eſſe in ſenſibilibus congruũ eſt ꝙ non ſolum ita ſe habeât in eis, ſed etiam ꝙ ſpecies ipſæ ſint in ſenſibilibus; quod eſt contra opinionem ponentium ſpecies. Ponũt enim eas eſſe ſeparatas, & non eſſe alicubi. Secundam rationem ponit ibi.

K **Præterea duo ſolida eſſe eodem in loco neceſſe eſt.**

parte. 10. **Amplius autem duo ſoli in eodem neceſſe loco eſſe.**

Quæ talis eſt. Si mathematica ſint alia a ſenſibilibus, & tamẽ ſunt in eis, cum corpus ſit quoddam mathematicum ſequitur ꝙ corpus mathematicum ſimul eſt in eodem cum corpore ſenſibili, ergo { duo ſolida } .i. duo corpora erunt in eodem loco, quod eſt impoſſibile, non ſolum de duobus coporibus ſenſibilibus, ſed etiam de corpore ſenſibili & mathematico, quia utrunq; habet dimenſiones, ratione quarum duo corpora prohibẽtur eſſe in eodem loco. Tertiam rationem ponit ibi.

Et non immobilia eſſe, quippe cum in ſenſibilibus ſint, quæ quidem motu cientur.

parte. 11. L **Et non eſſe immobilia in motis exiſtentia ſenſibilibus.**

Moto enim aliquo mouetur id quod in eo eſt: ſed ſenſibilia mouentur, ſi igitur mathematica ſunt in ſenſibilibus, ſequetur ꝙ mathematica moueantur, quod eſt contra rationem matheméticorum, quæ non ſolum abſtrahunt a materia, ſed etiam a motu. Quartam rationem ponit ibi.

Omnino autem cuiuſnam gratia quiſpiam eſſe quidem ipſa, in ſenſibilibus autem eſſe ponet. Eadem enim abſurda euenient, & huic ſententię, quę & antecedenti. Erit enim quoddam cœlum profecto præter hoc cœlum. Verum non ſeorſum, ſed eodem in loco. Quod quidem magis fieri nequit. De his igitur magna eſt dubitatio, quonam modo poſitis, ueritatem conſequi poſſumus.

parte. 12. M **Totaliter autem cuius cauſa quis ponet eſſe quidem ipſa, eſſe autem in ſenſibilibus. Eadem enim contingunt inconueniẽtia eis quę dicta ſunt. Erit enim cœlum aliquod pręter cœlum, nõ tamen extra, ſed in eodem loco: quod eſt magis impoſſibile. De his ergo dubitatio multa, quomodo oportet poſitam habere ueritatem.**

Quæ talis eſt. Nihil rationabiliter ponitur niſi propter aliquam cauſarum, & præcipue ſi ex tali poſitione maius incõueniens ſequatur. Sed iſta poſitio ponitur ſine cauſa. Eadem enim inconuenientia ſequentur ponẽtibus mathematica eſſe media & in ſenſibilibus, quæ ſequuntur ponentibus ea nõ eſſe in ſenſibilibus, & adhuc quædam alia propria & maiora ut ex prædictis patet. Hæc igitur poſitio eſt irrationabilis. Vltimo autem concludit ꝙ prædictæ quæſtiones habẽt multam dubitationem, quomodo ſe habeat ueritas in iſtis. Has autem quæſtiones pertractat Philoſophus infra. 12. 13. 14. huius, oſtendens non eſſe mathematicas ſubſtantias ſeparatas, nec etiam ſpecies. Et ratio quæ mouebat ponentes mathematica & ſpecies ſumpta ab abſtractione intellectus, ſoluitur in principio. t 3. Nihil enim prohibet aliqui quod eſt tale, ſalua ueritate conſiderari ab intellectu non inquantum tale ſicut homo albus poteſt conſiderari non inquantum albus. Et hoc modo intellectus poteſt conſiderare res ſenſibiles, non inquantum mobiles & materiales, ſed inquantum ſunt quædam ſubſtantiæ uel magnitudines. Et hoc eſt intellectum abſtrahere a materia & motu. Non autem ſic abſtrahit ſm intellectum, ꝙ intelligat magnitudines & ſpecies eſſe ſine materia & motu. Sic enim ſequeretur ꝙ uel eſſet falſitas intellectus abſtrahentis, uel ꝙ ea quæ intellectus abſtrahit, ſint ſeparata ſm rem. N

Lectio. VIII.

Et de principiis etiam, utrum genere elementa eſſe, pricipiaq; putare oporteat, an ea potius ex quibus primis quæq; res conſtat.

Te.cõ. 10. parte. 1.

ET de principiis, utrum oportet genera elemẽta & principia ſuſcipere, aut magis ex quibus cum inſint eſt unumquodq; primis.

POSTQVAM Philoſophus diſputauit de quæſtionibus motis de ſubſtantiis, hic diſputat de quæſtionibus motis de principiis. Et diuiditur in partes duas. In prima diſputat de quæſtionibus quibus quærebatur quæ ſunt principia. Secundo de quæſtionibus quibus quærebatur qualia ſint principia, & hoc ibi { Adhuc autem utrum ſubſtantia. } Circa pmum diſputat de duabus quæſtionibus. Primo uerum ueria ſint principia. Secundo utrum ſint aliqua principia a materia ſeparata. ibi: { Eſt autem habita de his diſputatio &c. } Circa pmum diſputat duas quæſtiones, quarum prima eſt, utrũ genera ſint principia: ſecunda, quæ genera, utrum. ſ. prima genera uel alia. ibi { Adhuc autem ſi maxime principia ſunt genera &c. } Circa primum duo facit. Primo mouet quæſtionem, ſecundo diſputat. Secunda ibi { Vt uocis elementa &c. } Eſt ergo quæſtio prima de principiis, utrum oportet recipere uel opinari ꝙ ipſa genera quæ de pluribus prædicantur, ſint elementa & principia rerum, uel magis ſint dicenda principia & elementa ea ex quibus unumquodq; eſt, ſicut ex partibus. Sed addit duas cõditiones, quarum una eſt { cum inſint } quod ponitur ad differentiam contrarii & priuationis. Dicitur enim album fieri ex nigro uel non albo quæ tamen non inſunt albo. Vnde non ſunt eius elementa. Alia conditio eſt qua dicit { primis } quod ponitur ad differentiam ſecundorum componentium. Sunt enim corpora animalium ex carnibus & neruis quæ inſunt animali, non tamen dicuntur animalis elementa, quia non ſunt hæc prima ex quibus animal componitur, ſed magis ignis, aer, aqua & terra, ex quibus etiam exiſtunt carnes & nerui. Deinde cum dicit.

O

Infra le. Infra lec. 9 part. 9. huius lectio parte ſeq. Q. do pcia ſm mota ex part. cõſiderator ſ in hac ſcia & ſol. in ſi ne hui⁹ lec & 1. 10. le. t mæ: elemẽtum quid.

P

Veluti uocis elementa principiaq;, ea eſſe uidentur: ex quibus primis uoces componuntur. Sed non uox ipſum commune. Et deſignationum ea eſſe dicimus elementa, quorum demonſtrationes in iſtarum, aut omnium, aut plurimarum demonſtrationibus inſunt.

Q parte. 2. **Vt uocis elementa & principia uidentur eſſe ex quibus componuntur uoces omnes primum, ſed non commune uox. Et diagrammatum ideſt deſcriptionum ea dicimus elementa, quorum demõſtrationes inſunt in aliorum demonſtrationibus, aut omnium, aut plurimorum.**

Diſputat ad hanc qõnẽ, & circa hoc tria facit. Primo oſtendit ꝙ ea ex quibus primis aliquid componitur, ſint principia & elementa. Secundo obiicit ad partem contrariam. ibi { In quantum autem cognoſcimus unumquodq; &c. } Tertio excludit quandam reſpõſionẽ qua poſſet dici, ꝙ utraq; ſunt principia & elementa. ibi { At uero nec utrobiq; &c. } Circa primum primo ponit tres rationes, quarum prima procedit ex rationabilibus, in quibus manifeſtat propoſitum ſm duo exempla, quorum primum eſt de uoce dearticulata, cuius principium & elementum non dr eſſe cõe quod eſt uox,

A ſed magis illa ex quibus primis cōponuntur oēs uoces quæ dicunt literæ. Secūdum exēplum ponit in diagrammatibus .i. in demonſtratiuis deſcriptionibus figurarū geometricarum. Dicuntur enim horū diagrāmatum eſſe elementa nō hoc cōmune quod eſt diagrāma, ſed magis illa theoremata, quorum demonſtrationes inſunt demonſtrationibus aliorum theorematum geometralium, aut omnium, aut plurimorū, quia .ſ. aliæ demonſtrationes procedunt ex ſuppoſitione primarū demonſtrationum. Vnde & liber Euclidis dicitur liber elementorum, quia .ſ. in eo demonſtrantur prima Geometriæ theoremata, ex qbus aliæ demſones pcedūt. Secūdā rōnē ponit ibi.

Preterea & qui unum corporum elementum, & qui plura inquiunt eſſe, ea dicunt principia eſſe, ex quibus oīa corpora cōponunt & cōſtant. Vt Empedocles ignē, aquā, terrā, ac aerē, elemēta inqt eſſe, ex B qb⁹ cōſtāt q̄ ſunt. Sed nō ut genera ipſorū hæc dicit.

par.1 Amplius autem corporū qui dicūt eſſe plura elementa, & qui unū, ex quibus componunt & cōſtāt principia dicunt eſſe. Vt Empe. ignē & aquā & quæ ſunt inſimul, hęc elementa dicit eſſe ex qbus ſunt entia q̄ ſunt, ſed nō ut genera dicit ea corū quæ ſunt.

Quæ procedit in rebus naturalibus. Et dicit q illi qui ponunt elementa corporum uel plura uel vnum, illa dicunt eſſe principia & elemēta corporum, ex quibus cōponunt & conſtant tanq̄ in eis exiſtentibus, ſicut Empedoc. dicit elementa corporum naturaliū eſſe ignē, & aquā, & alia hmōi, quæ ſimul cum his elementa rerū dicit, ex quibus primis cū inſunt corpora naturalia conſtituunt. Ponebant aūt præter hæc duo alia quatuor principia .ſ. aerē, & terrā, litē & amicitiā, ut in primo dictum eſt. Nō autem dicebat nec Empedoc. nec alii naturales philoſophi, q genera rerum eſſent earum principia & elementa. Tertiam rationem ponit ibi.

C Inſuper ſiquis uelit & aliorū cuiuſq; naturam inſpicere, ut lecticam quib⁹ ex partibus cōſtet, & quonā pacto cōpoſitis, tunc ipſius naturā cognoſcet. His igit rōnibus principia non eſſe genera rerū uident.

par.4 Adhuc aūt & ad aliorū ſiquis uult naturā ſpeculari, ut lectū ex quib⁹ partibus eſt, & qūo cōpoſitis, cognoſcet eius naturā. Et ex his quidē rationibus non ſunt principia genera exiſtentium.

Quæ pcedit in artificialibus, & dicit q ſiquis uelit { ſpeculari naturam } .i. diffinitionē indicātē eſſentiā aliorū corporū a corporibus naturalibus .ſ. artificialiū, puta ſi vult cognoſcere lectum, oportet cōſiderare ex quibus partibus cōponi, & modū cōpōnis earū, & ſic cognoſcet naturā lecti. Et poſt hoc concludit q genera nō ſunt pricipia entiū. Deinde cū dicit.

At ſi unumquodq; quidem per diffōnes cognoſcimus, principia uero diffōnum genera ſunt, neceſſe eſt & diffiniendarū rerum principia, genera eſſe.

par.1 Quod ſi cognoſcimus unumquodq; per diffinitiones, & principia diffinitioonum ſunt ipſa genera, neceſſe & diffinitorum principia eſſe genera.

D Obiicit ad partem contrariam, & ponit tres rationes, quarum prima talis eſt. Vnumquodq; cognoſcit per ſuā diffinitionē. Si igit idē eſt principiū eſſendi & cognoſcēdi, uidet q id qđ eſt principiū diffinitionis ſit principiū rei diffinitæ. Sed genera ſunt principia diffinitionū, quia ex eis primo diffinitiones conſtituuntur, ergo genera ſunt principia rerum quæ diffiniūtur. Secundam rationem ponit ibi.

Et ſi ex eo rerum ſcia ſumitur, quia ſpecierū accipitur, quibus res ipſę quęq; dicuntur, ſpecierū profecto genera, eorum quę ſunt principia erunt.

par.6 Et ſi eſt eorum quę ſunt accipere ſciam, accipienda eſt ſcia ſpecierum ſecundum quas dicuntur eſſe entia. Specierum autem principia ſunt genera.

Quæ talis eſt. Per hoc accipitur ſcia de vnaquaq; re, q ſcitur ſpēs eius ſm quā res eſt. Non .n. pōt cognoſci Socra. niſi p hoc ſcit q eſt homo. Sed genera ſunt principia ſpecierū, quia ſpēs cōſtituitur ex genere & differentia, ergo genera ſunt pricipia eorum quæ ſunt. Tertiam rationem ponit ibi. E

Videntur & quidam dicētium unum ipſum, aut id quod eſt, aut magnum & paruum principia eorum quę ſunt eſſe, his ipſis, ut generibus uti.

Videntur autem quidam dicentium elemēta exiſtentium unum aut ens, aut magnum aut paruum, ut generibus eis uti. par.7

Et ſumit ex authoritate Platonicorū qui poſuerūt vnum & ens eſſe principia & magnum & paruum, quibus utuntur vt generibus, ergo genera ſunt principia. Deinde cum dicit.

At uero neq; utroq; modo pricipia dici poſſunt. Rationem namq; ſubſtantiæ unam eſſe conſtat. Alia autem fuerit diffinitio quæ per genera aſsignat, & alia quæ ſumit ea ex quibus res conſtat.

Sed non poſsibile dicere utrobiq; pricipia ipſa. Ratio namq; ſubę eſt una diuerſa ergo erit quę eſt p genera diffioutio, & quę dicit ex qbus eſt quę inſunt. par.8

Excludit quādam rñſionem qua poſſet dici q utraq; ſunt principia, dicens q nō eſt poſsibile dicere utrobiq; eſſe { principia, } ut elemēta .i. partes ex quibus cōponitur aliquid, & genera. Et hoc pbat tali ratione. Vnius rei vna eſt ratio diffinitiua manifeſtās eius ſubſtātiā, ſicut & vna eſt ſubſtātia vniuſcuiuſq;. Sed non eſt eadem ratio diffinitiua, quæ datur p genera & quæ datur per partes ex quibus aliquid cōponitur, ergo nō poteſt eſſe utraq; diffinitio indicans ſubſtantiā rei. Ex principiis autem rei poteſt ſumi ratio diffinitiua ſignificans ſubſtantiam eius. Impoſsibile eſt ergo q principia rerum ſint ſimul & genera, & ea ex quibus res componuntur. Deinde cum dicit.

G

Inſuper & ſi q̄ maxime pricipia, genera ſunt: utrū generum prima putare oporteat principia rerū eſſe, an ea quę ultimo de indiuiduis prędicantur. Nam hoc ſuſcipit controuerſiam. Queſtio ſecunda ſupra meta ex pte cō ſideratur in hac ſcia. Et fol. ſ. ſi. n. huius le.

Adhuc autem ſi maxime principia ſunt genera, utrum prima generum oportet exiſtimare pricipia, aut ultima prædicata de indiuiduis? Etenim hęc dubitationem habet. par.9

Diſputat ſecūdā quæſtionē, & primo mouet eā. Secūdo ad eam rationes inducit. ibi { Nā ſi quidē vniuerſalia &c. } Dicit ergo q ſi ponamus q genera ſunt maxime pricipia, quæ oportet exiſtimare magis eſſe principia, utrum prima de numero { generum } .ſ. cōiſsima, aut etiā infima quæ proxima pdicātur de indiuiduis .ſ. ſpēs ſpāliſsimas. Hoc .n. habet dubitationē ſicut ex ſequentibus patet. Deinde cum dicit. par.ſeq.

Si enim magis uľia pricipia ſunt putāda, patet ſuprema generum exiſtimāda, eorū quæ ſunt, pricipia eſſe. Hęc n. de uniuerſis dicuntur. Tot igitur erunt eorū quæ ſunt principia, quot ſunt ipſa genera pria. Quare id quod eſt, ac unū ipſum, principia atq; ſubę erunt. Hęc .n. maxime de uniuerſis rebus dicuntur. At neq; ipſum unū, neq; id quod eſt genus eſſe pōt. Drias .n uniuſcuiuſq; generis & eſſe, & unamquāq; unam eſſe, neceſſe eſt. Fieri uero non poteſt aut ſpēs generis de differeotiis propriis, aut genus ſine ſuis ſpēbus dicatur, ac pdicet. Quare ſi id quod eſt, aut unū ipſum ſit gen⁹, nulla dria: aut unū, aut ens erit. Quod ſi nō ſint genera, neq; principia erunt: ſi genera principia ſunt. H

Nam ſi quidē uľia ſunt magis principia, palā quia ſuprema generum. Ea nāq; maxime dicūtur de omnibus exiſtētibus. Tot igitur erunt entiū principia, par.10

I quot & prima genera. Quare erit ens & unum prin cipia & ſubſtãtię, Ea nãq; de oĩbus maxime dicunt̃ exiſtentibus. Non eſt autem poſsibile genus entiũ eſſe unum, neq; unum neq; ens. Nã neceſſe eſt dĩas cuiuſq; generis & eſſe, & unam eſſe quãlibet. Impoſſibile aũt prædicari aut ſpecies de propriorũ generum dĩis: aut genus ſine ſuis ſpẽbus. Quare ſi unũ genꝰ aut ens, nulla differẽtia neq; unũ neq; ens erit. Sed ſi nõ genera, nec pricipia erũt ſi pricipia genera.

Obiicit ad propoſitã qõnẽ, & circa hoc tria facit. Primo.n. inducit rõnes ad oſtendum ꝙ prima genera non poſſent eſſe principia. Secundo inducit rõne ad oſtendum ꝙ ſpẽs ultimæ magis debent dici principia. ibi: { At uero & ſi magis. } Tertio obiicit ad propoſitũ. ibi { Iterum aũt &c. } Circa primum ponit tres rationes, quarũ pria talis eſt. Si genera ſunt magis Part.1a Part.5 K pricipia quãto ſunt v l̃ia oportet ꝙ illa quæ ſunt maxime vl̃ia, quæ.ſ. dñr de omnibus, ſint prima inter genera & maxime principia. Tot ergo erunt rerũ principia, quot ſunt hmõi genera cõiſsima. Sed cõiſsima omnium ſunt vnum & ens, quæ de omnibus p̃dicãtur, ergo vnum & ens erunt principia & ſubſtãtiæ omnium rerum. Sed hoc eſt impoſſe, quia non põt omniũ rerũ eſſe genus vnum & ens: quia cũ ens & vnũ vl̃iſsima ſint, ſi vnum & ens eſſent principia generũ, ſequeꝉ ꝙ principia non eſſent genera. Sic ergo poſitio qua ponit cõiſsima generũ eſſe principia eſt impoſſis, quia ſequitur ex ea oppoſitum poſiti.ſ. ꝙ Ens nõ poteſt eſſe genus. principia non ſunt genera. Quod autem ens & vnum non poſſint eſſe genera, probat tali ratione. Quia cũ differentia addita generi conſtituat ſpẽm, de differentia prædicari non poterit, nec ſpẽs ſine genere, nec genus ſine ſpeciebus. Quod aũt ſpẽs de differentia p̃dicari non poſsit, patet ex duobus. Primo qui-L dem, quia differentia in plus eſt q̃ ſpẽs, vt Porphyrius tradit. Secundo quia cũ differentia ponatur in diffinitione ſpeciei, non poſſet ſpẽs p̃dicari per ſe de dĩa, niſi intelligeretur ꝙ differentia eſſet ſubiectum ſpẽi, ſicut numerus eſt ſubiectum paris, in cuius diffinitione ponitur. Hoc aũt non ſic ſe habet, ſed magis differentia eſt quædam forma ſpẽi. Non ergo poſſet ſpẽs prædicari de differentia, niſi forte per accidens. Similiter etiã nec Genus non põt prędicari per ſe gño mõ de differentia Capi 3 genus per ſe ſumptum, poteſt prædicari de differẽtia p̃dicatione per ſe. Non.n. genus ponitur in diffinitione differẽtiæ, quia differentia nõ participat genus: ut dicitur in quarto topicorũ. Nec etiam differentia ponitur in diffinitione generis, ergo nullo modo per ſe genus p̃dicatur de differentia. Prædicaꝉ tamen de eo quod { habet differentiam } .i. de ſpecie, quæ habet differentiam in actu. Et ideo dicit, ꝙ de propriis differentiis generis non prædicatur ſpẽs, nec genus ſine ſpẽbus, quia.ſ. genus prædicatur de differentiis ſecũdum ꝙ ſunt in ſpẽbus. Nulla autem differentia põt accipi, de qua nõ prædicetur ens & vnum, quia quælibet dĩa cuiuſlibet generis eſt ens, & eſt vna. Alioqn non poſſet conſtituere vnam aliquã ſpẽm entis, ergo impoſſibile eſt ꝙ vnum & ens ſint genera.

M Preterea ipſa media cum differẽtiis ſumpta, genera uſq; ad indiuidua erunt, nũc uero alia uidentur eſſe, alia non uidentur. Inſuper differentię magis q̃ genera principia erunt. Quod ſi & hę ſint principia, infinita fere principia fiẽt: pręſertim ſi quiſpiam primum genus principium eſſe ponat.

Te.cõ 11 Part.11 Amplius autem quę ſunt intermedia, & coacce pta cum differentiis erũt genere uſq; ad indiuidua. Nunc autem hęc quidem uidentur, illa autem non uidentur. Adhuc magis differentię ſunt principia q̃ genera, & ſi hę ſunt pricipia, infinita (ut ita dicatur) erunt principia. Aliter & ſi primum quidem genus principium ponat.

Secũdam rationem ponit quæ talis eſt. Si genera dñr principia, quia ſunt cõia & prædicanꝉ de pluribus. oportebit ꝙ oĩa quæ pari ratione erunt principia quia ſunt cõia & p̃dicata de pluribus ſint genera. Sed omnia quæ ſunt media inter prima genera & indiuidua, quæ.ſ. ſunt coaccepta cũ differentiis ali-quibus ſunt cõia prædicata de pluribus: ergo ſunt principia & N ſunt genera, quod patet eſſe falſum. Quædam.n. eorum ſunt genera ſicut ſpẽs ſubalternæ, quædam uero non ſunt genera ſicut ſpẽs ſpecialiſsimæ. Non ergo uerum eſt, ꝙ prima genera ſiue cõia ſint principia prima. Præterea. Si prima genera ſunt principia, quia ſunt principia cognitionis ſpẽrum, multo magis differentiæ ſunt principia, quia differentiæ ſunt principia formalia ſpecierum. Forma autem & actus eſt maxime principium cognoſcendi. Sed differẽtias eſſe principia rerũ eſt inconueniens, quia ſm hoc erunt quaſi infinita principia. Sũt enim, vt ita dicatur, infinitæ rerum differentiæ, non quidẽ infinitæ ſm rerum naturam, ſed quo ad nos. Et ꝙ ſint infinitæ patet dupliciter. Vno modo ſiquis conſideret multitudinẽ ipſam differentiarũ ſm ſe. Alio modo ſiquis accipiat primum genus quaſi primum principium. Manifeſtum n. eſt ꝙ ſub eo continentur innumerabiles differentiæ. Non ergo prima genera ſunt principia. Deinde cum dicit.

At uero ſi unũ ipſum magis rõnẽ pricipii ſubeat, O & id ſit unũ, quod diuiſionẽ non capit atq; hoc oẽ, aut ſpẽ, aut quãtitate ſit tale, priuſq; ſit id qđ eſt ſpẽ tale, genera aũt diuiſiones in ſpẽs capiãt, id erit magis unũ profecto, quod ultimo p̃dicaꝉ. Homo nãq; nõ eſt (ut patet) ipſorum ſingularium hoĩum genꝰ.

At uero etſi magis principium ſpãle ſit unũ, unũ Part.2 a aũt indiuiſibile, indiuiſibile uero oẽ ſiue ſecundum quãtitatẽ, ſiue ſecũdum ſpẽm, & prius quod eſt ſecũdũ ſpẽm, genera uero diuiſibilia in ſpẽs: magis utiq; erit unum ultimum pręedicatum. Non enim eſt genus homo aliquorum hominum.

Oſtendit ꝙ ſpẽs ſpãliſsimæ ſunt magis principia q̃ genera, & ponit tres rõnes, quarum prima talis eſt. Vnum ſm Platonicos maxime uidetur habere { ſpẽm } .i. rationem principii, vnum uero habet rationẽ indiuiſibilitatis, quia vnum nihil eſt P aliud q̃ ens indiuiſum. Dupliciter eſt aũt aliquid indiuiſibile.ſ. ſm quantitatem, & ſm ſpẽm. Secũdum quãtitatẽ quidẽ, ſicut punctus & vnitas, & hoc indiuiſibile opponitur diuiſioni quantitatis. Secũdum ſpẽm autem, ſicut ꝙ non diuiditur in multas ſpẽs. Sed inter hæc duo indiuiſibilia prius & principalius eſt, quod eſt indiuiſibile ſm ſpẽm, ſicut & ſpẽs rei eſt prior q̃ quantitas eius, ergo illud quod eſt indiuiſibile ſm ſpẽm, eſt magis principiũ eo quod eſt indiuiſibile ſm quantitatem. Et quidem quantitatis numeralis diuiſionẽ uidetur eſſe magis indiuiſibile genus, quia multarum ſpecierum eſt vnum genus, ſed ſm diuiſionem ſpẽi magis eſt indiuiſibilis vna ſpẽs. Genera.n. diuiduntur in ſpẽs. Et ſic vltimum prædicatum de pluribus quod non eſt genus, plurimũ ſpẽrõ.ſ. ſpãliſsima eſt magis vnũ ſm ſpẽm q̃ genus Sicut hõ & qualibet alia ſpẽs ſpecialiſsima, nõ eſt genus aliq̃rũ hoĩum. Eſt ergo magis principiũ ſpẽs q̃ genus.

Pręterea in quibus eſt prius atq; poſterius, in hiſce fieri nõ põt, ut id quippiam ſit pręter ipſa, quod de ipſis cõiter pręedicatur. Vt ſi dualitas pria eſt numerorum, non eſt numerus quiſquã pręter ſpẽs nu- Q merorum: ſimiliter neq; figura, p̃ter ipſas ſpẽs figurarum. Quod ſi horum genera pręter ſpẽs ipſas nõ ſunt, multo minus cæterorum genera præter ipſas ſpẽs erũt. Nã horũ genera maxime eſſe uidentur. In indiuiduis aũt, nõ aliud prius, aliud poſterius eſt.

Amplius in quibus & prius & poſterius eſt, non part.13 eſt poſsibile in his aliquid eſſe pręter ea. Vt ſi prima numerorum eſt dualitas, non erit numerus aliquis præter ſpeciem numerorum. Similiter autem nec figura aliqua, præter ſpecies figurarum. Si autẽ non horum, ſchola.i. interpretatio aliorum genera erũt pręter ſpecies. Horum enim maxime uidentur eſſe genera. In indiuiduis uero non hoc eſt primum & aliud poſterius.

Secundam rõnem ponit quæ procedit ex quadam poſitione Platonis,

A ne Platonis, qui quãdo aliquid vnum de pluribus prædicatur, non ſm prius & poſterius poſuit illud vnum ſeparatum, ſicut hominem præter omnes homines. Quando uero aliquid prædicatur de pluribus ſm prius & poſterius, non ponebat illud ſeparatum. Et hoc eſt quod dicit ꝙ { in quibus prius & poſterius eſt } .ſ. quando vnum eorum de quibus aliquod cõmune prædicatur eſt altero prius, nõ eſt poſſe in his aliquid eſſe ſeparatum, præter hæc multa de quibus prædicatur. Sicut ſi numeri ſe habent ſm ordinem, ita ꝙ dualitas eſt prima ſpẽs numerorum, nõ inuenitur idea numeri præter oẽs ſpẽs numerorũ. Eadem ratione non inuenitur figura ſeparata, ꝑter omnes ſpecies figurarum. Et huius ratio eſſe poteſt, quia ideo aliquod cõmune ponitur ſeparatum, ut ſit quoddam primum quod omnia alia participent. Si igitur vnum de multis ſit primum, quo omnia alia participent, non oportet ponere aliquod ſeparatũ, quod omnia participant. Sed talia uidentur omnia genera, quia omnes ſpẽs generum inueniunt differre ſm perfectius & minus

B perfectum. Et per conſequens ſm prius & poſterius ſm naturam. Si igitur eorum quorum vnum eſt prius altero, non eſt accipere aliquid commune ſeparatum, ſi genus præter ſpecies inueniamr, erunt { ſchola aliorum } id eſt erit eorum alia doctrina & regula, & non ſaluabitur in eis prædicta regula. Sed manifeſtum eſt ꝙ inter indiuidua vnius ſpẽi, non eſt vnũ primum & aliud poſterius ſm naturam, ſed ſolum tempore. Et ita ſpecies ſm ſcholam Platonis eſt aliquid ſeparatum. Cum igitur communia ſint principia inquantum ſunt ſeparata, ſequitur ꝙ ſit magis principium ſpecies q̃ genus.

Pręterea ubi aliud pręſtabilius aliud deterius eſt, id quod pręſtabilius eſt, ſemp eſt prius. Quare neq; horum fuerit genus. Ex his igitur ea quę de indiuiduis prędicant, magis q̃ genera pricipia eſſe uident.

par. 4 Amplius autem ubi hoc quidem melius, illud autem uilius, ſemper quod eſt melius, prius. Quare nihil horum erit genus. Ex his igitur magis uident

C q̃ de indiuiduis ſunt prędicata, eſſe generũ pricipia.

Id eſt quorum nõ eſt Prius ſecundum nãm & tempore poſterius.

Tertiam rationem ponit quæ ſumitur ex meliori & peiori, quia in quibuſcunq; inuenitur vnum alio melius, ſemper illud quod eſt melius, eſt prius ſm naturã. Sed horũ quæ ſic ſe habent non poteſt poni vnum genus cõmune ſeparatum, ergo eorum quorum vnum eſt melius, & aliud peius, non põt poni vnum genus ſeparatum. Et ſic redit in idem quod prius. Hæc enim ratio inducitur quaſi confirmatio præcedentis ad oſtendendum ꝙ in ſpeciebus cuiuſlibet generis inuenitur prius & poſterius. Et ex tribus his rationibus cõcludit propoſitum ſcilicet ꝙ ſpecies ſpecialiſſimæ quæ immediate de indiuiduis prædicantur, magis uidentur eſſe principia q̃ genera. Ponitur enim genitiuus generum loco ablatiui more græcorum. Vnde litera Boethii planior eſt, quæ expreſſe concludit hmõi prædicata magis eſſe principia q̃ genera. Deinde cum dicit.

At rurſus non facile dictu uidetur, quonam modo hęc principia exiſtimare oporteat. Principium. n.

D & cauſam præter eas res quarum eſt principium eſſe oportet, & ſeparari ab ipſis poſſe. Tale autẽ quid pręter ſingulare cur quiſpiam eſſe exiſtimabit, niſi quia uniuerſaliter & de omnibus prędicatur? At ſi ob id ipſum putandum eſt quiſpiam principium eſſe, ea ſane quę magis uniuerſalia ſunt, magis principia ſunt ponenda. Quare pria genera pricipia erũt.

par. 5. Iterum autem quomodo oportet ſuſcipere principia, dicere facile non eſt. Principium enim & cãm oportet eſſe pręter res quarum eſt principiũ, & poſſibile ab eis ſeparatum eſſe. Tale uero aliquid pręter ſingularia eſſe, quare aliquis ſuſcipit, niſi quia uniuerſaliter & de omnibus prędicatur? Sed ſi propter hoc, magis uniuerſalia, magis ponenda ſunt principia. Quare principia erunt genera.

Obiicit in contrarium tali ratione. Principium & cauſa eſt præter res quarum eſt principium & cauſa, & poſſibile eſt ab E eis eſſe ſeparatũ. Et hoc ideo quia nihil eſt cauſa ſuipſius. Et loquitur hic de principiis & cauſis extrinſecis, quæ ſunt cauſæ totius rei. Sed aliquid eſſe præter ſingularia non ponitur, niſi quia eſt cõmune & vniuerſaliter de omnibus prædicatum, ergo quanto aliquid eſt magis vniuerſale, tanto magis eſt ſeparatum, & magis debet poni principium. Sed genera prima ſunt maxime vniuerſalia, ergo genera prima ſunt maxime principia. Harũ autem quæſtionum ſolutio innuitur ex hac ultima ratione. Secundum hoc enim genera uel ſpẽs vniuerſalia principia ponebantur, inquantum ponebantur ſeparata. Quod autem non ſint ſeparata & per ſe ſubſiſtentia oñdetur in. 7. huius. Vnde & Cõmentator in. 8. oſtendet ꝙ principia rerum ſunt materia & forma, ad quorum ſimilitudinẽ ſe hñt genus & ſpẽs. Nam genus ſumitur a materia, differentia uero a forma, ut in eodem libro manifeſtabitur. Vnde cum forma ſit magis principium q̃ materia, ſm hoc etiam erunt ſpẽs magis principia q̃ genera. Solutio quæſtionis huius & præcedentis in. 7. Tex. cõ. 51 & inde. Cõ. 15. huius & li. 8.6

F Quod uero cõtra obiicitur ex hoc ꝙ genera ſunt principia cognoſcendi ſpẽm & diffinitiones ipſius, eodem modo ſoluit ſicut & de ſeparatione. Quia. n. ſeparatim accipitur a ratione genus ſine ſpeciebus, eſt principium in cognoſcendo. Et eodem mõ eſſet principiũ in eſſendo, ſi haberet eſſe ſeparatũ. Le. IX.

Eſt autem poſt has alia dubitatio, ac omnium difficillima, & ad contemplandum eam maxime neceſſaria, qua de re, nunc erit oratio.

Eſt autem habita his dubitatio & omnium difficillima, & ad cõſiderandum maxime neceſſaria, de qua ratio nunc exiſtit. Te. 59. par. 1

POSTQVAM Philoſophus diſputauit qõnẽ de vlibus, vtrum ſint principia. Hic cõſequẽter mouet qõnem de ſeparatis, vtrum. ſ. aliquid ſit ſeparatũ a ſenſibilibus quod ſit eorũ pricipium. Et circa hoc pertractat duas qõnes, quarum prima eſt. An vniuerſalia ſint ſeparata a ſingularibus. Secũda eſt, an ſit aliquid formale ſeparatum ab his quæ ſunt compoſita ex materia & forma, ibi. { Amplius autem ſi q̃maxime &c. } Circa G primum tria facit. Primo deſcribit dubitationẽ. Secundo obiicit ad vnã partem, ibi. { Nam ſi non eſt &c. } Tertio obiicit ad partẽ aliam, ibi. { At uero &c. } Eſt ergo hæc dubitatio de eo quod tactũ eſt in ultima ratione præcedentis qõnis, vtrum ſcilicet vle ſit ſeparatum a ſingula rebus, ſicut ꝑmiſſa ratio ſupponebat. Et hoc eſt quod dicit. { De qua ratio nũc extitit } .i. de qua imediate ꝓcedens ratio præceſſit. De hac autem dubitatione ita dicit, primo ꝙ { eſt habita } .i. cõſequẽter ſe habẽs ad præmiſſa, quia ſicut iam dictũ eſt, ex hoc dependet cõſideratio ꝓcedentis qõnis. Nam ſi vlia non ſunt ſeparata, non ſunt principia. Si autem ſunt ſeparata, ſunt principia. Secundo dicit de ea ꝙ eſt difficillima omnium dubitationũ huius ſciæ. Quod oſtẽditur ex hoc ꝙ eminẽtiſſimi philoſophi de ea diuerſimode ſenſerunt. Nam Platonici poſuerunt vlia eſſe ſeparata, aliis philoſophis contra ponentibus. Tertio dicit de ea ꝙ eſt maxime neceſſaria ad conſiderãdum, quia. ſ. ex ea depẽdet tota cognitio ſubſtantiarum tam ſenſibilium q̃ immaterialium. Deinde cum dicit. H

In par. 4 par. ſequen. par. 3 Quæſtio eſt gens necessarium 3. 4 & 5. q. ſuperius mouẽ ſeparatũ ex pte cõſideratorũ & ſoluit in. 7. de. 53 14.

Nam ſi non ſit pręter ſingularia quicq̃, ipſa uero ſingularia ſint infinita, quõ fieri põt ut infinitorum accipiatur ſcientia? Quonamq; unum quid eſt in uniuerſis & idem, & quo quippiam uniuerſaliter cõpetit, hinc uniuerſa cognoſcimus.

Nam ſi nõ eſt aliquid præter ſingularia, ſingularia uero infinita, quõ accipere cõtingit ſciam? Nã in quantũ unum aliquid & idẽ, & inquantum uniuerſale aliqd eſt, intãtum omnia cognoſcimus. par. 2

Obiicit ad oñdendum ꝙ vlia ſint ſeparata a ſingularibus, ſingularia. n. ſunt infinita. Infinita aũt cognoſci nõ pñt, niſi inquãtum reducũtur ad aliquid vnum, quod eſt vle. Sic igiť ſcia de rebus ſingularibus non habetur, niſi inquantum ſciunt vniuerſalia. Sed ſcientia non eſt niſi verorum & exiſtentium, ergo vniuerſalia ſunt aliqua per ſe exiſtentia præter ſingularia. Deinde cum dicit.

I At uero ſi hoc ſit neceſſariũ, & pręter ſingularia aliud eſſe oporteat, genera profecto pręter ſingularia neceſſe eſt eſſe, aut ultima, aut prima. Hoc autẽ impoſsibile eſſe, nuper oſtendimus dubitando.

Parte 3 At uero ſi hoc eſt neceſſe, & oportet aliquid eſſe pręter ſingularia, erit neceſſe eſſe genera præter ſingularia, aut ultima, aut prima. Hoc autem quia impoſsibile, nunc dubitauimus.

Obiicit in contrarium hoc modo. Si neceſſe eſt vſia eſſe aliquid præter ſingularia, oportet ꝙ genera ſint præter ſingularia, vel prima generum, uel etiam ultima quæ ſunt immediate ante ſingularia. Sed hoc eſt impoſsibile, ut ex præcedẽti dubitatione patet, ergo vſia non ſunt a ſingularibus ſeparata. Lec.13 ſu. Tex.c.45 & inde Hanc autem dubitationem ſoluit Philoſophus in.7.huius, ubi oſtendit multipliciter vſia non eſſe ſubſtantias per ſe ſubſiſtentes. Nec oportet, ſicut multotiens dictum eſt, ꝙ aliquid eundẽ modum eſſendi habeat in rebus per quem modum ab intellectu ſcientis comprehenditur. K Nam intellectus immaterialiter cognoſcit materialia, & ſimiliter naturas rerum quæ ſingulariter in rebus exiſtunt, intellect⁹ cognoſcit vniuerſaliter .i. abſq; conſideratione principiorum & accidentium indiuidualium. Deinde cum dicit.

Pręterea ſi ꝗ maxime quippiam ſit pręter totum ipſum, cum de materia quippiã fuerit pręedicatum, utrum pręter omnia quippiam eſſe oporteat, an pręter aliqua quidem eſſe pręter aliqua uero non eſſe, an pręter nulla omnino.

Part.4. Amplius autem ſi ꝗ maxime eſt aliquid pręter ſimul totum, quãdo prædicatur aliquid de materia, utrũ ſi eſt aliquid pręter omnia oportet aliquid eſſe, aut pręter quædam eſſe, & præter quædam non eſſe, aut pręter nihil.

L Part.ſeq. Hæc ē q̃ſ 6. ſuperius mota ex parte conſideratiõ. & ſolu ut partim in 12. lec. 6. partim uero in. 7. lec. 7. Proſequitur de alia q̃one vtrum. ſ. aliquid ſit ſeparatum a compoſitis ex materia & forma, & circa hoc duo facit. Primo mouet q̃onem, ſecũdo proſequitur eam, ibi. { Si igitur &c. } Circa primum conſiderandum eſt, ꝙ primo mouet q̃onem, vtrum vſe ſit ſeparatum a ſingularibus. Contingit autem aliquod ſingulare eſſe cõpoſitum ex materia & forma, nõ tamẽ omne ſingulare ex materia & forma eſt cõpoſitum, nec ſm rei veritatem, quia ſubſtantiæ ſeparatæ ſunt quædam particulares ſubſtantiæ, quia per ſe ſtantes & per ſe operãtes: nec etiã ſm opi. Platonicorũ qui ponebant etiam in mathematicis ſeparatis eſſe quædã particularia, ponẽdo plura ex eis in vna ſpecie. Et ꝗuis dubitari poſsit, utrum etiam in his quæ nõ ſunt cõpoſita ex materia & forma, ſit aliquid ſeparatum ſicut vſe a ſingulari, tñ hoc maxime habet dubitationem in rebus cõpoſitis ex materia & forma: & ideo dicit ꝙ maxime eſt dubitabile, vtrum ſit aliquid { ꝑter ſimul totum &c. } .i. præter rẽ cõpoſitam ex materia & forma. Et quare dicatur ſimul totum cõpoſitum, exponit ſubdens, ut qñ prædicat aliquid de materia. Ponebat .n. Plato ꝙ ſenſibilis materia participabat vſia ſeparata. M Et ex hoc erat ꝙ vſia prædicant de ſingularibus. Et ipſe participationes vſium formarum in materialibus ſenſibilibus cõſtituunt ſimul totum, quaſi vſis forma per modũ participationis cuiuſdam ſit de materia prædicata. In his autem q̃onem trimẽbrem proponit, utrum. ſ. præter oia hmõi ſit aliquid ſeparatum, aut præter quædam eorum, & non præter alia, aut præter nihil eorum. Deinde cum dicit.

Si igitur nihil omnino pręter ſingularia ſit, nihil intelligibile prorſus, ſed omnia ſenſibilia erunt, & nullius erit ſcia, niſi qſq́ ſenſum ſciam dixerit eſſe.

parte.5 Si igitur nihil eſt pręter ſingularia, nihil eſt intellectuale, ſed omnia ſenſibilia, & ſcientia nullius, niſi quis dicat ſenſum eſſe ſcientiam.

Proſequitur prædictam dubitationem, & circa hoc duo facit. Primo obiicit contra hoc ꝙ poni poſſet nihil ſeparatum eſſe ab his quæ ſunt cõpoſita ex materia & forma. Secũdo obiicit ad oppoſitum, ibi. { Sed ſi hoc &c. } N Circa primum obiicit dupliciter via. Infra parte 10. Primo quidem ex hoc ꝙ ea quæ ſunt cõpoſita ex materia & forma ſunt ſenſibilia, vnde proponit ꝙ ea quæ ſunt cõpoſita ex materia & forma ſunt ſingularia. Singularia autem non ſunt intelligibilia, ſed ſenſibilia. Si igit nihil eẽt præter ſingularium cõpoſita ex materia & forma nihil erit intelligibile, ſed omnia entia erũt ſenſibilia. Scia aũt non eſt niſi intelligibilium, ergo ſequitur ꝙ nullius rei ſit ſcia: niſi aliqs dicat ꝙ ſenſus & ſcia ſunt idẽ, ut antiqui naturales poſuerunt: ſicut dicitur in primo de anima. Vtrũq; aũt horũ eſt inconueniẽs. ſ. Lec.5 Tex.c. 12. vel ꝙ non ſit ſcia, uel ꝙ ſcia ſit ſenſus, ergo & primum eſt inconueniens. ſ. ꝙ nihil ſit præter ſingularia compoſita ex materia & forma. Secundo obiicit ex hoc ꝙ compoſita ex materia & forma ſunt mobilia.

Et inſuper nihil erit perpetuum nihil immobile. Senſibilia enim intereunt uniuerſa, ſuntq; in motu. parte 6.

Amplius autem neq; ſempiternum eſt aliquid nec immobile. Nam ſenſibilia omnia corrumpuntur & in motu ſunt. O

Inducit talem rationẽ. Oia ſenſibilia cõpoſita ex materia & forma corrumpuntur & in motu ſunt. Si igitur nihil ſit præter huiuſmodi entia, ſequetur ꝙ nihil ſit ſempiternum, nec immobile. Deinde cum dicit.

Quod ſi nihil perpetuum ſit, neq; generatio eſſe poteſt. Neceſſe eſt enim aliquid eſſe, id quod fit, & id ex quo fit, atq; horum ultimum eſſe ſi ſtatur. Et ex eo quod non eſt, fieri quicq̃ non poteſt.

part.7 At uero ſi ſempiternum nihil eſt, nec generationem poſsibile eſt eſſe. Neceſſe enim eſt aliquid eſſe quod factum eſt, & ex quo fit, & horum ultimũ ingenitum ſi ſtat, & ex non ente generari impoſe.

P part.ſeq. Oſtendit eſſe incõueniens. ſ. ꝙ nihil ſit ſempiternũ & imobile, & primo ex parte materiæ. Secundo ex parte formæ, ibi. { Amplius aũt cum ſit &c } Dicit ergo primo, ꝙ ſi nihil eſt ſempiternum, nõ eſt poſe eſſe generationẽ alicuius rei. Et hoc probat ſic. Quia in omni generatione neceſſe eſt aliquid quod fit, & aliquid ex quo fit. Si ergo id ex quo fit, aliquid iterum generatur, oportet ꝙ ex aliquo generetur. Aut ergo neceſſe eſt ꝙ in infinitum ꝓcedatur in materiis, aut ꝙ ſtet ꝓceſſus in aliquo primo, ꝙ ſit aliquod primum materiale principium non generatum, niſi forte dicatur ꝙ generetur ex non ente, quod eſt impoſe. Si aũt in infinitum procederet, nunꝗ poſſet cõpleri generatio, quia infinita non eſt tranſire, ergo uel oportet ponere aliquid ingenitum materiale principium, aut impoſe eſt eſſe aliquam generationem. Deinde cum dicit.

Pręterea ſi generatio ſit, & motus, & finẽ eſſe neceſſe eſt. Neq; .n. infinitus ullus eſt motus, ſed motionis omnis eſt finis. Et impoſsibile eſt id fieri, quod factum eſſe non poteſt. Ipſum uero factum neceſſe eſt eſſe, cum primum eſt factum.

Q parte .8 Amplius autem cum ſit generatio & motus, finẽ eſſe neceſſe eſt. Motus enim nullus eſt infinitus, ſed omnis eſt finitus. Generariq; impoſsibile, quod eſt impoſsibile factum eſſe. Quod autem generatũ eſt, eſſe neceſſe eſt quando primum factum eſt.

Oſtendit idem ex parte cauſæ formalis, & ponit duas rationes, quarũ prima talis eſt. Ois generatio & motus neceſſe eſt ꝙ habeat aliquem finẽ. Et hoc ꝓbat, quia nullus motus eſt infinitus, ſed cuiuſlibet motus eſt aliquis finis. Hoc autẽ planũ eſt in illis motibus qui finiuntur in ſuis terminis. Sed uidet habere inſtantiam in motu circulari, qui poteſt eſſe perpetuus & Tex.c. 10. Quomodo motus circulis ſit finitus uel infinitus infinitus, ut probat in. 8. phyſic. Et ꝗuis ſuppoſita ſempiternitate motus tota cõtinuitas circularis motus ſit infinita, ſm, ꝙ circulatio ſuccedit circulationi, tñ quælibet circulatio ſm ſpeciẽ ſuam, cõpleta & finita eſt. Quod autẽ ei ſuccedat alia circulatio, hoc accidit quantum ad circulationis ſpẽm. Et quod dixerat de

A rat de motu vlr, ſpãliter oſtendit de generatione. Non .n. põt eſſe aliqua generatio vna infinita, quia non poteſt aliquid generari quod impoſsibile eſt peruenire ad finem generationis, cuius finis eſt factum eſſe. Et ꝙ factum eſſe ſit terminus generationis, ex hoc patet, quia quod generatum eſt, neceſſe eſt eſſe. { Qñ poſt factũ eſt } .i. qñ primo terminatur generatio eius. Oportet igitur ꝙ cũ forma ſm quã aliquid eſt, ſit terminus generationis, ꝙ non ſit ꝓcedere, in infinitum in formis, ſed ꝙ ſit aliqua forma ultima, cuius nõ ſit aliqua generatio. Omnis .n. generationis finis eſt forma, ut dictum eſt. Et ſic uidetur & ꝙ ſicut materiã ex qua aliquid generatur oportet eẽ ingenitam, ex eo ꝙ non proceditur in infinitum, ita etiam ꝙ formam aliquam oportet eſſe ingenitam, ex hoc ꝙ in infinitum non procedatur in formis.

Preterea ſi materies eſt ex eo quia ingenita eſt, multo magis etiam cõſentaneum eſt rationi, ſubſtãtiã eſſe qñ ſit illa. Nã ſi neq; erit, neq; illa, nihil penitus erit.
B Quod ſi hoc fieri nequeat, neceſſe eſt aliqd eſſe ꝑter ipſum totũ, ſpẽm inquam ipſam ac formã.

par. 9 Ampli⁹ autẽ ſi materia eſt, quia eſt ingenita, multo rõnabilius eſt eſſe ſubſtantiam, quãdo hęc aliqñ ſit eſſe. Nam ſi nec hęc erit, nec illa nihil erit omnino. Sed ſi hoc eſt impoſe, neceſſe eſt aliquid eſſe pręter ſynolon, ſcilicet formam & ſpeciem.

Secundã rationem ponit quæ talis eſt. Si materia aliqua eſt prima quia eſt ingenita, multo rõnabilius eſt ꝙ ſit ſubſtãtia .i. forma ingenita, cum per formam res habeat eſſe, materia uero magis ſit ſubiectum generationis & trãſmutationis. Si uero neutrum eorum ſit ingenitum, nihil omnino erit ingenitum, cum omne quod eſt pertineat ad rõnem materiæ uel formæ, uel ſit cõpoſitum ex utroq;. Hoc autem eſt impoſe, ut nihil ſit ingenitum, ſicut ꝓbatum eſt. Ergo relinquiť ꝙ neceſſe eſt aliqd eſſe { præter ſynolon } .i. ſimul totum .i. ꝑter ſingulare cõpoſitum ex materia & forma. Et hoc dico aliquid quod ſit forma
C & ſpẽs. Materia enim per ſe non poteſt eſſe ſeparata a ſingularibus, quia non habet eſſe niſi ꝑ aliud. De forma uero hoc magis uideť, per quam eſt eſſe rerum. Deinde cũ dicit.

At ſi quiſpiam id poſuerit, dubitatio rurſus exiſtit, in quibus hoc ponet: & in quibus non ponet. Nã perſpicuũ eſt, in uniuerſis eẽ nõ poſſe. Nõ .n. domũ aliquã, pręter ſingulares domos, eẽ ponemus.

Par. 10 Sed ſi hoc iterũ quis ponit, dubitatio eſt, in quibus hoc ponet, & in quibus nõ, Nam quia in omnibus non exiſtimatur manifeſtum. Non enim ponemus domum aliquam pręter domos aliquas.

Obiicit in contrarium. Si enim aliquis ponat aliquã formã eſſe ſeparatam ꝑter ſingularia cõpoſita ex materia & forma, erit dubitatio in quibus hoc ſit ponẽdum, & in quibus nõ. Manifeſtum .n. eſt ꝙ hoc non eſt ponẽdum in omnibus ꝓcipue in artificialibus. Nõ .n. eſt poſe ꝙ ſit aliqua domus, ꝑter hanc domum ſenſibilem cõpoſitam ex materia & forma. Hãc autem
Te. cõ. 14 D dubitationem ſoluit Ariſ. partim quidem in .12. huius ubi oſtẽ-
Te. cõ. 28. dit eſſe quaſdam ſubſtantias a ſenſibilibus ſeparatas, quæ ſunt ſm ſeipſas intelligibiles: partim uero in ſeptimo hui⁹, ubi oſtẽdit formas & ſpecies rerum ſenſibilium nõ eſſe a materia ſepa-
Infra q. 8. ratas. Non tñ ſequitur ꝙ de rebus ſenſibilibus nõ poſſit haberi ſcia, uel ꝙ ſcia ſit ſenſus. Non .n. oportet ꝙ eundẽ modum eſſendi habeant res in ſeipſis, quem habent in conſideratione ſcientis. Quæ .n. ſeipſis materialia ſunt, ab intellectu immaterialiter cognoſcuntur, ut etiam ſupra dictum eſt. Nec etiam
Lec. 8 oportet ſi forma non eſt ſeparata a materia ꝙ generetur, quia formarum nõ eſt generatio, ſed compoſitorũ, ut in ſeptimo huius oſtenditur. Patet ergo in quibus oportet ponere ſepara-
Te. cõ. 27 tas formas, & in quibus nõ. Nam omnium eorũ quæ ſunt ſm ſuam naturam ſenſibilia, formæ non ſunt ſeparatæ. Sed illa quæ ſunt ſm naturam ſuam intelligibilia, ſunt a materia ſeparata. Nõ .n. ſubæ ſeparatæ ſunt naturæ horũ ſenſibiliũ, ſed ſunt altioris naturæ, alium habentes ordinem in rebus.

F Te. cõ. 13 par. 2
Et inſup erit ne oĩum ceu hoĩum ſubſtãtia una?

ADhuc autem utrum ſubſtantia una eſt omnium, ut hominum.

POSTQVAM Philoſophus inquiſiuit quæ ſunt principia, & utrum ſint aliqua a materia ſeparata, hic inquirit qualia ſint principia. Et primo inquirit de vnitate & multitudine ipſorum. Secũdo inquirit, utrum ſint in potentia uel in actu, ibi. { His aũt a fine eſt quærere &c } Tertio utrum pricipia ſint vlia uel ſingularia, ibi. { Et utrũ vlia ſint &c. } Circa primum duo facit. Primo inquirit qualiter principia ſe habeãt ad vnitatẽ. Secũdo qualiter ipſum vnũ ſe habeat ad rõnẽ principii, ibi. { Omnium autẽ &c. } Circa primũ tria facit. Primo inquirit ſpãliter de principio formali, utrũ ſit vnum omniũ exiſtentiũ in vna ſpẽ. Secũdo inquirit idẽ de oĩbus generaliter principiis, ibi { Amplius aũt &c. } Tertio inquirit, utrũ eadẽ ſint principia aut diuerſa corruptibilium & incorruptibiliũ, ibi. { Non minor autem &c. } Circa primũ duo facit. Primo mouet dubitationem. Secũdo obiicit ad qõnem, ibi. { Sed impoſe &c. } Eſt ergo dubitatio, utrum ſit vna ſubſtãtia .i. forma oĩum exiſtentiũ in vna ſpecie, puta hoĩum. Deinde cum dicit.

Infra le 15.
Ibi par. 4
Infra le 12
Infra part. 4.
Lec. ſeq. par. ſeq.

F
At abſurdum eſt. Nõ .n. unum ſunt omnia, quorum eſt ſubſtantia una, ſed multa ac differentia. At & hoc metas rationis egreditur.

Sed impoſe eſt. Nõ .n. unũ oĩa quorũ ſuba una, ſed multa & differentia. Sed hoc extra rõnem eſt.

Hęc qõ 15. gũ motiuũ 7. q. ſupe. rius motæ ex pte cõſideratorũ, & ſoluitur in 7. le. 20 par. 2

Obiicit ad vnam partem qõnis .ſ. ad oſtendendum ꝙ non ſit vna forma omnium exiſtentium in vna ſpecie, & hoc duabus rationibus, quarum prima talis eſt. Ea quæ ſunt in vna ſpecie ſunt multa & differẽtia. Si igiť omnium in vna ſpecie exiſtẽtium ſit vna ſubſtantia, ſequetur ꝙ ea quorum ſubſtantia eſt vna ſint multa & differentia, quod eſt irrationabile.

Et ſimul quonam pacto materies ſit tandem horum unumquodq;, & eſt totum ipſum hæc ambo.

Simul autem & quomodo ſit materia horũ ſingulum, & ſynolon .i. totum ſimul ea ambo. part. 3
G

Hic ponit ſecũdam rationẽ, quæ talis eſt. Illud quod eſt in ſe vnum & indiuiſum nõ cõponitur cũ aliquo diuiſo ad conſtitutionẽ multorũ. Sed manifeſtũ eſt ꝙ materia diuiditur in diuerſis ſingularibus. Si igitur ſubſtãtia formalis eſſet vna & eadem, non eſſet aſsignare quõ ſingulũ horum ſingulariũ ſit materia hñs talẽ ſubam, quæ eſt vna & indiuiſa, ita ꝙ ſinguſr ſit ſimul totum hñs hæc duo .ſ. materiã & formã ſubſtãtialẽ quæ eſt vna & indiuiſa. In cõtrariũ autem non obiicit, quia rationes quæ ad ſequẽtẽ quæſtionẽ proponũtur, ad oppoſitum prædictarũ rationum, ſunt etiã illæ quæ ſunt ꝓpoſitæ ſupra de ſeparatione vſium. Nã ſi ſit vľe ſeparatũ, neceſſe eſt ponere vnã numero ſubſtantiam eorum quæ cõueniunt in ſpecie, quia vľe eſt ſuba ſingulariũ. Huius aũt qõnis ueritas determinať in ſeptimo huius, vbi oſtẽdetur quodquideſt .i. eſſentiã cuiuſlibet rei non eſſe aliud ꝗ rem ipſam, niſi per accidens, ut ibi dicetur. Deinde cum dicit. Te. cõ. 22

H
Preterea de pricipiis & hoc quiſpiam dubitabit. Nam ſi ſpecie ſint unũ, nihil erit numero unũ, neq; ipſum unũ & id quod eſt. Atq; quonã pacto ſciẽtia fuerit, ſi non erit quippiam in omnibus unum?

Amplius autem & de pricipiis hoc dubitabit aliquis. Nã ſi ſpecie ſunt unũ, nihil erit numero unũ. Nec unum iterum unum ipſum & ens. Et ſcire quõ erit, niſi quid unum fuerit in omnibus?

Te. cõ 14 parte. 4
Hęc fuit 7 q. ſupra mota ex pte cõſideratorũ, & ſoluiť in 12.

Mouet dubitationem de vnitate principiorũ in cõi. Vtrum ſcilicet principia rerũ ſint eadẽ numero: uel eadẽ ſpecie, & numero diuerſa, & circa hoc duo facit. Primo ponit rationes ad oſtẽdendum ꝙ ſint eadẽ numero, ſecũdo ad oppoſitum, ibi. { At vero &c. } Circa primũ ponit tres rationes, & præmittit dubitationem dicens, ꝙ idẽ poteſt quæri vniuerſaliter de principiis rerum, quod quæſitum eſt de ſubſtantia, utrum .ſ. principia rerum ſint eadem numero. Et inducit primã ratio- Te cõ. 19. part. ſeque

I nem ad oſtendēdum q ſint eadē numero. Non .n. inuenitur in principiatis niſi quod ex principiis habent. Si igitur in principiis non inueniatur vnum numero, ſed ſolum vnum ſpecie, nihil erit in principiatis vnū numero, ſed ſolum vnum ſpecie. Secunda ratio talis eſt, quia illud quod eſt ipſum vnum uel ipſum ens, oportet q ſit vnum numero. Dicit autē ipſum vnū, uel ipſum ens, vnitatem, aut ens abſtractum. Si igitur principium rerum nō ſit vnum numero, ſed ſolum vnū ſpecie. ſequetur q nihil ſit ipſum vnum & etiam ipſum ens .i. q ens & vnum non per ſe ſubſiſtant. Tertia ratio eſt, quia ſcia habetur de rebus per hoc q vnum inuenitur in multis, ſicut homo cōmunis inuenitur in omnibus hominibus. Nō .n. eſt ſcia de ſingularibus, ſed de vno quod inuenitur in eis. Omnis aūt ſciētia uel cognitio principiatorum dependet ex cognitione principiorum. Si igit principia nō ſunt vnum numero, ſed ſolū vnū ſpecie, ſequit q ſcia nō ſit de rebus. Deinde cum dicit.

K At uero ſi numero ſint unū, & unūquodq; principiorum ſit unum, & nō ut in ſenſibilibus alia aliorum: ut huius ſyllabę, ba quæ eſt eadē ſpē, & principia ſunt eadem ſpē. Nā hęc numero ſunt diuerſa. Si igitur nō hoc pacto, ſed numero ſint unū ipſa principia rerum, pręter elemēta ſane nihil aliud erit. Nihil enim refert unū numero, an ſingulare dicatur. Sic enim dicimus ſingulare quod unū numero eſt. Vniuerſale autē quod in his eſt cōmune. Vt igitur ſi elemēta uocis in numero definito eſſent, neceſſarium eēt tot oēs literas eſſe, quot elemēta eēnt: qppe cum nō eſſent eadem duo nec plura, ſic, & hiſce quę ſunt, & in ipſorum numero erit.

Singulare uniuerſale.

Part. 5 At uero ſi numero unum & unū quodlibet principiorum, & nō quemadmodum in ſenſibilibus alia aliorum, ut in hac ſyllaba, ba. ſpecie exiſtēte & principia ſpecie eadem. Etenim ea ſunt numero diuerſa.

L Quod ſi nō ita, ſed quę ſunt entium principia, numero unum ſunt, nō erūt pręter elemēta quippiam aliud Nam dicere numero unum aut ſingulare nihil differt. Sic enim dicimus unumquodq; numero unum. Vniuerſale uero quod in his eſt. Vt ſi uocis elemēta numero eſsent determinata, tot literas eſse neceſſe eēt, quot elemēta. Duobus quidem eiſdem non exiſtētibus, nec pluribus.

Obiicit in contrariū tali ratione Si pricipia ſunt vnū numero, ita q quodlibet principiorū in ſe cōſideratū ſit vnum, non erit dicere de principiis exiſtentium q hoc modo ſe hēt ſicut principia ſenſibilium. Videmus .n. in ſenſibilibus q diuerſorū ſunt diuerſa principia ſm numerum, ſed eadē ſm ſpēm, ſicut & eorum quorū ſunt, principia ſunt diuerſa ſm numerum, ſed eadē ſm ſpem. Sicut uidemus q diuerſarū ſyllabarū ſm numerū, quæ conueniunt in ſpecie, ſunt principia eædem literæ ſm ſpēm, ſed nō ſm numerū. Si quis aūt dicat q nō eſt ita in prin

M cipiis entium, ſed oium entium principia ſunt vnum numero, ſequet q nihil ſit in rebus pter elementa, quia quod eſt vnum numero, eſt ſingulare. Sic .n. appellamus ſingulare qđ eſt vnū numero, ſicut vle quod eſt in multis. Qđ aūt eſt ſingulare, nō multiplicatur nec inuenit niſi ſingulariter. Si igitur ponatur q oium ſyllabarū eſſent principia eædē literæ numero ſequeret q illæ literæ nunqoā poſſent multiplicari: ut .ſ. eſſent duo aut plura. Et ſic non poſſet ſeorſum inueniri in ſyllaba iſta, ba, uel, da. Et eadē ratio eſt de aliis literis. Pari igit rōne ſi oium entiū ſint principia eadē numero, ſequet q nihil ſit præter principia, quod uidetur inconueniens: quia cum principium alicuius ſit, non erit principium niſi ſit aliquid pter ipſum. Hæc autem qō ſoluetur in .12. Ibi .n. oſtendetur q principia quæ ſunt intrinſeca rebus .ſ. materia & forma, uel priuatio nō ſunt eadē numero oium, ſed analogia ſiue proportione. Principia autem ſeparata .ſ. ſubſtātiæ intellectuales, quarum ſupræma eſt Deus, ſunt vnum numero vnaqueq; ſm ſeipſam. Id autem quod eſt ipſum vnum & ens, Deus eſt, & ab ipſo deriuatur vnitas ſm numerum in rebus omnibus. Scientia autē eſt de his, nō quia ſint vnum numero in omnibus, ſed quia eſt vnū in multis ſm rōnem. Ratio autem quæ eſt ad oppoſitum verificatur in principiis eſſentialibus, non autem in principiis ſeparatis, cuiuſmodi ſunt agens & finis. Multa enim poſſunt produci ab vno agēte uel mouente, & ordinari in vnum finem. Lec. XI. N

Tex. cō. 19

Nullam autē dubitatione inferior dubitatio ab hiſce qui hac tēpeſtate ſunt, & a prioribus eſt omiſſa. Vtrum eorum quę intereūt, & eorū quę ſunt expertia corruptionis, eadē an diuerſa principia ſint.

NOn autē minor dubitatio modernis & prioribus relinquitur, utrum eadē corruptibilium & incorruptibilium ſint principia, aut diuerſa. Tex. cō. 15 part. 1.

POSTQVAM Philoſophus inquiſiuit vtr, utrū principia ſint eadem numero omnia, quæ ſunt vnius ſpēi uel eadem ſpecie: hic inquirit utrum eadē numero ſint principia corruptibilium & incorruptibilium, & circa hoc tria facit. Primo proponit qōnem. Secūdo inducit rōnem ad oſtendendum q non ſunt eadem principia corruptibilium & incorruptibilium, ibi. { Nam ſi eadem &c. } Tertio inducit rationes ad oſtendēdū q non ſunt diuerſa, ibi. { Si uero diuerſa &c. } Dicit ergo primo, q quædam dubitatio eſt quæ nō minus relinquitur modernis philoſophis Platonem ſequētibus, q̄ fuit apud antiquos philoſophos qui etiam dubitauerūt, utrum corruptibilium & incorruptibiliū ſint eadē pricipia uel diuerſa. Deinde cū dicit. O

part ſequ. Part 14 Hęc qō eſt octaua ſuperius mota ex pcc cōſideratorum.

Nam ſi eadē ſint, quonā pacto, & quā ob cām illa quidem occidūt, hęc uero uacāt corruptione?

Nam ſi eadem ſunt, qūo hęc quidē incorruptibilia, illa uero corruptibilia, & ppter quam cauſam? Part.

Obiicit ad oſtendendum q non ſunt eadem principia corruptibilium, & incorruptibilium, & circa hoc tria facit. Primo ponit rationem. Secundo improbat ſolutionem poſitæ rōnis, quam poetæ theologi adhibebant, ibi. { Qui quidem &c. } Tertio excludit ſolutionem quam adhibebant quidam philoſophi naturales, ibi. { A dicentibus &c. } Dicit ergo q ſi ponantur corruptibilium & incorruptibilium eſſe eadem principia, cū ex eiſdē principiis idem ſequatur affectus, uidet q omnia uel ſint corruptibilia, uel omnia ſint incorruptibilia. Relinquitur ergo qō qūo quædā ſunt corruptibilia & quædā incorruptibilia, & ppter quam cauſam. Deinde cum dicit. P par. ſeq.

Heſiodo igit cęteriſq; theologis id curę fuit dūtaxat, quod ſibiipſis ueriſimile eſſet: nos autē neglexerunt. Cum .n. deos pricipia feciſſent, & ex diis orta eſſe omnia poſuiſſent, ea facta eſſe mortalia dicūt, quę nectar atq; ambroſiam nō guſtarunt.

Qui quidē igitur circa Heſiodū & oēs qui theologi erāt, ſolum apud ipſos perſuaſionē curauerūt: nos autem neglexerūt. Deos autē faciētes principia, & ex deis eē facta, quę nō guſtauerūt nectar & manna, mortalia facta eſse dicunt. part. 3. Q

Excludit ſolutionem poetarum theologorum, & primo ponit eorum ſolutionem. Secūdo obiicit cōtra pdictam poſitionem, ibi. { Palam q hæc omnia ſibi nota dicentes &c. } Tertio ſe excuſat a diligētiori improbatione huius poſitionis, ibi. { Sed de fabuloſe &c. } Circa primum conſiderandum eſt q apud græcos, aut naturales philoſophos fuerūt quidam ſapientiæ ſtudentes, qui deis ſe intromiſerunt occultantes ueritatem diuinorum ſub quodam tegmine fabularum, ſicut Orpheus, Heſiodus & quidā alii: ſicut etiam Plato occultauit ueritatem philoſophiæ ſub mathematicis, ut dicit Simplicius in cōmēto prædicamentorum. Dicit ergo q ſectatores Heſiodi & omnes qui dicebantur theologi curauerunt pſuadere ſolis ſibi, & nos alios ſpreuerunt: quia .ſ. ueritatem quam intellexerunt taliter tradiderunt, q eis ſolum potuit eſſe nota. Si .n. per fabulas veritas obumbretur, non poteſt ſciri quid uerum ſub fabula lateat, niſi ab eo qui fabulam confixerit. Ii igitur Heſiodiſtæ prima rerum part. ſeq.

A ma rerum principia deos nominauerunt, & dixerunt q illi de num ero deorum qui non guſtauerunt de quodam dulci cibo, qui uocatur nectar uel mãna, facti ſunt mortales. Illi uero qu guſtauerunt, facti ſunt immortales. Potuit autem ſub hac fabula aliquid ueritatis occulte latere, ut.ſ. per nectar & manna intelligatur ipſa ſuprema bonitas primi principii. Nam omnis dulcedo dilectionis & amoris ad bonitatem refertur, omne autem bonum a primo bono deriuatur. Potuit ergo eſſe intellectus eorum q ex participatione propinqua ſummæ bonitatis aliqua incorruptibilia reddantur, ſicut quæ perfecte participãt diuinum eſſe. Quedã uero ꝓpter longe diſtare a primo principio, quod eſt non guſtare manna & nectar, nõ poſſunt ꝑpetuitatem cõſeruare ſm idem numero, ſed ſm idem ſpecie: ſicut dicit philoſophus in. 2. de generatione. Sed utrum hoc intẽderint occulte tradere, uel aliud ex hoc dicto plenius percipi non poteſt. Deinde cum dicit.

Hic fabulę expõſitio docẽs. An. an. ſimiliter hoc aſſeri. Vide pri. ad deſum. ſimil Pla. ut iuſſi placet. Tex.cõ 5.

Hęc omnia ſibiipſis, ut patet, nota dicẽtes, & tamẽ

B de cauſarum harum guſtatione ſupra noſtrę mẽtis uires dixerunt. Nam ſi uoluptatis ipſas gratia tangant, nectar ſane atq; ambroſia, nõ ut ſint illis cauſæ eſſe uidẽtur. Si uero ſint cauſæ, quonam pacto erũt perpetui, cum alimentis indigeant?

part. 4

Palam q hęc omnia ſibi nota dicentes, equidẽ de allatione harum cauſarum ſuper nos dixerũt. Nam ſi gratia uoluptatis ipſi tangunt, nõ eſt cauſa exiſtẽdi nectar & manna. Si uero eſſendi, quomodo erũt ſempiterni cibo egentes?

Nectar. i. Ambroſia. idem Græ.

Obiicit contra prædictam poſitionem, & dicit q prædicti Heſiodiſtæ quid ſignificare uoluerint per iſta nomina nectar & mãna fuit eis notum, ſed nõ nobis. Et ideo quo afferant iſtæ cauſæ ad iſtam q̃õnem ſoluẽdam, & ad incorruptionem præſtandam rebus, dixerunt ſupra noſtrum intellectum. Si.n. intelligantur iſta uerba ſm q ſonãt, nullius efficaciæ eſſe uidentur. Dii.n. qui guſtauerunt nectar & mãna, aut guſtauerunt ꝓpter

C delectationem, aut propter neceſſitatem eſſendi. His.n. de cauſis aliqui ſumunt cibum. Siquidẽ ſumpſerunt iſta ꝓpter delectationem, nõ poſſunt nectar & mãna eſſe eis cauſa exiſtendi, ita q per hoc incorruptibiles reddant: quia delectatio eſt quoddam conſequens ad eſſe. Si aũt propter neceſſitatem eſſendi prædicta ſumpſerunt, non erunt ſemper iterũ cibo indigẽtes. Videt ergo q corruptibiles exiſtentes prius tanq̃ cibo indigentes, per cibum facti ſunt incorruptibiles. Quod iterum uidet inconueniens, quia cibus non nutrit in ſua ſpecie, niſi corruptus tranſeat in ſpeciem nutriti. Quod autem eſt corruptibile non poteſt alii in corruptionem præſtare. Deinde cum dicit.

Sed de hiſce quidẽ qui fabuloſe philoſophantur, ſerio conſiderare dignum non eſſe uidetur.

par. 5

Sed de fabuloſe ſophiſticantibus non eſt dignum cum ſtudio intendere.

Excuſat ſe a diligentiori huius opinionis inueſtigatione, & dicit q de illis qui philoſophari uoluerunt { fabuloſe } ueritatem.ſ. ſapientiæ ſub fabulis occultantes non eſt dignũ cum ſtu

D dio intendere, quia ſiquis contra dicta eorum diſputaret ſm q exterius ſonant, ridiculoſa ſunt. Si uero aliquis uelit de his inquirere ſm ueritatem fabulis occultatam, immanifeſta eſt. Ex quo accipitur q Ariſt. diſputans contra Platonẽ & alios huiõi qui tradiderunt ſuam doctrinam occultantes ſub quibuſdam aliis rebus, non diſputat ſm ueritatem occultã, ſed ſm ea quæ exterius proponuntur. Deinde cum dicit.

Eos autem qui per demonſtrationem dicũt interrogare oportet, cur nam ſi ex eiſdem quę ſunt, principiis ſint: alia natura ſempiterna ſunt, alia corrumpuntur? At cum neq; cauſam dicũt, neq; conſonum ſit rationi, rem ita ſeſe habere, patet non eadem ipſorum principia, & cauſas eſſe.

par. 6

A dicẽtibus uero per demõſonem oportet ſciſcitari interrogãtes, quare ex eiſdẽ exiſtẽtia hęc quidem ſempiterna ſecũdum naturam ſunt, illa uero corrũpuntur exiſtẽtium? Quoniam autem nec cauſam dicũt nec rationabile eſt ſic ſe habere, palam q nec eadem principia nec cauſę ipſorum erunt.

E

Diſputat contra reſponſionem quorũdam philoſophorum naturalium, & circa hoc tria facit. Primo recitat rationem. Secundo ponit rãſionem, ibi: { Etenim quam exiſtimabit &c. } Tertio improbat ipſam, ibi: { Videbitur aũt &c. } Dicit ergo primo q prætermiſſis illis qui ſub fabulis ueritatẽ tradiderũt, oportet a tradentibus ueritatem per modum demõſonis inquirere de q̃õne prædicta.ſ. ſi ex eiſdem principiis ſunt oĩa exiſtẽtia, quare quædam exiſtentium naturaliter ſunt ſempiterna, quædam uero corrumpãtur. Et quia nec ipſi cãm dicunt quare hoc ſit, nec rationabile eſt ſic ſe habere, ut ex eiſdem principiis exiſtentium quædam ſint corruptibilia, quædam ſempiterna: uidet manifeſte ſequi q non ſunt eadem principia nec cauſæ corruptibiliũ & ſempiternorum. Deinde cum dicit.

Part ſeq. Parte 8

Etenim & Empedocli quem maxime ſibi conſona dicere quiſpiam arbitrabitur, idem ſane cõtigiſſe uidetur. Nam ponit quidem corruptionis quoddam principium cauſamq;, diſcordiam eſſe.

part. 7

Etenim q̃ exiſtimabit aliquis utiq; maxime dicere ipſi cõfeſſe Empedocli, eſt & idem paſſus. Ponit enim quoddã principium cãm corruptionis odiũ.

Ponit quãdam ſolutionem, & dicit q ratio aſſignata circa prædictã dubitationem, quæ maxime uidetur eſſe cõueniens ad q̃õnem eſt quam aſſignauit Empedo. qui tñ idem paſſus eſt cum aliis: quia ratio quam aſſignauit non eſt conueniens, ſicut nec aliorum, ut oſtendetur. Poſuit enim quædam principia cõmunia corruptibilium & incorruptibilium. Sed poſuit quoddam principium eſſe cauſam ſpãlẽ corruptionis.ſ. odium elementorum. ita.ſ. q adiunctio huius cauſæ ad alia principia facit corruptionem in rebus. Deinde cum dicit.

G Non minus tamẽ & ipſa q̃ cõcordia generare pręter ipſum unum uidebitur. Cũcta nãq; cętera ex hac ipſa ſunt pręter Deum. Dicit enim.

Ex his quę fuerint, quę ſint ueniãtq; futura,
Sunt cũcta arboribus: genus hinc, hoĩesq; ferę q;:
Hinc ortu uolucres, nutritiq; equore piſces:
Cęlicolęq; omnes longęui, numina magna.

Et ſine his etiam patet. Nam ſi diſcordia nõ eſſet in rebus, unũ uniuerſa eẽnt, ut inquit. Nã cũ uniuerſa conuenerit, tũc ultimo diſcordia ipſa extruditur.

part. 8

Videbitur autem nihilominus & hoc generare extra unum. Nã oĩa ex hoc alia ſunt pręter Deum. Dicit ergo ex quibus omnia, & q̃cunq; erãt, & arbores pululauerãt & uiri & fœminę, beſtięq; & uultures, & aqua nutriti piſces, & dii longęui. Et præter hęc palã, qa ſi nõ eẽt in rebus, eẽnt unum oĩa: ut ait.

H Nã qñ cõuenerũt: tunc ultimum oĩum ſtabit odiũ.

Improbat prædictam rationem Empedo. & hoc tripliciter. Primo quidem oſtendendo, q ratio ab eo aſſignata non conuenit ſuæ poſitioni. Secundo oſtendendo q non eſt ſufficiens. ibi: { Similiter, quoq; ipſius tranſmutationis &c. } Tertio oſtendendo q non eſt ad ꝓpoſitum. ibi. { Attamen tantum ſolum dicit &c. } Circa primum tria facit. Primo oſtendit ſuã rationem non conuenire aliis eius poſitionibus ex parte odii. Secundo ex parte ipſius dei. ibi: { Propter quod &c. } Tertio ex parte amoris. ibi: { Similiter autem nec amor &c } Dicit ergo primo, q inconuenienter Empedo. ponit odium eſſe cauſam corruptionis: quia non minus ſm eius poſitionem uidet eſſe cauſa generationis in omnibus rebus, niſi in una rę tantũ. Ponebat enim omnia alia eſſentialiter cõpoſita ex odio ſimul cum aliis principiis, niſi ſolus Deus quem ponebat compoſitũ eſſe ex aliis principiis præter odium. Deum autem appellabat cœlum, ſicut ſupradictum eſt in primo, q Xenophanes ad to-

Infra part. 11.

part ſeq. part 10

In Deo nõ eſt odiũ ſm Empedoclem.

I rum cœlum reſpiciens, ipſum vnum dicit eſſe Deum. Ponebat autem Empedoc. cœlum eſſe compoſitum ex quatuor elementis, & ex amicitia. Non autem ex lite ſiue ex odio, cõſiderãs indiſſolubilitatem cœli. Sed quãtum ad alias res dicebat, ꝙ omnia ſunt ex odio quæcunq; ſunt, erunt uel fuerunt: ſicut arbores pululantes, & uiri, & fœminæ, & beſtiæ quæ ſunt animalia terreſtria: & uultures, quæ ſunt uolantia diu uiuentia. & piſces nutriti in aqua, & dii longæui. Videtur autem hos deos uocare uel ſtellas quas ponebat quandoq; corrumpi, licet poſt longum tempus: uel dæmones quos ponebant Platonici eſſe animalia aerea. Vel etiam dii quos ponebãt Epicurei in forma humana, ſicut ſupra dictum eſt. Ex hoc ergo ꝙ oĩa animalia præter vnum ſunt generata ex odio, poteſt haberi ꝙ odiũ ſit cauſa generationis. Et præter hoc etiam ex alia ratione. Manifeſtũ eſt enim ſm poſitionem Empedoc. ꝙ ſi non eſſet odium in rebus, omnia eſſent vnum. Odiom enim eſt cauſa diſtinctionis ſm Empedoc. Vnde inducit uerba Empedo. dicentis, ꝙ quan-

Dii longæ. ui quid.

K do omnes res in vnum cõueniunt, ut puta quando fit chaos, tunc ultimum ſtabit odium ſeparans & diſſoluens. Vnde litera Boethii habet: Ea enim conuenit, tunc ultimam ſcit diſcordiam. Et ſic patet ꝙ cum eſſe mundi conſiſtat in diſtinctione rerum, odium eſt cauſa generationis mundi. Deinde cũ dicit.

Quapropter & fit ipſius ſentẽtia, ut Deus q̃ omnium eſt feliciſsimus, minus ſit q̃ cętera prudẽs. Nõ enim omnia elementa cognoſcit, quippe cum diſcordiã nõ habeat, cognitio uero ſimilis ſili fiat. Dicit.n.

Nam terram terra, lympha cognoſcimus undam,
Etherq; ethere ſane, ignis dignoſcitur igne:
Sic & amore amor, ac triſti diſcordia lite.

At enim id eſt manifeſtũ, unde nr̃a eſt ꝑfecta oõ. Euenire inquam ipſi diſcordiam quidem nõ magis corruptionis, q̃ ut res ſint.

L Propter quod etiam accidit ipſi feliciſsimũ Deũ, minus prudentem aliis. Non enim cognoſcit elementa omnia, Nam odium non habet. Notitia uero ſimilis ſimili. Terram nãq; ait per terram cognoſcimus, & per aquam aquam, & per affectum affectum, & adhuc odium per odium triſte. Sed unde ratio hęc etiam palam, quia accidit ei odium non magis corruptionis q̃ exiſtendi cauſam.

part 9 Hinc argumẽtũ cõtra negantes Deũ aia a te c. gnoſceri & pręcipue ſingularia de mẽte Ariſ.

Ponit ſecundam rationem ſumptam ex parte Dei, & dicit ꝙ cum Emped. poneret odium nõ eſſe de compoſitione Dei, accidit ſm rationes eius ꝙ Deus qui eſt feliciſsimus ſecundum omnium dicta, & per cõſequens maxime cognoſcens, ſit minꝰ prudẽs omnibus aliis cognoſcentibus. Sequetur enim ſm poſitionem Emped. ꝙ non cognoſcat omnia elemẽta, quia nõ habet odium vnde non cognoſcit ipſum. Cognoſcit autem ſimile ſimili ſm opinionem Emped. qui dixit ꝙ per terram cognoſcimus terram, per aquam cognoſcimus aquam { & affectũ }

M .i. amorem uel concordiam cognoſcimus { per affectum } .i. amorem uel concordiã: & ſimiliter { odium per odiũ } quod eſt triſte ſiue graue uel malum ſm literam Boethii qui dicit: diſcordiam autem diſcordia malum. Sic igitur patet ꝙ Ariſ. reputat inconueniens, & contra quod ponitur Deus feliciſsimus, ꝙ ipſe ignoret aliquid eorum quæ nos ſcimus. Sed quia iſta ratio videbatur eſſe præter propoſitum. Ideo ad principale propoſitum rediens dicit ꝙ redeundo ad illod vnde prius erat ratio, manifeſtum eſt ꝙ accidit Empedocli ꝙ odiũ non ſit magis cauſa corruptionis q̃ exiſtendi. Deinde cum dicit.

Concordiam uero nõ magis ut ſint, q̃ ut corrumpantur cauſam eſſe. Congregans enim in unum corrumpit cętera.

Par. 10. Similiter autem nec amor exiſtendi. Colligens enim in unum corrumpit alia.

Ponit tertiam rationem ex parte amoris, & dicit ꝙ ſimiliter etiam amor non eſt cauſa generationis uel exiſtẽdi, ut ipſe ponebat, ſi alia eius poſitio attendatur. Dicebat enim ꝙ cum

omnia elementa in vnum congregabuntur, tũc erit corruptio mundi. Et ſic amor corrumpit omnia. Ergo quantum ad totũ mũdum amor erat cauſa corruptionis, odium autem generationis. Quantum autem ad ſingulares res, odiũ erat cauſa corruptionis, & amor generationis. Deinde cum dicit. N

Et inſuper mutationis ipſius cauſam nullam dicit, niſi ita fieri aptam eſſe. Inquit enim.

Similiter quoq; ipſius tranſmutationis cauſam nullam dicit, niſi quia ſic aptum natum fuit.

Oſtendit ꝙ ratio eius non fuit ſufficiens. Dicebat enim quãdam tranſmutationem eſſe in rebus odii & amicitiæ, ita.ſ. ꝙ amor qñq; omnia vniebat, & poſtmodum omnia odium ſeparabat. Sed cauſam quare ſic trãſmutabatur, ut quodam tẽpore dominaretur odiom, & alio tempore amor: nullã aliam dicebat, niſi quia ſic aptom natum eſt eſſe. Et ponit conſequẽter uerba Empedoclis, quæ quia in Græco metrice ſcripta ſunt, habent aliquam difficultatem & diuerſitatem a cõi mõ loquẽdi.

O

Aſt ubi nutrita eſt ingens diſcordia membris,
Tempore tranſacto dulcis concordia ceſsit:
Fœdere quod magno procedit utriſq; uiciſsim.

Vult enim, ut patet, neceſſario fieri mutationẽ: neceſſitatis uero cauſam nullam aſſignat.

Sed itaq; magnum odium in mẽbris nutritũ eſt, & ad honorem intendebat ꝑfecto tp̃e, qui mutabilis diſſoluit ſacramentũ. Quare neceſſariũ ens tranſmutari, cãm uero neceſsitatis nullam oſtendit. par 12

Sunt autem hæc uerba eius { Sed itaq; magnum odium in mẽbris nutritum eſt, & ad honorẽ intendebat perfecto tẽpore, qui mutabilis diſſoluit ſacramẽtum. } Litera uero Boethii ſic habet { Sed cũ magna diſcordia in mẽbris alita ſit in honores: quia ꝓceſsit completo anno, qui illis mutatis amplo rediit ſacramẽto. } Ad cuius intellectum notãdum eſt ꝙ loquiꝉ poetice de toto mũdo, ad ſimilitudinẽ vnius animalis, in cuius mẽbris & partibus primo quidẽ eſt magna cõueniẽtia, quã amorem nominabat ſiue cõcordiam. Sed poſtea paulatim incipit aliqua diſſonãtia eſſe, quã dicit diſcordiam. Et ſimiliter in partibus vniuerſi a principio erat magna cõcordia, ſed poſtea paulatim nutritur odium quouſq; odiũ ꝓcedat { ad honorẽ } .i. ad hoc ꝙ dominetꝉ ſuper elemẽta. Quod quidẽ fit perfecto tẽpore quodam determinato, uel cõpleto quodã anno quẽ ponebat Empe. { Qui } .ſ. odium & diſcordia, uel annus mutabilis exiſtens diſſoluit { ſacramentũ } .i. vnionem præexiſtentẽ elemẽtorum uel annus ſiue odium rediit amplo ſacramento, quadam potenti & ſecreta uirtute rediit ad dominãdum in rebus. Poſt quæ uerba Empedo. Ariſt. faciens uim in hoc ꝙ dixerat mutabilis, ſubiungit exponens quaſi neceſſariũ ens tranſmutari. q.d. Sic prædicta dixit Empedo. ac ſi neceſſarium ſit eſſe tranſmutationẽ odii & amoris, ſed nullam cãm oſtendit huius neceſsitatis. In vno.n. animali eſt manifeſta cauſa tranſmutationis & odii & amoris, propter motum cœli qui cauſat generationem & corruptionem in rebus. Sed talis cauſa non poteſt aſsignari totius vniuerſi ſic tranſmutari per amicitiam & litẽ. Vnde patet ꝙ eius ratio fuit inſufficiẽs. Deinde cum dicit.

P Vniuerſum aſsimilauit Empe. animali.

Q

Attamen tãtum dicere ſolum cõſonum ſibi uidetur. Nõ.n. eorũ quę ſunt, alia ſubire corruptionem, alia non ſubire: ſed uniuerſa pręter elementa ſubire dicit corruptionem. Pręſens autẽ dubitatio eſt, cur alia occidunt, alia corruptionis expertia ſunt, ſi ex eiſdẽ ſint elementis? Non eẽ igiꝉ eadem omniũ principia, patet ex hiſce q̃ ſatis ad hoc oñdẽdũ ſunt dicta.

Attamen tantum ſolum dicit cõſeſse. Non.n. exiſtentium hęc quidẽ corruptibilia, illa uero incorruptibilia facit: ſed omnia corruptibilia pręter elementa. Dicta uero dubitatio eſt, cur hæc quidem, illa uero non, ſi ex eiſdem ſunt? Quod quidem igitur nõ utiq; erunt eadem principia tot dicta ſunt, Par. 13

Oſtendit

A Oſtendit q prædicta ratio Empedo. nõ eſt ad propoſitum, & dicit q hoc ſolum uidetur dicere { confeſſe } .i. manifeſte q non ponit quædam exiſtentium ex principiis eſſe corruptibilia, & quædam nõ corruptibilia, ſed omnia ponit eſſe corruptibilia præter ſola elementa. Et ita uidetur euadere pdictam dubitationem qua dubitabatur, quare quædam ſunt corruptibilia & quædam non, ſi ſunt ex eiſdem principiis? vnde etiam patet q eius ratio non eſt ad propoſitum quia intermiſit id de quo eſt dubitatio. Sed poteſt quæri quõ hic dicit q Empedoc. ponebat omnia eſſe corruptibilia præter elementa, cum ſupra dixerit vnum eſſe deum. f. ex aliis principiis cõpoſitum pter q ex odio? Sed dicẽdum q Emped. ponebat duplicẽ corruptionẽ in rebus, ſicut ex prædictis patet. Vnam quidẽ ſm confuſionẽ totius vniuerſi, quã faciebat amor, & ab hac corruptiõe nec ipſum deum faciebat immunẽ, cum in eo poneret amorem qui alia ei cõmiſcebat. Aliam autem corruptionem ponebat ſingularium rerum, quarũ principium eſt odium. Et hãc corruptionem excludebat a deo per hoc q in eo odium non ponebat.

B Sic igitur Ariſt. epilogando concludit tot dicta eſſe ad oñdẽdũ q non ſunt eadem principia corruptibilium & incorruptibilium. Deinde cum dicit

Si uero principia ſint diuerſa, una emerget continuo dubitatio, utrum & ipſa corruptionis expertia ſint, an corruptionem ſuſcipiant. Na ſi corrumpanẽ, patet hęc ex quibuſdam cõſtare neceſſarium ee. Vniuerſa enim in ea corrumpũtur, ex quibus conſtant. Quo fit, ut principiorum alia priora principia ſint. Quod quidem fieri nequit, & ſi ſtetur, & ſi in infinitum in principiis abeatur. Præterea quonam pacto erunt res, quę ſunt corruptionis participes, ſi principia interibunt? Sin uero uacẽt corruptione cur ex his quidem res participes, ex aliis autem, expertes erũt corruptionis? Hoc. n. non eſt cõſentaneum rationi, ſed aut fieri nequit, aut oratione indiget longa.

C

Pat. 24 Si uero diuerſa pricipia, una quidem dubitatio, utrũ & incorruptibilia hęc erunt, aut corruptibilia. Nam ſi corruptibilia, manifeſtum quia neceſſarium & ea ex aliquibus eſſe. Omnia. n. corrumpũtur in ea ex quib⁹ ſunt. Quare cõtingit pricipiorum alia eſſe pricipia priora. Hoc autem & impoſsibile, ſiue ſtet, ſiue in ifinitum uadat Amplius aũt, quo erũt corrutibilia ſi deſtruẽtur pricipia? Si uero incorruptibilia, cur ex his qdem incorruptibilib⁹ exiſtẽtib⁹ corruptibilia erũt, ex diuerſis uero incorruptibilia? Hoc. n. nõ rõnabile eſt, ſed aut ipoſe, aut multa rõne eget.

Obiicit ad cõtrariam partem per duas rõnes, quarum prima eſt: Si non ſint eadem principia corruptibilium & incorruptibilium, relinquitur quæſtio, utrum principia corruptibiliũ

D ſint corruptibilia, an incorruptibilia. Si dicatur q ſint corruptibilia, oſtendit hoc eſſe falſum duplici ratione: quarũ prima eſt: Omne corruptibile corrumpitur in ea ex quibus eſt. Si igitur principia corruptibilium ſunt corruptibilia, oportet iterũ ponere alia principia ex quibus ſint. Et hoc inconueniens eſt niſi ponantur principia procedere in infinitum. Oſtenſum autem

Le. 3. & 4 eſt in ſecundo, q ſm nullum genus cauſæ cõtingit in pricipiis procedere in infinitum. Similiter etiam eſt inconueniens. ſi dicatur, q ſit ſtatus in principiis corruptibilibus, cum corruptio uideatur eſſe per reſolutionem in aliqua priora. Secunda ratio eſt, quia ſi principia corruptibilium ſint corruptibilia, oportet q corrumpantur, quia omne corruptibile corrumpetur. Sed poſtquam ſunt corrupta non poſſunt eſſe principia, quia quod corrumpitur uel corruptum eſt, nõ poteſt cauſare aliquid. Cũ ergo corruptibilia ſemper cauſentur per ſucceſsionem, nõ põt dici q principia corruptibilium ſint corruptibilia. Si autem dicatur q principia corruptibilium ſunt incorruptibilia, manifeſtum eſt q principia incorruptibilium ſunt incorruptibilia. Relinquitur ergo quæſtio, quare ex quibuſdam incorruptibilibus principiis producantur effectus corruptibiles, & ex quibuſdam effectus incorruptibiles. Hoc enim non uidetur eſſe rationabile, ſed aut eſt impoſſibile, aut indiget multa manifeſtatione. E

Præterea neq quiſquam aggreſſus eſt diuerſa eẽ principia dicere, ſed eadem quidem omnes omniũ eſſe dicũt. Primum autem illud quod dubitauim⁹ prętereunt, hoc ut quoddam paruum ſumentes.

Amplius autem nec conatus eſt aliquis diuerſa dicere, ſed eadem omnium dicũt principia. Verum primum dubitatum concedunt, tanquam hoc paruum aliquid accipientes.

Secundam rationem ad principale propoſitum ponit, quæ ſumitur ex cõi opinione omnium. Nullus. n. conatus eſt hoc dicere, q ſint diuerſa principia corruptibilium & incorruptibilium. Sed omnes dicunt eadem eſſe principia omnium. Et tamen id quod primo obiectum eſt. ſ. pro prima parte, ac ſi eſſet aliquid modicum omnes leuiter tranſeunt, quod eſt cõcedere. F Vnde litera Boethii habet. { Sed primum obiectum deglutiunt, ſicut hoc paruum quoddam opinantes } Huius autem dubitationis ſolutio ponitur in. xii. vbi Philoſophus oſtendit prima quidem principia actiua uel motiua eſſe eadem omniũ, ſed quodam ordine. Nam prima quidem ſunt principia ſimpliciter incorruptibilia & immobilia. Sunt autem ſecunda incorruptibilia & mobilia. ſ. cœleſtia corpora quæ per ſui motum cauſant generationem & corruptionem in rebus. Principia autem intrinſeca non ſunt eadem numero corruptibilium & incorruptibilium, ſed ſm analogiam. Nec tamen principia intrinſeca corruptibilium quæ ſunt materia & forma, ſunt corruptibilia per ſe, ſed ſolum per accidens. Si enim corrũpitur materia & forma corruptibiliũ, ut habet in prio phy. Lec. XII.

Determinatio qõnis. Lec 4 Te. cõ. 29

Te cõ. 32 Hoc autem omnium & ad cõtemplandum difficillimum, & ad cognoſcẽdam ueritatem maxime neceſſarium eſſe uidetur, utrum id quod eſt, atq unũ G ipſum, ſubſtãtię ſint eorum quę ſunt: & utrum ipſorum nõ aliud qcquã ſit, ſed altep qdẽ unũ ſit, alterũ aũt ens: aut quęrere oporteat quodnã ſit id qđ eſt, ac unum ipſum, ut alia quidem natura ſubiecta.

Te. cõ. 16 Parte prĩa OMnium autem ad cõſiderãdum difficillimum, & ad cognoſcendum ueritatem maxime neceſſarium, utrum unũ & ens ſubſtantię entium ſunt: & utrum ipſorum nõ altep aliquid ens, hoc quidẽ unum, hoc autem quidẽ ens eſt. Aut oportet quęrere qd ſit ipſum ens & unũ, qſi ſubiecta alia natura.

POSTQVAM Philoſophus inquiſiuit utrum principia ſint eadem uel diuerſa, hic inquirit quõ ſe habeat ipſum vnum ad hoc q ſit principium, & circa hoc tria facit. Primo inquirit, an ipſum vnum ſit principium. Secũdo inquirit an numeri, qui ex vno oriũtur uel cõſequuntur ſint principia rerũ, ibi: { Horum autem habita dubitatio &c. } Tertio inquirit utrum ſpecies, quæ ſunt qdã vnitates ſeparatæ ſint principia, ibi: { Omnino uero dubitabit aliquis &c. } Et circa primum tria facit. Primo mouet dubitationẽ. Secũdo ponit opiniones ad utrãq partem, ibi: { Hi nanq illo modo. } Tertio ponit rationes ad utranq partem, ibi: { Accidit autem ſi quidem &c. } Dicit ergo primo, q inter omnes alias quæſtiones motas vna eſt difficilior ad conſiderandum, propter efficaciam rationũ ad utrãq partem, in qua etiam veritatem cognoſcere eſt maxime neceſſariom, quia ex hoc dependet iudicium de ſubſtantiis rerum. Eſt ergo quæſtio iſta, utrum vnum & ens ſint ſubſtãtiæ rerũ, ita ſcilicet q neutrũ eorum oporteat attribuere alicui alteri naturæ quæ quaſi informetur vnitate & entitate, ſed potius ipſa vnitas & eſſe rei ſit eius ſubſtantia: uel econtrario oportet inquirere quid ſit illud cui cõuenit eſſe vnũ uel ens, quaſi quædam alia natura ſubiecta entitati & vnitati. Deinde cũ dicit,

H Infra le. 13 Infra le. 8 Parte. ſeq. part. 3. Hęc ẽ nona qõ ſuperius mota ex pte rerũ cõſideranda.

Quidam enim illo, quidam hoc modo naturam ipſorum ſeſe habere putant. Plato nãq & Pythagorici nõ aliud qcquã id quod eſt, ac unũ ipſum, ſingunt eſſe, ſed id ipſorũ eſt natura, quippe cum ſubſtantia

I ipſius ſit ipſum eſſe uni' ac entis. Naturales autem quidnam ſit dicũt. Empedocles.n. quaſi ad notius redigẽs dicit, quid nam ſit ipſum. Nã cõcordiam ipſum eſſe, dicere ſane uidebit. Hęc.n. cũctis eſt cauſa, ut ſint unum. Alii uero ignem, alii aerem eẽ inqunt hoc unum & id quod eſt, ex quo ea quæ ſunt, & eſſe, & fieri dicũt. Eodẽ modo faciũt & hi qui plura aſſerũt elemẽta. Neceſſe eſt.n. & hoſce tot eẽ dicere id quod eſt, ac unũ ipſum, quot eſſe principia dicũt.

part. 3 Hi nãq; illo modo, illi hoc modo putãt naturam ſe habere. Plato nãq; & Pythagorici nõ aliqd aliud ens nẽc unũ, ſed hoc ipſorũ naturã eſſe quaſi exiſtẽte ſubſtãtia ipſum unum eſſe & ens aliquid. Alii uero de natura ut Empedocles, ut ad aliquid notius reducẽs, dicit q unum ens eſt: uidebitur enim utiq; dicere hoc amorem eſſe, cauſa nãq; eſt hoc unũ omnibus eſſe. Alii uero ignẽ, alii aerem dicũt eſſe unũ k hoc & ens, ex quo entia eſſe & facta eſſe. Similiter & qui plura elemẽta ponũt. Neceſſe nãq; & his tot dicere ens & unum, quot principia dicũt eſſe.

Opio duplex de ente & uno. Ponit opiniones ad utranq; partẽ, & dicit q philoſophorũ quidam opinati ſunt naturã rerum ſe habere vno modo, quidam alio. Plato enim & Pythagorici non poſuerunt q vnũ & ens aduenirent alicui naturæ, ſed vnum & ens eſſent natura rerum, quaſi hoc ipſum quod eſt eſſe & vnitas ſit ſubſtãtia rerũ. Alii uero philoſophi de naturalibus loquẽtes attribuerũt vnũ & ens aliquibus aliis naturis, ſicut Empedo. reducit vnum ad aliquid notius, quod dicebant eſſe vnum & ens. Et hoc videtur eſſe amor qui eſt cauſa vnitatis in omnibus. Alii uero philoſophi naturales attribuerunt quibuſdam cauſis elemẽtaribus ſiue ponerent vnum primũ, ut ignem uel aerem, ſiue etiã ponerent plura principia. Cum enim ponerẽt principia rerum L materialia eſſe ſubſtãtias rerum oportebat q in vno quoq; eorũ cõſtituerent vnitatem & entitatem rerum, ita q quicquid aliquis poneret eſſe principium, ex conſequẽti opinaret q per illud attribuitur omnibus eſſe & vnum, ſiue poneret vnũ principium ſiue plura. Deinde cum dicit.

Fit autem ſi quiſpiã non poſuerit unum ipſum & id quod eſt, ſubſtãtiam quãdam eẽ, ut neq; cæterorum quicquam uliũm ſit. Hęc.n. maxime oĩum uľia ſunt. Si igitur nõ ſit quicquam unũ ipſum, ac ipſum ens, multo minus cęterorum quicquam fuerit, præter ea quę ſingularia dici ſolẽt. Pręterea ſi nõ ſit unum ipſum ſubſtãtia, patet neq; numerum eſſe, ut quãdam a rebus ſeparatam naturam. Nam numerus quidẽ eſt unitas, unitas aũt proprie unũ qd eſt. Si uero ſi quiſpiã ipſum unum, & ens, neceſſe eſt ipſorum eẽ ſubam unũ ipſum & id quod eſt. Non.n. M aliud quicquã uniuerſaliter pdicatur, ſed hęc ipſa.

parte. 3 Accidit autem ſiquidem qs nõ ponit eẽ quãdam ſubſtãtiam unum & ens, neq; aliorum eẽ uniuerſalium nullum. Hęc nãq; uľia ſunt maxime omnium. Si uero nõ eſt aliquid unũ ipſum nec ipſum ens, uix aliorũ aliqd erit præter ea quæ dicta ſunt ſingula. Amplius autem nõ exiſtẽte unius ſubſtãtia, palam quia nec numerus erit quaſi natura alia ab exiſtentibus ſeparata Numerus enim unitates. Vnitas uero quod uere unum aliquid eſt. Si autem eſt aliquid ipſum unum & ens, neceſſe eſt ſubſtãtiam ipſorum eſſe ipſum unum & ens. Non enim aliquid uniuerſaliter prędicatur, ſed hęc ipſa.

Ponit rationes ad utranq; partem, & primo ponit rationes pro opinione Platonis & Pythagoræ. Secundo ponit rationes part.ſequẽ in cõtrariũ p opinione naturalium, ibi: { At uero ſi erit &c. } Circa primũ utitur tali diuiſione. Neceſſe eſt ponere q uel ipſum vnum & ens ſeparatum ſit quædam ſubſtãtia, uel non. Si dicatur q non eſt aliqua ſubſtantia quæ ſit vnum & ens, ſequũtur duo incõuenientia, quorum primũ eſt q dicitur vnum & ens ſint maxime vľia inter oĩa, ſi igitur vnũ & ens non ſunt ſeparata quaſi ipſum vnũ aut ens ſit ſubſtantia quædã, ſic ſequit q nullum vľe ſit ſeparatũ. Et ita ſequet q nihil erit in rebus niſi ſingularia, quod uidetur eſſe incõueniens, ut in ſuperioribus qõnibus habitũ eſt. Aliud incõueniens eſt, quia numerus non eſt aliud q̃ vnitates. Ex vnitatibus.n. cõponitur numerus. Vnitas enim nihil aliud eſt q̃ ipſum vnũ. Si igitur ipſum vnum nõ ſit ſeparatũ quaſi ſubſtãtia per ſe exiſtẽs, ſequetur q numerus non erat quædã natura ſeparata ab his quæ ſunt in materia. Quod poteſt probari eſſe incõueniens, ſm ea quæ dicta ſunt in ſuperioribus. Sic ergo nõ poteſt dici q vnum & ens nõ ſit aliqua ſubſtantia per ſe exiſtens. Si ergo detur alia pars diuiſionis ſcilicet q aliquid ſit ipſum vnũ & ens ſeparatum exiſtens, neceſſe eſt q ipſum ſit ſubſtãtia omnium eorum de quibus dicit vnũ & ens. Omne.n. ſeparatum exiſtẽs quod de pluribus prædicatur, eſt ſubſtantia eorum de quibus prædicatur. Sed nihil d aliud prædicatur ita vľr de oĩbus ſicut vnum & ens, ergo vnũ & ens erit ſubſtantia omnium. Deinde cũ dicit.

At uero ſi ſit quippiam ipſum unũ & ipſum ens, magna exiſtit nimirũ dubitatio, quonã mõ quicquã aliud pter hæc erit. Dico aũt hoc pacto, quonã mõ ea quę ſunt plura erũt uno? Id n. nõ eſt, qd eſt aliud ab eo quod eſt. Quare neceſſario fit ratione Parmenidis, ut unum omnia ſint, atq; hoc ſit id quod eſt. part. 4

At uero ſi erit aliquid ens ipſum & ipſum unũ, multa erat dubitatio qũo erat diuerſum aliqd pter hęc. Dico autem, qũo erũt uno plura entia? Quod enim diuerſum eſt ab ente nõ eſt. Quare ſecũdum Parmenidis rationem accidet neceſſe eſt, unum omnia eſſe entia, & hoc eſſe ens.

infra pt. 6

Obiicit ad partem contrariam, & ponit duas rõnes, quarũ P ſecunda incipit, ibi: { Amplius ſi indiuiſibile &c. } Circa primum duo facit. Primo ponit rõnẽ. Secundo oſtendit qũo ex ratione inducta quæſtio redditur difficilis, ibi: { Vtrobiq; uero difficile &c. } Eſt ergo prima ratio talis. Si eſt aliquid quod eſt ipſum ens & ipſum vnum quaſi ſeparatum exiſtens, oportebit dicere q idipſum ſit vnum quod ens. Sed quicquid eſt diuerſum ab ente nõ eſt, ergo ſequetur ſm rationem Parmenidis, q quicquid eſt præter vnum ſit non ens. Et ita neceſſe erit omnia eſſe vnum, quia non poterit poni q id quod eſt diuerſum ab vno, quod eſt per ſe, ſeparatum ſit aliquod ens. Deinde cum dicit. par. ſeq.

Vtroq; autem modo difficultas eẽ uidet. Siue.n. unum ipſum nõ ſit ſubſtãtia, ſiue ſit quippiã ipſum unũ, impoſſibile eſt numerũ ſubſtãtiam eſſe. Si igit nõ ſit, dictũ eſt antea id ob quod illud eueniet. Sin uero ſit, eadẽ emerget quæ & de eo quod eſt, fieri dubitatio ſolet. Ex aliquo nãq;, & pter unũ ipſum erit ipſum aliud unum. Neceſſe eſt enim unum nõ Q eſſe. Omnia autem quæ ſunt, aut unum ſunt, aut multa, quorum quodq; eſt unum.

part. ſeq. Vtrobiq; uero difficile, ſiue nãq; nõ ſit ipſum unũ ſubſtãtia, ſiue ſit unũ idem, ſubſtãtiam eẽ numerũ eſt impoſſibile. Siqdem igitur nõ ſit, dictũ eſt prius, propter qd. Si aũt fuerit, eadẽ eſt dubitatio & de ente. Ex aliquo nãq; & pter ens, erit ipſum aliud unũ. Nihil enim eſſe eſt neceſſe. Oĩa aũt entia, aut unum ſunt aut multa quorum eſt unumquodq;.

Oſtendit quomodo iſta ratio difficultatem facit in opinione Platonis ponentis numerum eſſe ſubſtantiam rerum, & dicit q ex utraq; parte ſequitur difficultas contra eum, ſiue dicatur q ipſum vnum ſeparatum ſit ſubſtãtia quædam, ſiue q non ſit. Quodcũq;.n. horum ponatur uidetur impoſſibile eſſe,

A ꝙ numerus ſit ſubſtantia rerum. Quia ſi ponatur ꝙ vnũ non ſit ſubſtãtia, dictum eſt prius quare numerus non poteſt poni ſubſtantia Si autẽ ipſum vnũ fuerit ſubſtãtia, oportet ꝙ eadẽ dubitatio ponatur circa vnum & ens. Aut enim præter ipſum vnũ, quod eſt ſeparatum per ſe exiſtẽs eſt aliud aliquod vnũ, aut non. Et ſiquidem nõ ſit aliquod aliud vnũ, non erit iã multitudo, ſicut Parmenides dicebat. Si autẽ ſit aliquod aliud vnũ, oportebit ꝙ illud aliud vnũ cum non ſit, hoc ipſum quod eſt vnũ ꝙ ſit materialiter ex aliquo quod eſt præter ipſum vnũ, & per conſequens præter ens. Et ſic neceſſe eſt ut illud aliquid ex quo ſit illud ſm vnum, non ſit ens. Et ſic ex ipſo vno quod eſt præter ipſum vnum non poteſt conſtitui multitudo in entibus, quia omnia entia aut ſunt vnum, aut multa, quorum vnumquodqꝫ eſt vnum. Hoc autem onum, eſt materialiter ex eo ꝙ non eſt unum nec ens. Deinde cum dicit.

Pręterea ſi indiuiſibile ſit ipſum unum, nihil erit profecto Zenonis opinione. Quod.n. neqꝫ cum ad-
B ditur, neqꝫ cũ auſertur maius uel minus facit id eẽ negat. Quippe cũ id quod eſt, ſit magnitudo, & magnitudo corporea. Hæc enim omni ex parte eſt ens. Cætera uero ſi addantur, partim faciunt maius, partim nõ faciunt; ut ſuperficies ac linea. Púctum autẽ & unitas nullo pacto facient maius.

par.6. Amplius ſi indiuiſibile eſt ipſum unum, ſm Zenonis dignitatem, nihil utiqꝫ erit. Quod.n. nec additum nec ablatum facit maius nec minus, nõ ait eſſe hoc exiſtẽtium: tãquam palã exiſtẽte magnitudine ipſo ente. Et ſi magnitudo corporalis. Hoc.n. omnino ens. Alia uero aliqualiter quidem addita facient maius, aliqualiter autẽ nihil, ut ſuperficies & linea. punctus uero & unitas nullatenus.

par.ſeq. Ponit ſecundam rationem, & circa hoc tria facit. Primo ponit rationem. Secundo ſoluit eam, ibi. { Sed qm̃ &c. } Tertio oſtendit adhuc difficultatem remanere, ibi: { Sed quomodo
C ex vno &c. } Dicit ergo primo ꝙ ſi ipſum vnum ſeparatum ſit indiuiſibile, ſequitur ſm hoc aliud quod ſupponebat Zeno, ꝙ nihil ſit. Supponebat enim Zeno, ꝙ illud quod additum nõ facit maius, & ablatum nõ facit minus, non eſt aliquid exiſtentiũ. Hoc aũt ſupponit ac ſi idem ſit ens quod magnitudo. Manifeſtum eſt enim ꝙ nõ eſt magnitudo, illud. ſ. quod additũ non facit maius & ſubtractum nõ facit minus Sic ergo ſi omne ens eſſet magnitudo, ſequeretur ꝙ illud quod nõ facit maius & minus additũ & ſubtractum nõ ſit ens. Et adhuc perfectius ſi aliquid uelit hoc uerificare, oportebit ꝙ omne ens ſit magnitudo corporalis. Corpus.n. ſm quãcunqꝫ dimẽſionem additum & ſubtractum facit maius & minus. Aliæ uero magnitudines, ut ſuperficies & linea, ſm aliquam dimenſionem additam facerent maius, ſm autem aliquam non. Linea.n. addita lineæ ſm lõgitudinem facit maius, non autẽ ſecundum latitudinem. Superficies autẽ addita ſuperficiei facit quidem maius ſecundum latitudinem & longitudinẽ, ſed nõ ſecundum ꝓfunditatẽ. Punctus autem & vnitas nullo modo faciunt maius uel minus. Sic
D ergo ſecũdum principium Zenonis ſequeref ꝙ punctus & vnitas ſint omnino non entia, corpus autem omni modo ens, ſuperficies & linea quodammodo entia & quodammodo non entia. Deinde cum dicit.

Principiũ Zenonis.

Sed qooniam hic inepte admodũ contemplaf, & poteſt in ratione rerũ indiuiſibile eſſe, ut & hoc pacto ſit & ad illum q̃dam reſponſio: nam tale non maius qdem, ſed plus faciet, ſi addatur.

par.7 Sed quoniã hic ſpeculaf onerose, & cõtingit eſſe indiuiſibile, ut & ſic ad illum aliqua habeaf rñſio: maius enim non faciet, ſed plus additum tale.

Soluit propoſitam rationem, & dicit ꝙ quia Zeno proponẽdo tale principium ſpeculatur { onerose } .i. ruditer & groſſe, ita ꝙ ſm ipſum non contingit aliquid eſſe indiuiſibile, oportet ꝙ aliqua reſponſio prædictæ rationi detur, & ſi nõ ſit ad rem, ſit tamen ad hominem. Dicemus autem ꝙ vnum & ſi additũ alteri non faciat maius, facit tamen plus. Et hoc ſufficit ad rationem entis. ꝙ faciat maius in continuis, & plus in diſcretis. Deinde cum dicit. E

Indiuiſibile additum facit plus, non autem maius.

Illud autem q̃rendum eſſe uidef, quonã pacto ex uno tali, uel pluribus fuerit magnitudo. Eſt enim hoc perinde atqꝫ ſi linea ex pũctis cõſtare dicatur.

Sed qũo ex uno tali aut pluribus erit magnitudo? Simile nãqꝫ eſt & lineam ex punctis eſſe dicere. par.8

Oſtendit difficultatem quæ adhuc remanet Platonicis poſt prædictam ſolutionem, & inducit duas difficultates, quarũ prima eſt, quia Platonici ponebant ꝙ illud vnum indiuiſibile, nõ ſolum eſt cauſa numeri qui eſt pluralitas quædam, ſed etiã eſt cauſa magnitudinis. Si igitur detur ꝙ vnũ additũ faciat plus, quod videtur ſufficere ad hoc ꝙ vnum ſit cauſa numeri, quomodo poterit eſſe ꝙ ex tali vno indiuiſibili, aut ex pluribus talibus, fiat magnitudo, ut Platonici poſuerunt? Simile enim hoc videtur, ſi aliquis ponat lineam ex punctis Nã vnitas eſt indiuiſibilis ſicut & pũctus. Secũdam difficultatem ponit ibi. F

At uero & ſi qſpiam hoc pacto putat, ut ex uno ipſo ac alio, nõ uno quodã numerus ipſe fiat, quemadmodum quidam dicunt: nõ minus tamen quęrendum eſt, cur & qũo interdũ numerus, interdũ magnitudo id erit quod inde oritur, ſi nõ unũ ipſum inęqualitas & natura eadẽ erit? Nõ.n. patet aut quonam pacto ex uno ac ipſa, aut quo mõ ex numero quodã & hac eadem magnitudines fiẽt & oriẽtur.

At uero & ſi quis ita putat ut factus ſit, ut qdam dicũt ex uno ipſo, & alio nõ uno aliquo, numerus: nihil minus eſt q̃rendum quare & qũo. Quandoqꝫ qdem numerus, quãdoqꝫ aũt magnitudo erit quod factum eſt, ſi non unũ inęq̃litas & eadẽ natura erat. G
Nec.n. qũo ex uno & hac, nec qũo ex numero aliquo & hac, fient utiqꝫ magnitudines palam. par.9.

Et dicit ſi quis exiſtimet, ita ꝙ numerus ſit effectus ex vno indiuiſibili, & ex aliquo alio ꝙ non ſit vnũ, ſed particeps vnũ ſicut quædam materialis natura, ut quidam dicunt, nihilominus remanet quærendum propter quid, & per quem modum illud quod ſit ex illo vno formali & alia natura materiali quæ dicitur nõ vnum, quandoqꝫ eſt numerus, qñqꝫ autem eſt magnitudo. Et præcipue ſi illud nõ vnum materiale ſit inæqualitas quæ ſignificatur per magnum, & ſit eadem natura. Nõ.n. eſt manifeſtum quomodo ex hac inæqualitate quaſi materia & vno formali fiant numeri, neqꝫ etiam quomodo ex aliquo numero formali & hac inæqualitate quaſi materiali fiant magnitudines. Ponebant.n. Platonici ꝙ ex primo vno & ex prima dualitate fiebat numerus, ex quo numero & a qua inæqualitate materiali fiebat magnitudo. Huius autem dubitationis ſolutio ab Ariſt. in ſequentibus traditur. Quod.n. ſit aliquod ſeparatum quod ſit ipſum vnum & ens infra in. xii. probabit. Oſtendens vnitatem primi principii omnino ſeparati, quod tamen non eſt ſubſtantia omnium eorum quæ ſunt vnum, ſicut Platonici putabãt, ſed eſt omnibus vnitatis cauſa & principiũ. Vnum autẽ ſm ꝙ dicitur de aliis rebus dicitur dupliciter. Vno modo ſm ꝙ conuertitur cũ ente, & ſic vnaquæqꝫ res eſt vna per ſuam eſſentiam, ut infra in quarto probabitur, nec aliquid addit unum ſupra ens niſi ſolam rationem indiuiſionis. Alio modo dicitur vnum ſm ꝙ ſignificat rationem primæ menſuræ uel ſimpliciter, uel in aliquo genere. Et hoc quidem ſi ſit ſimpliciter minimum & indiuiſibile, eſt unum quod eſt principium & menſura numeri. Si autem non ſit ſimpliciter minimum & indiuiſibile, nec ſimpliciter, ſed ſm poſitionem erit unum & menſura, ut as in ponderibus, & dieſis in melodiis, & menſura pedalis in lineis. Et ex tali uno nihil prohibet componi magnitudinem. & hoc determinabit in. x. huius Sed quia Platonici æſtimauerunt idem eſſe unum quod eſt principium numeri, & quod conuertitur cum ente, ideo poſuerunt unum quod eſt principium numeri, eſſe ſubſtan-

Determinatio q̃onis, q̃no hui. Te. cõ. 3 Lec. xii. H

Lec. 2

Lec. prima

I tiam cuiuſlibet rei, & per conſequens numerum inquantum ex pluribus ſubſtantialibus principiis, rerum compoſitarum ſubſtantia conſiſtit uel conſtat. Hanc autem quõnẽ diffuſi⁹ pertractabit in. xiii. & xiiii. Lect. XIII.

Poſt hæc autẽ ſequit̃ dubitatio, utrũ numeri corpora plana ac pũcta, ſubſ q̃dã ſint, aut non ſint.

Tex. 17. Parte pria Horum autem habita eſt dubitatio utrum numeri & corpora & ſuperficies & puncta ſubſtã tiæ aliquę ſunt, aut non.

POSTQVAM Philoſophus inquiſiuit utrum vnum & ens ſint ſubſtantia rerum, hic inquirit utrũ numerus & magnitudo ſint ſubſtantiæ rerum, & circa hoc tria facit. Primo mouet dubitationem. Secũdo obiicit ꝓ vna parte. ibi: { Nam ſi non ſunt &c. } Tertio obiicit ad cõtraria. ibi: { At uero ſi hoc quidem conceſſum eſt &c. } Dicit ergo primo ꝙ dubitatio { habita } .i. conſequens ad pmiſſam eſt, utrũ numeri & magnitudines .ſ. corpora & ſuperficies & termini eorum ut puncta, ſint aliquæ ſubſtantiæ uel a rebus ſeparatæ, uel etiã ſint ſubſtantiæ ipſorũ ſenſibilium, aut nõ. Dicit aũt hanc dubitatione eſſe cõſequẽtem ad præmiſſam, quia in præmiſſa dubitatione quærebat utrum vnũ ſit ſubſtantia rerum. Vnũ aũt eſt principium numeri. Numer⁹ autẽ uidet eſſe ſubſtãtia magnitudinis, ſicut & pũctum quod eſt principium magnitudinis, nihil aliud uidetur q̃ vnitas poſitionem habens, & linea dualitas poſitionem habens. Prima autem ſuperficies eſt ternarius poſitionẽ hñs, corpus aũt quaternarius põnẽ hñs. Deinde cum dicit.

(margin: k · Part ſeq. p. 3 r. 5 · Hæc qõ 1 13. ſuperi⁹ aſſignata ex pte cõſideratõis & ſolu ut in fine hui⁹ lec & 13 & 14.)

Nam ſi non ſint, prçterit nos quid nã ſit id quod eſt, & quçnam ſint ſubſtantię rerum. Affectus enim motus, relationes, diſpoſitiones, ac rationes, nullius rei ſubſtantiam ſignificare uidetur. Omnia nãq; de aliquo ſubiecto dicũtur, & nihil hoc aliqd eſt. Quç uero maxime ſubſtãtiã ſignificare uidebutur, ignis,
L aqua, atq; terra, ex quibus corpora cõpoſita cõſtant: horum caliditates quidem frigiditates, ac tales affectus non ſunt ſubſtãtię. Corpus autem ſolum quod hçc patitur, atq; ſuſcipit, permanet: quia eſt quid, & ſubſtantia quædam.

part. 2 Nam ſi nõ ſunt, diffugit nos quid nam ſit ipſum ens, & quænã entium ſubſtãtię. Paſsiones. n. & motus & ad aliquid & diſpoſitiones & orationes nullius uidetur ſubſtãtiã ſignificare. Dicũtur. n. oĩa de ſubiecto aliquo, & nihil hoc aliquid. Quç uero maxime ſubſtãtiam ſignificare uidetur aqua & ignis & terra, ex quibus corpora cõpoſita cõſtat: horum calores quidem & frigiditates & ſimiles paſsiones, nõ ſunt ſubſtãtię. Corpus uero hçc patiens, ſolum remanet ut ens aliquod & ſubſtantia aliqua exiſtens.

Obiicit ad oſtendẽdum ꝙ pdicta ſint ſubſtantiæ rerũ, & circa hoc duo facit. Primo obiicit ad oſtẽdendum ꝙ pdictæ ſunt
M ſubſtãtiæ rerum. Secundo oſtendit quõ philoſophi pcedentes ſecuti fuerunt rõnes primas, ibi: { Propter quod multi } Circa primũ duo facit. Primo. n. obiicit ad oſtẽdendum ꝙ corpus ſit ſubſtãtia rerum. Secũdo ꝙ multo magis alia, ibi: { At uero corpus &c. } Dicit ergo primo ꝙ ſi pdicta nõ ſunt ſubſtantiæ quædam, fugiet a nobi. quid ſit ſubſtantialiter ens, & quæ ſunt ſubſtantiæ entium. Manifeſtum eſt. n. ꝙ paſsiones & motus, & relationes, & diſpoſitiones ſeu ordines, & orationes ſm ꝙ uoce pferuntur, put ponuni in genere quãtitatis, non uidetur alicuius ſignificare ſubſtantiam, quia oĩa hmõi uidetur dici de aliquo ſubiecto, & nihil eorum ſignificare { hoc aliquid } .i. aliquid abſolutum & per ſe ſubſiſtens. Et hoc ſpãlr manifeſtũ eſt in pmiſsis, quæ non dicũtur abſolute, ſed eorum ratio in quadã relatione cõſiſtit. Inter oĩa uero quæ maxime uident ſignificare ſubſtantiam, ſunt ignis & terra & aqua, ex quibus cõponuntur corpora multa. Prætermittit autem aerẽ, quia minus eſt ſenſibilis, vnde aliqui opinati ſunt aerem nihil eſſe. In his autem corporibus inueniuntur quædam diſpoſitiones, ſcilicet calor & frigus & aliæ huiuſmodi paſsiones, uel paſsibiles N qualitates, quæ non ſunt ſubſtantiæ ſm prædicta. Vnde relinquitur ꝙ ſolum corpus ſit ſubſtantia. Deinde cum dicit.

(margin: parte. 5 Lec. huius parte. 3 Lec. huius.)

Atqui corpus minus q̃ ſuperficies, & hçc minus q̃ linea, & linea minus q̃ unitas pũctumue, ſubſtãtia eſſe uidetur. His n. corp⁹ definitur, ut patet. Et hçc quidem ſine corpore poſſe eſſe uidentur, corpus autem ſine his eſſe nequit.

At uero corpus eſt minus ſubſtantia ſuperficie, Parte 3 & hçc linea, & hçc unitate & puncto: his enim diffinitur corpus. Et hçc quidem ſine corpore contingere uidentũr eſſe corpus uero ſine his impoſsibile.

Procedit ulterius ad alia quæ etiã uidentur magis eſſe ſubſtantia q̃ corpus, & dicit ꝙ corpus uidetur minus eſſe ſubſtantia q̃ ſuperficies, & ſuperficies minus q̃ linea, & linea minus q̃ punctus aut vnitas. Et hoc probat per duo media, quorũ vnũ eſt. Quia id per quod aliquid diffinitur, uidetur eſſe ſubſtantia O eius: nam diffinitio ſignificat ſubſtantiam. Sed corpus diffinitur per ſuperficiem, & ſuperficies per lineam, & linea per punctũ, & punctus per vnitatem, quia dicunt ꝙ punctus eſt vnitas poſitionem habens: ergo ſuperficies eſt ſubſtantia corporis, & ſic de aliis. Secundum medium eſt, quia cum ſubſtantia ſit primũ in entibus, illud quod eſt prius uidetur eſſe magis ſubſtantia, ſed ſuperficies natura prior eſt corpore, quia ſuperficies poteſt eſſe ſine corpore, non autem corpus ſine ſuperficie, ergo ſuperficies eſt magis ſubſtantia q̃ corpus. Et idem poteſt argui de omnibus aliis per ordinem. Deinde cum dicit.

Quocirca pleriq; homines quidem, ac ueteres, corpus quidem ſubſtãtiam, & id quod eſt, eſſe arbitrabãtur: cçtera uero huius affectus. Quare & principia corporum, principia rerum eſſe putabãt. Poſteri autem, & hi qui ſapientiores his eſſe ſunt uiſi numeros. Vt igitur dicebam⁹, ſi nõ ſint hçc ipſa ſub- P ſtantię, nulla eſt prorſus ſubſtantia, neq; quicquam omnino eſt ens. Non enim ea quæ hiſce accidũt, dignum eſt entia appellare.

Propter quod multi quidem & priores ſubſtan- Par. 4. tiam & ens putabant corpus eſſe, alia uero huiuſmodi paſsiones. Quare & principia corporum entium eſſe principia. Poſteriores uero & ſapientiores his, eſſe opinabantur numeros. Quemadmodum ergo dicebamus: ſi non ſunt ſubſtantia hçc, omnino nulla ſubſtãtia eſt, neq; ens nullum. Non enim horum accidẽtia dignum eſt uocare entia.

Oſtendit quomodo philoſophi præcedẽtes ſecuti fuerunt prædictas rationes, & dicit ꝙ propter prædictas rationes multi antiquorum philoſophorum, & maxime illi qui fuerũt priores, nihil opinabantur eſſe ens & ſubſtantiam niſi corpus, omnia uero alia eſſe quædam accidentia corporis. Et inde eſt ꝙ quando uolebant inquirere principia entium inquirebant principia corporum, ut ſupra in primo circa opiniones antiquorũ Q naturalium habitum eſt. Alii uero poſteriores philoſophi, qui reputabantur ſapientiores prædictis philoſophis, quaſi altius attingentes ad principia rerum ſcilicet Pythagorici & Platonici opinati ſunt numeros eſſe rerum ſubſtantias, inquantum ſcilicet numeri componuntur ex vnitatibus. Vnum autem uidetur eſſe vna ſubſtantia rerum. Sic ergo uidetur ſm præmiſſas rationes & philoſophorum opiniones ꝙ ſi prædicta non ſunt ſubſtantiæ rerum ſcilicet numeri & lineæ & ſuperficies & corpora, nihil erit ens. Non eſt enim dignum ut ſi iſta non ſunt entia, ꝙ accidentia eorum entia uocentur. Deinde cũ dicit.

At uero ſi hoc quidem conceditur, longitudines inquam punctaue magis quàm corpora ſubſtãtiam eſſe. Hæc autem quorũnam ſint corporum non uidemus: eſſe enim in ſenſibilibus nequeunt, non erit profecto ſubſtantia ulla.

A Par. 5 At uero ſi hoc quidem cõfeſſum eſt, quia magis ſubſtantia ſunt lõgitudines corporibus, & puncta, hoc autem non uidemus qualium utiq; erunt corporum. Nam in ſenſibilibus impoſsibile eſſe, non utiq; erit ſubſtantia ulla.

Obicit in contrarium, & ponit quatuor rõnes, quarum prima talis eſt. Si quis confitei ꝙ longitudines & puncta ſint magis ſubſtantiæ q̃ corpora, ſequeẽ ꝙ ſi hmõi non ſint ſubſtãtiæ, & corpora nõ ſint ſubſtãtiæ, & per cõſequens nihil erit ſubſtãtia, quia accidẽtia corporũ non ſunt ſubſtãtiæ, ut ſupra dictum eſt. Sed puncta & linea & ſuperficies nõ ſunt ſubſtãtiæ. Hæc.n. oportet aliquorum corporum eſſe terminos. Nam punctus eſt terminus lineæ, linea ſuperficiei, & ſuperficies corporis. Nõ autem uidetur qualium corporum ſint illæ ſuperficies quæ ſunt ſubſtantiæ, uel lineæ, uel puncta. Manifeſtum.n. eſt ꝙ lineæ & ſuperficies ſenſibilium corporum non ſunt ſubſtantiæ. Variantur.n. per modũ aliorũ accidentiũ circa idẽ ſubiectũ. Sequetur B ergo, ꝙ nihil erit ſubſtantia. Secundam rõnẽ ponit ibi.

Prgterea hgc omnia partim in latitudinẽ, partim in altitudinem, partim in longitudinem corporis dimenſiones eſſe uidentur.

par. 6. Amplius autem hæc omnia uidentur dimenſiones corporis. Hoc quidem ad latitudinem, hoc uero ad profunditatem, aliud ad longitudinem.

Quæ talis eſt. Omnia prædicta uidentur eſſe quædam corporis dimenſiones, uel ſm latitudinem, ut ſuperficies: uel ſm profunditatem, ut corpus: uel ſm longitudinem, ut linea. Sed dimenſiones corporis non ſunt ſubſtãtiæ, ergo huiuſmodi nõ ſunt ſubſtantiæ. Tertiam rationem ponit ibi.

Inſuper gque in ſolido quguis ineſt figura. Quare ſi neq; in lapide Mercurius inſit, neq; teſſerg dimi C dium ſit in teſſera ſic diffinitum, neq; ergo ſuperficies ineſt. Nam ſi quæuis eſſet, & ipſa profecto eſſet qug dimidium ipſum definit. Eadem & de linea, & puncto, ac unitate eſt ratio. Quare ſi corpus quidẽ maxime ſubſtantia ſit, hgc uero magis q̃ corpus, nõ ſint autem hgc neq; ſint ſubſtantig qugdam, prgteritſane quidnam ſit id quod eſt, & quæ tandem ſit ſubſtantia rerum.

par. 7. Adhuc autem ſimiliter eſt in ſolido qugcunq; figura. Quare ſi nec in lapide Mercurius, nec medietas cubi in cubo ſic ut ſegregata, non igitur neq; ſuperficies. Nam ſi qugcunq;, & hæc utiq; erat determinans medietatem. Eadem enim ratio & in linea & in pũcto & in unitate. Quare ſi maxime quidem ſubſtantia eſt corpus, hoc autem magis ea, non ſunt autem ea nec ſubſtantig aliqua, diffugit quid eſt ipſum ens, & qug ſubſtantia entium.

Quæ talis eſt. In corpore ſolido ſimili modo ineſt.ſ. poten D tialiter quælibet figura, quæ põt protrahi ex illo ſolido per aliquam dimenſionem. Sed manifeſtum eſt ꝙ in quodã magno lapide nondũ ſecto non ineſt { Mercurius } .i. figura Mercurii in actu, ſed ſolum in potentia, ergo ſimiliter { in cubo } .i. in corpore habente ſex ſuperficies quadratas, nõ ineſt medietas cubi quæ eſt quædam alia figura actu. Sed hoc modo eſt actu, q̃n iam cubus diuiditur in duas medietates. Et quia oĩs protractio nouæ figuræ in ſolido exciſo fit ſm aliquã ſuperficiẽ quæ terminat figuram, manifeſtum eſt ꝙ nec etiam ſuperficies talis erit in corpore in actu, ſed ſolũ in potentia, quia ſi quæcũq; ſuperficies præter exteriorem eſſent in actu in corpore ſolido, pari ratione eſſet in actu ſuperficies quæ terminat medietatem figuræ. Quod autem dictum eſt de ſuperficie, intelligendum eſt in linea, puncto, & vnitate. Hæc.n. in continuo non ſunt in actu, niſi ſolũ quantum ad illa quæ terminãt continuũ, quæ manifeſtum eſt non eſſe ſubſtantiam corporis. Aliæ uero ſuperficies uel lineæ non poſſunt eſſe corporis ſubſtantiæ, quia non actu in ipſo. Subſtantia autem actu eſt in eo cuius eſt ſub E ſtantia. Vnde concludit ꝙ inter omnia, maxime uidetur eſſe ſubſtantia corpus. ſuperficies autem & lineæ magis uidentur eſſe ſubſtantia q̃ corpus. Hæc aũt ſi non ſunt entia in actu, nec ſunt aliquæ ſubſtantiæ, uidetur effugere conditionem noſtrã, qd ſit ens, & q̃ ſit rerũ ſubſtantia. Quartã rationẽ ponit ibi.

Nam ultra ea qug dicta ſunt, prgter etiam rationem accidunt ea quæ circa generationẽ corruptionemq; eueniunt. Subſtantia.n. ſi prius non erat, & nunc eſt, aut ſi ante erat, & poſtea nõ eſt, hgc ipſa pati cũ generatione corruptioneq; uideẽ. At fieri non poteſt, ut puncta, lineg, ſuperficies, qug interdũ ſunt interdum non ſunt, generenẽ uel corrũpantur. Cũ enim corpora ſe tãgunt, ſimul fit ſupficies una: cum diuidũtur, dug: & ſic etiã cgtera. Quare neq; cõpoſitis eſt, ſed euanuit: & diuiſis ſunt, qug prius nõ erãt. Non enim indiuiſibile pũctum diuiſum eſt bipartito. Quod ſi generantur & corrumpuntur, ex ali F quo generantur.

part. 8 Nam cũ dictis, & circa generationẽ & corruptionem accidunt irrationabilia. Videtur.n. ſubſtãtia nõ ens prius, nũc eſſe: aut prius exiſtens, poſterius non eſſe: cum generatione & corruptione ea pati. Pũcta uero & lineas & ſuperficies non contingit neq; fieri & corrũpi, quãdoq; exiſtentes, q̃nq; uero nõ exiſtentes. Nã quando copulantur aut diſtinguuntur corpora, ſimul quandoq; quidem una copulatorum, quandoq; dug diuiſorum fiunt: quia nõ compoſitorum eſt. Sed corruptum eſt, diuiſorũq; ſunt prius non exiſtentes. Non enim indiuiſibile punctum diuiſum eſt in duo. Et ſi generantur & corrumpun G tur, ex aliquo generantur.

part. ſequ. Et primo ponit ipſam. Secundo manifeſtat eã in quodã ſimili, ibi: { Similiter aũt ſe habet &c. } Dicit ergo primo ꝙ cũ dictis in conuenientibus, alia etiam irrationabilia accidunt ex parte generationis & corruptionis, ponentibus lineas & ſuperficies eſſe ſubſtantias rerum. Omnis.n. ſubſtãtia quæ prius nõ fuit, & poſtea eſt, aut prius fuit, & poſtea non eſt, uidetur hoc pati cum generatione & corruptione. Et hoc manifeſte apparet in omnibus his quæ per motum cauſantur. Puncta autẽ & lineæ & ſuperficies q̃nq; quidem ſunt, quandoq; uero nõ ſunt, & tñ non generantur nec corrumpuntur, ergo nec ſunt ſubſtãtiæ. Probat autem utrũq; ſuppoſitorum, primo quidẽ ꝙ quãdoq; ſint & quandoq; nõ ſint. Contingit enim corpora prius diuiſa copulari in vnũ, aut pri' copulata diuidi. Quãdo autem corpora primum diuiſa copulantur, fit vna ſuperficies duorũ corporum, quia partes corporis continui copulãtur ad vnum communem terminum, qui eſt ſuperficies vna. Quando uero corpus vnum diuiditur in duo, efficiuntur duæ ſuperficies. Quia non poteſt dici ꝙ quando corpora duo componuntur, ꝙ duæ ſupeficies eorum maneant, ſed utraq; { corrumpun H tur } .i. deſinunt eſſe. Similiter quando corpora diuiduntur, incipiunt eſſe de nouo duæ ſuperficies prius non exiſtentes. Nõ enim poteſt dici ꝙ ſuperficies quæ eſt indiuiſibilis ſm profunditatem, diuidatur in ſuperficies duas ſecundum profunditatem: aut linea quæ eſt indiuiſibilis ſecundum latitudinem, diuidatur ſm latitudinem: aut punctum, quod omnino eſt indiuiſibile, quocunq; modo diuidatur. Et ſic patet ꝙ ex vno nõ poſſent fieri duo in uia diuiſionis. Nec ex duobus prædictorum poteſt fieri vnum in uia compoſitionis. Vnde relinquitur ꝙ puncta & lineæ & ſuperficies quandoq; eſſe incipiant, & quandoq; eſſe deficiant. Conſequenter probat ſecundum ꝙ ſupponebatur, ſcilicet ꝙ iſta non generantur nec corrumpuntur. Omne enim quod generatur, ex aliquo generatur. Et omne quod corrumpitur, in aliquid corrumpitur ſicut in materiam. Sed non eſt dare aliquam materiam ex qua iſta generentur, & in qua corrumpantur propter eorum ſimplicitatem, ergo nõ generantur nec corrumpuntur. Deinde cum dicit.

I Similiter & res ſeſe habet, & circa ipſum temporis punctum. Neq; hoc enim generari corrumpiue poteſt. Attamen uidetur aliud ſemper eſſe, quia nõ eſt ſubſtantia quędam. Eodem modo rem ſeſe habere patet & circa pũcta, & lineas, atq; plana. Eſt enim eadem in uniuerſis his ratio. Nam omnia ſimiliter, aut fines ſunt, aut dimenſiones.

part.9 Similiter autem ſe habet circa nunc in tempore. Non enim contingit fieri & corrumpi. Attamen uidetur ſemper eſſe, non ſubſtantia aliqua exiſtens. Similiter autem palam, quia ſe habet & circa pũcta & lineas & ſuperficies. Eadem enim ratio. Nam omnia ſimiliter aut termini aut diuiſiones ſunt.

Manifeſtat prædictam rationẽ in ſimili. Ita.n.ſe habet nũc in tempore, ſicut punctus in linea. Nunc aũt non uidet generari & corrumpi, quia ſi generaretur, uel corrũperetur, oporteret q generatio & corruptio ipſius menſuraret aliquo tẽpore uel inſtãti. Et ſic menſura ipſius nunc, eſſet uel aliud nunc in infinitum, uel tempus, quod eſt impoſſ'. Et licet nunc non generetur & corrumpat, tamen uidetur ſemp eſſe aliud & aliud nunc, non quidem q differant ſm ſubſtantiam, ſed ſm eſſe, q̃a ſubſtantia ipſius nunc, reſpondet ſubiecto mobili. Variatio autem ipſius nunc ſm eſſe, reſpõdet uariationi motus, ut oſtenditur in quarto Phyſic. Similiter ergo uidetur ſe habere de puncto in cõparatione ad lineam, & de linea in cõparatione ad ſuperficiem, & de ſuperficie in cõparatione ad corpus.ſ. q non corrumpantur nec generentur, & tñ aliqua uariatio attendat circa hmõi. Eadem.n.ratio eſt de oĩbus his. Oĩa.n.hmõi ſimiliter ſunt termini, ſecundum q in extremo conſiderant, uel diuiſiones ſecũdum q ſunt in medio. Vnde ſicut ſecũdum defluxum motus uariantur nunc ſecũdum eſſe, licet maneat idẽ ſecũdum ſubſtantiam propter identitatẽ mobilis, ita etiam uariatur punctus, nec fit aliud & aliud ꝑpter diuiſionem lineæ, licet non corrumpat nec generet ſimpliciter. Et eadem ratio eſt de aliis. Hanc autẽ quæſtionem Philoſophus pertractat in.xiii. & xiiii. Et ueritas q̃onis huius eſt q hmõi mathematica non ſunt ſubſtãtiæ rerum, ſed ſunt accidentia ſuperuenientia ſubſtantiis. Deceptio autẽ quãtum ad magnitudines prouenit ex hoc, q non diſtinguitur de corpore ſecũdum q eſt in genere ſubſtantiæ, & ſecundum q eſt in genere quãtitatis. In genere enim ſubſtãtiæ eſt ſm q cõponitur ex materia & forma, quã conſequuntur dimenſiones in materia corporali. Ipſe autem dimenſiones pertinẽt ad genus quantitatis, quæ non ſunt ſubſtantiæ, ſed accidentia, quibus ſubiicitur ſubſtãtia cõpoſita ex materia & forma, ſicut etiam ſupra dictum eſt, q deceptio ponentium numeros eſſe ſubſtantias rerum, proueniebat ex hoc q non diſtinguebant inter vnum quod eſt principium numeri, & vnum quod conuertitur cum ente. Lec. XIIII.

(Margin notes: k; Lec.18 Te.cõ.23; L; Veritas quæſti-)

M Omnino autem dubitauerit quiſpiã, cur & quęrere alia quædam ꝑter ſenſibiles & medias res oportet, ut ea quę ponimus formas.

Te.cõ.18 part.1. OMnino uero dubitabit aliquis, quare oportet quęrere quædam pręter ſenſibilia, quæ ſunt inter media, quas ponimus ſpecies.

POSTQVAM Philoſophus inquiſiuit utrum mathematica ſint principia rerum ſenſibilium, hic inquirit utrum ſupra mathematica ſint aliqua alia principia, puta quæ dicunt ſpecies quæ ſunt ſubſtantiæ & principia horum ſenſibiliũ. Et circa hoc tria facit. Primo mouet dubitationem. Secundo inducit rationem ad vnam partem, ibi: { Nam ſi ideo. } part ſequẽte. 3 Tertio obiicit ad partem cõtrariã, ibi: { At uero ſi ponimus &c. } Dicit ergo primo, q ſuppoſito q mathematica non ſint principia rerum ſenſibilium & eorum ſubſtãntia, ulterius aliquis dubitabit quæ eſt ratio quare præter ſubſtantias ſenſibiles & præter mathematica quæ ſunt media inter ſenſibilia & ſpẽs, oportet iterum ponere tertium genus.ſ. ipſas { ſpecies } .i. ideas uel formas ſeparatas. Deinde cum dicit.

N Nam ſi propterea q mathematica ab hiſce alia quidem differunt ratione, hoc autem quod multa ſunt quędam eiuſdem ſpeciei non differunt, nõ erũt ipſorum principia numero definita, quemadmodũ & literarum numero quidem omnium non ſunt principia definita, ſpecie uero ſunt. Si uero huiuſce ſyllabæ quiſpiam, aut huiuſce uocis pricipia ſumat; harum enim erunt & numero definita, ſimiliter & in mediis. Infinita enim ſunt & ibi ea quæ ſunt ſpeciei eiuſdem. Quare ſi pręter ſenſibilia & mathematica non ſint aliqua alia qualia quidam inquiũt formas eſſe, ſubſtantia una numero ſpecieq; non erit, neq; principia eorum quę ſunt, erunt numero, ſed ſpecie definita. Si igitur hoc eſt neceſſarium, & formas ob idipſum eſſe neceſſe eſt. Nam & ſi non bene poſitionem ſuam declarant ii qui dicunt ideas eſſe, id tamen eſt quod uolũt & hæc ipſi dicant neceſſe eſt, & unamquãq; formarum ſubſtantiam quãdam eſſe, nullam per accidens. Q

part. 3 Te.cõ.23 Nam ſi ideo quia mathematica a præſentibus in aliquo quodam differũt, in eſſe uero plures ſimilis ſpeciei nihil differunt. Quare non erunt eorũ principia numero determinata, quẽmadmodũ nec præſentium literarum numero. quidem omnium non ſunt principia determinata, ſed ſpecie: niſi quis ſumat huius ſyllabæ, aut huius uocis: harũ enim erũt & numero determinata. Similiter autẽ & in eis quę ſunt intermedia. Infinita.n. & illic ſunt quę eiuſdem ſpeciei. Quare ſi non pręter ſenſibilia & mathematica, alia quędam, qualia dicunt ſpecies ipſas quidam, non erit una numero & ſpecie ſubſtantia. Nec principia entium numero exiſtunt quãta aliqua, ſed ſpecie. Ergo ſi hoc eſt neceſſarium, & ſpecies neceſſariũ eſt propter hoc eſſe. Etenim & ſi non bene dearticulant dicentes, ſed hoc, eſt quod uolunt, & eos ea neceſſe eſt dicere: quia ſpecierum ſingula ſubſtantia quædam eſt, ſed non ſecundum accidens. P

Obiicit ad vnam partẽ, & uidetur hæc eſſe ratio quare oportet ſpecies ponere præter ſenſibilia & mathematica, quia mathematica { a præſentibus } .i. a ſenſibilibus, quæ in vniuerſo ſunt differunt quidem in aliquo, quia mathematica abſtrahũt a materia ſenſibili, non tñ differunt in hoc, ſed magis conueniunt, quia ſicut in ſenſibilibus inueniuntur plura numero differẽtia eiuſdẽ ſpeciei, vtpote plures homines, aut plures equi, ita etiam in mathematicis inueniuntur plura numero differentia eiuſdem ſpeciei, puta plures trianguli æquilateri, & plures lineæ æquales. Et ſi ita eſt, ſequitur q ſicut principia ſenſibiliũ nõ ſunt determinata ſecũdum numerum, ſed ſecũdum ſpẽm, ita etiam ſit { in mediis } .i. in mathematicis. Manifeſtum eſt enim q in ſenſibilibus propter hoc, q ſunt plura indiuidua vnius ſpeciei ſenſibilis, principia ſenſibilium non ſunt determinata a numero ſed ſpecie, niſi forte accipiantur principia propria huius indiuidui, quæ ſunt etiam in numero determinata & indiuidualia. Et ponit exemplum in vocibus. Manifeſtum eſt enim q uocis literatæ, literæ ſunt principia, non tamen ſunt aliquo numero determinato indiuidualium literarum, ſed ſolum ſm ſpeciem ſunt determinatæ literæ ſm aliquem numerum, quarum aliæ ſunt uocales, & aliæ conſonantes. Sed hæc determinatio eſt ſm ſpeciem, non ſm numerum. Non enim vnum ſolum eſt.a. ſed multa, & ſic de aliis literis. Sed ſi accipiantur hæ literæ, quæ ſunt principia huius determinatæ ſyllabæ uel dictionis aut orationis, ſic ſunt determinatæ numero. Et eadem ratione cum ſint multa mathematica numero differentia in vna ſpecie, non poterũt eſſe mathematica principia mathematicorum determinata numero, ſed determinata ſpecie ſolum. Puta ſi dicamus q principia triangulorum ſunt tria latera & tres anguli. Sed hæc determinatio Q

minatio

A minatio eſt ſm ſpẽm. Contingit.n. quodlibet eorũ in infinitũ multiplicari. Si igitur nihil eẽt pter ſenſibilia & mathematica, ſequeretur q ſubſtantia ſpeciei nõ eſſet vna ſm numerum, & q principia entium nõ eſſent determinata in aliquo numero, ſed erunt determinata ſolum ſm ſpẽm. Si ergo eſt neceſſarium q ſint determinata ſm numerum, alioquin contingeret eſſe principia rerum infinita numero, ſequitur q neceſſe ſit ſpecies eſſe præter mathematica & ſenſibilia. Et hoc eſt quod Platonici uolunt dicere q ſequitur ex neceſſitate ad poſitiones eorũ, q ſit in ſingularium ſubſtantia ſpecies aliquid vnum cui non conueniat aliquid ſm accidens. Homini.n. indiuiduo conuenit aliquid ſm accidens. ſ. album uel nigrum, ſed homini ſeparato qui eſt ſpecies ſm Platonicos nihil conuenit per accidens, ſed ſolum quod pertinet ad rationem ſpẽi. Et quãuis hoc dicere intendant, non tamen bene { dearticulant }. i. non bene diſtinguunt. Deinde cum dicit.

B **At uero ea quę neceſſe eſt euenire impoſsibilia, ſi formas poſuerimꝰ, & unum numero principia ipſa non ſpecie eſſe iam antea diximus**

par. 3 **At uero ſi ponimus ſpecies eſſe & unum numero principia & non ſpecie, diximus quę contingere neceſſe eſt impoſsibilia.**

Obiicit in cõtrarium & dicit, q ſi ponamus ſpẽs ſeparatas eſſe, & q principia rerum non ſunt ſolum determinata ſpecie, ſed etiam numero, quædã inconuenientia ſequunt, quæ ſuperius in quadã q̃ône ſunt tacta. Hanc autẽ dubitationem Philoſophus determinat. xii. & . xiiii. huius libri. Et ueritas dubitationis eſt, q ſicut mathematica non ſunt præter ſenſibilia, ita nec ſpecies rerum ſeparatæ præter mathematica & ſenſibilia. Principia autem rerum efficiẽtia & mouentia ſunt quidem determinata numero, ſed prĩcipia rerum formalia quorũ ſunt multa indiuidua vnius ſpeciei, non ſunt determinata numero, ſed ſolum ſpecie. Lec. XV.

C

His autem hæc dubitatio propinqua eſſe uidet, utrũ potentia ſint ipſa elementa, an aliquo alio mõ.

Te. cõ. 19 Parte prima. **His autem affine eſt quęrere, utrũ poteſtate ſunt elementa, aut aliquo alio modo.**

POSTQVAM Philoſophus inquiſiuit quæ ſunt principia, hic inquirit quomodo ſunt, & primo utrum ſint in potentia uel in actu. Secũdo utrum ſint vlia uel ſingularia, ibi: { Et utrum vlia &c. } Circa primum tria facit. Primo mouet dubitationem. Secundo obiicit ad vnã partem, ibi: { Nam ſi aliter &c. } Tertio obiicit in cõtrariũ, ibi: { Si uero ptãte &c. } Quærit ergo primo, utrum prima principia ſint in potentia, uel { aliquo alio modo }. i. in actu. Et hæc dubitatio inducitur propter antiquos naturales, qui ponebant ſola principia materialia quæ ſunt in potentia. Platonici autem ponẽtes ſpẽs quaſi principia formalia ponebãt eas eſſe in actu. Deinde cũ dicit.

Nam ſi ſint alio modo, erit aliquid aliud principiis prius, Potentia nanq; illam cauſam antecedet.

D **Atqui non omne quod eſt potentia, illo modo ſeſe habere neceſſe eſt.**

Nam ſi aliter, prius aliquid erit principiis aliud. Prior enim erit poteſtas cauſa illa. Poſsibile autem non eſt neceſſarium illo modo ſe habere.

Probat q principia ſint in potentia Si.n. eſſent { aliter }. ſ. in actu, ſequeretur q aliquid eſſet prius principiis. Potentia.n. actu prior eſt. Quod patet ex hoc q prius eſt a quo non cõuertitur conſequentia eſſendi. Sequitur aũt ſi eſt q poſsit eſſe. Nõ autem ex neceſsitate ſequit ſi eſt poſsibile, q ſit actu. Hoc autem eſt inconueniens q aliquid ſit prius primo principio, ergo impoſsibile q primum principium ſit aliter q̃ in potentia. Deinde cum dicit.

Sin uero potentia ſint, fieri poteſt ut nihil ſit eorum quæ ſunt. Poteſt enim & id eſſe quod nondũ eſſe. Nam ſit quidem id quod non eſt, nihil autem ſit eorum quę nequeunt eſſe. Has igitur dubitationes de principiis dubitare neceſſe eſt. E

Si uero poteſtate ſunt elementa, nihil entiũ eſſe conuenit. Nam poſsibile eſt eſſe, quod nondum eſt ens: ſit enim non ens. Nihil autem ſit impoſsibilium eſſe. Has igit dubitationes quęrere neceſſe eſt. Parte 3

Obiicit in contrarium, quia ſi principia rerum ſint in potentia, ſequitur q nihil ſit entium in actu. Nam illud quod eſt poſſibile eſſe, nondum eſt ens. Et hoc probat per hoc q id quod ſit, non eſt ens. Quod enim eſt, non ſit. Sed nihil ſit niſi quod poſsibile eſt eſſe, ergo omne quod eſt poſsibile eſſe, eſt nõ ens. Si igitur principia ſint tantum in potentia, erunt non entia. Si autem principia non ſint, nec effectus ſunt. Sequitur ergo q cõtingit nihil eſſe in entibus. Et concludit epilogando q ſecundũ prædicta neceſſarium eſt dubitare de principiis ꝓpter præmiſſas rationes. Hæc autem quæſtio determinabitur in nono huius, ubi oſtendetur q actus eſt ſimpliciter prior potentia. Sed potentia eſt prior actu tẽpore in eo q mouetur de potẽtia ad actum. Et ſic oportet primum principium eſſe in actu & nõ in potentia, ut oſtendꝫ in duodecimo huius. Deinde cũ dicit. F Le 7 & 8 ... tec. cõ. 34. & 35 Lec. 5

Et utrum uniuerſalia ſint, an eo ſint modo quo dicimus ipſa ſingularia eſſe.

Et utrum vlia ſint, aut ut dicimus ſingularia. Te. cõ. 20 parte. 4

Inquirit vtrum principia ſint per modum vniuerſalium aut per modum ſingularium, & circa hoc tria facit. Primo proponit dubitationem. Secundo obiicit ad vnam partem, ibi: { Nã ſi vniuerſalia &c. } Tertio obiicit ad aliam, ibi: { Si autem nõ vniuerſalia &c. } Eſt ergo dubitatio vtrum principia ſint vniuerſalia, uel exiſtant per modum quorundam ſingularium. Deinde cum dicit. par. ſeq.

Nam ſi ipſa uniuerſalia ſint, non erunt ſubſtantię. Nihil enim cõium hoc aliquid, ſed quale ſignificat: ſubſtantiam autem hoc aliquid ſignificare conſtat. G

Nam ſi uniuerſalia, non erunt ſubſtantię. Nihil enim cõmunium hoc aliquid ſignificat, ſed quale quid. Subſtantia uero hoc aliquid eſt. parte. 5

Probat q principia non ſunt vniuerſalia tali ratione. Nullũ cõiter prædicatum de multis ſignificat hoc aliquid, ſed ſignificat tale ſiue quale, non quidem ſecũdum qualitatem accidentalem, ſed ſecundum qualitatem ſubſtantialem. Eſt.n. quædã ſubſtantialis qualitas, ut infra in quinto huius dicetur. Et ratio huius eſt, quia hoc aliquid dicitur ſm q in ſe ſubſiſtit. Quod autem in ſe ſubſiſtit, non poteſt eſſe in multis ens, quod eſt de ratione cõis. Quod.n. in multis eſt, non eſt in ſe ſubſiſtens niſi & ipſum eſſet multa, quod eſt contra rationem cõmunis Nam commune eſt, quod eſt vnum in multis. Sic igitur patet q nullum communium ſignificat hoc aliquid, ſed ſignificat formã in multis exiſtentem. Addit autem minorem. ſ. q ſubſtantia ſignificat hoc aliquid. Et hoc quidem uerum eſt quantum ad primas ſubſtantias quæ maximæ & propriæ ſubſtantiæ dicuntur, ut habetur in prædicamẽtis. Huius enim ſubſtantiæ ſunt in ſe ſubſiſtentes. Relinquitur ergo q principia ſi ſunt vniuerſalia non ſunt ſubſtantiæ. Et ita uel ſubſtantiarum non erunt aliqua principia, uel oportebit dicere q non ſint ſubſtantiæ ſubſtantiarum principia, Sed quia aliquis poſſet concedere q aliquid communiter prædicatum ſignificet hoc aliquid, conſequenter diluitur cum dicit. Te. cõ. 19. H

Quod ſi id quod cõiter pręedicatur, hoc aliq̇d erit digitoq; poterit deſignari. Socrates ſane multa aĩalia erit ipſeq; & homo ac animal, ſi unumquodq; hoc aliquid unumq; ſignificat. Hęc igitur accidunt, ſi principia uniuerſalia eſſe ponantur.

Sed ſi eſt hoc aliquid, & ponitur quid cõiter qđ ꝑdicatur, multa erit aĩalia Socrates, ipſeq; homo & animal: ſi ſignificat ſingulum hoc aliquid & unum. Si igitur uniuerſalia ſint principia ea contingunt. par. 6.

I Oſtendit ꝙ incōueniens ex hoc ſequit. Si.n. id quod cōiter prædicaſ ſit hoc aliquid, ſequeret ꝙ omne id de quo illud commune prædicaſ ſit hoc aliquid quod eſt cōe. Sed planum eſt ꝙ de Socrat. prædicaſ & homo & aial, quorum utrūq; .ſ. homo & animal eſt quoddā cōmune prædicatum. Vnde ſi omne cōmune pdicatum ſit hoc aliquid, ſequiſ ꝙ Socrat. ſit tria hoc aliquid, quia Soc. eſt Soc. qđ eſt hoc aliquid. Ipſe etiā eſt hō quod e ĩ ſecūdum prædicta hoc aliquid. Ipſe etiā eſt aial quod ſimilr eſt hoc aliquid. Erit ergo tria hoc aliquid. Et vlterius ſequitur ꝙ ſit tria aialia. Nā aial prædicatur de ſeipſo & de hoie & de Socrat. Cū ergo hoc ſit inconueniens, incōueniens eſt ꝙ aliqd cōiter pdicatū ſit hoc aliqd. Hæc igiſ ſunt incōueniētia q̄ ſequūtur, ſi vſia ſint principia. Deinde cum dicit.

Sin uero non ſint uſia, ſed ut ſingularia, non ſub ſciam cadunt. Scia nāq; omnis uniuerſaliū eſt. Quare principia erunt alia, principiis ſane priora, uſem

k ſubeuntia prędicationē: ſi ipſorum ſcia ſit futura.

part. 7. Si aūt non uniuerſalia, ſed quaſi ſingularia, non erunt ſcibilia. Vniuerſales enim ſunt omnes ſciētiæ. Quare erunt diuerſa priora principiis uniuerſaliter prędicata, ſi ſutura eſt eorum ſcientia.

Obiicit in contrariū. Cum.n. omnes ſciæ ſint oſes nō ſunt ſingularium, ſed vſium. Si igitur aliqua principia nō ſint vſia, ſed ſingularia, non erunt ſcibilia ſecūdum ſeipſa. Si ergo de eis debet aliqua ſcia haberi, oportebit eſſe aliqua priora principia, quæ ſunt vſia. Sic igitur oportet prima principia eſſe vſia, ad hoc ꝙ ſcia habeatur de rebus, quia ignoratis principiis neceſſe eſt alia ignorare. Hæc autem quæſtio determinaſ in ſeptimo huius, vbi oñdiſ ꝙ vſia non ſunt ſubſtãnæ nec principia rerū.

Lec. 14 Determinatur quæſtio. Non autem pp hoc ſequitur ꝙ ſi principia & ſubſtãtiæ rerum ſint ſingularia, ꝙ eorū non poſsit eſſe ſcia, tū quia res imateriales & ſi ſint ſingulariter ſubſiſtētes, ſunt tū etiā intelligibiles,

L tum etiam quia de ſingularibus eſt ſcia ſm vſes eorum rōnes per intellectum apprehenſas. Lec. I.

ARISTOTELIS STRAGYritæ Tex. libri quarti Metaphyſicæ.

Te. cō 1 part 2. **E**St ſcientia quędam, quę id quod eſt ea ratione qua eſt ens, & ea quę huic inſunt, per ſe contemplatur.

ESt autem ſcientia quædam quæ ſpeculatur ens inquantum ens, & quæ huic inſunt ſecundum ſe.

Diui Thomæ Aquinatis in quartum librum Metaphyſicæ Ariſtotelis præclariſsima commentaria.

IN præcedenti libro Philoſophus diſputatiue proceſsit de illis quæ debent in hac ſciētia cōſiderari, hic incipit procedere demōſtratiue determinan-

M do veritate quæſtionum prius motarū & diſputatarum. Fuit autem in præcedēti libro diſputatum tam de his quæ pertinent ad modū huius ſciæ. ſ. ad quæ ſe extendit huius ſcientiæ conſideratio, q̄ etiā de his quæ ſub conſideratione huius ſciæ cadunt. Et quia prius oportet cognoſce-

Lec. ult. In toto libro quarto. re modū ſcientiæ, q̄ procedere in ſcia ad ea cōſiderāda de quibus eſt ſcia, vt in. ii. lib. dictum eſt, ideo diuiditur hæc pars in

In quinto per totum part. 4 duas. Primo dicit de quibus eſt cōſideratio huius ſciæ. Secundo dicit de rebus quæ ſub cōſideratione huius ſciæ cadūt in. v. lib. ibi: { Principium dicitur aliud quidē &c. } Prima in duas.

Lec. huius part. ſequē. parte. 3 Primo ſubiectum ſtabilit huius ſciæ. Secūdo procedit ad ſoluēdum quæſtiones motas in libro præcedenti de conſideratione huius ſcientiæ, ibi: { Ens autē multis. } Circa primum tria facit. Primo ſupponit aliquā eſſe ſcientiam cuius ſubiectū ſit ens. Secundo oſtendit ꝙ iſta nō eſt aliqua particularium ſciarum, ibi: { Hæc autē &c. } Tertio oſtendit ꝙ hæc eſt ſcia quæ præ manibus habetur, ibi: { Quoniam autem pricipia &c. } Quia vero ſcientia non ſolum debet ſpeculari ſubiectum, ſed etiam ſubiecto per ſe accidentia, ideo dicit primo ꝙ eſt quædam ſciētia quæ ſpeculatur ens ſm ꝙ ens ſicut ſubiectū, & ſpeculatur { ea quæ inſunt enti per ſe } .i. entis per ſe accidentia. Dicit N

autem ſm ꝙ eſt ens, quia ſciæ aliæ quæ ſunt de entibus particularibus, conſiderant quidem de ente, cū omnia ſubiecta ſciētiarum ſint entia, nō tamen conſiderant ens ſm ꝙ ens, ſed ſm ꝙ eſt hmōi ens. ſ. uel numerus uel linea uel ignis aut aliquid huiuſmodi. Dicit etiam & quæ huic inſunt per ſe, & nō ſimpliciter quæ huic inſunt, ad ſignificandum ꝙ ad ſciam non pertinet cōſiderare de his quæ per accidēs inſunt ſubiecto ſuo, ſed ſolum de his quæ per ſe inſunt. Geometra.n. non cōſiderat de triangulo utrū ſit cupreus uel ligneus, ſed ſolum cōſiderat ipſum abſolute ſm ꝙ habet tres angulos æquales &c. Sic igitur hmōi ſcia cuius eſt ens ſubiectum, non oportet ꝙ cōſideret de oibus quæ inſunt enti per accidens, quia ſic cōſideraret accidētia quæſita in omnibus ſcientiis, cum omnia accidētia inſint alicui enti, non tamen ſm ꝙ eſt ens. Quæ.n. ſunt per ſe acciden- O tia inferioris, per accidens ſe habent ad ſuperius, ſicut per ſe accidentia hominis non ſunt per ſe accidentia animalis. Neceſsitas autem huius ſcientiæ quæ ſpeculatur ens & per ſe accidentia entis, ex hoc apparet, quia huiuſmodi nō debent ignota remanere, cum ex eis aliorum dependeat cognitio, ſicut ex cognitione cōium dependet cognitio rerum propriarum.

Ens metaphyſicę ſubiectum

Hæc autem nulla eſt earum quæ ſcientię particulares dicuntur. Nulla enim cęterarum id quod eſt, ut eſt ens conſiderat, ſed partem quęq; aliquam excipiens, id quod accidit de hac contemplatur: ut mathematicę ſcientię faciunt.

Hęc autem nulli eſt in parte dictarum eadē. Aliarum.n. nulla intendit uniuerſaliter de ente inquantum eſt ens, uerum partem eius abſcindētes aliquā, circa quidem hanc ſpeculātur ipſum accidens, uelut ſcientiarum mathematicę. part. 8

P

Hic oſtendit ꝙ iſta ſcia non ſit aliqua particulariū ſcientiarum, tali ratione. Nulla ſcia particularis conſiderat ens uſe inquantum hmōi, ſed ſolum aliquam partem entis diuiſam ab aliis, circa quam ſpeculantur per ſe accidens, ſicut ſciæ mathematicæ aliquod ens ſpeculantur. ſ. ens quantum. Scia autem cōmunis conſiderat vniuerſale ens ſm ꝙ ens, ergo non eſt eadem alicui ſcientiarum particularium.

Quoniam autem principia ſummaſq; cauſas quęrimus, patet ipſas neceſſario per ſe cuiuſpiam eſſe naturæ. Quod ſi & ii qui eorum quæ ſunt elementa quęrebant, hęc principia quęrebant, neceſſe eſt & elementa eius quod eſt ut eſt ens, & non per accidens eſſe. Quapropter & a nobis eius quod eſt ea ratione qua ens, primę cauſę ſunt ſumendæ.

part. 9 Quoniam autem pricipia & extremas quęrimus cauſas palam, quia cuiuſdā eas naturę ſm ſe eſſe neceſſe eſt. Si ergo & entium elementa quęrentes, ea quęſierunt principia, neceſse & entis elementa eſse, Q non ſm accidens, ſed inquantum ſunt entia. Vnde & nobis entis inquantum eſt ens, primę cauſæ ſunt accipiendæ.

Hinc oſtendit ꝙ iſta ſcia quæ præ manibus habetur, habet ens pro ſubiecto, tali ratione. Omne principiū eſt per ſe principium & cauſa alicuius naturæ, ſed nos quærimus prima rerū principia & altiſsimas cauſas, ſicut in primo dictum eſt, ergo ſunt per ſe cauſa alicuius naturæ, ſed non niſi entis. Quod ex hoc patet, quia omnes philoſophi elementa quærentes ſm ꝙ ſunt entia quærēbāt huiuſmodi pricipia. ſ. prima & altiſsima, ergo in hac ſcia nos quærimus principia entis inquantum eſt ens, ergo ens eſt ſubiectum huius ſcientiæ, quia quælibet ſcia eſt quærens cauſas proprias ſui ſubiecti. Lec. 2

Id autem quod eſt dicitur quidem multipliciter, ſed ad unum & unam quandam naturam: & non

æquiuoce

A æquiuoce dicitur, ſed ut & omnẽ ſanum ad ſanitatem dicitur: partim quia conſeruat, partim quia efficit, partim quia indicat ipſam, partim quia eſt ſuſceptiuum ipſius: & medicatiuum item ad medicinam. Aliud enim tale ex eo dicitur, quia medicinam habet: aliud quia aptum eſt ad ipſam, aliud quia opus eſt medicinæ, & alia plura ſimili modo: ſic & id quod eſt, multis quidẽ modis, ſed ad unũ principium dicitur. Quędam enim quia ſubſtantię ſunt, entia dicuntur: quædam quia ſubſtãtiæ ſunt, affectus: quædam quia ſunt ad ſubſtantiam uia, aut corruptiones, aut priuationes, aut qualitates, aut affectiua generatiuaq; ſubſtantię, uel eorum q̃ ad ipſam dicuntur ſubſtantiam: aut alicuius horũ negatio uel ſubſtantiæ. Quocirca & id quod non eſt, non ens dicimus eſſe.

Tex. 2. Par. 4. Ens autem multis quidem dicitur modis, ſed B ad unum & ad unam naturam aliquam, & non æquiuoce. Sed quemadmodum ſalubre omne ad ſanitatem, hoc quidem ad cõſeruationem, id uero in actione, aliud quia eſt ſignum ut urina ſanitatis hoc autem quia illius eſt ſuſceptibile. Et medicina le a medicina. Hoc enim habendo medicinas dicitur medicinale, illud uero ſuſceptibile ad eã, aliud uero per actus exiſtentium medicinæ. Similiter autem alia ſumemus his dicta. Ita uero & ens multipliciter dicitur quidem, ſed omne ad primũ principium. Hæc enim quia ſubſtantiæ entia dicuntur illa uero quia paſſiones ſubſtantiæ dicuntur, alia quia uia ad ſubſtãtiam, aut corruptiones, aut priuationes, aut qualitates. aut effectiua, aut generatiua ſubſtantiæ, aut ad ſubſtantiam dictorum, aut quorundam horum negationes, aut ſubſtantiæ. Quare & non ens eſſe non ens dicimus.

C Hic procedit ad ſoluendum quæſtiones in præcedenti libro motas de conſideratione huius ſcientiæ, & diuiditur in tres partes. Primo ſoluit quæſtionem qua quærebatur utrũ huius ſcientiæ eſſet conſideratio de ſubſtantiis & accidentibus ſimul, & utrum de omnibus ſubſtantiis. Secundo qua quærebatur utrum huius ſcientiæ eſſet conſiderare de omnibus iſtis quæ ſunt unum & multa, idem & diuerſum, oppoſitum contrarium, & huiuſmodi, ibi: { Si igitur ens & unum &c. } Tertio ſoluit quæſtionem qua quærebatur utrũ huius ſcientiæ eſſet conſiderare demonſtrationis principia, ibi: { Dicendum eſt autem utrum unius &c. } Circa primũ tria facit. Primo oſtendit ꝙ huius ſcientiæ eſt conſiderare tã de ſubſtantiis quàm de accidentibus. Secundo ꝙ principaliter de ſubſtantiis, ibi: { Vbiq; uero proprie &c. } Tertio ꝙ de omnibus ſubſtantiis, ibi: { Omnis autem generis. } Circa primum utitur tali ratione. Quæcũq; communiter unius D recipiunt prædicationem, licet non uniuoce, ſed analogice de his prædicetur, pertinent ad unius ſcientiæ conſiderationem: ſed ens hoc modo prædicatur de omnibus entibus, ergo omnia entia pertinent ad conſiderationem unius ſcientiæ, quæ conſiderat ens inquantum eſt ens ſcilicet tam ſubſtantias quàm accidentia. In hac autem ratione primo ponit minorem. Secundo maiorem, ibi: { Quemadmodum ergo ſalubrium omnium. } Tertio concluſionem, ibi: { Manifeſtum igitur &c. } Dicit ergo primo, ꝙ ens ſiue quod eſt, dicitur multipliciter. Sed ſciendum quod aliquid prædicatur de diuerſis multipliciter, quandoq; quidem ſecundum rationẽ omnino eandem, & tunc dicitur de eis uniuoce prædicari, ſicut animal de equo & boue. Quandoq; uero ſecundum rationes omnino diuerſas, & tunc dicitur de eis æquiuoce prædicari, ſicut canis de ſydere & animali. Quandoq; uero ſecundum rationes quæ partim ſunt diuerſæ, & partim non diuerſæ. Diuerſæ quidem ſm ꝙ diuerſas habitudines important.

Lect. ſeq. | lib. 5. | lib. 6 par. 7. | Parte 5. | infra par. 6 in princ. | Antepæn.

Vnæ autem ſm ꝙ ad unum aliquid & idem, iſtæ diuerſæ habitudines referuntur, & illud dicitur { analogice prædicari } id eſt proportionaliter, prout unumquodq; ſm ſuam habitudinem ad illud unum refertur. Item ſciendũ ꝙ illud unũ ad qđ diuerſæ habitudines referuntur in analogicis, eſt unum numero, & non ſolum unum rõne, ſicut eſt unum illud qđ per nomen uniuocum deſignatur. Et ideo dicit ꝙ ens & ſi dicatur multiplr, non tñ dicitur æquiuoce, ſed per reſpectum ad unum, non quidem ad unum qđ ſit ſolum rõne unum, ſed qđ eſt unum ſicut una quædam natura. Et hoc patet in exemplis infra poſitis. Ponit.n. primo unum exemplum qñ multa comparantur ad unum, ſicut ad finem, ſicut patet de hoc nomine ſanatiuum uel ſalubre. Sanatiuum.n. non dicitur uniuoce de diæta, medicina, urina, & animali. Nam rõ ſani ſm ꝙ dicitur de diæta, conſiſtit in conſeruando ſanitatem. Sc̃dm uero ꝙ dicitur de medicina, in faciendo ſanitatem. Prout uero dicitur de urina, inquantum eſt ſignum ſanitatis. Sc̃dm uero ꝙ dicitur de aiali rõ eius eſt, quoniam eſt receptiuum, uel ſuſceptiuum ſanitatis. Sic igitur omne ſanatiuum uel ſanum dicitur ad ſanitatem unam & eandem. Eadem.n. eſt ſanitas quã aial ſuſcipit, urina ſignificat, medicina facit, & diæta conſeruat. Secundo ponit exemplum qñ multa comparantur ad unum ſicut ad principium efficiens. F Aliquid.n. dicitur medicatiuum, qui habet artem medicinæ, ſicut medicus peritus. Aliquid uero quia eſt bene aptum ad habendum artem medicinæ, ſicut homines qui ſunt diſpoſiti ut de facili artem medicinæ acquirant. Ex quo contingit ꝙ ingenio proprio quædam medicinalia operantur. Aliquid uero dicitur medicatiuum uel medicinale, quia eo opus eſt ad medicinam, ſicut inſtrumenta quibus utuntur medicinalia dici poſſunt: & etiã medicinæ quibus medici utuntur ad ſanandum. Et ſimiliter accipi poſſunt alia quæ multipliciter dicuntur, ſicut & iſta. Et ſicut eſt de prædictis, ita etiam & ens multipliciter dicitur. Sed tamẽ omne ens dicitur per reſpectum ad unum primũ. Sed hoc primum non eſt finis uel efficiens ſicut in præmiſſis exemplis, ſed ſubiectum. Alia enim dicuntur entia uel eſſe, quia per ſe habent eſſe ſicut ſubſtantiæ quæ principaliter & prius entia dicuntur. Alia uero quia ſunt paſſiones ſiue proprietates ſubſtantiæ, ſicut per ſe accidentia uniuſcuiuſq; ſubſtantiæ. G Quædam autem dicitur entia, quia ſunt uia ad ſubſtantiam, ſicut generationes & motus. Alia aũt entia dicunt, quia ſunt corruptiones ſubſtantiæ. Corruptio.n. eſt uia ad nõ eſſe, ſicut generatio uia ad ſubſtanciam. Et quia corruptio terminatur ad priuationem, ſicut generatio ad formam, conuenienter ipſæ etiam priuationes formarum ſubſtantialium eſſe dicuntur. Et iterum qualitates uel accidentia quædam dicuntur entia, quia ſunt actiua uel generatiua ſubſtantiæ, uel eorum quæ ſc̃dm aliquam habitudinem prædictarum ad ſubſtantiã dicuntur uel ſm quãcunq; aliam.ſ. Item negationes eorum quæ ad ſubſtãtiam habitudinem hñt, uel ẽt ipſius ſubſtantiæ eſſe dicuntur. Vñ dicimus ꝙ non ens eſt non ens. Qđ nõ diceretur niſi negationi aliquo modo eſſe cõpeteret. Sciendum tñ ꝙ prædicti modi eſſendi ad quatuor põt reduci. Nam unum eorum qđ eſt debiliſſimum eſt tãtum in rõne.ſ. negatio & priuatio quam dicimus in rõne eſſe, quia rõ de eis negociatur quaſi de quibuſdam entibus, dum de eis affirmat uel negat aliquid. Sc̃dm quid aũt differant negatio & priuatio, infra dicetur. H Aliud aũt huic proximum in debilitate eſt, ſc̃dm ꝙ generatio & corruptio & motus entia dicuntur. Habent.n. aliquid admixtum de priuatione & negatione. Nam motus eſt actus imperfectus, ut dicitur. 3. phyſico. Lect. 3. Te. cõ. 6. Tertium aũt dicitur ꝙ nihil habet de non ente admixtum, habet tñ eſſe debile, quia non per ſe, ſed in alio, ſicut ſunt qualitates, quantitates, & ſubſtantiæ proprietates. Quartum aũt genus eſt qđ eſt perfectiſſimum, qđ.ſ. habet eſſe in natura abſque admixtione priuationis, & habet eſſe firmum & ſolidũ, quaſi per ſe exiſtens ſicut ſunt ſubſtantiæ. Et ad hoc ſicut ad primũ & principale oĩa alia referuntur. Nam qualitates & quantitates dicuntur eſſe, inquantum inſunt ſubſtantiæ: motus & generationes, inquantum tendunt ad ſubſtantiam uel ad aliqđ prædictorum: priuationes autem & negationes, inquantum remouent aliquid trium prædictorum.

I Vt igitur & omnium ſanorum, ſic & cæterorū una ſcientia eſt. Non enim ſolum eorum quę per unam rationem dicuntur, una ſcientia eſt, ſed eorū etiam quæ ad unam dicuntur naturam. Et hęc.n. quodam modo una ratione dicuntur.

Par. 5. Quemadmodū ergo ſalubrium omnium una eſt ſcientia, ita hoc etiam & in aliis. Non enim ſolū circa unum dictorum, unius eſt ſcientię ſpeculari, ſed ad unam dictorum naturam. Etenim ea modo quodam circa unum dicuntur.

Hic ponit maiorem primæ rationis dicens, quód eſt unus ſcientiæ ſpeculari non ſolum illa quæ dicuntur { ſecundum unum } ideſt ſecundum unam rationem omnino, ſed etiam eorum quæ dicuntur per reſpectum ad unam naturam ſecū. dum habitudines diuerſas. Et huius ratio eſt propter unitatem eius ad quod iſta dicuntur, ſicut patet ꝙ de omnibus ſanatiuis conſiderat una ſcientia.ſ. medicinalis, & ſimiliter de aliis quæ eodem modo dicuntur.

k Patet igitur unius etiam eſſe ſcientię ea quæ ſunt, ut & entia ſunt contemplari. Vbique autem ſcientia ipſius eſt proprie primi, & ex quo cętera pēdent, & propter quod dicuntur. Quod ſi hoc eſt ſubſtantia, ipſum philoſophum principia ſubſtantiarum, cauſasq; habere oportet.

part. 6. Manifeſtum igitur quia entia unius eſt ſcientię ſpeculari inquantum entia. Vbique uero proprie primi eſt ſcientia, & ex quo alia pendent, & propter quod dicuntur. Ergo ſi hoc eſt ſubſtantia, ſubſtantiarum oportet principia & cauſas habere philoſophum ipſum.

Hic ponit concluſionem intentam, quæ per ſe eſt manifeſta. { Vbiq; uero &c. } Hic ponit ꝙ hæc ſcientia principaliter cōſiderat de ſubſtantiis, & ſi de omnibus entibus conſideret tali ratione. Omnis ſcientia quæ eſt de pluribus quæ dicuntur ad unum primum, eſt proprie & principaliter illius primi ex quo alia dependent ſecundum eſſe, & propter qđ dicuntur ſecundum nomen, & hoc ubique eſt uerum. Sed ſubſtantia eſt hoc primum inter omnia entia. Ergo philoſophus qui conſiderat omnia entia primo & principaliter, debet habere in ſua conſideratione principia & cauſas ſubſtantiarum, ergo per conſeqoens eius cōſideratio primo & principaliter de ſubſtantiis eſt.

Metaphyſica principaliter de ſubſtantia. L

Omnis autem generis unius ſenſus eſt unus atque ſciētia, ueluti grammatica quę eſt una, omnes cōtemplatur uoces. Quapropter & eius quod eſt ut eſt ens, quęcunq; ſunt ſpecies, unius eſt ſcientię genere, & ſpecierum ſpecies contemplari.

Omnis autem generis unius eſt ſenſus unus & ſcientia: ut grammatica una ens, omnes ſpeculatur uoces. Quapropter & entis inquantum eſt ens, quaſcunq; ſpecies ſpeculari unius eſt ſcientię genere & ſpecies ſpecierum.

parte. 7. Scīa una ē unius gñis. M

Hic oſtendit ꝙ primi philoſophi eſt conſiderare de omnibus ſubſtantiis, tali ratione. Omnium eorum quæ ſunt unius generis, eſt unus ſenſus & una ſcientia: ſicut uiſus eſt de omnibus coloribus, & grammatica conſiderat omnes uoces. Si igitur omnia entia ſunt unius generis aliquo modo, oportet ꝙ omnes ſpecies eius pertineant ad conſideratione unius ſcientiæ quæ eſt generalis: & ſpecies entium diuerſæ pertineant ad ſpecies illius ſcientiæ diuerſas. Hoc autem dicit, quia non oportet ꝙ una ſcientia conſideret de omnibus ſpeciebus unius generis ſecundum proprias rationes ſingularum ſpecierum, ſed ſecundum ꝙ conueniunt in genere. Secundum autem proprias rationes pertinent ad ſcientias ſpeciales, ſicut eſt in propoſito. Nam omnes ſubſtantiæ inquantum ſunt entia uel ſubſtantiæ, pertinent ad conſideratione huius ſcientiæ: inquantum autem ſunt talis uel talis ſubſtantia, ut Leo uel Bos, pertinent ad ſcientias ſpeciales. N

Lectio. II.

Et qua id quod eſt, ac unum ipſum, idem ſunt, ex eo atq; una natura: quia mutuo ſe ſequuntur ut principium atq; cauſa, ſed non unam ſubeuntia rationem. Nihil autem refert & ſi eadem hoc pacto putauerimus eſſe, ſed & ad propoſitum magis conducit.

Tex. cō. 3 Part 1. SI igitur ens & unum idem, & una natura: quia ſe adinuicem conſequuntur ut principiū & cauſa, ſed non ut una ratione oſtenſa. Nihil autem differt, nec ſi ſimiliter ſuſcipimus, ſed & pręopere magis.

HIC PROCEDIT ad oſtendendum ꝙ ad conſiderationem unius ſcientiæ pertineat conſiderare huiuſmodi communia ſcilicet unum & multa, idem & diuerſum. [illegible] circa hoc duo facit. Primo oſtendit hoc de ſingulis per proprias rationes. Secundo de omnibus ſimul per quaſdam rationes communes. ibi: { Et philoſophi eſt de omnibus poſſe ſpeculari. } Circa primum duo facit. Primo oſtendit ꝙ de omnibus his conſiderare debet philoſophus. Secundo docet modum conſiderandi, ibi: { Quare quoniam unum multipliciter &c. } Circa primum duo facit. Primo oſtendit ꝙ ad hanc ſcientiam pertineat conſiderare de uno & de ſpeciebus unius. Secundo ꝙ ad eandem ſcientiam pertineat conſiderare de omnibus oppoſitis, ibi: { Quoniam autem unius eſt oppoſita conſiderare. } Circa primum duo facit. Primo enim oſtendit ꝙ huius ſcientiæ eſt conſiderare de uno. Secundo quod eius ſit conſiderare de ſpeciebus unius, ibi: { Quare quotcunq; unius. } Dicit ergo primo, quod ens & unum ſunt idem & una natura. Hoc ideo dicit, quia quædam ſunt idem numero quæ non ſunt una natura, ſed diuerſæ, ſicut Socrates, & hoc album, & hoc muſicum. Vnū autem & ens non diuerſas naturas, ſed unam ſignificāt. Hoc autem contingit dupliciter. Quædam enim ſunt unum quæ conſequuntur ſe adinuicem conuertibiliter ſicut principium & cauſa. Quædam uero non ſolum conuertuntur ut ſint idē ſubiecto, ſed etiam ſunt unum ſecundum rationem, ſicut ueſtis & indumentum. Vnum autem & ens ſignificant unam naturam ſecundum diuerſas rationes. Vnde ſic ſe habent ſicut principium & cauſa, ſed non ſicut tunica & ueſtis, quæ ſunt nomina penitus ſynonyma. Nihil tamen differt ad propoſitū ſi ſimiliter accipiamus ea dici, ſicut illa quæ ſunt unū & ſubiecto & ratione. Sed hoc erit { magis præ opere } ideſt magis utile ad hoc quod intendit. Intendit enim probare ꝙ unum & ens cadunt ſub eadem conſideratione, & ꝙ habent ſpecies ſibi correſpondentes. Quod manifeſtius probaretur ſi unum & ens eſſent idem re & ratione, quàm ſi ſint idem re & non ratione. Quod autem ſit idem re probat duabus rationibus, quarum primam ponit, ibi.

Infrà lec. 4ª Lec 3. ſeq. parte. 3. O Lec. ſeq. parte. 4. huius lec. P

Idem eſt enim unus homo, & homo, & qui eſt homo: & non aliud quicquam dictio ſignificat ſi reduplicabitur, eſt homo, & homo, & unus homo. Patet autem nec in generatione ſeparari, nec in corruptione: ſimiliter & in uno. Quare perſpicuum eſt additionem in his idē ſignificare, & nihil aliud unum ipſum præter id quod eſt eſſe. Q

parte. 2. Idem enim unus, homo, & ens homo, & homo: & non diuerſum aliquid oſtenditur ſecundum repetitam dictionem ipſum, eſt homo, & homo, & unus homo. Palam autem, quia non ſeparâtur nec in generatione neq; in corruptione. Similiter autē & in uno. Quare palam quia additio in his idem oſtendit: & nihil aliud unum præter ens.

Quæ talis eſt. Quæcunque duo addita uni nullam diuerſitatem afferunt, ſunt penitus idem: ſed unum & ens addita homini uel cuicunque alii nullam diuerſitatem afferunt:

ergo

A ergo ſunt penitus idem. Minor patet. Idem enim eſt dictu, homo, & unus homo. Et ſimiliter eſt idem dictu, ens homo, uel quod eſt homo: & non demonſtratur aliquod alterum cum ſecundum dictionem replicamus dicendo, eſt ens homo, & homo, & unus homo. Quod quidem probat ſic. Idem enim eſt generari & corrumpi hominem, & id qđ eſt homo. Quod ex hoc patet, quia generatio eſt uia ad eſſe, & corruptio mutatio ab eſſe ad non eſſe. Vnde nunquam generatur homo, quin generetur ens homo: nec unquam corrumpitur homo, quin corrumpatur ens homo. Quæ autem ſimul generantur & corrumpuntur ſunt unum. Et ſicut dictum eſt ꝙ ens & homo non ſeparantur in generatione & corruptione, ſimiliter apparet de uno. Nam cum generatur homo, generatur unus homo: & cum corrumpitur, ſimiliter corrumpitur. Vnde manifeſtum eſt ꝙ appoſitio in iſtis oſtendit idem, & per hoc ꝙ additur uel unum uel ens non intelligitur addi aliqua natura ſupra hominem. Ex quo manifeſte apparet, ꝙ unum non eſt aliud præter ens: quia quæcunque uni & eidem ſunt eadem, ſibiinuicem ſunt eadem. Patet autem ex prædicta ratione, non ſolum ꝙ ſunt unum re, ſed ꝙ differunt ratione. Nam ſi non differunt ratione, eſſent penitus ſynonyma, & ſic nugatio eſſet cum dicitur, ens homo, uel unus Homo.

Ens & unū non differt ab ſe ibi.

B Sciendum eſt enim ꝙ hoc nomen homo, imponitur a quidditate ſiue a natura hominis: et hoc nomen Res, imponitur a quidditate tantum, hoc uero nomen Ens, imponitur ab actu eſſendi: et hoc nomen Vnum, ab ordine uel indiuiſione. Eſt enim unum ens indiuiſum. Idem autem eſt quod habet eſſentiam, et quidditatem per illam eſſentiā, et quod eſt in ſe indiuiſum. Vnde iſta tria, res, ens, unum, ſignificant omnino idem: ſed ſm diuerſas rationes.

Præterea uniuſcuiuſq; ſubſtantia unum eſt nō per accidens, ſimiliter & ens proprie quid.

Part 3. Amplius autem cuiuſq; ſubſtātia unum eſt nō ſecundum accidens, ſilr & quod ens aliquid.

Hic ponit ſecūdam rationem ad idem, quæ talis eſt. Quæcunq; duo prædicantur de ſubſtantia alicuius rei per ſe & nō per accidens, illa ſunt idem ſecundum rem: ſed ita ſe habēt

C unum & ens, ꝙ prædicantur per ſe & non ſecundum accidēs de ſubſtantia cuiuslibet rei. Subſtantia enim cuiuslibet rei eſt unum per ſe & non ſecundum accidens. Ens ergo & unum ſignificant idem ſecundum rem. Quod autem ens & unum prædicentur de ſubſtantia cuiuslibet rei per ſe & non ſecundum accidens, ſic poteſt probari. Si enim prædicarentur de ſubſtantia cuiuslibet rei per aliquod ens ei additum, de illo iterum neceſſe eſt prædicari ens, quia unumquodq; eſt unū & ens. Aut ergo iterum de hoc prædicatur per ſe, aut per aliquid aliud additum. Si per aliquid aliud, iterum eſſet quæſtio de illo addito, & ſic erit procedere uſq; ad finitum. Hoc autem eſt impoſſibile: ergo neceſſe eſt ſtare in primo ſcilicet ꝙ ſubſtantia rei ſit una & ens per ſeipſam, & non per aliquid additum.

Auic. Meta.

Sciendum eſt autem quod circa hoc Auicen. aliud ſenſit. Dixit enim ꝙ unum & ens non ſignificant ſubſtantiā rei, ſed ſignificant aliquid additum. Et de ente quidem hoc dicebat, quia in qualibet re quæ habet eſſe ab alio, aliud eſt eſſe

D rei, & ſubſtantia ſiue eſſentia eius. Hoc autem nomen Ens, ſignificat ipſum eſſe. Significat igitur (ut uidetur) aliquid additum eſſentiæ. De uno autem hoc dicebat, quia æſtimabat ꝙ illud unum quod conuertitur cum ente, ſit idem ꝙ illud unum quod eſt principium numeri. Vnum autem quod eſt principium numeri neceſſe eſt ſignificare quandam naturam additam ſubſtantiæ. Alioquin cum numerus ex unitatibus conſtituatur, non eſſet numerus ſpecies quantitatis, quæ eſt accidens ſubſtantiæ ſuper additum. Dicebat autem ꝙ hoc unum conuertitur cum ente, non quia ſignificat ipſam rei ſubſtantiam uel entis, ſed quia ſignificat accidens quod inhæret omni enti, ſicut riſibile quod conuertitur cum homine.

Cōtra Auicen.

Sed in primo quidem non uidetur dixiſſe recte. Eſſe enim rei quamuis ſit aliud ab eius eſſentia; non tamen eſt intelligendum ꝙ ſit aliquod ſuper additum ad modum accidentis, ſed quaſi conſtituitur per principia eſſentiæ. Et ideo hoc nomen ens quod imponitur ab ipſo eſſe, ſignificat idem cum

E nomine quod imponitur ab ipſa eſſentia. De uno autem non uidetur eſſe uerum, ꝙ ſit idem quod conuertitur cum ente, & quod eſt principium numeri. Nihil enim quod eſt in determinato genere uidetur conſequi omnia entia. Vnde unū quod determinatur ad ſpeciale genus entis ſcilicet ad genus quantitatis diſcretæ, non uidetur poſſe cum ente uniuerſali conuerti. Si enim unum eſt proprium & per ſe accidens entis, oportet ꝙ ex principiis cauſetur entis inquantum ens, ſicut quodlibet accidens proprium ex principiis ſui ſubiecti. Ex principiis autem communibus entis inquantum eſt ens, non intelligitur cauſari aliquod particulariter ens ſufficienter. Vnde non poteſt eſſe ꝙ ens aliquod determinati generis & ſpeciei ſit accidens omnis entis. Vnum igitur quod eſt principium numeri, aliud eſt ab eo quod cum ente conuertitur. Vnum enim quod cum ente conuertitur, ipſum ens deſignat: ſuperaddens indiuiſionis rationem, quæ cum ſit negatio uel priuatio, nō ponit aliquam naturam enti additam. Et ſic in nullo differt ab ente ſecundum rem, ſed ſolum ratione. Nam negatio uel priuatio non eſt ens naturæ, ſed rationis, ſicut dictum eſt. Vnum uero quod eſt principium numeri addit ſupra ſubſtantiam, rationem menſuræ, quæ eſt

Quomodo unū qđ eſt nūeri principiū ſit idē unū cōuertitur cum ente.

F propria paſſio quantitatis, & primo inuenitur in unitate. Et dicitur per priuationem uel negationem diuiſionis quæ eſt ſecundum quantitatem continuam. Nam numerus ex diuiſione continui cauſatur. Et ideo numerus ad ſcientiam mathematicam pertinet, cuius ſubiectum extra materiam eſſe non poteſt, quamuis ſine materia ſenſibili conſideretur. Hoc autem non eſſet, ſi unum quod eſt principium numeri ſecundum eſſe a materia ſepararetur in rebus immaterialibus exiſtens, quaſi cum ente conuerſum.

Quare quot ſunt unius, tot & eius quod eſt ſpecies ſunt. De quibus quidnam ſit contemplari ad eandem genere ſcientiam ſpectat, ut de eodem ac ſimili & cæteris talibus. Fere autem omnia contraria ad hoc principium reducuntur. Hæc uero contemplari ſumus in contrariorum electione.

G Part. 4.

Quare quotcunq; unius ſunt ſpecies, tot entis, & de quibus quidem eſt eiuſdem ſcientiæ genere ſpeculari. Dico autem ut de eodem & ſimili & aliis talibus. Fere autem omnia referuntur contraria ad principium illud. Speculata ſunt autem & ea a nobis in ecloga ideſt explanatione, uel tractatione contrariorum.

T. c. 4.

Hic concludit ꝙ philoſophi eſt conſiderare de partibus unius, ſicut de partibus entis, & primo hoc oſtendit. Secundo etiam oſtendit ꝙ ſecundum diuerſas partes entis & unius ſunt diuerſæ partes philoſophiæ, ibi. {Et tot partes.} Dicit ergo primo: ꝙ ex quo unum & ens idem ſignificant, & eiuſdem ſunt ſpecies eædem, oportet quod tot ſint ſpecies entis, quot ſunt ſpecies unius & ſibiinuicem reſpondentes. Sicut enim partes entis ſunt ſubſtantia, qualitas & quantitas &c. ita & partes unius ſunt idem, æquale & ſimile. Idem enim unum in ſubſtantia eſt. Simile, unum in qualitate. Aequale, unum in quantitate. Et ſecundum alias partes entis poſſent ſumi aliæ partes unius, ſi eſſent nomina poſita.

Parte ſeq. Conſiderat partes unius & partib' entis

H Et ſicut ad unam ſcientiam ſcilicet ad philoſophiam pertinet conſideratio de omnibus partibus entis, ita & de omnibus partibus unius ſcilicet eodem & ſimili & huiuſmodi. Et ad hoc {principium} ſcilicet unum reducuntur omnia contraria {fere.} Et hoc addit, quia in quibuſdam non eſt ita manifeſtum: & tamen hoc eſſe neceſſe eſt, quia cum in omnibus cōtrariis alterum habeat priuationem incluſam, oportet fieri reductionem ad priuatiua prima inter quæ præcipue eſt unum. Et iterum multitudo quæ ex uno cauſatur: cauſa eſt diuerſitatis differentiæ & contrarietatis, ut infra dicetur. Et hæc dicit eſſe conſiderata {in ecloga} ideſt in electione {contrariorum}: ſ. in tractatu quæ eſt pars electa ad tractandum de contrariis. ſ. in. x. huius.

Lect. in. L. c. 5. & 6

I Atq; tot ſint philoſophiæ partes, quot ſubſtantiæ ſunt. Quare neceſſe eſt ipſarum quandam eſſe primam, & aliam ſequentem Nam unum ipſum et id quod eſt, genera continuo habent. Quapropter & ſcientiæ hæc ſequuntur. Ipſe nanq; philoſophus perinde ſe habet, atq; hiſce qui mathematicus nuncupatur. Etenim partes hæc habet, & prima quædam eſt ſcientia & ſecunda, & aliæ deinceps ſunt mathematicis collocatæ.

Par.5.

Et tot partes ſunt philoſophię quot ſubſtantiæ. Quare aliquam eſſe primam neceſſe, & habitam ipſis. Exiſtunt enim recte genera ens & unum habentia. Quapropter & hæc ſequuntur ſcientiæ. Eſt.n. philoſophus ut mathematicus dictus. Etenim ea partes habet, & prima quædam, & ſecunda eſt ſcia, & alia deinde in mathematicis.

k . Hic oſtendit partes philoſophiæ diſtingui ſm partes entis & unius, & dicit q tot ſunt partes philoſophiæ quot ſunt partes ſubſtantiæ de qua dicitur principaliter ens & unum, & de qua principalis eſt huius ſcientiæ conſideratio & intentio. Et quia partes ſubſtantiæ ſunt ordinatæ adinuicem. Nam ſubſtantia immaterialis eſt prior ſubſtaotia ſenſibili naturaliter, ideo neceſſe eſt inter partes philoſophiæ eſſe quandam primam. Illa tamen quæ eſt de ſubſtantia ſenſibili eſt prima ordine doctrinæ, quia à notioribus nobis oportet incipere diſciplinam. Et de hac determinatur in ſeptimo & octauo huius. Illa oero quæ eſt de ſubſtantia immateriali eſt prior dignitate & intentione huius ſcientiæ de qua traditur in.xii. huios. Et tamen quæcunq; ſont prima neceſſe eſt q ſint continua aliis partibus, quia omnes partes habent pro genere unũ & ens. Vnde in conſideratione unius & entis diuerſæ partes huius ſcientiæ uniuntur, quamois ſint de diuerſis partibus ſubſtantiæ, ut ſic ſit una ſcientia inquantum partes prædictæ ſunt conſequentes { hæc } ideſt unum & ens ſicut communia ſubſtantiæ. Et in hoc philoſophus eſt ſimilis mathematico. Nam mathematica habet diuerſas partes, & quandam
L principaliter ſicut arithmeticam, & quandam ſecundario ſicut geometriam, & alia conſequenter ſe habent his, ſicut pſpectiua, aſtrologia, & muſica. Lect. III.

Cum autem unius ſit facultatis oppoſita contemplari, & uni pluralitas opponatur, atque negationem priuationemq; ſcientiæ ſit eiuſdem conſiderare, ad hanc ſane ſcientiam & pluralitatis contemplatio pertinebit. Vtroq; nanq; modo unum ipſum in contemplationem uenit, cuius eſt negatio uel priuatio: quæ aut ſimpliciter illi inquam non ineſt, aut cuipiam generi. Atq; ibi quidem uni ipſi differentia ineſt, præter id quod eſt in negatione. Ipſa nanq; negatio illius eſt nimirum abſentia.
M In priuatione uero & ſubiecta quædam exiſtit natura, de qua priuatio dicitur.

Part.1.

Voniam autem unius eſt oppoſita ſpeculari, & uni opponitur pluralitas, & negationem & priuationem unius eſt ſpeculari: quia utrunq; ſpeculatur unum, cuius negatio aut priuatio. Hæc autem quæ ſimpliciter dicitur, quia non ineſt illi, aut alicui generi. Huic igitur uni differentia adeſt præter q eſt in negatione. Illius enim abſentia negatio eſt. In priuatione uero ſubiecta quædam ſit natura de qua, dicitur priuatio.

Infra parte ſeq.

HIC OSTENDIT q conſiderare de oppoſitis pertinet ad ſcientiam iſtam, & circa hoc duo facit. Primo oſtendit q eius eſt conſiderare de negatione & priuatione. Secundo de contrariis. ibi: { Sed uni &c. } Dicit ergo q cum adunam ſcientiam pertineat conſiderare oppoſita, N
ſicut ad medicinam conſiderare ſanum & ægrum, & ad grãmaticam congruum & incongruum, uni autem opponitur multitudo: neceſſe eſt q illius ſcientiæ ſit ſpeculari negationem & priuationem, cuius eſt ſpeculari unum & multitudinem. Propter quod { utriuſq; } eſt conſiderare unum, ſcilicet ex utroq; dependet unius conſideratio, de cuius ratione eſt negatio & priuatio. Nam ſicut dictum eſt, unum eſt ens non diuiſum. Diuiſio autem ad multitudinem pertinet quæ uni opponitur. Vnde cuius eſt conſiderare unum, eius eſt cõſiderare negationem uel priuationem. Negatio autem eſt duplex, quædam ſimplex, per quam abſolute dicitur q hoc non ineſt illi. Alia eſt negatio in genere, per quam aliquid non abſolute negatur, ſed infra metas alicuius generis: ſicut cœcum dicitur non ſimpliciter, quod non habet uiſum, ſed infra genus animalis quod natum eſt habere uiſum. Et hæc adeſt differentia huic quod dico unum præter { quod eſt in negatione } ideſt per quam diſtat à negatione: quia negatio dicit tantum abſentiam alicuius ſcilicet quod remouet, ſine hoc q determinet ſubiectum. Vnde abſoluta negatio poteſt uerificari tam de non ente quod eſt natum habere affirmationem, quàm de ente quod eſt natum habere & non habet. Non uidens enim poteſt dici tam chimera quam lapis quam etiam homo. Sed in priuatiooe eſt quædam natura uel ſubſtantia determinata, de qua dicitur priuatio. Non enim omne non uidens poteſt dici cœcum, ſed ſolum quod eſt natum habere uiſum. Et ſic cum negatio quæ in ratione unius includitur ſit negatio in ſubiecto, alias non ens, unum dici poſſet, patet q unum differt a negatione ſimpliciter & magis trahit ſe ad naturam priuationis, ut infra.x. huius habetur. Sciendum eſt autem q quamuis unum importet priuationem implicitam, non tamen eſt dicendum q importet priuationem multitudinis, quia cum priuatio ſit poſterior naturaliter eo cuius eſt priuatio, ſequeretur quòd unum eſſet poſterius naturaliter multitudine Item q multitudo poneretur in diffinitione unius. Nam priuatio diffiniri non poteſt niſi per ſuum oppoſitum, ut quid eſt cæcitas priuatio uiſus. Vnde cum in diffinitione multitudinis ponatur unum,
Nam multitudo eſt aggregatio unitatum, ſequitur q ſit circulus in diffinitionibus. Et ideo dicendum q unum importat priuationem diuiſioois, non quidem diuiſionis quæ eſt ſecundum quantitatem, nam iſta diuiſio determinatur ad unum particulare genus entis, et non poſſet cadere in diffinitione unius. Sed unum quod cum ente conuertitur importat priuationem diuiſionis formalis quæ fit per oppoſitam, cuius prima radix eſt oppoſitio affirmationis et negationis, Nam illa diuiduntur adinoicem quæ ita ſe habent, q hoc non eſt illud. Primo igitur intelligitur ipſum ens, et ex conſequenti non ens, et per conſequens diuiſio, et per conſequens unũ quod diuiſionem priuat, et per conſequens multitudo in cuius ratione cadit diuiſio, ſicut in ratione unius indiuiſio, quamuis aliqua diuiſa modo prædicto rationem multitudinis habere non poſſint, niſi prius cuilibet diuiſorum ratio unius attribuatur.

Negatio duplex.

Dña inter negationẽ ſimplr & priuationẽ

O

T.c.9

P

Ordo cognitionis.

Quę cum ita ſint, & uni pluralitas opponatur, ſit ut eorum etiam cognitio quæ ſunt oppoſita dictis, ad ſcientiam dictam attineat: diuerſi inquam, diſſimilis, inæqualis, & ſi qua ſint alia quæ aut ad idem, aut ad pluralitatem & unum accommodantur, ex quibus eſt contrarietas ipſa. Quippe cum differentia quidem diuerſitas ſit, contrarietas autem differentia quædam. Q

Sed uni pluralitas opponitur. Quare oppoſita dictis diuerſumq; & diſſimile & inæquale & quęcunq; alia dicuntur, aut ſecundum pluralitatem & unum, eſt dictæ cognoſcere ſcientiæ, quorum unum quidem contrarietas eſt. Differentia nanque quædam contrarietas eſt, & differentia diuerſitas.

parte.2.

A Hic oſtendit ꝙ philoſophi eſt conſiderare contraria. Vni enim multitudo opponitur, ut dictum eſt. Oppoſita autem eſt unius ſcientiæ conſiderare. Cum igitur iſta ſcientia conſideret unum & ideo æquale & ſimile, neceſſe eſt ꝙ conſideret oppoſita his ſcilicet multum, alterum ſiue diuerſum, diſſimile & inæquale, & quæcunq; alia reducuntur ad illa, ſiue etiam ad unum & pluralitatem. Et inter iſta una eſt contrarietas. Nam contrarietas eſt quædam differentia eorum ſcilicet quæ maxime differunt in eodem genere. Differentia uero eſt quædam alteritas ſiue diuerſitas, ut. x. huius habetur, igitur contrarietas pertinet ad conſiderationem huius ſciæ.

Tex.co. 12.

Quare cum ipſum unum multis modis dicantur, & hæc multipliciter quidem dicentur. Scientiæ tamen unius eſt uniuerſa cognoſcere. Nō enim ſi multis modis dicantur, ad diuerſas ſcientias ipſorum contemplatio pertinebit. Sed ſi neque una ratio ipſis cōpetat, neq; ad unum rationes omnium reducuntur. Cum autem ad primum omnia referātur, ut ea quæ dicuntur unum ad primum unū, dicendum eſt & de eodem & diuerſo contrariiſue rem eodem modo ſeſe habere. Quare diſtinctione B facta quot unumquodq; modis dicatur, aſſignandum eſt ad primum in unoquoq; prædicamento quonā ad illud dicitur modo. Quædam enim hoc ſane dicentur quod illud habet, quædam ppea ꝙ illud agit, quædam aliis talibus modis.

Parte. 3.

Quare quoniam unum multipliciter dicitur, & hęc quidem multipliciter dicentur. Attamē unius omnia cognoſcere. Non enim ſimpliciter alterius. Quare ſi nec ſm unum, nec ad unum rationes referuntur, tunc alterius. Quoniam uero ad primum omnia referuntur, ut quæcunq; unum dicuntur, ad primum unum ſimiliter dicendum eſt & de eodem & diuerſo & contrariis ſe habere. Ergo diuiſum quoties dicitur ſingulum, ſic reducēdum eſt C ad primum in ſingulis prędicatis quomodo ad illud dicitur. Hoc.n. habendo illud, illa uero faciēdo illud, alia uero ſcdm alios dicentur modos.

Hic tradit modo quo philoſophus de his debet determinare, & dicit ꝙ cum omnia prædicta deriuentur ab uno, & unom multipliciter dicatur, etiam omnia iſta neceſſe eſt multipliciter dici ſcilicet idem & diuerſum, & alia huiuſmodi. Sed tamen quamuis multipliciter dicantur omnia, tamen quæ ſignificantur per quodlibet horum nominum eſt cognoſcere unius ſcientiæ ſcilicet philoſophiæ. Non enim ſequitur ꝙ ſi aliquid dicitur multipliciter, ꝗ propter hoc ſit alterius ſcientiæ uel diuerſæ. Diuerſa enim ſignificata ſi neq; dicuntur { ſm unum } ideſt ſecūdum unam rationem ſcilicet uniuoce, nec ratione diuerſa referuntur ad unum ſicut eſt in analogicis: tunc ſequitur ꝙ ſit alterius ideſt diuerſæ ſcientiæ de his conſiderare, uel ad minus unius per accidens. Sicut cœleſte ſydus quod eſt canis conſiderat aſtrologus. Naturalis au D tem canem marinum & terreſtrem. Hæc autem omnia referuntur ad unum principium. Sicut enim quæ ſignificantur per hoc nomen unum, licet ſint diuerſa, reducuntur tamen in unum primum ſignificatum: ſimiliter eſt dicendum de his nominibus idem, diuerſum, contrarium., & huiuſmodi. Et ideo circa unumquodq; iſtorum philoſophus duo debet facere, uidelicet primo diuidere quot modis dicitur unūquodque. Et hæc diuiſio conſequenter aſſignatur in { unoquoque prædicato } ideſt in unoquoq; iſtorum nominum de pluribus prædicatorum, ad quod primum dicatur, ſicut quid eſt primum ſignificatum huius nominis idem uel diuerſum, et quomodo ad illud omnia alia referantur, aliquid quidem inquantum habet illud, aliquid autem inquantum facit illud, uel ſm alios huiuſmodi modos.

Quæ dicuntur obiectiones ua rie ſolu[illegible], & 3 con.

Patet igitur id quod olim in dubitationibus diximus, unius inquam facultatis eſſe, de his & de ſubſtātia rationem habere. Hoc autem unum erat E eorum, quæ diximus dubitando.

Palam ergo ꝙ in quæſtionibus dictum ex, quia uni eſt de his & de ſubſtantia ſermonem habere: hoc autem erat unum dubitatorum.

Parte. 4. Factūt q̄ſtiones 7 et 8 l. 3 motæ en p̄te cō ſiderantis

Inducit concluſionem ex omnibus præcedētibus. ſ. ꝙ huius ſcientiæ eſt ratiocinari de his communibus & de ſubſtantia: & hoc fuit unum quæſitum inter quæſtiones in tertio diſputatas. Lectio. IIII.

Atq; ipſius philoſophi nimirum eſt poſſe de omnibus contemplari. Nā ſi nō ad philoſophum idipſum pertineat, quiſnam erit quæſo, qui ſi idem ſit Socrates, & Socrates ſedens: aut ſi unum ſit uni cōtrarium, aut quidnam ſit cōtrarium, aut quot modis ipſum oppoſitumq; dicatur, & identidem de cęteris eiuſcemodi rebus conſiderabit? Cur igitur unius ut unum eſt, & eius quod eſt, ut ens eſt: hęc per ſe ſint affectus, ſed non ut numerus eſt, aut linea, aut ignis? patet illius eſſe ſcientiæ & quidnam ſint hæc cognoſcere, & ea quæ ipſis accidunt contēplari. F Atq; non hac parte aberrant ii, qui de ipſis conſiderant, uti non philoſophātes: ſed quia prius his eſt ſubſtantia, qua de nihil prorſus intelligunt. Nam ut & numeri quo numerus eſt proprii ſunt affectus, ueluti paritas, imparitas, commenſuratio, æqualitas, exceſſus, defectus: atq; hæc & per ſe, & inter ſeſe numeris competunt, et ſolido ſimiliter, et mobili ac immobili, & experti atq; participi ponderis ſunt affectus alii proprii: ſic & ei quod eſt, ut ens eſt: ſunt propria quædam: atq; hæc ſunt ea de quibus eſt philoſophi ueritatem conſiderare.

Te.co. 5. part. 2.

ET philoſophi eſt de omnibus poſſe ſpeculari. Nam ſi non philoſophi, quis eſt qui inueſtigat ſi idem Socrates & Socrates ſedens, aut ſi G unum uni contrarium, aut quid eſt contrarium, aut quoties dicitur, ſimiliter autem & de talibus? Quoniam ergo unius inquantum eſt unum, & entis inquantum eſt ens, eædem ſecundum ſe paſſiones ſunt: ſed nō inquantum numeri, aut lineę, aut ignis, palam quia illius ſcientiæ & quid eſt in eis cognoſcere & eorum accidentia. Et ideo non peccant qui de eis intendebant quaſi non philoſophātes, ſed quia primum eſt ſubſtantia de qua nihil audiunt. Quare ſicut ſunt & numeri & inquantum numeri propriæ paſſiones ſunt, ut imparitas & paritas, & menſuratio, æqualitas, excedentia, & defectio, & ea quæ ſecundum ſe & adinuicem inſunt numeris. Similiter autem et ſolido, & mobili, & immobili, & leui, & graui, ſunt alia propria: ſic entis H inquantum eſt ens quædam propria, & ea ſunt de quibus eſt philoſophi perſcrutari ueritatem.

HIC OSTENDIT per rationes communes ꝙ de omnibus prædictis philoſophus debet conſiderare, & primo oſtendit propoſitum. Secundo concluſionem inducit intentam, ibi: } Quod quidem igitur &c. } Circa primum duo facit. Primo oſtendit propoſitum. Secundo eſt dictis infert quoddam corollariū, ibi: { Et propter hoc &c. } Oſtendit autem primum tribus rationibus, ſecunda ibi: { Signum autem &c. } tertia ibi: { Amplius autem &c. } Prima ratio talis eſt. Omnes dubitationes quæ poſſunt moueri ſunt in aliqua ſcientia ſoluendæ. Sed de prædictis communibus mouentur quædam quæſtiones: ſicut de eodem & de diuerſo mouetur illa quæſtio, utrum ſit idem Socrates, & Socrates ſedens: & de contrariis mouetur iſta quæſtio, utrum unum ſit contrarium uni, & quot modis dici-

Infra pte ui le. pte. 7. huius lect. parte ſeq. Par. 3.

I tur: ergo oportet q in aliqua ſciẽtia iſta ſoluantur, quæ conſideret de eodem & cõtrario & alus prædictis. Et q hoc pertineat ad philoſophum & ad nullum alium ſic probat. Eius eſt conſiderare primas paſſiones entis, cuius eſt conſiderare ens ſm q eſt ens: ſed prædicta omnia ſunt per ſe accidentia entis & unius ſm q huiuſmodi. Sicut enim numerus inquantum huiuſmodi habet proprias paſſiones, ut ſuperfluum, æquale, commenſuratum & huiuſmodi, quorum quædam inſunt alicui numero abſolute, ut par & impar: quædam uni per comparationem ad alterum, ut æquale: & etiam ſubſtantia habet proprias paſſiones { ut firmum } ideſt corpus, & alia huiuſmodi. Similiter & ens inquantum ens, habet quædam propria quæ ſunt communia prædicta, ergo conſideratio eorum pertinet ad philoſophum. Et ideo tradentes philoſophiam non peccauerunt de his tractando tanquam { non philoſophantes } ideſt tanquam iſta non pertineant ad conſiderationem philoſophiæ. ſed quia de his tractantes de ſubſtãtia nihil audiunt, quaſi ſubſtantiæ omnino obliuiſcantur, cũ tamen ipſa ſit primum inter illa, de quibus philoſophus debet conſiderare.

Ens habet paſſiones.

K

Cuius hoc indicium eſt. Artifices namq; differẽdi atq; ſophiſtæ munus ipſius philoſophi ſubeũt. Sophiſtica enim facultas apparens eſt tantummodo ſapientia, & artes differendi de omnibus diſſerunt. Commune autem omnibus eſt id quod eſt. De hiſce uero propterea differunt, q hæc philoſophiæ propria ſunt. Circa namq; genus idem, & ſophiſtica, & differendi facultas, & philoſophia uerſatur. Sed ab altera quidem facultatis modo, ab altera autem electione uitæ, differre philoſophia uidetur. Atq; differendi quidem facultas de his eſt tentatrix, de quibus eſt philoſophia cognitiua: ſophiſtica autem apparet quidem, non tamen eſt.

Part. 2. Sophiſtę p priũ apparet eſt.

Signum autem. Dialectici namq; & ſophiſtę eãdem ſubinduunt figuram philoſopho, quia ſophiſta apparens eſt ſophia, & dialectici de omnibus diſputant: omnibus autem commune ens eſt. Diſputant autem & de his. ſ. quia ſophiſtæ ſunt ea communia. Nam circa idem genus uerſatur & ſophiſtica & dialectica cum philoſophia. Sed differt ab hac quidem modo poteſtatis, ab illa uero uitę prohæreſi ideſt electione. Eſt autem dialectica tentatiua, de quibus philoſophia eſt ſciens: ſophiſtica quidẽ uiſa, ens uero non.

L

Hic ponit ſecundam rationẽm ad idem oſtẽdendum quæ eſt per ſignum, quæ talis eſt. Dialectici & ſophiſtæ induunt figuram eandem philoſopho, quaſi ſimilitudinem cum eo habentes, ſed dialectici & ſophiſtæ diſputant de prædictis: ergo & philoſophi eſt ea conſiderare. Ad manifeſtationem autem primæ oſtendit quomodo dialectica & ſophiſtica cum philoſophia habeant ſimilitudinem, & in quo differunt ab ea. Cõueniunt autem in hoc q dialectici eſt conſiderare de omnibus. Hoc autem eſſe non poſſet niſi conſideraret omnia ſm q in aliquo uno conueniunt: quia unius ſcientiæ unum ſubiectum eſt, & unius artis una eſt materia circa quam operatur. Cum igitur omnes res non conueniant niſi in ente, manifeſtum eſt q dialecticæ materia eſt ens, & ea quæ ſunt entis, de quibus etiam philoſophus conſiderat. Similiter etiam ſophiſtica habet quandam ſimilitudinem philoſophiæ. Nam ſophiſtica eſt uiſa ſiue apparens ſapientia, non exiſtens. Quod autem habet apparentiam alicuius rei, oportet q aliquam ſimilitudinem cum illa habeat. Et ideo oportet q eadem conſideret philoſophus, dialecticus, & ſophiſta. Differunt autem abinuicem. Philoſophus quidem a dialectico ſm poteſtatẽ. Nam maioris uirtutis eſt conſideratio philoſophi quam cõſideratio dialectici. Philoſophus enim de prædictis communibus procedit demonſtratiue. Et ideo eius eſt habere ſcientiã de prædictis, & eſt cognoſcitiuus eorum per certitudinem. Nam certa cognitio ſiue ſcientia eſt effectus demonſtrationis. Dialecticus autem circa omnia prædicta procedit ex ꝓbabilibus, unde non facit ſcientiam, ſed quandam opinionẽ. Et hoc ideo eſt, quia ens eſt duplex, ens. ſ. rationis & ens naturæ. Ens autem rationis dicitur proprie de illis intentionibus, quas ratio adinuenit in rebus conſideratis, ſicut intentio generis, ſpeciei & ſimilium, quæ quidem, non inueniuntur in rerum natura, ſed conſiderationem rationis conſequũtur. Et huiuſmodi ſcilicet ens rationis eſt proprie ſubiectum logicæ Huiuſmodi autem intentiones intelligibiles, entibus naturæ æquiparantur, eo q omnia entia naturæ ſub conſideratione rationis cadunt. Et ideo ſubiectum logicæ ad omnia ſe extendit, de quibus ens naturæ prædicatur. Vnde concludit q ſubiectum logicæ æquiparatur ſubiecto philoſophiæ, q eſt ens nãæ. Philoſophus igitur ex principiis ipſius ꝓcedit ad probandum ea quæ ſunt conſideranda circa huiuſmodi communia accidentia entis. Dialecticus autem procedit ad ea conſideranda ex intentionibus rationis quæ ſunt extranea a natura rerum. Et ideo dicitur q dialectica eſt tentatiua quia tentare proprium eſt ex principiis extraneis procedere. A ſophiſta uero differt philoſophus { per hæreſi } ideſt electione uel uoluptate ideſt deſiderio uitæ. Ad aliud enim ordinat uitam ſuam & actionem philoſophus & ſophiſta. Philoſophus quidem ad ſciendum ueritatem, ſophiſta uero ad hoc q uideatur ſcire quamuis neſciat. Licet autem dicatur q philoſophia eſt ſcientia, non autem dialectica & ſophiſtica, non tamen per hoc remouetur quin dialectica & ſophiſtica ſunt ſcientiæ. Dialectica enim poteſt conſiderari ſm q eſt docens, & ſm q eſt utens. Secundum quidem q eſt docens habet conſiderationem de iſtis intentionibus inſtituens modum, quo per eas procedi poſſit ad concluſiones in ſingulis ſcientiis probabiliter oſtendendas, & hoc demonſtratiue facit, & ſm hoc eſt ſcientia. Vtens uero eſt ſm q modo adiuncto utitur ad concludendum aliquid probabiliter in ſingulis ſcientiis, & ſic recedit a modo ſcientiæ. Et ſimiliter dicendum eſt de ſophiſtica, quia prout eſt docens tradit per neceſſarias & demonſtratiuas rationes modum arguendi apparenter. Secundum uero q eſt utens, deficit a proceſſu ueræ argumentationis. Sed in parte logicæ quæ dicitur demonſtratiua ſolum doctrina pertinet ad logicam, uſus uero ad philoſophiam & ad alias particulares ſcientias quæ ſunt de rebus naturæ. Et hoc ideo, quia uſus demonſtratiuæ conſiſtit in utendo principiis rerum, de quibus fit demonſtratio, quæ ad ſcientias reales pertinet non utendo intentionibus logicis. Et ſic apparet q quædam partes logicæ habent ipſam ſcientiam & doctrinam & uſum ſicut dialectica tentatiua & ſophiſtica, quædam autem doctrinam & non uſum, ſicut demonſtratiua.

M

In quibus cõueniant aut diffe. ſãt philoſophus dialecticus & ſophiſta.

N

Ens rõnis ẽ ſubiectũ logicæ.

In quibus cõueniant & differãt philoſophus dialectic. & ſophiſt.

O

Dialectica q̃ñ docẽs q̃ñ utens.

P

Preterea contrariorum altera ſeries priuatio eſt, omniaq; in id quod eſt atque non eſt, & unum ac multitudinem reducuntur: ueluti quies quidem unius eſt, motus autem multitudinis.

Amplius contrariorum alia coelementatio priuatio, & omnia referuntur ad ens & ad non ens, & ad unum & ad pluralitatẽ: ut ſtatus unius, & motus pluralitatis.

Q

T. c. 6. Parte 3.

Hic ponit tertiam rationem quæ talis eſt. Quæcunq; reducuntur in unum & ens debent conſiderari a philoſopho, cuius eſt conſiderare unum & ens: ſed omnia contraria reducuntur ad unum & ens, ergo omnia contraria ſunt de conſideratione philoſophi, cuius eſt conſiderare unum & ens. Quod autem omnia contraria reducantur ad unum & ens, oſtendit quidem primo quantũ ad ens hoc modo. Inter duo contraria quæ a philoſophis principia ponuntur, ut in primo habitum eſt, ſemper unum quidem eſt alteri correlatiuum & ei coordinatum eſt, ut priuatio. Quod ex hoc patet, quia ſemper alterũ contrariorũ eſt imperfectum reſpectu alterius, & ſic quandã perfectionis priuationẽ alterius importat.

Lect. 6.

Priuatio

A Priuatio autem eſt quædam negatio, ut dictum eſt ſupra, & ſic eſt non ens. Et ſic patet q̄ omnia contraria reducuntur in ens & non ens. Similiter etiam oſtendit q̄ reducuntur in unũ & multitudinem per quoddam exemplum. Status enim ſiue quies reducitur in unitatem. Illud enim quieſcere dicitur qđ uno modo ſe habet nunc & prius, ut in 6. phy. traditur. Motus autem ad multitudinem pertinet, quia quod mouetur diuerſimode ſe habet nũc & prius, quod multitudinem importat. Deinde ibi.

Tex.3.

Tex.31.

Ea uero quę ſunt & ſubſtantiam, fere omnes ex contrariis componi fatentur. Omnes nanq; principia contraria dicunt eſſe. Quidam enim par & impar, quidam calidum frigidumq;, quidam finitum & infinitum, quidam concordiam diſcordiamue, principia eſſe dicunt.

Par.4. **Entia uero & ſubſtantiam confitentur fere omnes ex contrariis componi. Omnes enim principia contraria dicunt. Hi nanq; impar & par, illi uero calidum & frigidum, alii finitum & infinitum, alii**

B **amorem & odium**

Oſtendit alio modo q̄ contraria reducuntur ad ens, quia principia & principiata ſunt unius conſiderationis. Principia autem entium inquantum huiuſmodi cõfitentur philoſophi eſſe contraria. Omnes enim dicunt entia & ſubſtantias entiũ ex contrariis componi, ut in primo phyſicorum dictum eſt, & primo huius. Et quamuis in hoc cõueniant q̄ entium principia ſint contraria, differunt tamen quantum ad contraria quæ ponũt. Quidam enim ponunt par & impar, ſicut Pythagorici. Et alii calorem & frigus, ſicut Parmenides. Quidam finem ſiue terminum { & infinitum } ideſt finitum & infinitũ ſicut idem Pythagoras. Nam pari & impari, finitum & infinitum attribuebant, ut in primo habitum eſt. Alii concordiã & diſcordiam, ſicut Empedo. Patet ergo q̄ contraria reducũtur in conſiderationem entis. Deinde ulterius ibi.

Tex.10.

Tex.8.

Hęc autem omnia cæteraue in ipſum unũ multitudinemq; reduci uidentur. Sumatur enim a nobis ipſa reductio. Principia uero quæ ab aliis afferuntur, penitus in hæc ut in genera cadunt.

C

Par.5. **Omnia uero alia reducta uidentur ad unum & pluralitatem. Sumatur ergo illa reductio a nobis. Principia uero & omnia quę de aliis, ad unum & ens ut in genera ea cadunt.**

Dicit q̄ ſicut prædicta contraria reducuntur ad ens, ita habent reduci ad unum & multitudinem. Quod apparet. Nam imparitas aliquid unitatis habet propter indiuiſionem. Paritas autem ad naturam multitudinis pertinet propter ſuam diuiſionem. Sic autem finis ſiue terminus ad unitatem pertinet, quia eſt terminus omnis reſolutionis. Infinitum autem pertinet ad multitudinem quæ in infinitum augetur. Cõcordia etiam unitatis ẽ manifeſte. Diſcordia uero multitudinis. Calor autem ad unitatem pertinet inquantum habet unire homogenea. Frigus autem ad multitudinem inquantum habet ea ſeparare. Nec ſolum iſta contraria reducuntur ſic in unum & multitudinem, ſed etiam alia. Sed iſta reductio ſiue introductio ad unum & multitudinem accipiatur ſiue { ſumatur } .i. ſupponatur nunc à nobis, quia longum eſſet per ſingula contraria hoc diſcutere. Deinde oſtendit conſequenter q̄ omnia contraria reducuntur ad unum & ens. Conſtat enim q̄ omnia tam principia q̄ quæ ſunt { de aliis } .i. principiata inducunt in unum & ens tanquam in genera, nõ q̄ ſint uere genera, ſed rationem ſuæ communitatis quandam ſimilitudinem generum habent. Si igitur contraria omnia ſunt principia uel ex principiis, oportet q̄ ad unum & ens reducantur. Si igitur patet, quod dupliciter oſtendit, contraria reduci ad ens, primo per naturam priuationis, ſecũdo per hoc q̄ contraria ſunt principia. Quod uero reducantur ad unum oſtendit per exemplum, & per quandam reductionem. Finaliter autem oſtendit q̄ reducantur ad unum & ens inquantum ſunt genera.

D

Patet igitur ex his etiam unius eſſe ſcientiæ id quod eſt, ut ens eſt, cõtemplari. Vniuerſa enim aut contraria ſunt, aut ex contrariis conſtant. Principia uero contrariorum ſunt unum ipſum, ac multitudo. Hæc autem ſcientiæ ſunt unius, ſiue una, ſiue nõ una ratione dicantur, quemadmodum ſeſe fortaſſe rei ueritas habet. At tametſi multis modis dicitur ipſum unum, ad primum tamen cætera dicẽtur, & contraria ſimili modo. Et ſi id quod eſt, aut etiam ipſum unum non uniuerſale eſt, & idem de oĩbus uel ſeparabile, quemadmodum forſitan non eſt, alia tamen ad unum referuntur, alia deinceps ſunt collocata. E

Palam igitur ex his, quia unius eſt ſcientiæ ens inquantum eſt ens ſpeculari. Omnia nanq; aut ex contrariis, aut contraria. Principia uero contrariorum unum & pluralitas, & ea unius ſcientiæ, ſiue ſm̄ unum dicuntur, ſiue non: ut forſan habet ueritas. Attñ & ſi multipliciter dicitur unum, ad principiũ oĩa dicentur, & contraria ſimiliter. Et propter hoc ſi non ens & unum uniuerſaliter idẽ in oĩbus, aut ſeparabile, ut forſan non eſt: ſed hoc quidem ad unum, illud uero ad ea quæ cõſequenter ſunt. parte.6. F

Hic oſtendit conuerſim. ſ. q̄ iſta ſcĩa conſiderat ens, quia conſiderat prædicta tali rõne. Oĩa entia reducuntur ad contraria, quia uel ſunt contraria, uel ſunt ex contrariis. Contraria uero reducuntur ad unum & multitudinem, quia unum & multitudo ſunt principia contrariorum. Vnum autem & multitudo ſunt unius ſciæ ſ. philoſophiæ. ergo & eius eſt cõſiderare ens ſm̄ q̄ eſt ens. Sciendum eſt tñ q̄ prædicta oĩa in unius ſciæ conſiderationem cadũt ſiue dicantur { ſm̄ unũ } .i. uniuoce, ſiue non, ſicut fortaſſe uerum eſt. Sed tñ q̄uis unũ dicatur multiplr̄, oĩa tñ alia .i. oẽs ſignificationes reducũtur ad unam primam ſignificationem. Et ſilr̄ eſt ẽt de contrariis quæ dicuntur multiplr̄, ſed oẽs ſignificationes ad unam primam reducuntur. Et propter hoc ſi ẽt unum & ens non eſt unum uniuerſale quaſi genus exiſtens, ſicut ſupra ponebatur ſiue dicamus q̄ ule ſit unum in oĩbus ſm̄ opinionem noſtrã, ſiue q̄ ſit aliquid ſeparatum à rebus ſm̄ opinionem Platonis, ſicut fortaſſe non eſt uerum: tñ dicuntur ſm̄ prius & poſterius, ſicut & aliæ ſignificationes referuntur ad unum primum, & aliæ ſe hñt conſequẽter reſpectu illius primi. Vtitur tñ aduerbio dubitandi, quaſi nunc ſupponens quæ inferius probabuntur. Sciendum tñ eſt q̄ hoc quod dixit oĩa entia contraria eſſe uel ex contrariis, non poſuit ſm̄ ſuam opinionem, ſed accepit quaſi opinionem philoſophorum antiquorũ entia .n. immobilia nec ſunt contraria, nec ex contrariis. Vñ nec Plato circa ſenſibiles ſubſtantias immobiles poſuit cõtrarietatem. Fecit .n. unitatem ex parte formæ, contrarietatem ex parte materiæ. Antiqui uero philoſophi ſolummodo ſubſtantias ſenſibiles poſuerunt, in quibus neceſſe eſt contrarietatem eſſe ſm̄ q̄ mobiles ſunt. Deinde cum dicit.

Nõ oĩa entia ſũt cõtraria aut ex cõtrariis ut uoluerunt antiq̄ G

H

Et idcirco geometriæ non eſt quidnam ſit contrarium, aut perfectum, aut ens, aut unum aut idẽ aut diuerſum conſiderare, niſi ex ſuppoſitione.

Et propter hoc non eſt geometriæ ſpeculari q̄d contrarium aut perfectum, aut unum, aut ens, aut idem, aut diuerſum, niſi ex conditione. parte.7.

Inducit quoddam corollarium ex prædictis dicẽs, q̄ geometriæ non eſt ſpeculari de prædictis, quæ ſunt accidentia entis inquantum eſt ens ſ. quid eſt contrarium, aut quid eſt perfectum, & huiuſmodi. Sed ſi conſideret, hoc erit { ex conditione } .i. ex ſuppõne, quaſi ſupponẽs ab aliquo priori philoſopho à quo ſumit quantum eſt neceſſarium ad ſuam materiã. Et hoc quod dicitur de geometria, ſimiliter eſt intelligendum in qualibet alia particulari ſcĩa. Deinde cũ dicit.

1 Perſpicuum igitur eſt ad unam ſcientiam pertinere id quod eſt, ut ens eſt: & ea quę inſunt ipſi, ut tale eſt contemplari, & non ſolum ſubſtantiarum, ſed etiam eorum quæ competunt ſcientiam eandem eſſe contemplatricem: eorum inquam quę diximus, & de priore poſterioreue, & genere, & toto & ſpecie ac parte, & huiuſcemodi cæteris.

Parte 8. Quod quidem igitur unius ſcientiæ eſt ens inquantum ens ſpeculari, & quæ inſunt ei inquantū ens, manifeſtum. Et quia non ſolum ſubſtantiarū ſed accidentium eadem eſt theoria, & dictorum, & de priore & poſteriore, & de genere & ſpecie, & toto & parte, & talibus aliis.

Colligit quæ ſunt ſupra oſtenſa dicens, manifeſtum eſſe ꝙ ad unam ſcientiam pertinet conſiderare eos ſecundum ꝙ eſt ens, & ea quæ per ſe illi inſunt. Et per hoc patet ꝙ illa ſcię k tia non ſolum eſt conſideratiua ſubſtantiarum, ſed etiam accidentium, cum de utriſq; ens prædicetur. Et eſt conſideratiua eorum quæ dicta ſunt ſcilicet eiuſdem & diuerſi, ſimilis & diſſimilis, æqualis, & inæqualis, negationis, & priuationis, & Lec. 1. quarti libri. contrariorum quæ ſupra diximus eſſe per ſe entis accidentia. Et non ſolum eſt conſideratiua iſtorum de quibus oſtenſum eſt ſigillatum propriis rationibus quæ cadunt in conſideratione huius ſcientiæ, ſed etiam conſiderat de priori & poſteriori, genere & ſpecie, toto & parte, & aliis huiuſmodi pari ratione, quia hæc etiam ſunt accidentia entis inquantum eſt ens. Lect. V.

Poſt hæc autem dicendum eſſe uidetur, utrum unius, an diuerſarum ſcientiarum ſit de hiſce principiis, quæ in mathematicis appellantur dignitates, ac de ſubſtantiis contemplari.

T. co. 7. Parte 1. Dicendum autem utrum unius aut diuerſæ ſcientiæ, de uocatis in mathematicis dignitatibus & ſubſtantia.

L Lec. 5. HIC ſoluit aliam quæſtionem in tertio motam ſcilicet utrum ad iſtam ſcientiam pertineat conſiderare prima principia demonſtrationis. Et diuiditur in duo. Primo oſtendit ꝙ eius eſt conſiderare uniuerſaliter de omnibus his principiis. Secundo ſpecialiter de primo eorum. ibi { Congruit autem &c. } Circa primum tria facit. Primo mouet quæſtionem quæ eſt. Vtrum unius ſcientiæ ſit conſiderare de ſubſtātia, & de principiis quæ in ſcientiis mathematicis uocantur di- Lect. ſeq. Parte 1 & ſeq. 2. & 3. gnitates, aut eſt alterius, & alterius ſcientiæ conſiderare. Appropiat autem iſta principia magis mathematicis ſcientiis; quia certiores demonſtrationes habent, & manifeſtius iſtis principiis per ſe notis utuntur, omnes ſuas demonſtrationes ad hæc principia reſoluentes.

Patet itaque non ad diuerſas, ſed ad unam horum etiam conſiderationem, & ad philoſophi ſciētiam pertinere.

Parte 2. M Palam autem quia unius eſt, & eius quæ eſt philoſophi, quæ de his perſcrutatio.

Secundo ſoluit quæ quidem ſolutio eſt, quia una ſcientia intendit de utriſq; prædictis. Et hæc eſt philoſophia quæ præ manibus habetur.

Vniuerſis enim quæ ſunt, ſed non generi cuiquam ſeorſum a cæteris accommodantur, atque utuntur quidem his omnes ex eo, quia ſunt eius quod eſt, qua ratione eſt ens. Et genus unūquodque eſt ens. Eouſque tamen utuntur, quouſque ſatis eſt ipſis, ideſt quoad occupat genus, de quo afferunt demonſtrationes. Quare cum pateat, hęc ipſis ut entia ſunt, uniuerſis competere: hoc eſt enim ipſis commune: horum quoq; contemplatio eius eſt profecto, qui id quod eſt, ea ratione qua eſt ens contemplatur.

Part. 3. Omnibus enim inſunt exiſtentibus, ſed non generi alicui ſeparatim ab aliis: & utuntur omnes, quia entis inquantum eſt ens. Vnumquodque enim genus eſt ens. Intantum uero utuntur, inquantum eis eſt ſufficiens. Hoc autem eſt quantum continet genus, de quo demonſtrationes ferūt. Quare quoniam manifeſtum eſt ꝙ inquantum ſunt entia inſunt omnibus, hoc enim eis eſt commune de ente inquantum eſt ens cognoſcentis, & de eis eſt ſpeculatio. N

Tertio probat ſolutionem propoſitam, & circa hoc duo facit. Primo probat propoſitum. Secundo concluſionē principalem inducit ibi { Quoniam igitur &c. } Probat autem ſolutionem propoſitam dupliciter. Primo per rationem. Secundo per ſignum. ibi { Vnde nullus &c. } Ratio talis eſt. Quæcunq; inſunt omnibus entibus, & non ſolum alicui generi entium ſeparatim ab aliis, hæc pertinent ad conſiderationem philoſophi. Sed prædicta principia ſunt huiuſmodi: ergo pertinent ad conſiderationem philoſophi. Minorem ſic probat. Illa quibus utuntur omnes ſcientiæ, ſunt entis inquantum huiuſmodi. Sed prima principia ſunt huiuſmodi: ergo pertinent ad ens inquantum eſt ens. Rationem autem quare omnes ſcientiæ eis utuntur ſic aſſignat, quia unumquodque genus ſubiectum alicuius ſcientiæ, recipit prædicationem entis. Vtuntur autem principiis prædictis ſcientiæ particulares non ſecundum ſuam communitatem, prout ſe extendunt ad omnia entia, ſed quantum ſufficit eis. Et hoc ſecundum continentiam generis, quod in ſcientia ſubiicitur, de quo ipſa ſcientia demonſtrationes affert. Sicut ipſa philoſophia naturalis utitur eis ſm ꝙ ſe extendunt ad entia mobilia, & non ulterius. Deinde cum dicit. Parte 7. Lec. huius Parte. ſeq. O

Quocirca nemo eorum qui partes conſiderant, de his ipſis quicquā dicere aggreditur, ſi ſint uera inquam, necne: nec arithmeticus nec geometra.

Vnde nullus particulariter intendentium nititur dicere aliquid de eis ſi uera aut non, neq; geometra, neq; arithmeticus. Part. 4. P

Probat quod dixerat per ſignum, & primo inducit probationem. Secundo excludit quorundam errorem ibi { Sed quoniam eſt adhoc. } Dicit ergo primo, ꝙ nullus intendens primo tradere ſcientiam alicuius particularis entis, conatus eſt aliquid dicere de primis principiis, utrum ſint uera aut nō: nec geometra, aut arithmeticus, qui tñ iſtis principiis plurimum utuntur, ut ſupra dictum eſt. Vnde patet ꝙ conſideratio dictorum principiorum ad hanc ſcientiam pertinet. Deinde cum dicit. Parte ſeq circa med.

Sed naturalium quidam duntaxat idipſum non incongrue facientes. ſoli nanq; de natura tota, & de eo quod eſt conſiderare putabant. Verum cum ſit quidam ſuperior naturali: natura nanq; genus eſt unum quoddam ipſis quod eſt: ad uniuerſalem ſane, atq; ad eum qui primę eſt ſubſtantiæ contēplator horum quoq; conſideratio pertinebit. Facultas autem naturalis eſt quidem & ipſa ſapientia q̄dam, ſed non prima. Q

Niſi phyſicorum quidam merito hoc facientes. Soli nanq; putantur de tota natura intēdere & de ente. Sed quoniam eſt adhuc phyſico aliquid ſuperior. Vnum enim aliquod genus eſt natura entis ipſius uniuerſalis, & circa ſubſtantiam primam theorizantis .i. ſpeculantis, & de his erit perſcrutatio. Eſt autem ſophia ideſt ſapientia quædam phyſica, ſed non prima. Parte. 5.

Excludit errorē quorūdam, & circa hoc duo facit. Primo excludit errorē eoꝝ, qui de p̄dictis ſe intromittebant cū ad eos non pertinerent. Secundo eoꝝ qui de eis alio mō solebant tractare q̄ de eis ſit tractandū. ibi { Quicunq; aūt utuntur &c. } Dicit ergo primo, ꝙ q̄uis nulla ſcientiarum particularium de prædictis principiis ſe intromittere debeat, qui- parte ſeq.

dam

A dam tamen naturalium de his ſe intromiſerunt. Et hoc nõ ſine ratione. Antiqui enim non opinabantur aliquam ſubſtantiam eſſe præter ſubſtantiam corpoream mobilem, de qua phyſicus tractat. Et ideo creditum eſt q̃ ſoli determinet de tota natura, & per conſequẽs de ente. Et ita etiam de primis principiis quæ ſunt ſimul conſideranda cum ente. Hoc autem falſum eſt, quia adhuc eſt quædam ſcientia ſuperior naturali. Ipſa enim natura i. res naturalis hñs in ſe principiũ motus in ſeipſa eſt unum aliquod genus entis uñs. Non enim omne ens eſt huiuſmodi, cum probatum ſit in. 8. phyſi. eſſe aliquod ens immobile. Hoc autem ens immobile ſuperius eſt & nobilius ente mobili, de quo conſiderat naturalis. Et quia ad illam ſcientiam pertinet conſideratio entis communis, ad quam pertinet conſideratio entis primi, ideo ad aliã ſcientiam q̃ ad naturalem pertinet conſideratio entis communis, & eius etiam erit conſiderare huiuſmodi principia cõmunia. Philoſophica enim eſt quædam pars philoſophiæ ſed non prima quæ cõſiderat ens commune, & ea quæ ſunt eius inquantum huiuſmodi. Deinde cum dicit.

T. c. 48. & lect. 12.

Qui uero dicere de ueritate ipſorum quonam B pacto ſit acceptanda aggrediuntur, ob ineruditionem reſolutiuorum id ſane faciũt. Accedere enim de his antea ſcientes, ſed non audientes quærere oportet.

Te. c. 8. Parte. 6. Quicunque uero conantur dicentium dicere quid de ueritate quo oportet modo recipere, propter ignorantiam analyticorum hoc faciut. Oportet enim de his peruenire ſcientes, ſed non audientes quærere.

Excludit alium errorem circa modum tractandi huiuſmodi principia. Quidam enim tractabant de iſtis principiis uolentes ea demonſtrare, & quæcunq; iſti dixerunt de ueritate prædictorum principiorum, quomodo oporteat ea recipere per uim demonſtrationis, uel quomodo oporteat contingere ueritatem in omnibus iſtis ita ſe, habere hoc fecerũt propter ignorantiam, uel propter inſtructionem { analyticorum } ideſt illius partis logicæ in qua ars demonſtrandi tra C ditur, quia oportet ſcientes de his peruenire ideſt omnis ſciẽtia per demõſtrationem acquiſita ex his principiis cauſatur. Sed non oportet { audientes } ideſt diſcipulos inſtruendos in aliqua ſcientia quærere de his, ſicut de aliquibus demonſtrandis. Vel ſm aliam literam { oportet de his peruenire ſcientias } ideſt oportet q̃ qui acquirunt ſcientiam per demonſtrationem perueniant ad cognoſcendum huiuſmodi principia communia, & non q̃ quærant ea ſibi demonſtrari. Deinde cum dicit.

Patet igitur ad philoſophum, & ad eum qui de omni ſubſtantia ea ratione qua naturæ talis eſt cõtemplatur, & de principiis ratiocinationis ſpectare conſiderare.

Parte. 7. Qm̃ igitur philoſophi, & de omni ſubſtantia ſpeculantis inquantum congruit, & de omnibus ſyllogiſticis principiis eſt perſcrutari, palam.

D

Quæ ſit ꝓpoſitio per ſe nota.

Concludit concluſionem principaliter intentam. ſ. q̃ philoſophi erit conſiderare de omni ſubſtantia inquantum huiuſmodi, & de primis ſyllogiſmorum principiis. Ad huius autem euidentiam ſciẽdum q̃ propoſitiones per ſe notæ ſunt, quæ ſtatim notis terminis cognoſcuntur, ut dicitur primo poſte. Hoc autem cõtingit ĩ illis propoſitionibus in quibus ꝓdicatum ponitur in diffinitione ſubiecti, uel prædicatum eſt idem ſubiecto. Sed contingit aliquam propoſitionem quantum in ſe eſt eſſe pe ſe notam, non tamen eſſe per ſe notam omnibus, qui ignorant diffinitionem prædicati & ſubiecti. Vnde Boetius dicit in lib. de hebdo. q̃ quædam ſunt per ſe nota ſapientibus, quæ non ſunt per ſe nota omnibus. Illa autem ſunt per ſe nota omnibus quorum termini in conceptionem omnium cadũt. Huiuſmodi autem ſunt communia, eo q̃ noſtra cognitio a communibus ad propria peruenit, ut dicitur in primo phyſi. Et ideo iſtæ propoſitiones ſunt prima

Tex. c. 4.

demonſtrationum principia, quæ componuntur ex terminis communibus, ſicut totum & pars, ut: Omne totum eſt maius ſua parte: & ſicut æquale & inæquale, ut: Quæ uni & eidem ſunt æqualia, ſibi ſunt æqualia. Et eadem ratio eſt de ſimilibus. Et quia huiuſmodi communes termini pertinent ad conſiderationem Philoſophi, ideo hæc principia de conſideratione Philoſophi. Determinat autem ea Philoſophus nõ demonſtrando, ſed rationes terminorum tradendo, ut quid totum, & quid pars, & ſic de aliis. Hoc autem cognito ueritas prædictorum principiorum manifeſtat relinquitur. E

Lectio. VI.

Attinet autem ad eum qui maxime circa unum quodq; genus cognoſcit, affirmare firmiſſima rei principia poſſe, quare & ad eum etiam pertinet omnium poſſe firmiſſima principia aſſignare, qui de hiſce quę ſunt, ut entia ſunt, cognoſcit. Atq; hic eſt ipſe philoſophus.

Congruit autem maxime cognoſcẽtem circa unumquodq; genus, habere dicere firmiſſima rei principia. Quare & de entibus inquã F tum ſunt entia omnium firmiſſima. Eſt autem hic philoſophus ipſe.

HIC oſtẽdit principaliter q̃ ad primum philoſophum pertinet conſiderare de primo demonſtrationis principio, & circa hoc duo facit. Primo oſtendit q̃ eius eſt de ipſo cõſiderare. Secundo de ipſo tractare incipit ibi: { Principium uero &c. } Circa primum tria facit. Primo oſtẽdit q̃ huius ſcientiæ eſt conſiderare de primo demonſtrationis principio. Secundo oſtendit quid ſit illud. ibi { Et firmiſſimũ &c. } Tertio excludit quoſdam errores circa idem principium, ibi: { Sunt autem quidam &c. } Vtitur autem ad primum tali ratione. In unoquoq; genere ille eſt maxime cognoſcitiuus, qui certiſſima cognoſcit principia, quia certitudo cognitionis ex certitudine principiorum dependet. Sed primus philoſophus eſt maxime cognoſcitiuus & certiſſimus ĩ ſua cognitione. Hæc enim erat una de conditionibus ſapientis, ut in proœmio huius libri patuit. ſ. q̃ eſſet certiſſimus cognitor cauſarum, ergo philoſophus debet conſiderare certiſſima & firmiſſima principia: circa entia, de quibus ipſe conſiderat ſicut de genere ſibi proprie ſubiecto. G

Parte. 1. Lec ſeq. parte ſeq. Parte 4. huius lect. Primũ principiũ ſimpli ẽ metaphyſi cõſiderare.

Firmiſſimum autem id omnium principium eſt circa quod fieri non poteſt ut quiſquam decipiatur. Tale nanq; neceſſe eſt notiſſimum eſſe, quippe cum uniuerſi circa ea quæ non cognoſcunt, decipiantur. Et ſuppoſitionem nõ eſſe. Quod enim neceſſe eſt eum habere, qui quoduis eorũ quæ ſunt percipit, id ſuppoſitionis rationẽ non ſubit. Quod uero neceſſe eſt eum cognoſcere, qui quoduis eorum quæ ſunt, cognoſcit, id & habentem ipſum uenire neceſſe eſt. Patet igitur tale principium firmiſſimum omnium eſſe.

Et firmiſſimum omnium principiorum eſt, cõtra quod mentiri impoſſibile eſt: notiſſimũ enim eſſe tale eſt neceſſe. Nam circa ea quæ ignorant, decipiuntur omnes. Et non cõditionale. Quod enim neceſſarium habere quodcunq; entium intelligentem, hoc non conditionale. Quod autem cognoſcere eſt neceſſarium quodcunq; cognoſcentem, & uenire habenti eſt neceſſe. Quod quidem igitur tale principium oium ſit firmiſſimum palam. H

Parte 2. Nota cõditiones principii ĩ gnoſſiuia.

Hic oſtendit quid ſit firmiſſimum ſiue certiſſimum principium, & circa hoc duo facit. Primo dicit quæ ſunt conditiones certiſſimi principii. Deinde adaptat eas uni principio. ibi { Quid uero ſit &c. } Ponit ergo primo tres conditiones firmiſſimi principii. Prima eſt q̃ circa hoc non poſſit aliquis mentiri ſiue errare. Et hoc patet, quia cum homines non decipiantur niſi circa ea quæ ignorant, ideo circa quod non po-

Parte ſeq. Prima firmiſſimi. ſcilũ abſolutum.

I reſt aliquis decipi, oportet eſſe notiſſimum. Secunda conditio eſt ut ſit { non conditionale } ideſt non propter ſuppoſitionem habitum, ſicut illa quæ ex quodam conducto ponuntur. Vnde alia tranſlatio habet. { Et non ſubiiciantur } ideſt non ſubiiciãtur ea quæ ſunt certiſſima principia. Et hoc ideo quia illud quod neceſſarium eſt habere intelligentem quæcunq; entium { hoc non eſt conditionale } id eſt nõ eſt ſuppoſitum, ſed oportet per ſe eſſe notum. Et hoc ideo quia ex quo ipſum eſt neceſſariũ ad intelligendum quodcunq;, oportet q quilibet qui alia eſt cognoſcens, ipſum cognoſcat. Tertia conditio eſt ut non acquiratur per demonſtrationem uel alio ſimili modo, ſed adueniat quaſi per naturam habenti ipſum, quaſi ut naturaliter cognoſcatur, & non per acquiſitionem. Ex ipſo enim lumine naturalis intellectus agentis prima principia fiunt cognita, nec acquiruntur per ratiocinationes, ſed ſolum per hoc q eorum termini innoteſcunt. Quod quidem fit per hoc q a ſenſibilibus accipitur memoria, & a memoria experimentum, & ab experimento illorum terminorum cognitio, quibus cognitis cognoſcuntur huiuſmodi propoſitiones communes, quæ ſunt artium & ſciẽtiarum

Tertia conditio ex terminis.

K principia. Manifeſtum eſt ergo quod certiſſimum principium ſiue firmiſſimum, tale debet eſſe, ut circa id non poſſit errari, & q non ſit ſuppoſitum, & q adueniat naturaliter. Deinde cum dicit.

At quidnam ſit illud. deinceps dicamus oportet. Hoc itaq; pricipiorum omnium firmisſimum eſt, fieri inquam non poſſe, ut idem ſimul inſit, & non inſit eidem, atq; per idem. Addantur autẽ &c. cuncta quæ ad differendi difficultates dimouendas olim determinauimus. Habet enim iam dictã conditionem. Fieri enim non poteſt, ut idem eſſe quiſpiam, atq; non eſſe exiſtimet; ut quidam Heraclitũ dicere arbitrantur. Non enim neceſſe eſt, quę quiſpiã dicit, ea & ita eſſe ipſum exiſtimare. Quod

L ſi fieri nequit, ut contraria ſimul inſint eidem, addantur autem & huic præpoſitioni quæ addi ſolent, ſuntq; opiniones contrariæ quæ contradictoriæ aduerſantur. Patet impoſſibile eſſe, ſimũl idem eſſe, atq; nõ eſſe eundem exiſtimare. Habebit enim contrarias opiniones ſimul profecto, qui circa hoc eſt deceptus. Quapropter omnes qui demonſtrãt, ad hanc opinionem ultimam demonſtrationes reducunt. Hæc enim principium eſt natura cæterarum etiam omnium dignitatum.

Te.cõ. 9. Parte. 3. Idẽ eſſe & non eſſe.

Quid uero ſit illud, poſt ho dicamus. Idem.n. ſimul eſſe, & non eſſe in eodem, ſm idem, eſt impoſſibile, & quæcunq; alia determinaremus, utiq; ſint determinata ad logicas difficultates. Hoc autem omnium firmisſimum eſt principium. Habet enim dictam determinationem. Impoſſibile nanque quemcunq; idem ſuſcipere eſſe & non eſſe.

M Quemadmodum quidem quidam putant dicere Heraclitum. Non enim eſt neceſſe quæ aliquis dicit, hoc & ſuſcipere. Si uero non, contingit ſimul ineſſe eidem contraria. Determinentur ergo nobis eadem propoſitione conſueta. Contraria uero eſt opinio opinioni quæ contradictionis. Palam quia impoſſibile ſimul ſuſcipere eundem eſſe & non eſſe idem. Simul enim habebit contrarias opiniones, qui de hoc eſt mentitus. Quare propter omnes demonſtrantes in hanc reducũt ultimam opinionem. Natura nanq; principium, & aliarum dignitatum, hæc omnium.

Primo eſt cõm ca. 3

Oſtendit cui principio prædicta determinatio conueniat, & dicit q huic principio conuenit tãquam firmiſſimo, q eſt ipoſſe eidẽ ſimul ineſſe & nõ ineſſe idẽ. Sed addendum eſt & ſm idem. Et etiam alia ſunt determinanda circa hoc principium, quæcunq; determinari contingit ad logicas difficultates, ſine quibus uidetur contradictio cum non ſit. Quod autem prædicta huic principio conueniãt ſic oſtendit. Impoſſibile enim eſt quæcunq; { ſuſcipere } ſiue opinari q idem ſit ſimul & non ſit, quamuis quidam arbitrentur Heraclitũ hoc opinatum fuiſſe. Verum eſt autem q Heraclitus hoc dixit, non tamen hoc potuit opinari. Non enim neceſſarium eſt q quicquid aliquis dicit, hæc mẽte ſuſcipiat uel opinetur. Si autem aliquis diceret q contingeret aliquem opinari idem ſimul eſſe & non eſſe, ſequitur hoc inconueniens q contingit contraria eidẽ ſimul ineſſe. Et hæc { determinentur nobis } ideſt oſtendantur quadam propoſitione conſueta & in logicis determinata. Oſtenſum eſt enim in fine peri Hermenias q opiniones ſunt contrariæ, non quæ ſunt contrariorum, ſed quæ ſunt contradictionis, per ſe loquendo. Hæ enim nõ ſunt contrariæ opiniones primo & per ſe, ut ſi unus opinẽtur q Socra. eſt albus, & alius opinetur q Socra. eſt niger: Sed q unus opinetur Socra. eſt albus, & alius opinet Socra. non eſt albus. Si igitur quis opinetur ſimul duo contradicto-

N

O ria eſſe uera, opinando ſimul idem eſſe & non eſſe, habebit ſimul contrarias opiniones. Et ita contraria ſimul inerunt eidem, quod eſt impoſſibile. Non igitur contingit aliquem circa hæc interius mentiri, & q opinetur ſimul idem eſſe & nõ eſſe. Et propter hoc omnes demonſtrationes reducunt ſuas propoſitiones in hanc propoſitionem, ſicut in ultimam opinionem omnibus communem. Ipſa enim eſt naturaliter principium & dignitas omniũ dignitatum. Et ſic patent aliæ duæ conditiones, quia inquantum in hanc reducunt demonſtrantes omnia ſicut in ultimum reſoluendo patet q nõ habetur ex ſuppoſitione. Inquantum uero eſt naturaliter principium ſic patet q aduenit habenti, & non habetur per acquiſitionẽ. Ad huius autem euidentia ſciendum eſt q cum duplex ſit operatio intellectus, una qua cognoſcit quodquid eſt, quæ uocatur indiuiſibilium intelligentia, alia qua componit & diuidit, in utroq; eſt aliquod primum. In prima quidem opera-

P tione eſt aliquod primum quod cadit in conceptione intellectus. ſ. hoc q dico ens, nec aliquid hac operatione poteſt mẽte concipi, niſi intelligatur ens. Et quia hoc principium, impoſſibile eſt eſſe & non eſſe ſimul, dependet ex intellectu entis, ſicut hoc principium, Omne totum eſt maius ſua parte, ex intellecto totius & partis. Ideo hoc etiam principium eſt naturaliter primum in ſecũda operatione intellectus. ſ. componentis & diuidentis. Nec aliquis poteſt ſecundum hanc operationem intellectus aliquid intelligere, niſi hoc principio intellecto. Sicut enim totum & partes non intelliguntur niſi intellecto ente, ita nec hoc principium, Omne totũ eſt maius ſua parte, niſi intellecto prædicto principio firmiſſimo. Deinde cum dicit.

Ens eſt de conceptione omnium.

Sunt autem quidam, qui, uti diximus, fieri poſſe dicunt, & idem ſit, atq; nõ ſit, & ita exiſtimet. Atq; hac ſententia naturaliũ quoq; complures utũtur. Nos uero nũc, ut impoſſibile id accepimus, ſimul inquam eſſe, atq; nõ eſſe: & per idipſum principiorum omnium hoc firmisſimum eſſe oſtendimus.

Q

Sunt autem quidã, qui, ut diximus, dicebant cõtingere idẽ eſſe & non eſſe & exiſtimare ita. Vtuntur autem ratione hac multi eorũ qui de natura. Nos autem nunc accipimus quaſi impoſſibili exiſtente ſimul eſſe & non eſſe, & per hoc oſtẽdemus q firmisſimum id principiorum eſt omnium.

Parte. 4. Primus error circa primum principium.

Oſtẽdit quomodo circa prædictum principium ab aliquibus eſt erratum, & circa hoc duo facit. Primo tangit errorẽ illorum qui contradicebant prædicto principio. Secundo eorum qui ipſum demonſtrare uolebant. ibi { Dignantur autem &c. } Dicit ergo q quidam ſicut dictum eſt de Heraclito, dicebant q contingit idem ſimul eſſe & non eſſe, & q cõtingit hoc exiſtimare. Et hac poſitione utuntur multi naturales, ut infra patebit. Sed nos nunc accipimus ſupponendo predictum principium eſſe uerum. ſ. q impoſſibile ſit idẽ

parte ſeq.

Te.cõ. 24

A eſſe & non eſſe, ſed ex ſui ueritate oſtendimus q̄ eſt certiſſimum. Ex hoc enim q̄ impoſſibile eſt eſſe & non eſſe, ſequetur q̄ impoſſibile ſit contraria ſimul ineſſe eidem, ut infra dicetur. Et ex hoc q̄ contraria non poſſunt ſimul ineſſe, ſequitur q̄ homo non poſſit habere contrarias opiniones, & per conſequens q̄ non poſſit opinari contradictoria eſſe uera, ut oſtenſum eſt. Deinde cum dicit.

Lect. 15. ca. pia...

At ſunt qui ob ruditatem & hoc demonſtrandum eſſe cenſent. Eſt enim profecto ruditas non diſcernere quorum quęrere, & quorum non quęrere demonſtrationem oportet. Omnino nāq; fieri nequit, ut omnium ſit demonſtratio. In infinitum enim erit abitio, ut neq; hoc pacto ſit ulla penitus demonſtratio. Quod ſi quorūdam demonſtrationem quærere non oporteat, quod magis tale principium eſſe cenſent, aſſignare ſane non poſſent.

Parte. 5.

Dignantur autem & hoc demonſtrare quidam propter apędeuſiam ideſt hebetudinem & indocilitatem animi ad ſciendum. B Eſt enim apędeuſia non cognoſcere, quorum oportet quęrere demonſtrationem, & quorum nō oportet. Totaliter quidem enim omnium eſſe demonſtrationem eſt impoſſibile. Nam in infinitum procederet, ut nec ita foret demonſtratio. Si uero quorundam nō oportet demonſtrationem quęrere, quod dignantur magis eſſe tale principium, non habent dicere.

Tangit errorem quorundam, qui prædictum principium demonſtrare uolebant, & circa hoc duo facit. Primo oſtendit q̄ non poſſit demonſtrari ſimpliciter. Secūdo q̄ aliquo modo poteſt demonſtrari. ibi { Eſt autē demonſtrare &c. } Dicit ergo primo, q̄ quidam dignum ducunt, ſiue uolunt demonſtrare prædictum principium. Et hoc { propter apedeuſiam } ideſt ineruditionem ſiue indiſciplinationem. Eſt enim ineruditio q̄ homo neſciat quorum oportet quærere demonſtrationem, & quorū non. Non .n. poſſunt omnia demonſtrari. C Si enim omnia demonſtrarentur, cum idem per ſeipſum non demonſtretur, ſed per aliud, oporteret eſſe circulum in demonſtrationibus. Quod eſſe non poteſt, quia ſic idem eſſet notius & minus notum, ut patet in primo poſteriorum. Vel oporteret procedere in infinitum. Sed ſi in infinitum procederetur, non eſſet demonſtratio, quia quælibet demonſtrationis concluſio redditur certa per reductionem eius in primum demonſtrationis principium, quod non eſſet ſi in infinitum demonſtratio ſurſum procederet. Patet igitur q̄ non ſunt omnia demonſtrabilia. Et ſi aliqua ſunt non demōſtrabilia, non poſſunt dicere q̄ aliquod principium ſit magis indemonſtrabile q̄ prædictum.

Incidit error circa ꝑ ... principium.

Lectio. 8.

Licet tamen hoc quoq; demonſtrare redarguēdo, impoſſibile inquam eſſe atq; non eſſe, ſi modo is qui contendit quippiam dicat. Quod ſi nihil dicat, D ridiculum eſt profecto ab eo rationem quęrere qui nullius rationem habet, ut rationem non habet. Talis enim homo perſimilis iam eſſe uidetur, ut talis eſt, plantę. Demonſtrare autem redarguendo, & demonſtrare, differre dico. Qui nanque demonſtrat, uidebitur id quod initio quæritur poſtulare. Si uero alius ſit huius cauſa, redargutio non demonſtratio erit.

Parte. 6.

Eſt autem demōſtrare elenchice, & de hoc, quia impoſſibile ſi ſolum aliquid dicit qui dubitat. Si uero nihil, deriſio eſt quærere rationem ad nullā habentem rationem, inquantum non habet rationem. Similis enim plantæ talis iam eſt. Elenchice autem demonſtrare, dico utiq; differre, & demonſtrare. Quia demonſtrat quidem quod in principio. Alterius autem tali exiſtente cauſa, elenchus utique erit, & non demonſtratio. E

Hic oſtendit q̄ aliquo modo poteſt prædictum principiū demonſtrari dicens, q̄ contingit prædictum principium demonſtrare argumentatiue. In græco habetur elenchice, q̄d melius transfertur redarguitiue. Nam elenchus eſt ſyllogiſmus ad contradicendum. Vnde inducitur ad redarguēdum aliquam falſam poſitionem. Et propter hoc iſto modo oſtendi poteſt, q̄ impoſſibile ſit idem eſſe & non eſſe. Sed ſolum ſi ille qui ex aliqua dubitatione negat illud principium, { dicit aliquid } ideſt aliquid nomine ſignificat. Si uero nihil dicit, deriſibile eſt quærere aliquam rationem ad illum qui nulla utitur ratione loquendo. Talis enim in hac diſputatione, qui nihil ſignificat, ſimilis erit plantæ. Animalia enim bruta etiam ſignificant aliquid per talia ſigna, differt enim demonſtrare ſimpliciter principium prædictū, & demonſtrare argumentatiue ſiue elenchice. Quia ſi aliquis uellet demonſtrare ſimpliciter prædictum principium, uideretur petere principium, quia non poſſet aliquid ſumere ad eius demonſtrationem, niſi aliqua quæ ex ueritate huius principii dependerent, ut ex prædictis patet. Sed quando demonſtratio non erit talis. ſ. ſimpliciter, tunc eſt argumentatio ſiue elenchus F & non demonſtratio. Alia litera ſic habet & melius. { Alterius autem cum huius cauſa ſit, argumentatio erit, & nō demonſtratio } ideſt cum huiuſmodi proceſſus a minus notis ad hoc magis notum principium fiat cauſa alterius hominis qui hoc negat, tunc poterit eſſe argumentatio ſiue elēchus, & non demonſtratio. ſ. ſyllogiſmus contradicens ei poterit eſſe, cum id quod eſt minus notum ſimpliciter eſt conceſſum ab aduerſario, ex quo poterit procedi ad prædictum principium oſtendendum quantum ad ipſum, licet non ſimpliciter.

Lectio. VII.

Principium autem eſt ad talia cuncta, non autem eſſe quippiam dicere, aut non eſſe cenſere. Id enim forſitam quiſpiam poſtulationem eius eſſe putauerit quod ab initio quæritur, ſed & ſibiipſi & alii quippiam ſignificare. Non enim neceſſe eſt eſſe, ſi quippiam dicat. Quod ſi nihil dicat, tali homini: neq; ſibi ad ſe oratio, neq; ad alium erit. Si G **uero id quiſpiam dederit, erit tunc demonſtratio. Iam enim erit aliquid definitum. Sed cauſa eſt non qui demonſtrat, ſed qui ſubſtinet. Tollendo nanque orationem, utitur nimirum oratione. Præterea qui hoc conceſſit, aliquid eſſe uerum abſq; demonſtratione conceſſit, quare non omne, & ita, & non ita ſe habet.**

parte. 1.

PRincipium uero ad omnia talia non uelle, aut eſſe aliquid dicere aut non eſſe. Hoc enim forſan utiq; quis opinabitur, q̄ a principio petere. Sed ſignificare quidem aliquid & ipſi & alii. Hoc enim neceſſe eſt ſi dicat aliquid. Si enim non, cum tali utiq; non erit ſermo, nec ipſi ad ſeipſum, nec ad alium. Siquis autem hoc dederit, erit demōſtratio. Iam enim erit aliquid diffinitum. Sed tamen H **non demonſtrans, ſed ſuſtinens. Interimens enim rationem, ſuſtinet rationem.**

Hic incipit elenchice diſputare contra negantes prædictū principium, & diuiditur in duas partes. Primo diſputat contra eos qui dicunt contradictoria ſimul eſſe uera. Secundo contra illos qui dicunt q̄ contingit ea ſimul eſſe falſa { Verum nec iterum &c. } Circa primum duo facit. Primo diſputat contra prædictos errantes in cōmuni. Secundo oſtendit quomodo in ſpeciali ſit diſputandum contra diuerſos. ibi { Eſt autem non idem modus. } Circa primum duo facit. Primo diſputat rationem negantium prædictum principiū. Secundo oſtendit q̄ opinio Pythagoræ in idem redit cum prædicta poſitione ibi { Eſt autem ab eadem &c. } Circa primum ponit ſeptem rationes. Secunda ibi { Omnino dero deſtruit. } Tertia ibi { Amplius ſi contradictiones. }

Infra le. 16

Infra le. 10

Infra le. 9 parte. 5. par. 9. h. 3. Lect. 8. ca Lec. par. 5

Infra lec 9 parte. 1. Ibi par. 2. Infra le. 9 part. 4. parte ſeq. Prima ma di ipſu l di c õ tra primã errorẽ eſt ex nominis ſignificatione. Lectio 6.

I Quarta ibi { Amplius autem circa omnia &c. } Quinta ibi { Amplius igitur quomodo. } Sexta ibi { Vnde & maxime manifeſtum eſt. } Septima ibi { Amplius ſi quia maxime. } Circa Primum duo facit. Primo oſtendit ex quo principio oporteat procedere contra negantes primum principium. Secundo ex illo principio procedit. ibi { Primum quidem igitur manifeſtum &c. } Dicit ergo primo, q ad omnia talia inopinabilia non oportet accipere pro principio, q aliquis uelit ſupponere hoc determinate eſſe { uel non eſſe } ideſt non oportet accipere pro principio aliquam propoſitionem qua aſſeratur aliquid de re uel negetur ab ea. Hoc.n. eſſet quærere principium, ut prius dictum eſt. Sed oportet accipere pro principio q nomen ſignificet aliquid, & ipſi qui profert, inquantum ſe loquentem intelligit, & aliiſqui enim audit. Si autem hoc non concedit, tunc talis non habebit ꝓpoſitum, nec ſecum, nec cum alio. Vnde ſuperfluum erit cũ eo diſputare. Sed cum hoc dederit, iam ſtatim erit demonſtratio contra eum. Statim enim inuenitur aliquid diffinitũ & determinatum, quod per nomen ſignificatur diſtinctum a ſuo contradictorio, ut infra patebit. Sed tamen hoc non K erit demonſtrans prædictum principium ſimpliciter, ſed tãtum erit ratio ſuſtinens contra negantes. Ille enim qui { deſtruit rationem } ideſt ſermonem ſuum dicendo q nomen nihil ſignificat, oportet q ſuſtineat, quia hoc ipſum quod negat proferre non poteſt niſi loquendo & aliquid ſignificando. Deinde cum dicit.

Primum igitur patet id ipſum eſſe uerũ nomen inquam eſſe hoc, aut non eſſe ſignificare: quare nõ omne, & ſic, & non ſic ſe habet.

parte. 2. **Primum quidem igitur manifeſtum quod hoc quidem uerum eſt quod ſignificat nomẽ eſſe, aut non eſſe hoc. Quare neque utiq; omne ſic, & non ſic ſe habebit.**

Procedit ex dicta ſuppoſitione ad propoſitum oſtendendum, & primo ſingulariter in uno. Secundo generaliter in omnibus. ibi { Amplius ſi homo &c. } Dicit ergo primo, q ſi nomẽ aliquid ſignificet primo hoc erit manifeſtum q hæc propoſitio erit uera, & eius contradictoria quã negat eſt falſa. Et ſic ad minus hoc habemus, quia non omnis affirmatio eſt uera cum ſua negatione. Deinde cum dicit.

L parte ſeq. huius lec.

Præterea ſi nomen homo ſignificat unum, ſit illud animal bipes. Atq; hoc pacto id unum ſignificare dico, ut ſi hoc eſt homo, id ſit animal bipes, quicquid ſit homo. Nihil autem refert, & ſi plura ſignificare quiſpiam dixerit, modo ſint definita. Ponit nanq;: poterit in unaquaq; oratione nomẽ ueluti ſi dixerit hoc nomen homo, non unũ, ſed plura ſignificare: quorum unius quidem hæc una ſit oratio, animal bipes: cæterorum autem aliæ plures quidem, at numero definitæ. In unaquaq; nanque orationum poni nomen proprium poteſt. Quod ſi poni non poteſt, ſed infinita ſignificare dicet, pa-M tet orationem non eſſe. Non unum enim ſignificare, eſt omnino nihil ſignificare Si uero nomina nõ ſignificent, hominum inter ſeſe, & ad ſeipſum cuiuſq; uere ſublata eſt diſputatio. Fit enim ut nihil is intelligat, qui nihil intelligit unum. Quod ſi unum quid intelligi poſſit, illi poni nomen poterit unum. Sit igitur hoc, ut in principio diximus, nomen inquam ſignificare quid, & ſignificare etiam unum.

parte. 3. **Amplius ſi homo ſignificat unum, ſit hoc, animal bipes. Dico autem unũ ſignificare hoc, ſi hoc eſt homo, ſi ſit aliquid homo, hoc eſt hominẽ eſſe. Nihil autem differt nec ſi plura quis dicat ſignificare, ſolum autem diffinita. Ponetur enim utiq; rationibus alterum nomen. Dico autem, ut ſi nõ dicat hominem unum ſignificare ſed multa, quorũ N unius quidem una ratio animal bipes. Sũt autem & aliæ plures, ſed diffinitæ numero. Ponetur enim utiq; proprium nomen ſm unamquãq; rationem. Si autem nõ ponatur, ſed infinita ſignificare dicat, palam quia non utiq; erit ratio. Nam non unum ſignificare, nihil ſignificare eſt. Nõ ſignificantibus autem nominibus, auſertur adinuicem diſputare, ſm ueritatem autem, & ad ſeipſum. Nihil enim cõtingit intelligere niſi intelligentem unum. Si autẽ contingit, ponatur huic rei nomen. Sit itaq;, ſicut a principio dictum eſt, ſignificans aliquid nomen, & ſignificans unum.** *Tex. cõ. 10.*

Oſtendit uniuerſaliter de omnibus. ſ. q contradictoria nõ ſint ſimul uera, & circa hoc quatuor facit. Primo ponit quædam quæ ſunt neceſſaria ad propoſitum concludendum. Secundo concludit propoſitum. ibi { Neceſſe itaq;. } Tertio probat quoddam quod ſuppoſuerat. ibi { Nam eſſe hominem &c. } Quarto excludit quandam cauillationem. ibi { Si autem reſpondeatur. } Circa primum tria facit. Primo oſtendit q nomen unũ ſignificat. Secundo ex hoc oſtendit ulterius q hoc nomen homo, ſignificet id quod eſt homi-O nem eſſe, non autem id quod eſt, non eſſe. ibi { Nec ſic contingit &c. } Tertio oſtendit q homo & non homo ſignificat unum. ibi { Si autem non ſignificat &c. } Dicit ergo primo, q ſi homo ſignificat aliquid unum, ſit hoc unũ, animal bipes. Hoc enim unum dicitur nomen ſignificare, q eſt diffinitio rei ſignificatæ per nomen, ut ſi eſt hominis eſſe { animal bipes } ideſt ſi hoc eſt q quid eſt homo, hoc erit ſignificatum per hoc nomen homo. Si autem dicat nomen plura ſignificat, aut ſignificabit finita, aut infinita. Si autem finita, nihil differt (ſm aliam tranſlationẽ) ab eo quod ponitur ſignificare unum, quia ſignificat multas rationes diuerſarum rerum finitas, & ſingulis eorum poſſunt adaptari diuerſa nomina. Vt ſi homo ſignificet multa, & unius eorum ſit ratio animal bipes, ponetur unum nomen ſm hanc rationem quod eſt homo, & ſi ſunt plures aliæ rationes, ponentur alia plu-P ra nomina, dummodo rationes illæ ſint finitæ. Et ſic redibit primum q nomen ſignificet unum. Si autem nomen non ſignificat finitas rationes, ſed infinitas, manifeſtum eſt q nulla erit ratio ſiue locutio, ſiue diſputatio. Quod ſic patet. Quod enim non ſignificat unum, nihil ſignificat. Et hoc ſic probatur. Nomina ſignificant intellectus. Si igitur nihil intelligitur, nihil ſignificatur. Sed ſi non intelligitur unum, nihil intelligitur, quia oportet q qui intelligit ab aliis diſtinguat. Ergo ſi non ſignificat unum, nõ ſignificat. Sed ſi nomina non ſignificant, tolletur diſputatio, & quæ eſt ſm ueritatem, & quæ eſt ad hominem. Ergo patet q ſi nomina infinita ſignificent, non erit ratio ſiue diſputatio. Sed ſi contingit intelligere unum, imponatur ei nomen, & ſic tentatur q nomen ſignificet aliquid. Deinde cum dicit.

Infra p. 6. Infra pt. 7. Infra pt. 8. Infra p. 4. Infra p. 5. Quod nõ ſignificat unũ nihil ſignificat. Si nõ intelligitur unũ, nihil intelligitur.

Fieri ergo non poteſt, ut ipſum hominis eſſe, hominis non eſſe ſignificet, ſi nomen homo non ſolum de uno dicatur, ſed unum quoq; ſignificet. Non enim unum ſignificare id eſſe cenſemus, dici Q inquam de uno. Hoc enim pacto muſicum, & album ac homo, unum ſignificarent, quare omnia unum erunt: plura enim nomina erunt eiuſdem. Atq; non ut idem ſit, & non ſit eueniet, niſi uarietate nominum: peride atq; ſi eum quem nos homines appellamus, alii non hominem uocent. At id quod dubitatur non eſt hoc, ſi fieri poteſt ut idem, ſit, & non ſit homo nomine ſed re.

Parte. 4. **Nec ſic contingit hominem eſſe ſignificare non eſſe hominem, ſi homo ſignificat non ſolũ de uno, ſed & unum. Non enim hoc dignamur unum ſignificare quod de uno, quoniam ſic itaq; muſicus & album & homo unum ſignificarẽt. Quare unũ**

A omnia erunt. Synonyma nanq;. Et non erunt eſſe & nō eſſe idem, niſi ſm equiuocationem: ut ſi quē nos hominem uocamus, alii non hominem uocant. Quæſitum uero non hoc eſt, ſi contingit ſimul idem eſſe & non eſſe hominem ſecundum nomen, ſed ſecundum rem.

Oſtendit ſecundum .ſ. q hoc nomen homo non ſignificet id quod eſt hominem non eſſe. Nomen enim ſignificans unum non ſolum ſignificat unum ſubiecto, quod ſæpe dicitur unū, quia de uno, ſed id quod eſt unum ſimpliciter .ſ. ſm rationem. Si enim hoc uellemus dicere q nomē ſignificat unum, quia ſignificat ea quæ uerificantur de uno, ſic ſequeretur q muſicum & album & homo unum ſignificarent, qm omnia uerificantur de uno. Et ex hoc ſequeretur q omnia eſſent unū, quia ſi album dicitur de homine, & propter hoc eſt unum cum eo, cum dicatur etiam de lapide, erit unum lapide. Et quæ uni & eidem ſunt eadem, ſibiinuicem ſunt eadem. Vnde ſequeretur q homo & lapis ſit unum, & unius rationis. Et ſic

B ſequeretur q omnia nomina ſint uniuoca idest unius rationis, uel ſynonyma ſm aliam literam id. ſ. omnino idem ſignificantia re & ratione. Quamuis autē eſſe & non eſſe uerificentur de eodem ſm negantes principium primum, tamē oportet q aliud ſit hoc quod eſt eſſe hominem, & hoc quod eſt non eſſe, ſicut aliud eſt ratione album & muſicum, quamuis de eodem uerificentur. Ergo patet q eſſe & non eſſe non erunt idem ratione & re, quaſi uno nomine ſignificatum uniuoce. Sciendum eſt autem q eſſe hominem uel eſſe homini ſiue hominis, hic accipitur pro quodquideſt hominis. Ex hoc ergo concluditur q hoc quod dico homo, nō ſignificat hoc quod dico hominem nō eſſe, ſicut propriam rationem. Sed quia dixerat ſupra q idem nomen poteſt plura ſignificare ſm diuerſas rationes, ideo ſubiungit niſi ſm æquiuocationē, ad determinandum q homo uniuoce non ſignificet eſſe hominem & non eſſe hominem, ſed æquiuoce poteſt utrunq; ſignificare, ut ſi id quod uocamus hominē in una lingua, uocent alii non hominem in alia lingua. Nō enim eſt noſtra diſputatio ſi idem ſm nomen contingat eſſe & non eſſe, ſed ſi idem ſm rem. Deinde cūm dicit.

C Quod ſi nomen homo, & nomen non homo, non diuerſa ſignificent, patet & ipſum non hominis eſſe, & hominis, non diuerſa ſignificare. Quare eſſe ipſum hominis, eſſe non hominis erit. Vnum enim erunt quippe cum unum eſſe id ſignificet, q eſt unum, ut ueſtimētum ac tunica, ſi una eorum ſit ratio. Quod ſi unum erunt, unūm & hominis & non hominis eſſe ſane ſignificant. At demonſtratum eſt diuerſa ſignificare.

par. 5. Si autem non ſignificet alterum homo & non homo, palam quia non eſſe hominem non erit diuerſum ab eſſe hominem. Quare erit hominem eſſe non hominem eſſe. Vnum enim erūt. Hoc enim ſignificat eſſe unum, ut ueſtimentum & indumen

D tum, ſi ratio una. Si uero erunt unum, & unum ſignificat hominem eſſe & non hominem. Sed oſtēſum eſt q alterum ſignificat.

Probat tertium .ſ. q homo & non homo non ſignificat idem, tali ratione. Homo ſignificat hoc quod eſt eſſe hominem, & q quid eſt homo, non homo autem ſignificat non eſſe hominem, & quodquid eſt non homo. Si ergo homo & non homo non ſignificant aliquid diuerſum, tunc id quod eſt eſſe homini non erit diuerſum ab hoc quod eſt non eſſe homini, uel non eſſe hominem. Et ita unum eorum prædicabitur de altero. Et erunt etiam ſecundum rationem unum. Cum enim dicimus aliqua unum ſignificare, intelligimus q ſignificent rationem unam, ſicut ueſtis & indumentum. Si igitur eſſe hominem & non eſſe hominem ſunt hoc modo unum .ſ. ſm rationem, unum & idem erit illud quod ſignificabit illud quod eſt eſſe hominem, & id quod eſt non eſſe hominem. Sed datum eſt uel demōſtratum, quia diuerſum nomen eſt q ſignificat utrunq;. Oſtenſum eſt enim q hoc nomen homo ſignificat hominem, & non ſignificat non eſſe hominem, ergo patet q eſſe hominem, & non eſſe hominem non ſunt unum ſm rationem. Et ſic patet propoſitum q homo & non homo diuerſa ſignificant. Deinde cum dicit. E

Neceſſe eſt igitur ſi quid uere dicitur homo, id animal bipes eſſe. Id enim erat quod nomen homo ſignificabat. Quod ſi hoc neceſſe eſt eſſe, fieri non poteſt, ut non ſit idem animal bipes. Hoc enim ipſum neceſſe eſt eſſe ſignificat, fieri inquam nō poſſe, ut non ſit homo. Impoſſibile eſt ergo idem hominem eſſe, & hominē non eſſe, uere dicere ſimul. Eadē eſt rō & ſi quippiā homo nō eſſe uere dicat.

Neceſſe itaq; ſi quidem eſt uerum dicere, quia homo animal eſt bipes. Hoc enim erat quod ſignificabat homo. Sed ſi hoc neceſſe, non contingit nō eſſe hoc ipſum animal bipes. Hoc enim ſignificat neceſſe eſſe, impoſſibile non eſſe hominem. Non igitur contingit ſimul uerum eſſe, dicere idem hominem eſſe, & non eſſe hominē. Eadem autem ratio & ineſſe hominem. part. 6. Tex.c.18 F

Oſtendit principale propoſitum ex prioribus ſuppoſitis tali ratione. Neceſſe eſt q homo ſit animal bipes. Quod patet ex præhabitis. Hæc enim eſt ratio quam hoc nomen ſignificat. Sed quod neceſſe eſt eſſe, non contingit non eſſe. Hoc enim ſignificat neceſſarium .ſ. non poſſibile nō eſſe, uel non contingens non eſſe, uel impoſſibile non eſſe, ergo impoſſibile eſt ſiue non contingens uel nō poſſibile hominem non eſſe animal bipes. Sic ergo patet q non contingit utrunque uerum eſſe affirmationem & negationem .ſ. q ſit animal bipes, & q non ſit animal bipes. Et eadem ratio ex ſignificationibus nominum ſumpta poteſt accipi de non homine, quia neceſſe eſt non hominem eſſe, non animal bipes, cum hoc ſignificet nomē, ergo impoſſibile eſt eſſe animal bipes. Ea autem quæ ſupra monſtrata ſunt, ualent ad propoſitum, quia ſi conſideretur q homo & non homo idem ſignificaret uel q hoc nomen homo ſignificaret eſſe hominem, & non eſſe hominē, poſſet aduerſarius negare iſtam, neceſſe eſt hominem eſſe animal bipes. Poſſet enim dicere q non magis neceſſarium eſt dicere hominem eſſe animal bipes, q̄ non eſſe animal bipes, ſi hæc nomina homo & non homo idem ſignificarent, uel ſi hoc nomen homo utrunq; ſignificet .ſ. id quod eſt eſſe hominem, & id quod eſt non eſſe hominem. Deinde cum dicit. Prima rō cōtra negā tes primū principiū. G

Eſſe enim hominis, & non hominis eſſe, diuerſa ſignificant. Siquidem & album eſſe, & hominem eſſe non idem ſignificant, ſed diuerſa. Multo enim magis illud opponitur. Quare diuerſum ſignificat. Quod ſi album dixerit unum idéq; ſignificare, rurſus idem dicemus quod & prius eſt dictūm unum inquam omnia eſſe, & nō oppoſita ſolum. Quod ſi hoc eſſe nequeat, fit id quod dictum eſt. H

Nam hominem eſſe, & non hominem eſſe, alterum ſignificat; ſiquidem album eſſe, & hominem eſſe, alterum: multum enim opponitur illud magis, quare ſignificat diuerſum. Si autem & album dixerit idem ſignificare & unum ratione, idem dicemus quod & prius dictum eſt, q unum omnia ſunt & non ſolum oppoſita. Si autem hoc nō contingit, contingit quod dictum eſt. parte. 7.

Hic probat quoddam quod ſuppoſuerat. Ad probandum autem q hoc nomen homo, non ſignificat id quod eſt non eſſe hominem, aſſumpſit q id quod eſt eſſe hominem, & id quod eſt non eſſe hominem ſunt diuerſa, quamuis uerificentur de eodem. Et hoc intendit hic probare tali ratione. Magis opponuntur eſſe hominem & non eſſe hominem q̄ ho-

mo & album, ſed homo & album ſunt diuerſa ſm rationẽ, licet ſint idem ſubiecto, ergo & eſſe hominem &, non eſſe hominem ſunt diuerſa ſm rationem. Minorem ſic probat. Si enim omnia quæ dicuntur de eodem ſunt unum ſm rationem quaſi ſignificata uno nomine, ſequitur ꝙ omnia ſunt unum, ſicut ſupra dictum eſt & expoſitum. Si ergo hoc non contingit, continget illud quod dictum eſt ſcilicet ꝙ eſſe hominem, & non eſſe hominem ſunt diuerſa. Et per conſequens ſequitur ultima concluſio ſupradicta ſcilicet ꝙ homo ſit animal bipes, & ꝙ impoſſibile eſt ipſum eſſe non animal bipes. Deinde cum dicit.

Si ad interrogatum reſpondeat. Si uero ſimpliciter interrogatus, negõnes etiam addat, non ad interrogatum reſpondet. Etenim nihil prohibet ut idem & homo ſit, & album, cæteraq; multitudine infinita. Attamen interrogatus ſi uerum ſit hoc dicere hominem eſſe, necne, reſpondeat per id quod unum ſignificat, & non album & magnum addat oportet. Etenim fieri non poteſt, ut accidẽtia quiſ-

K piam cum ſint infinita pertranſeat. Aut igitur oĩa dicat, aut nihil illorum afferat reſpondendo. Pari igitur modo & ſi quã maxime idem eſt homo, & non homo, tamẽ interroganti ſi hoc eſt homo, nõ eſt reſpondendum eſſe hominem, & non hominẽ ſimul: niſi cætera etiam quæ acciderunt, inſuper afferat quæcunq; inſunt, aut non inſunt. Quod ſi id non facit, non diſputat.

Parte. 3. Si reſpondeatur ad interrogatum. Si autem apponat interroganti ſimpliciter, & negationes, non reſpondetur ad interrogatum. Nihil enim prohibet idem & hominem, & album, & alia mille ſecundum pluralitatem. Attamẽ interrogante ſi uerum eſt dicere hominem hoc eſſe, aut non, reſponden-

L dum eſt unum ſignificatum, & non addendũ quia & album & nigrum & magnum. Etenim impoſſibile infinita entia accidentia permeare. Aut igitur omnia permeantur, aut nullum. Similiter etiam ſi millies eſt homo idem & non homo, non eſt correſpondendum interroganti ſi eſt homo: quia eſt ſimul & non homo, ſi non & alia quæcunq; acciderunt ſunt correſpondentia, quęcunq; ſunt aut nõ ſunt. Si autem hoc non fecerit, non diſputat.

Excludit quandam cauillationem per quam prædictus ꝓceſſus poſſet impediri. Poſſet enim aduerſarius interrogatus an neceſſe ſit hominem eſſe animal bipes, non reſpondere affirmationem uel negationem, ſed dicere neceſſe eſt hominẽ eſſe animal bipes, & non eſſe animal bipes. Hoc autem excludit hic Philoſophus dicens prædictam concluſionem ſequi, dummodo uelit reſpondere ad interrogatum ſimpliciter. Si autem interroganti ſimpliciter de affirmatione, uelit

M addere negationem in ſua reſponſione, ut dictum eſt, non ad interrogatum reſponderet. Quod ſic probat. Contingit enim unam & eandem rem eſſe hominem & album & nulle alia huiuſmodi. Hic tamen ſi quæratur, utrum homo ſit albus, reſpondendum eſt tantum id quod uno nomine ſignificatur. Nec ſunt addenda alia omnia. Verbi gratia. Si quæratur, utrum hoc ſit homo, reſpõdendum eſt, ꝙ eſt homo. Et non eſt addendum ꝙ eſt homo & albus & magnus & ſimilia quia oportet omnia quæ accidunt alicui ſimul reſpondere, aut nullum. Omnia autem ſimul non poſſunt cum ſint infinita. Infinita enim eidem accidunt ad minus ſm relationes ad infinita antecedentia & conſequentia, & infinita non eſt pertrãſire. In reſpondendo ergo nullum eorum quæ accidunt quæſito eſt reſpondendum, ſed ſolum quod quæritur. Licet ergo ſupponatur millies ꝙ ſit idem homo & non homo, cum tamen quæritur de homine, non eſt reſpondendũ de non homine, niſi reſpondeantur omnia quæ poſſunt ho-

Nihil phi. bet alicui infinita accidere.

mini accidere. Si enim hoc fieret non eſſet diſputandum, quia nunquam compleretur diſputatio, cum impoſſibile ſit infinita pertranſire. Deinde cum dicit. N

Omnino autem qui ita dicunt, ſubſtantiã quidditatemq; tollunt. Omnia enim accidiſſe dicant ipſi neceſſe eſt, & non eſſe quicquam quod ſit homo per ſe, aut animal: & cui ipſum eſſe animalis, aut hominis competat. Si enim eſt quippiam cui eſſe hominis competit, ei non competit non hominis eſſe aut non eſſe hominis: & tamen hę negationes ſunt huius. Vnum enim erat id quod ſignificabat, atq; hoc ſubſtantia cuiuſpiam erat. Subſtantiam uero, ſignificare nil aliud eſt, quã eſſe ipſius nihil aliud eſſe. Quod ſi eſſe hominis ipſi competet, non ad ipſum autem non hominis eſſe, aut nõ eſſe hominis accommodabitur. Aliud enim quippiã erit. Quare dicant ipſi neceſſe eſt nullius rei talem orationẽ eſſe, ſed per accidens uniuerſa competere. Hoc.n. ipſo ſubſtantia, atq; accidens ſeiuncta eſſe uidẽtur. a

Album enim homini ꝓpterea accidit, quod albus quidem eſt, ſed non eſt id quod eſt album. O

Omnino uero deſtruunt qui hoc dicunt ſubſtãtiam & quod quid erat eſſe. Omnia nanq; accidere dicere eis eſt neceſſe. Et uere hominem eſſe aut animal eſſe & nõ eſſe. Nam ſi quid fuerit quod eſt hominis eſſe, hoc non erit non hominem eſſe, aut non eſſe hominem. Etenim hæ ſunt negationes huius. Vnum enim erat quod ſignificabat nomen, & hoc erat alicuius ſubſtantia. Significare uero ſubſtantiam eſt, ꝙ non aliud aliquid eſſe ipſi. Si autem fuerit quod eſt eſſe hominem ipſi ꝙ non hominem eſſe, eſſe hominem aliud erit. Quare dicere eos eſt neceſſe, quia nullius talis erit ratio, ſed omnia ſm accidens: Hoc enim determinata eſt ſubſtantia & accidens. Accidit enim albũ homini, quia eſt albus, ſed non quód uere album. P

Te.cõ.13. parte.9.

Ponit ſecundam rationem quæ ſumitur ex ratione prædicati ſubſtancialis & accidentalis, quæ talis eſt. Si affirmatio & negatio uerificantur de eodem, ſequitur ꝙ nihil prædicabitur in quid ſiue ſubſtantialiter, ſed ſolum per accidens. Et ſic in prædicabili per accidens erit procedere in infinitum. Sed hoc eſt impoſſibile, ergo & primum. Circa hanc rationem duo facit. Primo ponit conditionalem. Secundo probat deſtructionem conſequentis ibi { Si uero omnia ſm accidens &c. } Circa primum ſic procedit dicẽs ꝙ illi qui hoc dicunt. ſ. affirmationem & negationem ſimul eſſe uera, omnino deſtruunt { ſubſtantiam } id eſt ſubſtantiale prædicatum, { & quod quid erat eſſe } id eſt quod prædicatur in eo ꝙ quid. Neceſſe eſt enim eis dicere { ꝙ omnia accidunt } id eſt per accidens prædicantur, & ꝙ non ſit hominem eſſe aut animal eſſe, & ꝙ non ſit quod ſignificet quid eſt homo, aut quid eſt animal. Quod ſic probat. Si aliquid eſt quod eſt hominem eſſe, id eſt quod quid eſt homo ſubſtantialiter. ſ. de homine prædicatum, illud non erit non eſſe hominem, nec erit eſſe non hominem. Huius enim quod eſt eſſe hominem ſunt prædictæ duæ negationes. ſ. non eſſe hominem, uel eſſe non hominem. Patet ergo ꝙ affirmatio & negatio non uerificantur de eodem, quia. ſ. de eo quod eſt eſſe hominem non uerificatur non eſſe hominem uel eſſe non hominem. Conditionalem autem poſitam ꝙ ſi aliquid ſit quod quid eſt, homo ꝙ illud non ſit nõ eſſe hominem uel eſſe non hominem, ſic probat. Propoſitum eſt enim ſupra & probatum ꝙ hoc quod ſignificat nomen eſt unum. Et iterum eſt poſitum ꝙ illud quod ſignificat nomen eſt ſubſtancia rei. ſ. quod quid eſt res. Vnde patet ꝙ aliquid ſignificat ſubſtantiam rei, & idem quod eſt ſignificatum non eſt aliquid aliud. Si igitur illud

Secũda ratio ad idẽ quod ſupra.

Parte. ſeq. huius. lec.

a

Q

A quod eſt eſſe hominem, ſiue quod quid eſt homo, fuerit uel non eſſe hominem uel eſſe non hominem, conſtat quidem q erit alterum a ſe. Vnde oportet dicere q non ſit diffinitio ſignificans quod quid eſt eſſe rei, ſed ſequetur ex hoc q oia prædicentur ſm accidens. In hoc enim diſtinguitur ſubſtantia ab accidente, id eſt prædicatum ſubſtantiale ab accidentali, quia unumquodq; eſt uere id quod prædicatur ſubſtantialiter de eo. Et ita nõ poteſt dici illud quod prædicatur ſubſtantialiter eſſe non unũ, quia quælibet res non eſt niſi una. Sed homo dicitur albus, quia albedo uel album accidit ei. Non autem ita q ſit id quod uere eſt album uel albedo. Ergo nõ oportet q id quod prædicatur per accidens ſit unum tantum. Sed multa poſſunt per accidens prædicari. Subſtantiale uero prædicatum eſt unum tantum. Et ſic patet, q ita eſt eſſe hominem q non eſt non eſſe hominem. Si autem utrunque fuerit, iam ſubſtantiale prædicatum, non erit unum tantum. Et ſic non erit ſubſtantiale ſed accidentale.

Deinde cum dicit.

Si per accidens autem uniuerſa dicantur, non
B erit primum ipſum uniuerſale. Quod ſi accidens de ſubiecto aliquo prædicationem ſemper ſignificat, in infinitum abeatur neceſſe eſt. At fieri nõ poteſt, non enim duobus plura nectuntur. Accidens enim non accidenti eſt accidens, niſi quia eidem accidunt ambo. Dico autẽ hoc pacto, album eſt muſicum, & hoc eſt album: propterea quod ambo homini acciderunt. At Socra. non eſt ex eo muſicus, quia utrũq; alii cuipiam accidit. Cum igitur quædam hoc, quædam illo modo accidentia dicantur, quæ ſic dicuntur, ut album accidit Socrati, ea ut infinita ſint uerſus ſupra, minime fieri poteſt: ueluti ut Socrati albo quippiã aliud accidat. Nõ enim ex uniuerſis unum quid fit. At neq; albo quippiã aliud accidit, ueluti muſicum. Neq; enim hoc illi
C magis quã illud huic accidit. Et inſuper diximus diſtinguendo, alia hoc accidere modo, alia ut muſicum, Socrati accidit. Quæ uero hoc pacto accidũt, non accidenti accidunt, ſed quæ illo modo. Quare non per accidens uniuerſa dicuntur. Ergo quippiam & ut ſignificans ſubſtãtiam erit. Quod ſi ita ſit, demonſtratum eſt fieri nõ poſſe, ut ſimul contradictoria prędicentur.

Text.14. parte. Si uero omia ſecundum accidens dicantur, nullum erit primum uniuerſale. Si autem ſemper accidens de ſubiecto aliquo ſignificat prædicationẽ, in infinitum ergo neceſſe eſt ire. Sed impoſſibile. Neq; enim plura duobus complectitur. Accidens enim accidenti non accidit niſi quia ambo eidem accidunt. Dico autem ut album muſico, & homo albo: quia homini ambo accidunt, ſed non Socra-
D tes muſicus. Itaq; ambo accidunt alicui alteri. Qm̃ igitur hæc quidem ita. illa uero illo modo dicuntur accidentia: quæcunq; ſic dicuntur ut album Socrati, non contingit infinita eſſe in ſuperius, ut Socrati albo alterum aliquid accidens. Non enim fit unum aliquid ex omnibus, nec itaque albo erit aliquod aliud accidens ut muſicus. Nihil enim magis hoc illi quam illud huic accidit. Et ſimul determinatum, eſt quia hæc quidem ita accidũt, hæc autem ut muſicus Socrati, quęcunq; uero ſic non accidenti accidunt per accidens, ſed quęcunq; illo modo: quare non omnia ſm accidens dicuntur, erit igitur aliquid etiam ut ſubſtantiam ſignificans. Si autem hoc, oſtenſum eſt quia impoſſibile eſt ſimul prædicari contradictiones.

Deſtruit conſequens oſtendens hoc eſſe impoſſibile, q aliquid non prædicetur ſubſtantialiter, ſed omnia accidentaliter, quia ſi omnia per accidens prædicentur, nõ erit aliquid prædicatum uniuerſale. Dicitur autem hic prædicatum uniuerſale ſicut in poſterioribus, ſm q prædicatur de aliquo per ſe & ſm q ipſum eſt. Hoc autem eſt impoſſibile, quia ſi ſemper aliquid prædicatur de altero per accidens, oportet q accidentalis prædicatio procedat in infinitum, quod eſt impoſſibile hac ratione. Prædicatio enim accidentalis non complectitur niſi duos modos. Vnus modus eſt ſm q accidens de accidente prædicatur per accidens. Et hoc ideo, quia ambo accidunt eidem ſubiecto, ſicut album prædicatur de muſico, quia ambo accidunt homini. Alius modus eſt quo accidens prædicatur de ſubiecto, ſicut Socra. dicitur muſicus, non quia ambo accidunt alicui alteri ſubiecto, ſed quia unũ eorum accidit alteri. Cum igitur ſint duo modi prædicationis per accidens, in neutro contingit eſſe prædicationem in infinitum. Conſtat enim q illo modo quo accidens prædicatur de accidente non contingit abire in infinitum, quia oportet deuenire ad ſubiectum. Iam enim dictum eſt q hæc eſt ratio prædicationis huius, quia ambo prædicantur de uno ſubiecto. Et ſic deſcendendo à prædicato ad ſubiectum contingit inuenire pro termino ipſum ſubiectum. Sed illo modo prædicandi per accidens quo accidens prædicatur de ſubiecto, ut cum dicitur Socra. eſt albus, non contingit abire in infinitum in ſuperius aſcẽdendo a ſubiecto ad prædicatum, ita ut dicamus q Socrati accidit album, & q Socra. albo accidit aliquod aliud. Hoc enim non poſſet eſſe niſi duobus modis. Vno modo quia ex albo & Socra. fieret unum. Et ſic ſicut Socra. eſt unum ſubiectum albedinis, ita Socra. albus eſſet ſubiectum alterius accidentis. Hoc autem non poteſt eſſe quia non fit aliquid unum ex omnibus quibuſcunq; prædicatis. Ex ſubiecto enim & accidente non fit unum ſimpliciter, ſicut fit unum ex genere & differentia Vnde non poteſt dici q Socra. albus, ſit unum ſubiectum. Alius modus eſſet q ſicut Socra. eſt ſubiectum albi, ita ipſi albo inſint aliquid aliud accidens, ut muſicum. Sed hoc etiam non poteſt propter duo. Primo, quia non erit aliqua ratio quare muſicum dicatur magis accidere albo quam econuerſo. Vnde nõ erit ordo inter album & muſicum, ſed econuerſo reſpicient ſe adinuicem. Secundo quia ſimul cum hoc diffinitum eſt uel determinatum, q iſte eſt alius modus prædicandi per accidens in quo accidens prædicatur de accidente, ab illo modo quo accidens prædicatur de ſubiecto, ut muſicum de Socra. In iſto autem modo de quo nunc loquitur non dicitur prædicatio accidentalis, quia accidens prædicetur de accidente. Sed illo modo quo prius locuti ſumus. Sic igitur manifeſtũ eſt q in accidentali prædicatione non eſt abire in infinitum. Quare patet q non omnia prædicantur ſm accidens. Et ulterius q aliquid erit ſignificant ſubſtantiam. Vlterius q contradictio non uerificatur de eodem. Sciendum autem eſt, circa prædictam rationem, q licet accidens non ſit ſubiectũ alterius, & ſic non ſit ordo accidentis ad accidens quantum ad rationem ſubiiciendi, eſt tamen ordo quantum ad rationem cauſæ & cauſati. Nam unum accidens eſt cauſa alterius ſicut calidum & humidũ dulcis, & ſicut ſuperficies coloris. H
Subiectum enim per hoc q ſubiicitur uni accidenti, eſt ſuſceptiuum alterius.

Lectio. VIII.

Prȩterea ſi contradictoria omnia ſimul de eodẽ ſint uera, patet unum omnia fore. Idem enim triremis, & paries erit, ac homo, ſi de quolibet aut affirmare, aut negare contingit.

Amplius ſi contradictiones ſimul de eodem ueræ ſunt omnes, palam quod omnia unũ erunt. Erunt enim idem triremis & murus & homo, ſi de omni aliquid aut affirmare aut negare contingit. Te.cõ.15. parte. 1

PONIT tertiam rationem quæ ſumitur ex uno & diuerſo, & eſt ratio talis. Si affirmatio & negatio uerificantur ſimul de eodem, omnia ſunt unum. Hoc autem eſt fal-

Lectio. 8. — Duo modi prædicationis per accidens. — Non cõtingit procedere in infinitum in prædicationibus neq; per ſe neq; per accidens. — F — G — Rõ tertia contra negantes primum principium.

I ſum, ergo & primum. Circa hanc rationem tria facit Primo ponit conditionalem & exemplificat, quia .ſ. ſequeretur ſi cõtradictiones ſimul uerificantur de eodem, q idem eſſe triremis, ideſt nauis habens tres ordines remorum, & murus, & homo. Secundo cum dicit.

Quemadmodum ii, qui Pythagorę ſequuntur ſententiam, fateantur neceſſe eſt. Nam ſi cuipiam homo triremis non eſſe uidetur, patet triremem non eſſe: quare & eſt ſi ſint contradictoria uera. Atque fit ut res uniuerſæ ſint ſimul id inquam quod Anaxa. aſſerebat, atq; adeo ut nihil ſit uere unum. Ipſum igitur indefinitum dicere iſti uidentur, & putantes id quod eſt, dicere, de eo qđ haud eſt, dicunt. Eſt enim ipſum indefinitum id quod eſt ens potentia, & non actu.

Part.2. Quemadmodum eſt neceſſe dicentibus ratioẽ Pythagoræ. Nam alicui ſi uideatur non triremis homo, palam quia non triremis. Quare & eſt, ſi cõ K tradictoria uera. Et fit itaq; Anaxagoræ ſimul res omnes eſſe, ut nihil uere ſit unum. Indefinitũ igitur uidentur dicere, & putantes dicere ens, de non ente dicunt. Nam poteſtate ens, & non endelechia indefinitum erit.

De ueritate apparentiũ opi. Pythagoræ. Oſtendit q idem inconueniens ſequitur ad duas alias poſitiones. Primo ad opinionẽ Pythagoræ qui dicebat q quicquid alicui uidetur hoc totum eſt uerum, quia ſi alicui uidetur q homo non ſit triremis non erit triremis, & ſi alteri uidetur q ſit triremis, erit triremis, & ſic erunt contradictoria uera. Secũdo ad opinionem Anaxagoræ, qui dicebat omnes res ſimul eſſe, quaſi nihil ſit uere unũ ab aliis determinatum, ſed omnia ſint unum in quadam confuſione. Dicebat enim q quodlibet ſit i quolibet, ſicut in primo phyſicorum Te.cõ.37. oſtenſum eſt. Quod ideo accidebat Anaxagoræ, quia ipſe ui L detur loqui de ente indeterminato .i. quod non eſt determinatum in actu. Et cum putaret loqui de ente perfecto, loque Te.cõ.20 batur de ente in potentia, ſicut infra patebit. Quod autem eſt in potentia & non { endelechia } .i. in actu, eſt indefinitũ. Potẽtia .n. nõ finitur niſi per actum. Tertio cum dicit.

At uero de quolibet ipſis affirmatio, aut negatio eſt dicenda. Eſt enim abſurdum ſi ſua quidem cuiq; negatio competet. Diuerſi uero quod quidẽ ſibi non accommodatur, non competet, Dico autẽ hoc pacto. Si uerum eſt hominem non eſſe hominem dicere, patet uerum etiam eſſe, ſi triremis non eſſe dicatur. Si igitur affirmatio competit, neceſſe eſt negationem quoq; competere. Si uero affirmatio non competit, negatio oppoſita quam ſua competet magis. Quod ſi illa etiam competit, & triremis profecto competet. At ſi hæc competet, & affirmatio continuo competet. Hæc igitur eueniunt M hiſce qui hanc ſententiam dicunt.

Parte 3. Sed dicenda eſt ipſis de omni affirmatio & negatio. Inconueniens enim ſi unicuiq; ſua quidem negatio ineſt, quę uero alterius quidem non ineſt ei. Dico autem ut uerum eſt dicere hominem quia non homo, palam q & non triremis. Ergo ſi affirmatio neceſſe & negationem. Si autem exiſtat affirmatio, negatio alia inerit magis quã illa quæ ſua. Ergo & ſi illa ineſt, inerit quæ & ipſius triremis. Si autem hoc, & affirmatio. Hoc ergo contingit hanc dicentibus rationem.

Probat conditionalem primo propoſitam eſſe ueram, & primo quantum ad hoc q omnia affirmatiue dicta unum eſſent. Secundo quantum ad hoc q affirmationes a ſuis negationibus non diſtinguerentur in ueritate & falſitate. ibi { Et quia nõ eſt neceſſe &c. } Dicit ergo primo q illud primum eſt ab eis ſupponendum ex quo ponũt affirmationem & ne N gationem ſimul uerificari de eodem, q de quolibet eſt affirmatio & negatio uera. Conſtat enim q de unoquoque magis uidetur prædicari negatio alterius rei, quam negatio propria. Inconueniens enim eſſet ſi alicui ineſſet ſua negatio, & non ineſſet negatio alterius rei per quam ſignificatur, q illa res non ineſt ei, ſicut ſi uerum eſt dicere q homo non eſt homo, multo magis eſt uerum dicere q homo non eſt triremis. Patet ergo q de quocunq; neceſſarium eſt prædicari negationem, q prædicatur de eo affirmatio. Et ita per conſequens prædicabitur negatio, cum affirmatio & negatio ſint ſimul uera, aut ſi non prædicabitur affirmatio, prædicabitur negatio alterius magis quam negatio propria. Sicut ſi triremis non prædicatur de homine, prædicabitur de eo non triremis, multo magis quam non homo. Sed ipſa negatio propria prædicatur, quia homo non eſt homo: ergo & negatio triremis prædicabitur de eo, ut dicatur q homo non eſt triremis. Sed ſi prædicatur affirmatio, prædicabitur negatio, cum ſimul uerificẽtur, ergo neceſſe eſt q homo ſit triremis, & eadem ratione quolibet aliud. Et ſic omnia erunt unum. Hoc igitur contingit dicentibus hãc poſitionem .ſ. q contradictio uerificetur de eodem. Deinde cum dicit. O

Et non neceſſe eſſe affirmare, aut negare. Nam ſi uerum eſt eſſe hominem, & non hominem, patet neq; hominem, neq; non hominem eſſe. Duarum enim illarum duæ ſunt iſtæ negationes. Quod ſi illa eſt una ex utriſque compoſita, & hæc una erit oppoſita. Par. 4.

Et quia non eſt neceſſe aut dicere aut negare. Nam ſi uerum eſt quia homo & non homo, palam quia nec homo nec non homo erit. Nam duorum duę negationes. Si autẽ una ex utriſq; illa, & una utiq; erit oppoſita.

Deducit aliud inconueniens, q .ſ. non diſtinguatur negatio ab affirmatione in falſitate, ſed utraq; ſit falſa. Dicit ergo q non ſolum prædicta inconuenientia ſequuntur ad prædictam poſitionem, ſed etiam ſequitur q non ſit neceſſarium { affirmare & negare } ideſt q non ſit neceſſarium affirmationem uel negationem eſſe, ueram ſed contingit utranque P eſſe falſam Et ſic non erit diſtantia inter uerum & falſum. Quod ſic probat. Si uerum ſit q aliquid ſit homo & non homo, uerum eſt q id non erit homo, nec erit non homo. Et hoc patet. Horum enim duorum quæ ſunt homo & non homo, ſunt duæ negationes .ſ. non homo & non homo. Si autem ex primis duobus fiat una ꝓpoſitio, ut dicamus Socra. non eſt homo nec non homo, ſequitur q nec affirmatio nec negatio ſit uera, ſed utraq; falſa. Deinde cum dicit.

Præterea aut circa uniuerſa res ita ſe habet, & eſt album atq; non album, & ens & non ens, & circa cæteras affirmationes, negationesue ſimiliter, aut non circa omnes res ſe habet ſimili modo, ſed circa quaſdam ſit ita, circa quaſdam non ſit. Atque ſi non circa omnes ſit ita, illæ erunt firmæ nimirũ ac definitæ. Sin circa omnes ſit ita, rurſus: aut de qui Q bus eſt affirmandum, eſt etiam & negandum, & de quibus eſt negandum, eſt etiam affirmandum: aut de quibus quidem eſt affirmandum, eſt etiam & negandum: de quibus autem eſt negandum, non de uniuerſis eſt affirmãdum, Et ſi res ſe habet hoc pacto, erit aliquid certe non ens, atq; hæc opinio erit firma. Quod ſi non eſſe, ſit quid firmum notumue, notior oppoſita nimirum affirmatio erit. Sin uero ſimiliter ſit, & de quibus eſt negandum de iis eſt affirmandum, neceſſe eſt aut diuidentem dicere uerum, ueluti ſi album eſſe, & rurſus non album eſſe dicat: aut non ita, ſed componentem. At ſi non ſit ut diuidens uerum dicat, neq; dicit hæc,

neq;

A neq; eſt quicq̃ oino. Ea uero quæ nõ ſunt, qui fie-
ri põt, ut aut loquantur, aut intelligant quicquã?
Vniuerſa ẽt erũt unum, (ut & antea diximus) atq;
idem & homo, & triremis, ac Deus erit, & quæ hi-
ſce contradictorie aduerſantur. Nam ſi ſilr de uno
quoq; uere dicuntur, nihil erit prorſus quo aliud
ab alio differret. Si.n. erit quippiam, illud uerũ ſa-
ne ac proprium erit. Silr ẽt ſi fit ut diuidẽs uere di
cat, id quod dictum eſt euenire uidetur, & inſuper
ut oẽs uere dicant, ac oẽs falſo, & ſeipſum quiſq; fal
ſum dicere fateaſ. Patet ẽt inſuper nulla de re pror
ſus ad hunc hoiem eſſe conſiderationem. Nihil.n.
oino dicit. Nam neq; ita, neq; nõ ita dicit: ſed & ſic,
& non ſic: & rurſus hæc ambo negat neq; ſic, neque
non ſic dicendo. Et.n. ſi ita non dicit, erit quippiã
cõtinuo definitũ. Præterea ſi cum affirmatio uera ẽ
negatio falſa ſit: & ſi cũ hęc eſt uera, falſa ſit affirma
B tio: nũc fit ut idẽ uere ſimul affirmeſ atq; negeſ,
Sed hoc fortaſſe dicẽt id eẽ qđ ab initio ꝓponebaſ.

Te. cõ 16. Pun. 1. Amplius aũt circa oia ita ſe habet, & eſt album,
& non eſt album: & ens, & non ens: & circa alſ di-
ctiones & negationes mõ ſimili, aut non: ſed circa
quaſdam ſic, circa quaſdam aũt non. Et ſiquidem
non circa oẽs, hæ utiq; erunt confeſſæ. Si uero cir-
ca oẽs, iterum aut de quibuſcũq; dicere & negare,
& de quibuſcunq; negare & dicere: aut de quibus
quidẽ dicere & negare, ſed de quibuſcunq; negare
non de oibus dicere. Et ſi ſic, erit aliqd firmiter nõ
ens, & hæc erit firma opinio. Et ſi ipm non, firmũ
aliquid ſit & notum: notior utiq; erit dictio quã
oppoſita negatio. Si uero negãdo ſilr & q̃cunq; cõ-
tingit negare dicere, neceſſe eſt de his aut diuidẽtẽ
uerũ dicere, ut q album, et iterũ q nõ albũ: aut nõ.
C Et ſiquidẽ non uerũ diuidentẽ dicere, nõ dicet ea,
& non erit nihil. Non entia aũt quõ utiq; ꝓnuntia
bunt aut ibunt? Et oia utiq; erunt unum (ut prius
dictũ eſt) & idẽ erit hõ & Deus & triremis, & ipſo-
rũ cõtradictiones. Silr ſi de unoquoq;, nihil differ
ret aliud ab alio. Nãq; ſi differret, erit hoc uerũ &
ꝓpriũ. Silr aũt ſi diuidentẽ contingit uerũ eſſe, acci
dit qđ dictũ eſt. Adhuc qa oẽs dicent uerũ, & oẽs
mẽtienſ, & idẽ ipſe ſeipm falſum dicere confitetur.
Simul aũt palã quia de nullo eſt adhuc pſcrutatio.
Nihil.n. dicit. Hæc.n. eſt ita, dicit: ſed ita & non ita,
Tex. 17. & iterũ hæc negat ambo, qa nec ita nec non ita. Nã
ſi nõ, iã utiq; erit aliquid determinatũ. Amplius ſi
qñ eſt affirmatio uera, & negatio eſt falſa: & ſi hæc
uera, affirmatio falſa: nõ erit utiq; dicere ſimul idẽ
D affirmare & negare uere, ſed forſan dicet utiq; aliqs
hoc eſſe quod a principio poſitum eſt.

Rõ quarta dicens negã tes primũ principiũ. Ponit quartam rõnẽm quæ ſumitur ex certitudine cogni
tionis, & eſt talis. Si affirmatio & negatio ſimul uerificantur,
aut ita eſt in oibus, aut ita eſt in quibuſdam, & in quibuſdam
non. Si aũt non eſt uerum in oibus, illæ in quibus non eſt ue
rum, erunt { confeſſæ } .i. ſimplr & abſolute concedendæ,
uel { erunt certæ } .i. certitudinalr uere ſm aliam tranſlatio
nem .i. in eis ita erit uera negatio, q affirmatio erit falſa, uel
econuerſo. Si aũt hoc eſt uerum in oibus, q contradictio ue-
rificetur de eodem hoc contingit duplr. Vno mõ q de qbuſ
cunq; ſunt ueræ affirmationes, ſunt ueræ negationes, & ecõ-
uerſo. Alio mõ q de quibuſcunq; uerificantur affirmationes
uerificentur negationes, ſed non econuerſo. Et ſi hoc ſecun-
dum ſit uerum, ſequitur hoc inconueniens q aliquid firmiter
uel certitudinaliter eſt non eſt, & ita erit firma opinio, quæ
.ſ. eſt de negatiua. Et hoc ideo quia negatiua ſemper eſt uera
eo q qñcunq; eſt affirmatiua uera, eſt ẽt negatiua uera. Non E
aũt affirmatiua ſemper erit uera, quia poſitum eſt q non de
quocunq; eſt uera negatiua, ſit uera affirmatiua. Et ita nega-
tiua erit firmior & certior q̃ affirmatiua. Quod uſ eſſe falſũ,
quia dato q non eſſe ſit certum & notum, tñ ſemper erit cer
tior affirmatio q̃ negatio ei oppoſita, quia ueritas negatiuæ
ſemper dependet ex ueritate alicuius affirmatiuæ. Vnde nul
la concluſio negatiua infertur, niſi in præmiſſis ſit aliqua af-
firmatiua. Concluſio uero affirmatiua ex negatiuis non ꝓba Affirmatio ẽ certior et notior negatiõe oppoſita.
tur. Si aũt dicatur primo modo .ſ. q de quibuſcunq; eſt affir-
mare, ita de eis eſt negare, ſilr de quibuſcunq; eſt negare, de
eis eſt affirmare, ut .ſ. affirmatio & negatio conuertantur.
Hoc cõtingit duplr, quia ſi ſemper negatio & affirmatio ſunt
ſimul ueræ, aut erit diuiſim dicere de utraq; q ſit uera. v.g.
q ſit diuiſim dicere q hæc eſt uera, Homo eſt albus. & iterũ
hæc eſt uera, Homo non eſt albus: aut non eſt diuiſim utrãq;
dicere ueram, ſed ſolum coniunctim, ut dicamus q hæc co-
pulatiua ſit uera, Homo eſt albus & homo non eſt albus. Et
ſiquidem dicamus hoc ſecundo modo, ut .ſ. non ſit utraq; ue
ra diuiſim, ſed ſolum coniunctim, tunc ſequuntur duo incon F
uenientia, quorum primum eſt, q { non dicet ea } .i. q non
aſſeret nec affirmationem nec negationẽ, & q ambæ { erũt
nihil } .i. q ambæ ſunt falſæ, uel ſm aliam tranſlationem,
{ & non erit nihil } .i. ſequitur q nihil ſit uerum, nec affirma
tio nec negatio. Et ſi nihil eſt uerum, nihil poterit dici nec in-
telligi. Quõ.n. aliquis pronuntiabit uel intelliget non entia?
q.d. nullo modo. Secundum inconueniens eſt, quia ſequitur
q oia ſint unum, quod in priori rõne eſt dictum. Sequitur.n.
q ſit idem homo & Deus & triremis, & ẽt contradictione
eorum .ſ. non homo & non Deus & non triremis. Et ſic pa
tet q ſi affirmatio & negatio ſimul dñr de unoquoq;, tũc ni-
hil differt unum ab alio. Si.n. unum ab alio differret, oporte
ret q aliquid diceretur de uno quod non diceretur de alio.
Et ſic ſequeretur q aliquid eſſet uerum determinate & pro-
priũ huic rei, qđ non conueniret alteri. Et ſic non de quolibet
uerificareſ affirmatio uel negatio. Conſtat aũt q ea q̃ nullo
mõ differũt ſunt unũ, & ita ſequetur oia unum eſſe. Si autem
dicatur primo mõ .ſ. q non ſolum coniunctim eſt dicere af-
firmationem & negationem, ſed ẽt diuiſim, ſequuntur qua-
tuor inconuenientia, quorum unum eſt q hæc poſitio { ſi- G
gnificat ipſum dictum } .i. demonſtrat hoc eſſe uerum quod
immediate eſt dictum. Vnde alia litera habet { Accidit qđ di
ctum eſt. } .i. q oia ſunt unum, quia ſic ẽt ſilr affirmatio &
negatio de unoquoq; dicetur, & non erit dña unius ad aliud.
Secundum eſt q oẽs uerum dicerent, quia quilibet uel dicit
affirmationem uel negationem, & utraq; eſt uera, & oẽs mẽ
tientur, quia contradictorium eius qđ quiſq; dicit erit uerũ.
Et idẽ ẽt hõ ſeipſum dicere falſum confitetur, quia cum dicit
negationem eſſe ueram, dicit ſe falſum dixiſſe cum dixit affir
mationem. Tertium eſt quia manifeſtum eſt q adhuc non
poterit eſſe perſcrutatio uel diſputatio. Non.n. põt diſputari
cum aliquo, qui nihil concedit. Ille.n. nihil dicit, quia nec di-
cit abſolute q eſt ita, nec dicit q nõ eſt ita, ſed dicit q eſt ita
& non eſt ita. Et iterum ambo ea negat dicens q nec eſt ita
nec non ita, ſicut ex præcedenti rõne apparet. Si.n. non oia
iſta neget, ſequitur q ipſe nouerit aliquid determinate uerũ
quod eſt contra poſitum. Vel ſm q alia tranſlatio habet & H
planius. { Iam utiq; erit determinatum. } Quartum ſequi-
tur per diffõnem ueri & falſi. Verum.n. eſt cum dicitur eſſe
quod eſt, uel non eſſe quod non eſt. Falſum aũt eſt cum dici-
tur non eſſe, quod eſt: aut eſſe, quod nõ eſt. Ex quo patet per
diffõnem ueri & falſi, q qñ affirmatio eſt uera, tunc negatio
eſt falſa: tunc.n. dicit non eſſe, quod eſt: & ſi negat non eſt uera
tunc affirmatio eſt falſa: tunc.n. dicitur eſſe de eo, quod non
eſt. Non ergo contingit uere idem affirmare & negare. Sed
forte aduerſarius ad hoc ultimũ poterit dicere, q hic eſt peti
tio principii. Qui.n. ponit contradictionem ſimul eſſe uerã,
non recipit hanc diffõnem falſi .ſ. q falſum eſt dicere quod
non eſt, eſſe: uel quod eſt, non eſſe. Lec. IX.

Præterea uidetur ne ipſis, iis quidem qui rem
aut aliquo modo ſeſe habere, aut non habere pu-
tat, dicere falſum: is autem qui ambo putat, dicere,

I uerum? Nam ſi uerum dicit, quid aliud erit quod dicitur, quam eorum quæ ſunt talem eſſe naturā? Sin uero non dicit uerum, ſed hiſce potius qui illo modo exiſtimat, res iam ſeſe habent aliquo modo, atq; hoc uerum utique erit: & non ſimul etiam haud uerum. Quod ſi omnes ſimiliter falſaueraque dicunt, neq; loqui profectò, neq; dicere tali homini quicquam licet. Nam hæc ſimul, & non hæc dicit. Si uero nihil prorſus exiſtimat, ſed putat ſimiliter, atq; non putat, quænam inter hunc & plātam differentia fuerit.

Parte.1. AMplius igitur quomodo aut habere exiſtimans, aut non habere, mentitus eſt: qui autem ambo, uerum dicit? Nam ſi uerum dicit, quid utique erit quod dicitur quia talis eſt entium natura? k Si uero non uerum dicit, magis uerum dicit qui iſto modo exiſtimat: iam aliqualiter ſe habebunt entia, & uerum utique erit, & non ſimul etiam non uerum. Si autem ſimiliter, & omnes mentientur, & uera dicunt: nec pnuntiandum eſt, nec dicēdum eſt tali. Simul enim hęc & non hæc dicit. Si autem nihil ſuſcipiat, ſed ſimiliter exiſtimat & non exiſtimat, & quid utique habebit differenter a plantis?

Ofo quīta cōtra negā tes primū principiū. HIC ponit quintam rationem quæ ſumitur ex ueritatis ratione, quæ talis eſt. Dictum eſt quod affirmatio & negatio ſimul oera ponuntur. ergo ille qui ſuſcipit ſiue opinatur { ſic ſe habere } ·deſt affirmationem tantum { aut non ſic ſe habere } .ſ.ille qui opinatur negationem eſſe ueram tātum mentitus eſt: qui uero opinatur ambo ſimul, dicit uerū. Cum igitur uerum ſit quando ita eſt in re ſicut eſt in opinione uel ſicut ſignificatur uoce, ſequitur ꝙ ipſum quod dicit erit aliquid determinatum in rebus.ſ. quia entium talis erit L qualis dicitur, ut non patiatur affirmationem & negationem ſimul. Vt ſm aliam literam { quia talis eſt entium natura } quaſi dicat, ex quo hoc quod dicitur eſt determinate uerum, ſequitur ꝙ res habeat naturam talem. Si autem dicatur ꝙ ille qui extimat ſimul affirmationem & negationem non opinatur uerum, ſed magis ille qui extimat illo modo ꝙ oel tantum affirmatio uel tantum negatio ſit uera. Adhuc manifeſtum eſt ꝙ entia ſe habebunt in aliquo modo determinate. Vnde alia translatio habet planius { quodammodo & hoc erit uerum determinate, & non erit ſimul non uerum } ex quo ſola affirmatio nel negatio eſt uera. Sed ſi omnes prædicti.ſ. & illi qui dicunt utranq; partem contradictionis, & illi qui dicunt alteram { mentiuntur } & omnes etiam uerum dicunt, cum tali qui hoc ponit non eſt diſputandum nec aliquid dicendum ut diſputetur cum eo, uel ſm aliam.i.talis homo non aſſerit aliquid nec affirmat. Sicut enim alia translatio dicit, Nec aſſerere nec dicere aliquid huiuſmodi eſt, quia ſimiliter unumqoodq; & dicit & negat. Et ſi ipſe ſicut ſimili- M ter affirmat & negat exterius, ita & ſimiliter interius opinatur & non opinatur, & nihil ſuſcipit quaſi determinate uerū in nullo nidetur differre a plantis, quia etiam bruta animalia habent determinatas conceptiones. Alius.t.habet { ab aptis natis. } Et eſt ſenſus quia talis qui nihil ſuſcipit, nihil differt in hoc ꝙ actu cogitat ab illis qui apti nati ſunt cogitare & nō dum cogitant actu, qui enim apti nati ſunt cogitare de aliqua quæſtione neutram partem aſſerunt, & ſimiliter nec iſti. Deinde cum dicit.

Vnde & maxime patet neminem hoc pacto diſpoſitum eſſe, aut cæterorum hominum, aut eorū qui hanc ſententiam dicunt: Cur enim Athenas proficiſcitur, ſed non quieſcit putans ſe proficiſci oportere. Aut cur in diluculo non continuo in puteum, aut in præcipitium proficiſcitur, ſed cauere uidetur, uti non ſimiliter putans nō bonum ac bonum eſſe in illa ſeſe proiicere? Patet ergo alterum melius, alterum non melius eſſe exiſtimare. Quod N ſi hæc ita ſint, hoc quidem hominem, hoc autem non hominem: & hoc dulce, illud non dulce exiſtimare neceſſe eſt. Non enim ęque quiſpiam quęritat, atq; exiſtimat, cum melius arbitratur eſſe bibere aquam, aut uidere hominem: deinde quęritat ipſa: & tamen oportebat ſi idem eſſet & homo ſimiliter, & non homo: & itidem aqua, atq; non aqua. Sed uti diximus nemo eſt prorſus qui non ab hiſce cauere, ab hiſce nō cauere uideatur. Quare oēs ut uidetur, etſi non circa oīa, circa tñ melius & deterius ſimplr ſeſe habere exiſtimant.

Te.cō 18. part. 2. Vnde & maxime manifeſtum eſt, quia nullus ita diſponitur, nec aliorum, nec dicentium hanc rōnē. Quare nāq; uadit domum, & non quieſcit putans ire? Nec ſtatim diluculo uadit in puteū aut torren O tem ſi contingat, ſed uidetur timens tanquam non ſimiliter putans non bonum eſſe incidere & bonū. Palam ergo quia hoc quidē melius exiſtimat, hoc aūt non melius. Si aūt hoc in bono & non bono, neceſſe eſt & ſic in aliis: & hoc quidē hominem, hoc aūt non hoīem: & hoc quidē dulce, illud uero non dulce putare eſt neceſſe. Non.n. exiſtimant qñ putant melius eſſe aquam bibere, & hoīem uideret deinde ea quęrit, quamuis oportebat ſi idem erat ſimiliter homo & non homo. Sed ſcdm qđ dictum eſt nullus eſt qui non uidetur hęc quidem timens illa uero non: Quare ſicut uidetur, oēs exiſtimat habere ſimplr, ſed non circa omnia, ſed circa melius & deterius.

Rō ſexta cōtra negā tes primū principiū. Parte. ſeq. Ponit ſextam rationem quæ ſumitur ab electione & fuga & circa hoc duo facit. Primo ponit rationem. Secundo excludit quandam cauilloſam reſponſionem. ibi { Si autem nō ſcientes &c. } Dicit ergo primo ꝙ manifeſtum eſt ꝙ nullus homo ſic diſponitur ut credat affirmatiooem & negationem P ſimul uerificari, nec illi qui hanc poſitionem ponunt, nec etiā alii. Si enim idem eſſet ire domum & non ire, quare aliquis iret domum & non quieſceret, ſi putaret ꝙ hoc ipſum quieſcere, eſſet ire domum? Patet ergo ex quo aliquis uadit & nō quieſcit, ꝙ aliud putat eſſe ire & non ire. Et ſimiliter ſi aliquis incedit per aliquam uiam, quæ forte directe uadit ad puteū uel ad torrentem, non recte incedit per uiam illam, ſed uidetur timere cauſam in puteum aut in torrentem. Et hoc ideo, quia incidere in torrentem uel puteum non putat eſſe ſimiliter bonum & non bonum, ſed abſolute putat eſſe non bonum. Si autem putaret eſſe bonum ſicut & non bonum, non magis uitaret quam eligeret. Cum ergo uitet & non eligat, palam eſt ꝙ ipſe ſuſcipit ſiue opinatur ꝙ unum ſit melius.ſ. non incidere in poteum, quod nouit eſſe melius. Et ſi hoc eſt in non bono & bono, ſimiliter neceſſe eſt eſſe in aliis. ut v3 opinetur ꝙ hoc ſit homo, & illud non homo: & hoc ſit dulce & illud non dulce. Quod ex hoc patet, quia non omnia æqualiter quærit & opinatur, cum ipſe puter melius aquam bibe- Q re dulcem, quam non dulcem, & melius uidere hominem q̄ non hominem. Et ex iſta diuerſa opinione ſequitur quod determinate quærit unum & non aliud. Oporteret ſiquidem ꝙ ſimiliter utraq; quæreret.ſ.dulce & non dulce, hominem & non hominem, ſi exiſtimaret ꝙ eſſent eadem contradictoria. Sed, ſicut dictum eſt, nullus eſt qui non uideatur hoc timere, & illa non timere. Et ſic per hoc ipſum quod homo afficitur diuerſimode ad diuerſa, dum quædam timet & quædam deſiderat, oportet quod non exiſtimet idem eſſe quodlibet & non eſſe. Sic ergo patet ꝙ omnes opinantur ſe habere ueritatem uel in affirmatiua tantum, uel in negatiua, & nō utraq; ſimul. Et ſi non in omnibus, ſaltem in bonis & malis, uel in melioribus & in deterioribus. Ex hac enim differentia prouenit ꝙ quædam quæruntur, & quædam timentur. Deinde cum dicit.

A Quod ſi non ſcientes, ſed opinantes, multo magis ad hibenda eſt diligentia ueritati: perinde atque ægrotanti magis quam ſano ualitudinis, cũra eſt adhibenda. Qui nanque opinatur, ſi ad ſcientem comparetur, non ſane profecto ad ueritatem ipſam diſponitur.

partic. 3. Si autem non ſcientes, ſed opinantes, multomagis curandum utique erit de ueritate: quemadmodum infirmo exiſtenti, quam ſano de ſanitate. Etenim opinans ad ſcientem, non ſalubriter diſponitur ad ueritatem.

Excludit quandam cauillationem. Poſſet enim aliquis dicere ꝙ homines quædam deſiderant tanquam bona, & alia fugiunt tanquam non bona, non quaſi ſcientes ueritatem, ſed quaſi opinantes, ꝙ non idem ſit bonum & non bonum: licet idem ſit ſm rei ueritatem. Sed ſi hoc eſt uerum ꝙ homines non ſunt ſcientes ſed opinantes, multo magis debent curare ut addiſcãt ueritatem. Quod ſic patet, quia infirmus ma-
B gis curat de ſanitate quam ſanus. Ille autem qui opinatur nõ uerum, non diſponitur ſalubriter ad ueritatem in comparatione ad ſcientem. Habet enim ſe ad ſcientem ſicut infirmus ad ſanitatem. Defectus enim ſcientiæ eſt opinio falſa, ſicut ægritudo ſanitatis. Et ſic patet ꝙ homines debent curare de ueritate inuenienda. Quod non eſſet ſi nihil eſſet uerum determinate, ſed ſimul aliquid uerum & non uerum. Deinde cum dicit.

Præterea etſi quammaxime ita ſeſe habent, & non ita cuncta, in natura tamen eorum quæ ſunt gradus ineſt, & magis ac minus talia ipſa dicũtur. Non enim dualitatem ſimiliter trinitatemue parẽ numerum eſſe dixerimus, neq; horum uterq; falſum æque dicit quorum alter quinque, alter mille ipſa quatuor dicit atq; exiſtimat eſſe. Quod ſi nõ æque falſum dicunt, patet alterum minus dicere falſum: quare magis ipſe uerum quam alter dicit. At ſi id quod eſt magis, propinquius eſt: erit profe-
C cto aliquod uerum, cui propinquius id quod magis dicitur uerum. Quod etſi non eſt, attamen quppiam iam firmius atque uerius eſt: & ſententia illa mera & prohibente definire aliquid mente, erimus liberati.

parti. 4. Amplius quia ſi maxime ſic ſe habent omnia & non ſic, ſed magis & minus ineſt in natura entium. Non enim ſimiliter dicemus eſſe duo paria & tria, neq; ſimiliter mentitus eſt qui quatuor eſſe pente ideſt quinq; opinatus eſt, & qui mille. Si igitur nõ ſimiliter, palam quia alter minus, quare magis uerum dicit. Si igitur ꝙ magis affinius, erit utiq; aliquid uerum, cui affinius quod magis uerum. Et utiq; ſi nõ eſt, ſed iam aliquid eſt firmius & uerius
D & a ratione remoti utiq; erimus incondita, & prohibente aliquid mente determinare.

16 ſeptima [illegible] Ponit ſeptimam rationem quæ ſumitur ex diuerſis gradibus falſitatis. Dicit ergo ꝙ etſi maxime uerum ſit quod omnia ſic ſe habeant & non ſic, ideſt ꝙ affirmatio & negatio ſint ſimul uera, & omnia ſint ſimul uera & falſa, ſed tamen in natura entium oportet ꝙ aliquid ſit magis & minus uerum. Conſtat enim ꝙ non ſimiliter ſe habet ad ueritatem dicere ꝙ duo ſunt paria, & tria ſunt paria: nec ſimiliter ſe habet ad mendacium dicere ꝙ quatuor ſunt pente ideſt quinq;, & ꝙ ſint mille. Si enim ſunt falſa ſimiliter, manifeſtum eſt quod alterum eſt minus falſum, ſcilicet dicere quatuor eſſe quinq;, quam dicere quatuor eſſe mille. Quod autem eſt minus falſum, eſt uerum magis uel propinquius uero, ſicut & minus nigrum, quod eſt albo propinquius. Patet ergo ꝙ alter eorum magis dicit uerum, ideſt magis appropinquat ueritati, ſcilicet ille qui dicit quatuor eſſe quinq;. Sed non eſſet aliqd affinius uero uel propinquius, niſi eſſet aliquid ſimpliciter ue- E
rum cui propinquius uel affinius eſſet, magis uerum & minus falſum. Relinquitur ergo ꝙ aliquid oportet ponere eſſe abſolute uerum & non omnia uera & falſa, quia ſequitur ex hoc ꝙ contradictio ſit ſimul uera. Et ſi per prædictam rationem non ſequitur ꝙ aliquid ſit abſolute uerum, tamen iam habetur ꝙ aliquid eſt uerius & firmius ſiue certius alio. Et ſic non eodem modo ſe habet ad ueritatem & certitudinem affirmatio & negatio. Et ita per hanc rationem & per alias præcedentes erimus liberati uel remoti a ratione, ideſt opinione non mixta, ideſt non temperata. Vnde alius. t. habet, diſtemperata. Tunc enim opinio eſt bene contemperata, quando prædicatum nõ repugnat ſubiecto. Cum autem opinio implicat oppoſita, tunc non bene contemperatur. Talis autem eſt prædicta poſitio quæ dicit contradictionem uerificari. Item prohibet ne mente aliquid poſſimus diffinire uel determinare. Prima enim ratio diſtinctionis conſideratur in affirmatione & negatione. Vnde qui affirmationem & negationem unum eſſe dicit, omnem determinationem ſiue diſtinctionem excludit. Deinde cum dicit.

Ab eadem autem opinione proficiſcitur & Pythagoræ ipſius ſententia, atq; ambas ipſas ſimiliter aut ueras, aut non ueras eſſe neceſſe eſt. Nam ſi cũcta quæ uidentur atq; apparent, ſint uera: neceſſe eſt uniuerſa ſimul uera falſaq; eſſe. Complures. n. contraria opinantur, & eos qui eadem ſecum non opinantur falſa putare dicunt. Quare ſit & non ſit idẽ neceſſe eſt. Atq; ſi hoc ita ſit, neceſſe eſt ea quæ uidentur omnia eſſe uera. Qui nanq; uera & falſa dicunt ac opinantur, oppoſita opinantur. Quod ſi ea quæ ſunt ita ſe habent, omnes profecto uera dicunt ac opinantur. Patet igitur has utraſq; ſententias ab eadem mente pendere. F

Eſt autem & ab eadem opinione & Pythagoræ ratio, & neceſſe ſimiliter ipſas ambas aut eſſe aut nõ eſſe. Nam ſi quæ uidentur omnia ſunt uera & apparentia, neceſſe omnia ſimul uera & falſa. Multi nanq; contraria ſibiinuicem exiſtimant, & non eadem opinantes ſibiipſis mentiri putant. Quare neceſſe idem eſſe & non eſſe. Et ſi hoc eſt, neceſſe putata omnia eſſe uera oppoſita nanq; inuicem opinantur mentientes & uerum dicentes: igitur entia ſi ſic ſe habent, uerũm dicunt omnes. Quod quidẽ igitur ab eodẽ ſunt intellectu utreq; rõnes, palam. Tex.c.19. parte .5. G

Oſtendit ꝙ opinio Pythagoræ reducitur in eandem ſentẽtiam cum prædicta poſitione. Dicebat enim Pythagoras ꝙ omnia quæ uidentur alicui eſſe uera, omnia ſunt uera. Et ſiquidem hæc poſitio eſt uera neceſſe eſt primam poſitionem eſſe ueram. ſ. ꝙ affirmatio & negatio ſint ſimul uera. Et per cõſequens ꝙ omnia ſint ſimul uera & falſa, ſicut ex hac poſitione ſequitur, ut ſupra oſtenſum eſt. Quod ſic oſtendit. Multi enim homines opinantur ſibiinuicem contraria, & putant ꝙ illi qui non eadem opinantur ꝙ ipſi mentiantur & econuerſo. Si ergo quicquid alicui uidetur hoc eſt uerum, ſequitur ꝙ utriq; mentiantur, & uerum dicant, ꝙ idem ſit & non ſit. Et ſic ad opinionem Pythagoræ ſequitur ꝙ contradictio ſimul uerificetur. Similiter etiam ſi hoc eſt uerum ꝙ cõtradictio ſimul uerificetur, neceſſarium eſt opinionem Pythagoræ eſſe ueram. ſ. ꝙ omnia quæ uidentur aliquibus eſſe uera, ſint uera. Conſtat enim ꝙ aliqui habent diuerſas opiniones, quorum quidam ſunt mentientes, & quidam ſunt uerum dicentes, quia opinantur ſibiinuicem oppoſita. Si ergo omnia oppoſita ſunt ſimul uera, quod ſequitur ſi contradictoria ſimul uerificentur: neceſſario ſequitur ꝙ omnes dicant uerum, & quod uidetur alicui ſit uerum, & ſic patet ꝙ einſdem ſententiæ uel intellectus uel rationis eſt utraq; poſitio, quia ad unam ſequitur alia de neceſſitate. H Lect. X.

I Non eſt autem idem diſputationis modus ad omnes. Quidam enim perſuaſione indigent, quidã ui. Qui nanq; dubitando ſic eſtimarunt, eorum ignoratio ſanari facile poteſt. Non enim orationi, ſed menti ipſorum eſt occurrendum. Qui uero diſputationis gratia ita dicunt, eorum eſt curatio, redargutio orationis quæ in uoce noībuſq; cõſiſtit.

pat. 2.

EST autem non idem modus homeliæ.i. locutionis uel inſtructionis ad omnes. Hi nanque perſuaſione egent illi ui. Quicunq; enim dubitaſſe exiſtimauerit, horum bene curabilis ignorantia. Non enim ad orationem, ſed ad mẽtem obuiatio eſt eorum. Quicunq; uero orationis cauſa dicunt, horum argumentatio eſt medela, & eius q̃ in uoce orationis & eius quæ in nominibus.

k

Hic, diuerſimodẽ diſputãdũ docet contra negãtes pria principia. Parte ſeq. huius lec.

POSTQVAM determinauit philoſophus & poſuit rõnes contra negantes primum principium, hic oſtendit quomodo diuerſimode eſt procedendum, quo ad diuerſos qui ex diuerſis uiis in prædictum errorem deuenerunt. Et diuiditur in duas partes. Primo oſtendit ꝙ diuerſimode eſt procedendum contra diuerſos. Secundo incipit procedere alio modo quam ſupra ibi { Venit enim dubitantibus. } Dicit ergo primo, ꝙ non eſt idem modus { humiliæ } ideſt popularis allocutionis, uel { bonæ conſtructionis } ſecundũ aliam tranſlationem ideſt ordinatæ diſpoſitionis { uel interceſſionis } ſicut in græco habetur ideſt perſuaſionis ad omnes prædictas poſitiones ſcilicet de ueritate contradictionis & ueritate eorum quæ apparent. Dupliciter enim aliqui incidunt in prædictas poſitiones. Quidam enim ex dubitatione. Cum enim eis occurrunt aliquæ ſophiſticæ rationes ex quibus uideantur ſequi prædictæ poſitiones, & eas neſciunt ſoluere, concedunt concluſionem. Vnde eorum ignorantia eſt facile curabilis. Non enim obuiandum eſt eis uel occurrẽdum ad rationes quas ponunt, ſed ad mentem, ut ſcilicet ſoluatur dubitatio de mentibus, per quam in huiuſmodi opiniones inciderunt. Et tunc ab iſtis poſitionibus recedunt. Alii uero prædictas poſitiones proſequuntur non propter aliquam dubitationem eos ad huiuſmodi inducentem: ſed ſolum { cauſa orationis } ideſt ex quadam proteruia, uolentes huiuſmodi rationes impoſſibiles ſuſtinere propter ſeipſas, quia contraria earum demonſtrari non poſſunt. Et horum medela eſt argumentatio uel arguitio { quæ eſt in uoce orationis & in nominibus } ideſt per hoc ꝙ ipſa uox orationis aliquid ſignificat. Significatio autem orationis a ſignificatione nominum dependet. Et ſic oportet ad hoc principium redire, ꝙ nomina aliquid ſignificant: ſicut ſupra philoſophus uſus eſt. Deinde cum dicit.

Quis incidit in errorem ex duplici cauſa

L

In iis autem qui dubitant, ex ſenſibilibus rebus hæc eſt opinio orta, ſimul inquam contradictoria contrariaq; ineſſe, cum ex eodem contraria fieri uiderent. Quod ſi impoſſibile eſt id fieri quod non eſt, res antea profecto erat utrunq;, quemadmodũ M & Anaxagoras inquit quodlibet in quouis eſſe mixtum atq; Democritus. Etenim iſte uacuum atq; plenum in quauis eſſe parte cenſebat, & tamen horum alterum ens, alterum haud ens eſſe dicebat.

Part. 2.

Venit autem dubitantibus hæc opinio ex ſenſibilibus. Quæ quidem eius ꝙ ſimul contradictiões & contraria exiſtere uidentibus ex eodem facta cõtraria. Ergo ſi non contingit fieri non ens præfuit ſimiliter res ambo ens: ut & Anaxagor. mixtum oẽ in omni ait & Democritus. Etenim inane & plenũ ſimiliter ſecundum quamcunq; exiſtere partem, quorũ hoc quidem horũ eſſe nõ ens, illud uero ens.

Quia ſuperius obuiauit ſuper hoc ex ſignificatione nominum, hic incipit obuiare dubitantibus ſoluendo eorum dubitationes. Et primo quantum ad illos qui ponebant contradictoria eſſe ſimul uera. Secundo quantum ad illos qui ponebant omnia apparentia eſſe uera. ibi { Similiter autem } circa primum duo facit. Primo ponit dubitationem quæ mouet quoſdam ad concedendum contradictoria eſſe ſimul uera. Secundo ſoluit. ibi { Igitur ex his. } Dicit ergo ꝙ opinio de hoc ꝙ contradictio ſimul uerificetur, quibuſdam uenit per modum dubitationis ex ſenſibilibus in quibus apparet generatio & corruptio & motus. Videbatur enim ꝙ ex aliquo uno fiebant contraria, ſicut ex aqua fit & aer qui eſt calidus, & terra quæ eſt frigida. Sed omne quod fit, fit ex prius exiſtente. Quod enim non eſt, non contingit fieri, cum ex nihilo nihil fiat. Oportet ergo ꝙ res fuerit ſimul in ſe habens contradictionem, quia ſi ex uno & eodem fit calidum & frigidum, fit per conſequens calidum & non calidum. Propter hanc autem rationem Anaxagor dixit ꝙ omnia in omnibus miſcentur. Ex hoc enim quod uidebat quodlibet ex quolibet fieri, putabat ꝙ nihil poſſet fieri ex alio niſi ante fuiſſet ibi. Et huic rationi uidetur acquieuiſſe Democritus. Poſuit enim uacuum & plenum in qualibet parte corporis coniungi. Quæ quidem ſi habent ſicut ens & non ens. Nam plenum ſe habet ſicut ens. Vacuum uero ſicut non ens. Deinde cum dicit.

N Lect. ſeq.

Parte. ſeq

O

Ad eos igitur qui ex his ita exiſtimarũt, partim recte dicere, partim ignorare ipſos, dicemus. Id.n. quod eſt dupliciter dicitur: quare fieri quippiã ex eo qđ haud eſt partim põt partim nõ põt. Et ſimul idem ens & non ens eſſe poteſt, non tñ eodem mõ. Etenim potentia quidem fit, ut idem ſit contraria ſimul: actu autem minime fieri poteſt.

Tex. cõ. 20. parte. 3.

Igitur ex his ad ſuſcipientes dicemus, quia modo quodam recte dicunt, & modo quodam ignorãt. Ens enim dupliciter dicitur. Eſt ergo quomodo contingit fieri aliquid ex non ente, eſt autem quomodo non. Vnde & ſimul idem eſſe ens & non ens, ſed non ſecundum idem ens. Potentia nanquẽ contingit idem eſſe contraria, perfecte uero non.

Soluit motiuum anti quorũ duplicter. P

Soluit prædictam dubitationem dupliciter. Primo ſic dicens ꝙ ſicut dictum eſt, illis qui ex dubitatione opinantur prædicta inconuenientia, obuiandum eſt ad mentem. Igitur { ad ſuſcipientes } ideſt opinantes contradictoria ſimul uerificari, { ex his } id eſt prædicta ratione dicimus ꝙ quodammodo recte dicunt, & quodammodo ignorant quod dicunt, inconuenienter loquentes. Ens enim dupliciter dicitur. Ens actu, & ens in potentia. Cum igitur dicunt ꝙ ens non fit ex non ente, quodammodo uerum dicunt, & quodammodo non. Nam ens fit ex non ente actu, ente uero in potentia. Vnde etiam aliquo modo idem poteſt eſſe ſimul ens & non ens, & aliquo modo non poteſt. Contingit enim ꝙ idem ſit contraria in potentia, non tamen { perfecte } id eſt in actu. Sic enim tepidum eſt in potentia calidum & frigidum, neutrum tamen in actu.

Ens dupliciter.

Et inſuper eos admonebimus, & ad aliam in ratione rerum ſubſtantiam eſſe exiſtimare, cui neque motio neque corruptio penitus neque generatio competit.

Q

Part. 4.

Amplius autem dignificemus ipſos exiſtimare & aliam ſubſtantiam eſſe entium, cui nec motus exiſtit nec corruptio nec generatio omnino.

Secundam ſolutionem ponit ibi, dicens ꝙ dignum dicimus, ꝙ ipſi ſuſcipiant uel opinentur aliquam ſubſtantiam eſſe cui nec inſit motus nec generatio nec corruptio, quod probatum eſt. 8. phyſico. Tali autem ſubſtantiæ non poterit cõcludi ex ratione prædicta, ꝙ inſint contraria, quia ex ea non fit aliquid. Et hæc ſolutio uidetur procedere ſecundum Platonicos qui propter mutabilitatem ſenſibilium coacti ſunt ponere ideas & immobiles. ſ. de quibus dentur diffinitiones, & fiant demonſtrationes, & certa ſcia habeatur, quaſi de his ſenſibilibus propter eorum mutabilitatem & ammixtionem contrarietatis in eis certa ſcientia eſſe non poſſit. Sed prima ſolutio ſufficientior eſt. Lect. II.

T. cõ. 13.

Opinio

A Opinio autem nõnullorum de ueritate ea quæ in apparentibus rebus conſiſtit, ex ſenſibilibus orta eſſe uidetur. Verum enim non multitudine, neque paucitate diſcerni oportere cẽſent. Idem quippe aliis dulce, aliis amarum guſtantibus eſſe uidetur. Quare ſi omnes ægrotarent, aut omnes eſſent inſani: duo uero aut tres ualitudinem, aut mẽtem haberent: hi quidem ægrotare uiderentur, cæteri uero non uiderentur. Præterea compluribus cæterorum animalium ſanis contraria de eiſdem apparent, & etiam nobis, & inſuper cuiq; ad ſeipſum non eadem ſemper ſenſu uidentur. Quæ nam igitur iſtorum uera ſint, aut falſa, incertum eſt ſane. Non enim hæc magis uera q̃ hæc ſunt, ſed æque, Quapropter Democritus ait, aut nihil eſſe uerum aut nobis immanifeſtum.

Tex. 21. parte. B Similiter autem & quæ circa apparentia ueritas quibuſdam ex ſenſibilibus uenit. Verum enim non pluralitate iudicari putant oportere nec paucitate. Idem uero his guſtantibus dulce uidetur, illis uero amarum. Quare ſi omnes laborauerint, aut omnes deſipuerint: duo autẽ uel tres ſani ſint, aut intellectum habent: hos quidem uideri laborare & deſipere, alios uere non. Amplius autem multis aliorum animalium contraria uideri, & nobis. Et ipſi autem unicuique ad ſeipſum non eadem ſecundum ſenſum ſemper uideri. Quæ igitur horũ uera aut falſa non manifeſtum. Nihil enim magis hæc quam illa uera, ſed ſimiliter. Propter quod Democritus ait, aut nihil eſſe uerum, aut nobis non manifeſtum.

Et diſputatio contra ponentes omnia apparentia eſſe uera. lectio 12. POSTQVAM Philoſophus ſoluit dubitationem, ex qua inducebantur antiqui ad ponendum contradictoria ſimul eſſe uera. Hic remouet illa ex quibus aliqui inducebantur ad ponendum omne quod apparet eſſe uerum. Diuiditur autem pars iſta in duas. Primo ponit dubitationes ex
C quibus aliqui mouebantur ad prædictam poſitionem ponendam. Secundo remouet dubitationes prædictas, ibi { Nos autem & ad hanc orationem. } Circa primum duo facit. Primo ponit rationem eorum ex qua mouebantur ad ponendum omne quod apparet eſſe uerum. Secundo aſſignat cauſam prædictæ rationis. ibi { Omnino uero propter exiſtimare. } Dicit ergo primo ꝙ ſicut opinio quæ ponebat contradictoria ſimul eſſe uera ueniebat ex quibuſdam ſenſibilibus, in quibus contingit contradictoria fieri ex aliquo uno. Similiter { & ueritas quæ eſt circa apparentia } ideſt opinio de ueritate apparentium uenit ex quibuſdam ſenſibilibus, illis ſcilicet qui non proteruientes, ſed dubitantes in hanc poſitionem incidunt. Et hoc ideo quia de eiſdem ſenſibilibus inueniuntur contrariæ opiniones diuerſorum. Et hoc tripliciter.
D Primo quia quibuſdam guſtantibus uidetur dulce, quod aliis uidetur amarum eſſe. Et ſic homines de omnibus ſenſibilibus contrariam opinionem habent. Secondo quia multa animalia contraria iudicant de ſenſibilibus nobis. Illud enim ꝙ uidetur ſapidum boui uel aſino, mali ſaporis ab homine iudicatur. Tertio quia idem homo in diuerſis temporibus diuerſimode iudicat de ſenſibilibus. Quod enim nunc uidetur ſibi dulce & ſapidum, alio tempore ſibi uidetur amarum & inſipidum. Nec poteſt aſſignari ratio certa per quam fiat manifeſtum, quæ opinionum iſtarum ſit uera, aut quæ ſit falſa, quia non magis una earum uidetur uera uni, quam alteri altera. Ergo oportet ꝙ æqualiter ſint ueræ, uel æqualiter falſæ. Et ideo dixit Democritus, ꝙ aut nihil eſt determinate uerum in rebus, aut ſi quid eſt uerum, non eſt nobis manifeſtum. Cognitionem enim rerum accipimus per ſenſus. Iudicium autem ſenſus non eſt certum, cum non ſemper eodẽ modo iudicet. Vnde nulla certitudo uidetur nobis eſſe de ueritate, ut poſſimus dicere ꝙ hæc opinio determinate eſt uera, & contraria determinate eſt falſa. Sed quia poſſet aliquis
E dicere contra hanc opinionem, ꝙ aliqua regola poteſt ſumi per quam diſcernitur inter contrarias opiniones, quæ earum ſit uera, ut uidelicet dicamus ꝙ illud eſt uerum iudicium de ſenſibilibus quod dant ſani, non quod dant ægrotantes. Et de ueritate hoc eſt uerum iudicium quod dant ſapientes & intelligentes, non autem quod dant inſipientes uel ſtulti. Ideo in principio remouet iſtam reſponſionem per hoc, ꝙ iudicium certum de ueritate non conuenienter poteſt ſumi ex multitudine & paucitate, ut ſcilicet dicatur eſſe uerum ꝙ multis uidetur, falſum autem quod uidetur paucis, cum quandoq; illud quod eſt pluribus opinabile, non ſit ſimpliciter uerum. Sanitas autem & ægritudo, ſiue ſapientia & ſtultitia, non uidentur differre niſi ſecundum multitudinem & paucitatem. Si enim omnes uel plures eſſent tales quales ſunt illi qui nunc reputantur deſipientes uel ſtulti, illi reputarentur ſapientes. Et qui nunc reputantur ſapientes, reputarentur ſtulti. Et ſimiliter eſt de ſanitate & ægritudine. Non ergo credendum eſt magis iudicio ſani & ſapientis de falſitate & ueritate, quã iudicio infirmi & inſipientis. Lect. XII.

F Quia uero uiſ eſtimabat prudẽtiã eſſe ſenſum, hunc autem alterationem eſſe putarunt: ideo id ꝙ ſenſu uidetur, neceſſario uerum inquiunt eſſe.

parte. 3. Omnino uero propter exiſtimare prudentiã quidem ſenſum, & hunc autem eſſe alterationem: quod uidetur ſm ſenſum, ex neceſſitate uerum dicunt.

OSTENDIT cauſam prædictæ poſitionis, & primo ex parte ſenſus. Secundo ex parte ſenſibilium. ibi. { Huius autem opinionis cauſa &c. } Circa primum tria facit. Primo ponit cauſam prædictæ poſitionis ex parte ſenſus. Secundo recitat diuerſorum opiniones qui in hanc cauſam concordauerunt. ibi { Ex his Empedo. &c. } Tertio inuehit contra eos. ibi { Quare grauiſſimum. } Dicit ergo primo ꝙ antiqui hoc opinabantur, quod prudentia ſiue ſapientia uel ſcientia non eſſet niſi ſenſus. Non enim ponebant differentiã inter ſenſum & intellectum. Cognitio autem ſenſus fit per
G quandam alterationem ſenſus ad ſenſibilia. Et ita ꝙ ſenſus aliquid ſentiat, prouenit ex impreſſione rei ſenſibilis in ſenſum. Et ſic ſemper cognitio ſenſus reſpondet naturæ rei ſenſibilis, ut uidetur. Oportet igitur ſecundum eos ꝙ illud quod uidetur ſecundum ſenſum, ſit de neceſſitate uerum. Cum autem coniunxerimus ꝙ omnis cognitio eſt ſenſitiua, ſequitur ꝙ omne quod alicui apparet quocunq; modo, ſit uerum. Hæc autem ratio non ſolum deficit in hoc ꝙ ponit ſenſum & intellectum idem, ſed in hoc ꝙ ponit iudicium ſenſus nũquam falli de ſenſibilibus. Fallitur enim de ſenſibilibus communibus & per accidens, licet non de ſenſibilibus propriis, niſi forte ex indiſpoſitione organi. Nec oportet ꝙ quamuis ſenſus alteretur a ſenſibilibus, ꝙ iudicium ſenſus ſit uerum ex conditionibus rei ſenſibilis. Non enim oportet ꝙ actio agentis recipiatur in patiẽte ſm modum agentis, ſed ſm modum patientis & recipientis Et inde eſt ꝙ ſenſus non eſt quandoq; diſpoſitus ad recipiendum formam ſenſibilis ſm ꝙ eſt in ipſo ſenſibili, quare aliter aliquando iudicat quam rei ueritas
H ſe habeat. Deinde cum dicit.

Ex his enim & Empedocles & Democritus ac cæterorum, ut ſimpliciter dicam, quiſq; talibus opinionibus obnoxii ſane fuere Empedocles. n. habitu mutato prudentiam dicit mutari cum inquit:

Ad præſens hominum creſcit ſapientia ſemper.

Et alio rurſus in loco dicit:

Vt uario ſemper mutato corpore quiſq;,
Sic ſapere eſt illi mutato ac mente moueri.

Et Parmenides eodem etiam modo dicit.

Nanq; ut quiſq; ſuam retinet per membra reflexa.
Temperiem, ſic mente ualet mortalis ubiq;.

Idem & hoc poſt eiuſdem.

I Plurima id cunctis mens eſt mortalibus æque.
Anaxagoræ etiam & ſententia talis a quodam fami
liarium recenſetur. Talia ipſis ea quæ ſunt erunt,
qualia ipſi illa exiſtimabunt. Aiunt autem & Ho-
merum uideri hanc opinionem habere, quod He-
ctorem fecit iacere alia ſapientem, ut ex ictu fuerit
mente dimotus; propterea quod ſapiunt quidem
& ii qui mente ſunt dimoti, ſed non eadem. Patet
igitur ſi utraq; prudentia ſit, & ea quæ ſunt ita ſi-
mul, & non ita ſeſe habere.

par. 1. Ex his enim Empedocles & Democritus & alio
rum, ut eſt ueriſimile dicere, unuſquiſq; talibus
opinionibus facti ſunt rei. Etenim Empedocles, p
mutantes habitum permutare dicit prudentiam.
Ad præſens enim conſilium augere hominibus. &
in aliis dicit: Quia quantum alteri transformati
k ſunt, tãtum ipſis & ſemper ſapere altera affuit. Par-
menides uero enũtiat eodem modo. Vt enim qui-
cunq; habuerunt membrorum complexioné mul
tæ flexionis, & hominibus intellectus ineſt. Idem
enim eſt quod quidem ſapit natura membrorum
hominibus & omnibus & omni. Quod enim plus
eſt, intelligentia Anaxago. quoque pronuntiatio-
ne recordatur ad quoſdam ſociorum. Quia talia
erant ipſis entia, qualia utique exiſtimauerunt. Di
cunt autem & Homerum hanc habentem, quia
fecit Hectorem tanquam in extaſi fuerit a plaga
iacere aliud ſapientem: tãquam ſapientes quidem
& deſipientes, ſed non ſecundum eandem. Palam
ergo ꝙ ſi utræq; prudentiæ & entia, ſimul ſic &
non ſic ſe habent.

Recitat diuerſorum opiniones aſſentientium cauſis præ-
L dictis. Omnia autem dicta eorum quæ inducit tendunt ad
duo. Quorum primum eſt, ꝙ intellectus ſit idem cum ſen-
ſu. Aliud eſt, ꝙ omne quod uidetur ſit uerum. Dicit ergo ꝙ
ex prædictis rationibus Empedo. & Democritus & ſinguli
aliorum ſunt facti rei talibus opinionibus, ut { eſt dicere ue-
riſimile } ideſt ſicut ueriſimiliter cõiectutare poſſumus ex
eorum dictis. Dicit enim Empedo. ꝙ illi qui permutant { ha
bitum } ideſt diſpoſitionem corporis. permutant etiam pro
dentiam, quaſi intellectus cuius eſt prudentia, ſequatur habi
tudinem corporis, ſicut & ſenſus. Nam prudentia creſcit in
hominibus { ad apparens } ideſt per hoc ꝙ aliquid de nouo
incipit apparere homini profectus ſciẽtiæ fit in homine. Sed
hoc fit per hoc ꝙ diſpoſitio corporis uariatur. Alia tranſla-
tio habet melius { Ad præſens enim uoluntas uel conſilium
augetur hominibus, } quaſi dicat, ſm diſpoſitiones diuerſas
præſentes, noua conſilia, ſiue nouæ uolũtates, ſiue nouæ pru
dentiæ hominibus augentur, quaſi conſilium ſiue uoluntas
non ſequatur aliquam uim intellectiuam in homine, quæ ſit
M præter ſenſum, ſed ſolam diſpoſitionem corporis quæ uaria
tur ſm præſentiam diuerſarum rerum. In aliis autem libris
ſuis dicit Empedo. ꝙ quantum ad alterationem transfomat
id eſt ſm quantitatem qua homo transformatur in alteram
diſpoſitionem corporis, tanta eis eſt ſemper cura inquit, id
eſt ꝙ tot curæ, ſiue ſollicitudines, ſeu prudentiæ hominibus
adueniunt. Quod quidem eſt difficile. Alia translatio melius
ſic habet. { Quia quantũcunq; mutati ſũt, intantũ ſecundũ
ipſas ſemper ſapere alia ſtatutum eſt ſiue ſtultum. } Vel ip-
ſis affuit ſm aliam literam, quaſi dicat, ꝙ quantumcunq; ho
mo mutatur in diſpoſitione corporis, intantum ſemper
alia ſapientia, quaſi alium intellectum & aliam ſapientiam
habens. Deinde ponit opinionem Parmenidis ad idem di
cens, ꝙ Parmenides de rerum ueritate enuntiat eodem mo
do ſicut Empedocles. Dicit enim ꝙ ſicut unuſquiſq; habet di
ſpoſitionem membrorum ualde circumflexorum, uel { mol
tæ flexionis } ſm aliam literam, ita intellectus hominibus,
quaſi dicat, ꝙ in membris hominis eſt multa uarietas & cir N
conuolutio ad hoc ꝙ talis membrorum diſpoſitio adapte-
tur ad operationem intellectus, qui ſequitur membrorum
complexionem ſm eum. Ipſe enim dicit ꝙ idem eſt { quod
curauit } ideſt quod curam habet ſiue prudentiam de mem
bris ex natura membrorum: & quod eſt { in omnibus } id-
eſt in ſingulis partibus uniuerſi, & quod eſt { in omni } id-
eſt in toto uniuerſo. Sed tamen aliter nominatur in toto uni
uerſo, & in ſingulis partibus uniuerſi, & etiam in homine,
Et hoc in toto uniuerſo, dicitur Deus. In ſingulis autem par
tibus uniuerſi, dicitur natura. In homine autem, dicitur in-
tellectus. Et ſic hoc habet plus in homine quam in aliis
partibus uniuerſi, quia in homine illa uirtus intelligit pro-
pter complexionem determinatam membrorum, non au-
tem in aliis rebus. In quo etiam datur intelligi ꝙ intellectus
ſequitur complexionem corporis, & per conſequens non dif
fert a ſenſu, Alia trãſlatio planius habet ſic. Idem enim quod
quidam ſapit membrorum, non eſt in hominibus, & omni-
bus, & omnium. Plus enim é intellectus. Deinde ponit opin.
Anaxago. qui pronuntiauit ad quoſdam ſuos ſocios uel ami O
cos reducendo eis ad memoriam, quia talia ſunt eis entia,
qualia ſuſcipiunt ſiue opinantur. Et hoc eſt ſm ꝙ in illis di-
ctis philoſophorum tangitur. ſ. ꝙ ueritas ſequatur opinioné.
Deinde ponit opinionem Homeri de quo dicunt, ꝙ uideba-
tur eandem opinionem habere. Fecit enim in ſua recitatio-
ne. Hectorem iacere quaſi i extaſi a plaga ſibi illata { aliud
cunctantem } ideſt aliud cogitantem quam prius, uel aliena
ſapientem ſm aliam tranſlationem. ſ. ab his quæ prius ſapue
rat, quaſi cunctantem quidem & non cunctantem ideſt in il-
lo ſtrato in quo iacebat percuſſus, eſſet ſapiens & non ſapiés.
Sed nõ q̃tũ ad eãdé, q̃a q̃tũ ad illa q̃ tunc ſibi uidebantur ſa
piens erat, quantum aũt ad illa quæ prius ſapuerat, & iã ſape
re deſierat, non erat ſapiens Alia tranſlatio ſic habet, Sapien
tes quidem & deſipientes, quaſi dicat, ſicut fuit de Hectore
qui ſapiebat aliena poſt plagam: ita contingit & de aliis ꝙ
ſunt ſimul ſapientes & deſipientes, non ſm eandem ſed ſm
diuerſa. Ex omnibus autem prædictis philoſophorum opi-
nionibus concludit concluſionem intentam. ſ. quod ſi utræ-
que ſint prudentiæ ſ. ſm quas homo exiſtimat cõtraria mu- P
tatus de una diſpoſitione in aliam, quod omne id quod exi-
ſtimatur ſit uerum. Non enim eſſet prudentia exiſtimare fal
ſum. Vnde ſequitur quod entia ſimiliter ſe habeant ſic & nõ
ſic. Deinde cum dicit.

At enim id quod inde emergit, abſurdiſſimum
eſſe conſtat. Nam ſi qui maxime id uerum quod
perſpici poteſt uiderunt, (ſunt autem ii qui maxi-
me quærunt hoc ipſum ac amant) ii tales opinio-
nes habeant, & hæc de ueritate dicant, ac aſſerant
quo pacto nõ abiecto animo fuerunt ii, qui philo-
ſophari aggrediũtur? Quærere nãq; ueritatem, per
inde erit atq; ſi uolantia quiſpiam perſequatur. par. 5.

Quare & grauiſſimum accidens eſt. Nam ſi qui
maxime contingens uerum uiderunt (hi autem
ſunt maxime quærentes ipſam & amantes) tales Q
habent opiniones & talia enuntiant de ueritate,
quomodo non eſt dignum reſpuere philoſophari
conantes? Nam uolantia proſequi erit utique ueri
tatem inquirere.

Inuehit contra prædictos phos dicés ꝙ grauiſſimum acci
dens eſt quod eis accidit. Nam ſi illi qui maxime uiderũt ue-
rum inq̃tum cõtingit ab hoïe poſſe uideri. ſ. prædicti phi, qui
etiã ſunt maxime quærẽtes & amantes uerum, tales opinio
nes & tales ſententias proferunt de ueritate, quõ nõ eſt dignũ
prædictos phos dolere de hoc ꝙ eorũ ſtudium fruſtratur, ſi
ueritas inueniri non poteſt? Alia litera habet { Quõ non eſt
dignum relinquere uel reſpuere philoſophari conantes } id
eſt ꝙ homo non adhæreat his qui uolunt philoſophari, ſed
eos contemnat. Nam ſi nullum uerum poteſt ab homine de
ueritate ſciri, quærere ueritatem eſt quærere illud quod nõ
põt homo habere, ſicut ille qui proſequit uel fugat uolatilia.

A Quanto enim magis proſequitur, tãto magis ab eo elongaſ. Deinde cum dicit.

Cauſa uero opinionis hæc fuit. Nam de hiſce q̃dem quæ ſunt ueritatem conſiderabant. Ea uero quæ ſunt, res tamen ipſas ſenſibiles eſſe putarunt. In his aũt abunde infiniti natura, & eius qđ eſt hoc pacto quẽadmodum diximus ineſt. Quare uerisilr quidẽ, nõ aũt uera dicũt. Sic.n. magis dicere decet, quã ut Epicharmus in Xenophanem dixit.

Tex.co.22. Par.4. Huius aũt opinionis cauſa eſt, quia de entibus quidem ueritatem intendebant. Entia uero putabant eſſe ſenſibilia ſolum. In his uero multa quæ indeterminati natura conſiſtit, & quæ entis, ſicut diximus. Propter quod decenter quidem dicunt, non uera autem dicunt. Sic.n. congruit magis dicere, quã ſicut Epicharmus ad Xenophanem.

B Aſſignat cauſam præmiſſæ opinionis ex parte ſenſibiliũ, quæ cauſa prædictæ opinionis etiam ex parte ſenſibilium ponebatur. Nam cum ſenſibile ſit prius ſenſu naturaliter, oportet q̃ diſpoſitio ſenſuum ſequatur ſenſibilium diſpoſitionem. Aſſignat autem ex parte ſenſibilium duplicem cauſam, quarũ ſecũda ponitur, ibi: { Amplius aũt õium &c. }

Par. ſeq. Dicit ergo primo q̃ cauſa opinionis prædictorum philoſophorum fuit, quia cum ipſi intenderent cognoſcere ueritatẽ de entibus, & uideretur eis q̃ ſola ſenſibilia entia eſſent, totius ueritatis doctrinam iudicauerunt ex natura ſenſibilium rerum. In rebus autem ſenſibilibus multũ eſt de natura infiniti ſiue indeterminati, quia in eis eſt materia, quæ quantum eſt de ſe non determinatur ad unum, ſed eſt in potentia ad multas formas, & eſt in eis natura entis ſimiliter, ut diximus uidelicet q̃ eſſe rerum ſenſibilium nõ eſt determinatum, ſed ad diuerſa ſe habens. Vnde non eſt mirum ſi non determinatam cognitionem ingerit ſenſibus, ſed huic ſic, & alteri aliter. Et propter hoc prædicti philoſophi decenter ſiue uerisimiliter loquuntur ratõe prædicta. Non tñ uerum dicunt in hoc

C q̃ ponunt nihil determinatum eſſe in rebus ſenſibilibus. Nã licet materia quantum eſt de ſe, indeterminate ſe habeat ad multas formas, tamen per formam determinatur ad unum modum eſſendi. Vnde cum res cognoſcantur per ſuam formam magis quam per materiam, non eſt dicendum q̃ non poſſit haberi de rebus aliqua determinata cognitio. Et tamẽ quia uerisimilitudinem aliquam habet eorum opinio, magis congruit dicere ſicut ipſi dicebant, quam ſicut dicit Epicharmus ad Xenophanẽ, qui forte dicebat oĩa immobilia & neceſſaria eſſe, & per certitudinem ſciri. Deinde cum dicit.

Præterea oẽm quidem hanc naturam motum ſubire, de eo uero qđ mutatur nihil uere dici uidẽtes, circa id quod omni ex parte mutatur, nihil uere dici poſſe arbitrabantur. Ex hac.n. exiſtimatiõe ſumma illa opinio pullulauit, quam Heracliti ſe-

D quaces atq; Cratilus habebat. Qui quidem poſtremo nihil dicere oportere arbitrabatur; ſed digitum duntaxat mouebat, atque Heraclitum increpabat, propterea quod dixit fieri non poſſe, ut bis eundẽ fluuium quiſquam ingrediatur. Ipſe nanq; neque ſemel arbitrabatur.

Par.v. Amplius autem omnem uidentes hanc motam naturam, de permutante autem nihil uerum dicimus: circa uero omnino ſemper permutans, non contingere uerum dicere. Nam ex hac exiſtimatione pullulauit opinio dictorum ſumma, quę eſt dicentium heraclizare, & qualem Cratilus habuit, qui tandem opinatus eſt nihil oportere dicere, ſed digitum mouebat ſolum, & Heraclitum increpauit dicentem, bis in eodem flumine nõ eſt intrare. Ipſe enim exiſtimauit nec ſemel.

Ponit ſecundam cauſam ex parte ſenſibilium ſumptam, E dicens q̃ philoſophi uiderunt omnem hanc naturam ſcilicet ſenſibilem in motu eſſe. Viderunt etiam de permutante, ideſt de eo q̃ mouetur, q̃ nihil uerum dicitur inquantum mutatur. Quod enim mutatur de albedine in nigredinem, non eſt album nec nigrum inquantum mutatur. Et ideo ſi natura rerum ſenſibilium ſemper permutatur, & { omnino } .ideſt quantum ad omnia ita q̃ nihil in ea eſt fixum, non eſt aliqđ determinate uerum dicere de ipſa. Et ita ſequitur q̃ ueritas opinionis uel propoſitionis non ſequatur modum determinatum eſſendi in rebus. Sed potius id quod apparet cognoſcenti, ut hoc ſit eſſe uerum unumquodq; quod eſt alicui apparere. Et q̃ iſta fuerit eorum ratio ex hoc patet. Nam ex hac ſuſceptione ſiue opinione pullulauit opinio dictorum philoſophorum { ſumma uel extrema } ideſt quæ inuenit quid ſummum uel extremum huius ſententiæ, quæ dicebat { heraclizare } ideſt ſequi opinionem Heracliti, uel ſequentium Heraclitum ſecundum aliam literam ideſt qui dicebant ſe opinionem Heracliti qui ſequi poſuit omnia moueri, & per hoc nihil eſſe uerum determinate. Et hanc opinionem habuit Cratilus, qui ad ultimum ad hanc dementiam deuenit quòd opinatus eſt quòd non oportebat aliquid uerbo dicere F ſed ad exprimendum quod uolebat, mouebat ſolum digitum. Et hoc ideo, quia credebat q̃ ueritas rei quam uolebat enunciare primo tranſibat, quàm oratio finiretur. Breuiori autem ſpatio digitum mouebat. Iſte autem Cratilus reprehendit, uel increpauit Heraclitum. Heraclitus enim dixit quòd non poteſt homo bis intrare in eodem flumine, quia antequam intret ſecundo, aqua quæ erat fluminis iam defluxerat. Ipſe autem exiſtimauit, quòd nec ſemel poteſt homo intrare in eundem fluuium, quia ante etiam quàm ſemel intret aqua fluminis defluit & ſuperuenit alia. Et ita non ſolum etiam non poteſt homo bis loqui de re aliqua antequam diſpoſitio mutetur, ſed etiam nec ſemel. Lect. XIII.

Nos autem & ad hanc rationem dicemus, id qđ mutatur, cum mutatur eſſe non putare aliquam ipſis rationem habere.

Nos autem & ad hanc rationem dicemus, q̃ a Parte.1. permutans quando permutat, habet quan- G dam ipſius ueram rõnem non exiſtimari eẽ.

DISPVTAT contra prædicta, & primo quantum ad hoc quod ponebant de mutabilitate rerum ſenſibilium. Secundo quantum ad hoc quòd dicebatur de apparentia ſenſuum. ibi: { De ueritate uero quod non eſt. } Circa primum ponit ſex rationes, quarum prima talis eſt. Qui Lect. ſeq. exiſtimat non eſſe de eo quod non eſt, ueram opinionem habet, & ueram orationem profert ſi hoc enunciat. Sed quod mutatur dum mutatur non eſt nec illud ad quod mutatur, nec illud ex quo mutatur, ergo aliquid uere poteſt dici de eo quod mutatur. Sic ergo poſſumus dicere contra prædictam, rationem { uel orationem } ideſt opinionem dicentem q̃ de eo quod mutatur nihil poteſt uerum dici, quia { permutans } ideſt quod mutatur { quando permutat } ideſt quando permutatur habet quandam orationem uel rationem ueram { in eis } ideſt ſecundum prædictorum opinionem { non exiſtimari } ideſt quod non exiſtimetur aliquid ei ineſſe. H

Quanquam controuerſiam habet. Id enim qđ abiicit, habet aliquid eius quod abiicit: & eius qđ fit, aliquid iam eſſe neceſſe eſt. Omninoq; ſi corrũpitur, erit quippiam ens; & ſi fit, ſit id ex quo fit, & a quo generatur neceſſe eſt; atq; hoc non in infinitum proficiſcatur.

Eſt etiam dubitatio. Abiiciens enim, habet aliquid eius quod abiicitur, & eius quod fit, iam neceſſe aliquid eſſe. Omninoq; ſi corrũpitur, exiſtet Parte.2. aliquid ens. Et ſi fit, ex quo fit, & a quo generatur neceſſe eſt eſſe, & hoc non eſſe in infinitum.

I Secũdam rationem ponit quæ talis eſt. Omne quod permutatur, habet iam aliquid de termino ad quem permutatur, quia quod mutatur dum mutatur partim eſt in termino ad quem, & partim in termino a quo, ut probatur in.vi.phyſico. uel ſecundum aliam literam { abiciens habet aliquid Tex.cõ.7 & 87. eius quod ab icitur. } Et ex hoc datur intelligi ꝙ in eo quod mouetur, ſit aliquid de termino a quo: quia quãdiu aliquid mouetur, tãdiu terminus a quo abiicitur. Non autem abiiceretur niſi aliquid eius ineſſet ſubiecto mobili. Et eius quod fit neceſſe eſt iam aliquid eſſe, quia omne quod fit fiebat, ut pro- Te.cõ.53 batur.vi.phyſico. Patet etiam ꝙ ſi aliquid corrumpitur, ꝙ adhuc aliquid ſit, quia ſi omnino non eſſet, iam eſſet omnino incorruptum eſſe, & non incorrumpi. Similiter autem ſi aliquid generatur, oportet ꝙ ſit materia ex qua generatur, & Te.cõ.5. & inde. agens a quo generatur. Hoc autem non eſt poſsibile procedere in infinitum, quia ut probatur in ſecundo, nec in cauſis materialibus nec i agẽtibus in infinitum proceditur. Sic igitur eſt magna dubitatio contra eos qui dicunt, ꝙ de eo qđ mouetur nihil poteſt uere dici, tum quia in eo quod mouet k & generatur eſt aliquid de termino ad quem, tũ quia in omni generatione & motu oportet ponere aliquid ingenitum & immobile ex parte materiæ & agentis.

Sed his omiſsis, illa dicamus non idem eſſe in quantitate atq; qualitate mutari. Ratione igitur quantitatis non maneat, ſed ratione formę nos uniuerſa cognoſcimus.

parte. 3. Sed hęc prętermittentes ita dicamus, quia non idem eſt permutans ſecundum quantitatem & ſecundum qualitatem. Secundum quantitatem igitur ſit idem non manens. Sed ſecundum ſpeciem omnia cognoſcimus.

Tertiam rationem ponit, & hæc ratio cõtradicit eis quãtum ad cauſam ex qua opinionem ſumpſerunt, quia omnia ſenſibilia ſemper mouentur. Moti enim ſunt ad hoc dicendũ ex his quæ augentur. Viderunt enim ꝙ aliquid per unum annum creſcit ſm modicam quantitatem, & crediderunt ꝙ L motus augmenti eſſet continuus, ita ꝙ quantitas ſm quam attenditur augmẽtum diuideretur proportionaliter ſm partes temporis, ita ꝙ in qualibet parte fieret augmentum alicuius quantitatis, cuius proportio eſſet ad totam quantitatem ſicut proportio partis temporis ad totum tempus. Vnde cũ iſte motus ſit inſenſibilis, exiſtimauerunt ſimiliter ꝙ ea quæ uidentur quieſcere, mouentur, ſed motu inſenſibili. Dicit ergo contra illos ꝙ prætermiſsis illis quæ dicta ſunt, patet ꝙ non eſt idem motus ſm quantitatem, & ſm qualitatem uel formam. Et quãuis concedatur eis ꝙ motus ſm qualitatem ſit continuus in rebus, & ꝙ omnia hoc motu ſemper inſenſibiliter moueantur, tamen ſm qualitatem uel formam non oportet ꝙ propter hoc ſemper omnia moueantur. Et ita poterit haberi cognitio de rebus determinata, quia res magis cognoſcuntur per ſuam ſpẽm q̃ per ſuam quantitatem.

Prӕterea increpandi ſunt ii qui ita de rebus exiſtimarunt, propterea quod cum pauciores nume- M ro ſenſibilium rerum ita ſeſe habere uiderẽt, de toto cœlo ſimilem ſniam attulere. Locus.n. ſenſibiliũ rerum qui eſt circa nos, corruptionem ſolus generationemq; ſubit: ſed iſte nulla fere pars ipſius uni- Te.cõ.23. uerſi eſſe uidetur. Quare iſtius hęc ob illa tali ſententia libraſſent, quam ob hęc in illa ſententiam contemnendam tuliſſent.

parte. 4. Amplius autem dignum increpare ſic exiſtimãtes, ꝙ ſenſibilium in minoribus numerum ſciẽtes ſic habentem, de cœlo toto ſimiliter enuntiauerũt. Nam circa nos ſenſibilis locus in generatione & corruptione perſeuerat ſolum ens. Sed iſte ut dicatur nulla pars eſt omnis. Quare iuſtius utiq; propter illa hęc reueriti fuiſſent: quare propter hoc de illis errauerunt.

Quartam rationem ponit dicens, ꝙ dignum eſt renuere N ſiue increpare { ſic exiſtimantes } .i. opinantes. ſ. ꝙ oĩa ſenſibilia ſunt ſemper in motu: propter hoc ꝙ paucorum ſenſibilium numerum inueniunt ſic ſe habentem, cum tñ plura ſenſibilia immobilia ſint, niſi quantum ad motum localem. Conſtat.n. ꝙ ſola ſenſibilia quæ ſunt hic circa nos in ſphera actiuorum & paſsiuorum ſunt in generatione & corruptione. Huiuſmodi aũt locus eſt quaſi nihil reſpectu uniuerſi. Nã tota terra non habet ſenſibilem quantitatem reſpectu ſupremæ ſpheræ. Ideo ſe habet ad eam ſicut centrum, ſicut aſtrologi probant per hoc ꝙ ſemper ſex ſigna zodiaci ſuper terram apparent. Quod non eſſet ſi terra aliquam partem cœli ſenſu notabilem a nobis occultaret. Stultum enim fuit de tota natura ſenſibili iudicare propter illa pauciora, immo tolerabilius fuiſſet ꝙ tota natura ſenſibilis fuiſſet diiudicata ſm motum cœleſtium corporum, quæ multum excedunt aliã in quantitate.

Prӕterea patet & ĩ hos ipſos ea nos dicere poſſe, quæ olim ſunt dicta. Oſtendendum eſt.n. ipſis atq; O perſuadendum naturam quandã immobilem eſſe.

Ampliũs aũt palam quia ad hos eadem olim di- Par.5. ctis dicemus. Quod.n. eſt immobilis natura quædam oſtendendum ipſis, & credendum eſt eis.

Quintam rõnem ponit dicens, ꝙ contra hæc dicẽda ſunt ea quæ ſupra ſunt dicta in hoc eodem libro. ſ. ꝙ ſit quædam Te.cõ.41 { natura immobilis } . ſ. natura primi motoris, ut probatũ eſt in.8.phyſico. Et hoc eſt dicẽdum contra eos, & ipſi debẽt hoc credere, ſicut alibi probatum eſt. Et ideo non eſt uerũ ꝙ oĩa ſint ſemp ĩ motu, & ꝙ nihil uere de aliquo poſſit dici.

Quãquã hiſce qui ſimul eſſe, atq; nõ eſſe dicunt euenire uidet, ut quieſcere magis q̃ moueri oĩa dicãt. Non eſt.n. oĩno quicquam in quod quippiam mutaretur. Quippe cum uniuerſa oĩbus inſint.

Et ẽt contingit ſimul dicentibus eſſe & non eſſe par.6. qeſcere magis dicere oĩa q̃ moueri. Nõ eſt.n. in qđ aliquid permutetur. Nam oĩa inſunt oĩbus.

Sextam rõnem ponit dicẽs, ꝙ illa poſitio qua ponunt oĩa moueri repugnat primæ eorum poſitioni qua ponuntur cõtradictoria ſimul uerificari de eodem, quia ſi aliquid ſimul eſt P & non eſt magis ſequitur ꝙ oĩa quieſcant q̃ ꝙ oĩa moueantur. Nihil.n. permutatur ad hoc qđ iam ineſt ei, ſicut qđ iam eſt, album non mutatur ad albedinem. Si aũt idem contingit ſimul eſſe ꝙ non eſſe, oĩa inſunt oĩbus, ut ſupra probatũ eſt, quia oĩa ſunt unum. Et ita non erit in quod poſſit aliquid Te.cõ.15. permutari.

Lec. XIIII.

De ueritate uero diſſeramus oportet, oſtendendo nõ oẽ uerum eſſe id quod apparet. Nam primo quidem ſenſus proprii obiecti non eſt falſus. At imaginatio non eſt idem quod ſenſus.

DE ueritate aũt, ꝙ non omne apparens uerũ; T.cõ.24. primum quidem, quia neq; ſenſus falſus ꝓ- Part.1. prii eſt: ſed phantaſia non idem ſenſui.

HIC INCIPIT procedere contra ipſam rõnem de ueritate apparẽtium, & circa hoc duo facit. Primo improbat hanc opinionem. Scđo inducit concluſionem intẽtam, ibi: { Igitur quia cunctorum. } Circa primum duo facit. Primo diſputat contra illos qui prædictam rõnem ꝓp aliquam rõnem uel dubitationem poſuerunt. Scđo contra proteruientes, ibi: { Sunt aũt quidam. } Circa primum ponit ſeptem rões. Circa primam ſic dicit. Oſtenſum eſt ꝙ non oĩa ſunt mutabilia, ſed de ueritate ꝙ non omne apparens ſit uerum, iſta cõſideranda ſunt: quorum primum eſt ꝙ ſenſus nõ eſt proprie cauſa falſitatis, ſed phantaſia, quæ non eſt idẽ ſenſui. q. d. Diuerſitas iudiciorum quæ datur de ſenſibilibus non peruenit ex ſenſu, ſed ex phantaſia, ad quam propter aliqđ impedimentum naturæ proueniunt deceptiones ſenſuum. Phantaſia autẽm non eſt eadem ſenſui, ut probatur tertio de anima, ſed eſt motus factus a ſenſu ſecundum actum.

Hic pħs arguit cõtra opinionem antiquorũ de ueritate apparẽtiũ. Infra le.15. parte.5. Q

Lec. ſeq. part.1.

T.cõ.63.

Vnde

A Vnde ꝙ ipſi attribuerunt ſenſui iſtam diuerſitatem iudiciorum, per quam unus iudicatur falſum ſentire de hoc de quo alius uerum ſentit, non conuenienter faciunt. Alia tranſlatio melius habet { Et primum quidem quia nec ſenſus falſus proprii eſt. Sed phantaſia non idē eſt ſenſui } quaſi dicat ꝙ nullus ſenſus de proprio obiecto decipitur, ſicut uiſus non decipitur de coloribus. Ex quo patet quod iudiciū ſenſus de ſenſibili proprio eſt determinatum. Vnde oportet determinatā ueritatem eſſe in rebus. Et ſi obiiciatur ꝙ aliquando etiam circa ſenſibilia propria error accidit, reſpondet ꝙ hoc non eſt ex ſenſu, ſed ex phantaſia per cuius indiſpoſitionem aliquando contingit ꝙ id quod per ſenſum accipitur, aliter ad ipſam perueniat q̄ ſenſu percipiatur, ſicut patet in phreneticis in quibus organum phantaſiæ eſt læſum.

Deinde dignum eſt admiratione ſi hoc dubitēt utrum tantæ ſint magnitudines talesq; colores, quantæ ac quales hiſce qui ſunt remoti: an tantæ qualeſue hiſce qui ſunt propinqui uidentur, & utrum tales ſint quales ſanis, an tales quales ęgrotantibus ipſis apparent: & utrum ea ſint grauiora B quæ imbecillis, an ea quæ robuſtis uidentur: & etiam utrum ea ſint uera quę dormientibus, an ea quæ uigilantibus ipſis apparent. Nam non ita ipſos putare patet. Nemo nanq; ſi ſit in Africa, deinde noctu ſe eſſe Athenis exiſtimauerit, ad Lycium proficiſcitur.

Part. 2. Deinde dignum mirari ſi hoc dubitatur, utrum tantę ſunt magitudines, & colores tales quales a remotis uidentur, aut quales de prope: & utrum qualia ſanis, aut qualia laborantibus. Et grauiora, utrum qualia, debilibus, aut qualia robuſtis. Et uera, utrum qualia dormiētibus, aut qualia uigilantibus. Quod quidem enim non putant palā. Nullus ergo ſi putauerit ſe de nocte Athenis eſſe ens in Libya, uadit ad Lycium.

Liciam. i. Odiō gre. qd ē locus ubi canēs amici.

C Secundam rationem ponit, circa quam ſic dicit. Dignum eſt admirari ſi aliqui de hoc { quærunt } uel { dubitatur } ſm aliam literam, utrum magnitudines tales ſint quales uidentur a remotis, uel quales uidentur a propinquis. Quaſi enim per ſe uerum eſt ꝙ ſenſus propinquas magnitudines iudicat tales eſſe, quales ſunt remotas autem minores quam ſint quia, quod a remotiori uidetur, uidetur minus, ut in perſpectiua probatur. Et ſimile eſt ſi quis dubitat utrum colores ſint tales quales uidentur a remotis, uel quales uidentur a propinquis, Conſtat enim ꝙ uirtus agentis quanto plus in remotis porrigitur in agendo, tāto deficientior eius inuenitur effectus. Ignis enim minus calefacit quæ diſtant, q̄ quæ ſunt propinqua. Vnde & color corporis profecti ſenſitiui non ita immutat perfecte in remoto, ut in propinquo diaphanum. Et propter hoc uerius eſt iudicium ſenſus de coloribus ſenſibilibus in propinquo quā in remoto. Et ſimile eſt D etiam ſi quis dubitat utrum aliqua talia ſint qualia uidentur { laborantibus } ideſt infirmis. Sani enim habent organa ſenſuum bene diſpoſita, & ideo ſpecies ſenſibilium in eis recipiuntur prout ſunt, & propter hoc uerum eſt iudicium ſanorum de ſenſibilibus. Organa uero infirmorum ſunt indiſpoſita. Vnde non conuenienter immutantur a ſenſibilibus. Et propter hoc eorum iudicium de eis non eſt rectum, ut patet in guſtu: cuius organum quia in infirmis corruptis humoribus eſt infectum, ea quæ ſunt boni ſaporis eis inſipida uidentur. Et ſimile iterum eſt utrum pondera ſint ita grauia ſicut uidentur debilibus, uel ſicut uidentur robuſtis Conſtat enim ꝙ robuſti de ponderibus iudicant ſm ꝙ ſunt. Non autem ita eſt in debilibus in quibus difficultas ad ſuſtinendum pondus, non ſolum prouenit ex magnitudine ponderis, quēadmodum in robuſtis, ſed etiam ex paucitate uirtutis. Vnde etiam parua pondera eis magna uidentur. Simile eſt ſi aliqui dubitāt utrum ueritas ſic ſe habeat ſicut uidetur dormientibus, aut ſicut uidetur uigilantibus. In dormientibus enim E ligati ſunt ſenſus, & ita iudicium eorum de ſenſibilibus non poteſt eſſe liberum, ſicut eſt iudicium uigilantium, quorum ſenſus ſunt ſoluti. Supra autem dictum eſt ꝙ mirandum eſt ſi dubitant, quia ex eorum actibus apparet ꝙ non dubitant, nec exiſtimant omnia prædicta iudicia æqualiter eſſe uera. Si enim aliquis exiſtens in Libya in ſomnis uideat ſe eſſe Athenis, uel aliquis exiſtens Pariſius uideat ſe eſſe in Vngaria in ſomnis, a ſomno ſurgens non talia operatur, qualia operaretur ſi in uigilia hoc percepiſſet. Iret enim ad odion, ideſt ad locum quendam qui eſt Athenis, ſi in uigilia ſe Athenis eſſe uideret, quod non facit ſi hoc ſomniauit. Ergo patet ꝙ non putat ſimiliter eſſe uerum, quod uidetur dormienti & uigilanti. Similiter poteſt argui de aliis quæſtionibus prædictis. Licet enim oretenus de talibus quærant, tamen de eis in mente non dubitant. Vnde patet rationem eſſe nullam, qua ponebāt omne quod uidetur eſſe uerū. Hoc enim ponebant, quia diuerſarum opinionū non poteſt accipi quæ uerior ſit, ſicut ſupra dictum eſt.

Pręterea medici opinio, ut inquit etiam Plato, atq; ignorantis hominis de futuro ſano, aut nō futuro, non ęque profecto eſt certa. F

Amplius autem de futuro, ut & Plato dicit nequaquam ſilr propria medici opinio & ignorantis uelut de futuro ſanum fore, aut non futuro. Part. 3.

Tertiam rationem ponit dicens ꝙ de futuris, ſicut Plato dicebat, non ſimiliter { eſt propria } ideſt principalis firma & uera & digna credi opinio medici, & ignorantis medicinā ſicut de hoc futuro quod eſt infirmatum ſanari uel non ſanari. Nam medicus qui ſcit cauſam ſanitatis poteſt aliqua ſigna ſanitatis futuræ præſcire, quæ neſcit artis medicinalis ignarus. Vnde patet ꝙ ſtulta eſt opinio qua creditur omnes opiniones æqualiter eſſe ueras.

Pręterea de propinquo quiuis ac alieno obiecto ſenſus, aut remoto propinquoue ſibi non ęque eſt certus. Sed de colore quidem certus eſt uiſus, nō guſtus. De ſapore autem guſtus, non uiſus.

Amplius autem & non ſimiliter in ſenſibilibus propria alicui & proprii, aut propinqui & eius qđ ipſius. Et de coloribus quidem uiſus non guſtus, de chymis uero, id eſt humoribus uel cibis guſtus ſed non uiſus. Tc. c. 25. Part. 4. G

Quartam rationem ponit, quia in ſenſibilibus non ſimiliter { eſt propria } ideſt uera & credibilis iudicatio ſenſus de alieno ſenſibili, & de proprio. Sicut uiſus non ſimiliter iudicat de coloribus & guſtus. Sed credendum eſt de coloribus iudicio uiſus. { Et de chymis } ideſt ſaporibus iudicio guſtus. Vnde ſi uiſus iudicet aliquid dulce eſſe, & guſtus percipit idem eſſe amarum, credendum eſt magis guſtui quam uiſui. Et ſimiliter etiam non eſt æqualis ponderis iudicium ſenſus de proprio ſenſibili, & de eo quod eſt proprio propinquum. Propinqua autem propriis ſenſibilibus hic dicunt ſenſibilia cōmunia, ut magnitudo, numerus, & huiuſmodi, circa quæ magis decipitur ſenſus q̄ circa ſenſibilia propria, minus tamen q̄ circa ſenſibilia alterius ſenſus, uel circa ea quæ ſunt ſenſibilia per accidens. Et ita patet ꝙ ſtultum eſt dicere omnia iudicia æqualiter eſſe uera. H

21 Quorum nunquam eodem in tempore quiſquam ſimul idem ſic ſeſe habere, & non ſic ſeſe habere dicit. Quinetiam neq; diuerſo in tempore ambigit de affectu, ſed de eo circa quod accidit ipſe affectus. Dico autem hoc pacto idem uinum, aut ipſum mutatum, aut inſtrumento mutato, interdū dulce, interdum non dulce eſſe uidebitur. Sed dulce eſt tale ſemper cum eſt, & nunquam mutatur, ſed ſemper de eo uerum dicit ipſe guſtus atque affectus, qui a dulci proficiſcitur, & neceſſario talis.

I Part.5. Quorum unuſquiſq; in eodem tempore, circa idem nunquam dicit ita & non ita ſimul habere. Sed nec in altero tempore circa paſſionem dubitauit, ſed circa id cui accidit paſſio. Dico autem, puta idem quidem uidebitur unum, aut mutatum uinum, aut corpore mutato, quãdoq; quidem dulce eſſe, quandoque autem non dulce. Sed quod non dulce, quale eſt quando fuerit, nunquam mutauit: ſed ſemper de ipſo uerũ dicit, & eſt ex neceſſitate exiſtens tale dulce.

Quintam rationem ponit dicens, ꝙ nullus ſenſus in eodẽ tempore ſimul dicit circa idem ita ſe habere & non habere. in eodem enim tempore non dicit uiſus aliquid eſſe album, & non album, nec bicubitum & non bicubitum, nec dulce & non dulce. Sed quamuis in diuerſis temporibus, uideatur iudicium ſenſus oppoſita de eodem iudicare, nonquã tamen dubitatio accidit ex iudicio circa paſſionem ipſam ſenſibilẽ, K ſed circa paſſionis ſubiectum, uerbi gratia, de eodem ſubiecto. ſ. uino guſtui, quandoq; uidetur quod eſt dulce, & quandoq; quod non eſt dulce. Quod peouenit uel propter mutationem corporis ſenſibilis, uel inſtrumenti quod eſt infectũ amaris humoribus. Et ſic quicquid quid guſtat ei non dulce uidetur, uel propter mutationem ipſius uini. Sed nunquam guſtus mutat iudicium ſuum quin ipſam dulcedinem talem iudicet eſſe qualem perpẽdit in dolci, quando indicauit eam eſſe dulcem, ſed de ipſa dulcedine ſemꝑ uerum dicit, & ſemper eodem modo. Vnde ſi iudiciom ſenſus eſt uerum, ſicut ipſi ponunt, ſequitur etiam ꝙ natura dolcis ex neceſſitate ſit talis, & ſic aliquid erit determinate uerom in rebus. Sequitur etiam ꝙ nunquam affirmatio uel negatio ſunt ſimul uera, quia nunquam ſenſus ſimol dicit aliquid eſſe dolce & non dulce, ut dictum eſt.

L Et tamen hoc ipſum omnes hæ ſentẽtiæ tollunt. Quemadmodum enim & ſubſtantiam eſſe nullius, ſic & nihil neceſſario eſſe dicunt. Neceſſariũ enim ut aliter ſeſe habeat, fieri minime poteſt. Quare ſi quippiam neceſſario ſit, id non ſane ita, & non ita ſeſe habebit.

Part.6. Neceſſarii qd ſit. Quamuis & hæc hæ rationes omnes auferunt quemadmodum & ſubſtãtiam non eſſe nullius, ita nec ex neceſſitate nihil. Neceſſarium enim qd non contingit aliter & aliter ſe habere. Quare & ſiquidem ex neceſſitate, non habebit ita & non ita.

T.c.13. Sextam rationem ponit dicens, ꝙ prædictæ rationes omnes uel opiniones ſicut auferunt omnia ſubſtantialia prædicata, ut ſupra oſtenſum eſt, ita auferunt omnia prædicata neceſſaria. Sequitur enim ꝙ nihil de altero prædicatur ſubſtantialiter aut neceſſario. Et ꝙ non ſubſtantialiter, ex ſupra dictis patet. Quod autem non neceſſario ſic probatur, quia neceſſariom eſt, quod non contingit aliter ſe habere. Si ergo omne quod eſt, eſt ſic uel aliter ſm eos qui dicunt contradi M ctoria ſimul eſſe uera, & oppoſitas opiniones, ſequetur ꝙ nihil ſit neceſſarium in rebus.

Atque omnino ſi ſenſibilia ſolum ſint, nihil erit profecto, ſi animantia nõ ſint: ſenſus enim nõ erit. Fortaſſe igitur uerum eſt, neq; ſenſibilia neq; ſenſus pceptiones eſſe: hoc eſt enim ſentientis affectus at impoſſibile eſt & ſine ſenſu ea ſubiecta non eſſe quę faciunt ſenſum. Non enim ipſe ſenſus eſt ſui, ſed eſt & aliquid aliud præter ſenſum, quod quidem antecedere ſenſum neceſſe eſt. Id enim quod mouet, prius eſt eo natura quod mouetur. Neque id minus eſt, & ſi hæc ipſa mutuo referuntur.

Part.7. Et ex toto ſi eſt actu ſenſibile ſolum, nihil utiq; erit ſolum non exiſtentibus animatis. Senſus enim non erit. Neq; quidem igitur ſenſibilia eſſe & neq; ſenſationes forſan uerum. Sentientis enim paſſio hæc eſt. Subiecta uero non eſſe quę ſenſum faciũt, N & ſine ſenſu impoſſibile. Non enim ſenſus ſuimet, eſt ſed aliquid alterum pręter ſenſum, quod prius eſſe ſenſu neceſſe eſt. Mouens enim moto prius eſt natura. Et utique ſi adinuicem dicantur hæc ipſa, nihil minus.

Septimam rationem ponit dicens. Si omne apparens eſt uerum, nec aliquid eſt uerum niſi ex hoc ipſo quod eſt apparens ſenſui, ſequetur ꝙ nihil eſt niſi inquantum ſenſibile eſt in actu. Sed ſi ſolum ſic aliquid eſt. ſ. inquantum eſt ſenſibile, ſequetur ꝙ nihil ſit ſi non erunt ſenſus. Et per conſequens ſi non erunt animata uel animalia. Hoc autem eſt impoſſibile. Nam hoc poteſt eſſe uerum ꝙ ſenſibilia inquantum ſenſibilia non ſunt ideſt ſi accipiantur prout ſunt ſenſibilia in actu, ꝙ non ſunt ſine ſenſibus. Sunt enim ſenſibilia in actu ſm ꝙ ſunt in ſenſu. Et ſm hoc omne ſenſibile in actu eſt quædam paſſio ſentientis, quæ non poteſt eſſe ſi ſentientia non ſunt.

Sed ꝙ ipſa ſenſibilia quæ faciunt hanc paſſionem in ſenſu non ſint, hoc eſt impoſſibile: Quod ſic patet. Remoto enim poſteriori non remouetur prius, ſed res faciens paſſiones in ſenſu non eſt ipſemet ſenſus, quia ſenſus non eſt ſuimet, ſed O alterius, quod oportet eſſe prius ſenſu naturaliter, ſicut mouẽs moto naturaliter eſt prius. Viſus enim non uidet ſe ſed colorem. Et ſi contra hoc dicatur ꝙ ſenſibile & ſenſus ſunt relatiua adinuicem dicta, & ita ſimul natura, & interempto uno interimitur aliud nihilominus ſequitur propoſitum, quia ſenſibile in potentia non dicitur relatiue ad ſenſum quaſi ad ipſum referatur, ſed quia ſenſus refertur ad ipſum, ut in quinto huius habetur. Patet igitur ꝙ impoſſibile eſt dici ꝙ ex hoc ſunt aliqua uera, qui ſenſui apparent. Quod ponunt Te c.20. illi qui ponunt omnia apparentia eē uera, ut ex prædictis patet.

Lectio. XV.

Sunt autem quidam qui dubitant, & eorũ qui perſuaſi ſunt, & eorum etiam qui ſolum has ſentẽtias dicunt. Quęritãt enim quiſnam ſit ille qui ſanum hominem diſcernit, & eum omnino qui circa ſingula recte iudicat atq; diſcernit. Tales uero dubitationes ſimiles huic ſunt dubitationi. Dormimus ne nũc, an uigilamus? Idem autem omnes P huiuſcemodi dubitationes poſſunt. Omnium.n. hi rationem eſſe cenſent. Etenim principium quęrunt, atq; hoc per demonſtrationem accipere. Nõ eſſe nanq; perſuaſos in ipſis actionibus patet. Sed uti diximus hic eſt ipſorum error. Rõnem enim eorum quæritant, quorum nulla eſt ratio. Principii enim demõſtrationis non eſt demonſtratio. Atque hi quidem facile id ita eē perſuaderi poſſunt. Non eſt enim difficile ut accipiatur.

Te c.26 par.1. Svnt autem quidam qui dubitant, huiuſmodi perſuaſorum, & has rationes ſolum dicẽtium. Quęrunt enim quis qui iudicat ſanum, & omnino circa ſingula recte iudicantem. Tales uero du Q bitationes ſimiles ſunt dubitationi, utrum dormimus nunc, aut uigilamus? Poſſunt autem omnes dubitationes tales idem. Omnium enim rationem hi dignificant eſſe. Principium enim quęrunt & hoc per demonſtrationem accipere. Quandoq; uero ꝙ nõ perſuaſi ſunt, manifeſti ſunt in actibus. Sed ſecundum ꝙ quidem diximus, hęc eorum paſſio eſt. Rationem enim quærunt, quorum non eſt ratio. Demonſtrationis enim principium non eſt demonſtratio. Hi quidem utiq; facile hoc credẽt. Eſt enim non difficile ſumere.

DISPVTAT contra illos qui prædictam rationem non ex ratione, ſed ex pertinacia ſuſceperunt, & circa hoc duo facit. Primo ponit qualiter iſti mouentur ad hãc

A opinionem ponendam. Secundo oſtendit qualiter eſt reſiſtẽdum, ibi: { Qui uero uim in ſolo uerbo &c. } Dicit ergo primo, ꝙ præter prædictos qui in prædictam opinionem ex quibuſdam dubitationibus inciderunt, ſunt aliqui qui interrogant { perſuaſos in his } .ſ. opinionibus, id eſt deceptos, ut eos in deceptione detineant, & has ſolas rationes habent ad ſuam opinionem confirmandam. Alia tranſlatio habet.

Parte. ſeq. huius lect. Via ſecũda contra opinionem de ueritate apparentium

Sunt autem quidam qui deficiunt ſiue dubitant huiuſmodi perſuaſorum has rationes ſolum dicentium. Et eſt ſenſus ꝙ quidem deceptorum, qui prædictam opinionem tenent, has ſolas dubitationes tenent, & his rationibus utuntur, quæ infra dicentur. Si enim dicatur eis ꝙ inter contrarias opiniones credendum eſt magis ſanis ꝗ infirmis, & ſapientibus quã ignorantibus, & uigilantibus quam dormientibus, ipſi iterato quærunt quomodo poſſit diiudicari ſanus per certitudinem ab infirmo, & uigilans a dormiẽte, & ſapiens a ſtulto. Et breuiter in omnibus diuerſitatibus opinionum quomodo poteſt diſcerni quis illorum iudicat recte in omnibus, cũ quibuſdam uideatur aliquis eſſe ſapiens, qui aliis uidetur ſtultus, & ſic de aliis? Sed iſtæ dubitationes ſtultæ ſunt. Similes

B enim ſunt illi dubitationi qua dubitatur, utrum nunc dormiamus an uigilemus. Horum enim omnium diſtinctio per ſe non eſt. Omnes autem dubitationes prædictæ idem ualent, quia ex eadem radice procedunt. Volunt enim iſti ſophiſtæ ꝙ omnium poſſunt accipi rationes demonſtratiuæ. Patet enim ꝙ ipſi quærebant accipere aliquod principium, quod eſſet eis quaſi regula ad diſcernendum inter infirmum & ſanum, inter uigilantem & dormientem. Nec erant contenti iſtam regulam qualitercunq; ſcire, ſed eam uolebant ꝑ demonſtrationem accipere. Ergo ꝙ ipſi decepti ſunt, manifeſtum eſt in eorum actibus ſm ꝙ diximus. Ex quibus apparet ꝙ poſitio eorum ſit falſa. Nam ſi æqualiter efficax eſſet iudicium dormientis & uigilantis, eadem ſequerẽtur in actibus hominum ex utroq; iudicio, quod patet eẽ falſum. Alia litera habet. Quandoq; uero ꝙ non perſuaſi ſunt. Et eſt ſñia conuenientior præmiſſi. Ipſi enim licet hoc ponant & oretenus quærant, non tamen mente in hoc decipiũtur ꝙ credant ſimiliter eſſe uerum iudicium dormientis & uigilantis,

C quod ex eorum actibus patet, ut dictum eſt. Sed quamuis non ſint decepti ut in hoc dubitent, hæc { tamen eſt paſſio eorum } id eſt infirmitas mentis ꝙ quærunt rationem demonſtratiuam eorum quorum non eſt demonſtratio. Nam { principium demonſtrationis non eſt demonſtratio } id eſt de eo demonſtratio eſſe non poteſt. Et hoc eſt eis facile ad credendum, quia non eſt hoc difficile ſumere etiam per demonſtrationem. Ratio enim demonſtratiua probat ꝙ nõ omnia demonſtrari poſſunt, quia ſic eſſet abire in infinitum.

Deinde cum dicit.

Qui uero in ratione uim ſolum quæritant, impoſſibile quęrunt. Etenim continuo ſimul ipſi cõtraria dicunt, deinde ſibi deductionem cenſent ad contraria fieri oportere.

Qui uero uim in ſolo uerbo quærunt, impoſſi

par. 3. D **bile quærunt. Contraria nanq; dicere ſignificant ſtatim contraria dicentes.**

Diſputat contra iſtos uel contra alios qui nec hac ratione mouentur ad ponendum omnia apparentia eſſe uera, quia non poteſt per demonſtrationem accipi regula per ꝗ certitudinaliter poſſit diſcerni inter iudicantes uere & non uere ſed ſolum ex quadam potentia rationem prædictã ponunt. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit ꝙ tales proteruientes tendant ducere ad impoſſibile. Secundo qualiter reſiſtendum eſt eis apparenter, ibi: { Verum ſi nõ omnia. } Tertio qualiter eis obuiandum eſt ſm ueritatem, ibi: { Et ſicut prædictum eſt &c } Dicit ergo primo ꝙ illi qui quærunt { uim in ſolo uerbo } id eſt qui non mouentur ex aliqua ratione, nec propter difficultatem alicuius dubitationis, nec propter defectum demonſtrationis, ſed ſolum uerbis innituntur, & credunt ꝙ omnia poſſunt dicere quæ improbari non poſſunt, iſti tales quærunt ducere ad aliquod impoſſibile. Volunt. n. ad hoc ducere ꝙ contraria ſint ſimul uera, per hoc ꝙ omnia apparentia ſunt uera. Deinde cum dicit.

Parte. ſeq. parte. 4. huius lect.

E **At ſi non omnia ſint ad aliquid, ſed aliqua etiam per ſeipſa ſint: non omne ſane quod apparet fuerit uerum. Id enim quod apparet, alicui eſt apparens. Quare qui dicit omnia quę uidentur atq; apparẽt uera eſse, is omnia quę ſunt ad aliquid facit. Quapropter & cauendum eſt hiſce qui uim in ratione quęritant, & ob hoc ſubeunt diſputationem. Non enim eos dicere oportet id quod uidetur eſſe uerum, ſed addant oportet cui uidetur, & cum uidetur, & quo uidetur, eodemq; modo. Quod ſi diſputent quidem, non autem hoc pacto ſubeant diſputationem, eueniet ipſis, ut cito contraria dicãt. Fieri nanq; poteſt ut idem uiſu quidem mel eſſe, guſtu autem non eſſe mel uideatur: & utriſq; oculis, ſi ſint diſsimiles, non idem appareat. Nam ad eos qui propter cauſas olim dictas id quod uidetur inquiunt eſse uerum, atq; ob idipſum omnia ſimiliter uera falſaq; eſse dicũt, facilis eſt obiectio.** F **Fieri nanq; poteſt, ut neq; omnibus eadem, neq; ſibi ſemper eadem, ſed ſępe contraria eodem in tempore uideantur. Nanq; idem tactu quidem cum digitus ſuper digito ponitur, duo: uiſu autẽ unũ eſse uidetur. At non eodem ſenſu, atq; per idem, & eodem modo tẽporeq; eodem. Quare hoc erit uerum. Sed fortaſse propter hoc neceſse eſt hiſce dicere, qui nõ ob dubitationem, ſed diſputationis gratia, dicunt nõ eſse hoc uerum, ſed huic uerum.**

Verum ſi non omnia ſunt ad aliquid, ſed quędam ſecundum ſe, non erit utiq; omne quod apparet uerũ. Nam quod apparet, alicui apparet. Quare qui omnia quę apparent eſse uera dicit, omnia quę ſunt facit ad aliquid. Propter quod & obſeruãdum uim in ſermone quęrẽtibus, ſimul autem & ſuſtinere ſermonem dignificantibus, ꝙ non quod apparet, eſt: ſed quod apparet, cui apparet, & quando apparet, inquantum, & ut. Si autem ſuſtineant G **quidem ſermonem, non ſic autem ſuſtineant, accidet ipſis contraria cito dicere. Contingit enim ſm uiſum eiſdem mel apparere, guſtu uero non. Et oculis duobus exiſtentibus non eadem utriq; uiſui, ſi ſunt diſſimiles. Quoniam ad dicẽtes propter iam dictas cauſas quod apparet uerum eſse, & propter hoc ſimiliter omnia eſse uera & falſa. Neque enim omnibus eadem apparere contingit. Nec enim accident ſemper eadem, ſed multoties contraria ſm idem tempus. Tactus enim duo dicit in digitorum uarietate, & uiſus unum: aut nullatenus idem, & ſecundum idem ſenſui, & ſimiliter, & in eodem tempore. Quare hoc utiq; erit uerũ. Sed** Tex. c. 27 H **forſan ideo erat neceſſe dicere, non propter dubitationem, ſed orationis cauſa dicentibus quia hoc non eſt uerum, ſed huic uerum.**

Parte 3.

Docet ex eorum poſitione eis reſiſtere, & prædictum inconueniens euitare dicens, ꝙ niſi ponantur omnia quæ ſunt eſſe ad aliquid, non poteſt dici ꝙ omne apparens ſit uerum. Si enim ſunt quædam in rebus quæ ſm ſe habent eſſe abſolutum, non per relationis ſenſum uel opinionem, non idem erit eis eſſe, quod apparere. Hoc enim dicit relationem ad ſenſum uel opinionem, quia apparens alicui apparet. Et ita oportebit ꝙ non apparens ſit uerum. Patet igitur ꝙ quicũque dicit omnia apparentia eſſe uera, facit omnia entia eſſe ad aliquid. ſ. in reſpectu ad opinionem uel ſenſum. Et ideo cõtra prædictos ſophiſtas qui quærunt uim in oratione, ſi aliquis dignetur eis { dare orationem } id eſt concedere hanc

I poſitionem quam ipſi ponunt, cuſtodiendum ſiue obſeruandum eſt eis ne deducantur ad concedendum contradictoria ſimul eſſe uera. Quia non eſt dicendum abſolute quod omne apparens eſt uerum: ſed quod apparet eſt uerum, cui apparet, & quantum apparet, & quando apparet, & ſicut apparet. Hoc enim licitum erat nobis apponere, ex quo res non habent eſſe abſolutum, ſed relatiuum tantum. Ideo autem hoc obſeruandum eſt uolentibus hanc poſitionem concedere, quia ſi aliquis concedat eis ꝙ omne apparens eſt uerum, & ita non concedat cum prædictis determinationibus, ſicut dictum eſt, ſequetur ꝙ ſtatim dicat contraria ſimul eſſe uera. Contingit enim ꝙ idem ſm uiſum uidetur mel propter ſimilem colorem mellis, & ſm guſtum non mel propter diſſimilem ſaporem. Et ſimiliter cum duo oculi ſint diſſimiles, non eadem eſt uiſio quæ fit per utrunq; oculum, uel non eadem uidentur otriq; uiſui, qui fit per utrunq; oculum. Vt ſi pupilla unius oculi infecta ſit aliquo groſſo uel nigro uapore, alia uero pura, uidebuntur per oculum infectum omnia
K nigra uel obſcura, per alium autem non. Ideo autem dico hoc eſſe cuſtodiendum uel obſeruandum, quia hoc eſt neceſſarium apud prædictos ſophiſtas, qui dicunt ex cauſis prædictis omne apparens eſſe uerum. Et ex hoc ſequi poteſt quòd omnia ſimiliter ſunt uera & falſa, propter hoc ꝙ non omnibus eadem apparent, nec etiam eadem ad ſeipſum, cum multoties idem homo ſm idem tempus iudicet contraria ſecundum diuerſos ſenſus. Sicut uiſus iudicat eſſe unum, quod tactus iudicat eſſe duo propter uariationem digitorum. Ex qua conuenit ꝙ idem tangibile per diuerſa inſtrumenta tangibilia ſ. tactus per diuerſos digitos, ad uim tactiuam peruenit ac ſi eſſent duo tãgibilia. Nullatenus autem eidem homini ſecundum eundem ſenſum ſimiliter & in eodem tempore, uidetur ꝙ hoc ſit uerum. ſ. contraria ſimul eſſe. Ideo autem forſan eſt neceſſarium ſic reſpondere prædictis ſophi-
L ſtis, qui dicunt non propter dubitationem ſed orationis cauſa: quaſi ex proteruia ipſam orationem propter ſeipſam cõcedentibus, quia hoc non eſt uerum ſimpliciter, ſed huic uerum. Ex hoc enim non ſequitur contradictoria ſimul eſſe uera. Eſſe enim hic uerum, & non eſſe uerum illi, non eſt cõtradictorium. Deinde cum dicit.

Atq; ut antea dictum eſt, neceſſe eſt ad aliquid omnia facere & ad opinationem, & ſenſum. Quare neq; fuit quicquam neq; etiam erit, ſi nullus antea fuit opinatus. Quod ſi fuit uel erit, patet non omnia ad opinionem referri.

part. 4. Et ſicut prædictum, eſt neceſſe ad aliquid facere omnia, & ad opinionem & ſenſum. Quare nec factum eſt, nec erit nihil, nullo propinante. Si uero factum eſt, aut erit, palam quia non erunt omnia ad opinionem.

Docet reſiſtere ſophiſtis prædictis ſm ueritatem, & non
M ſolum ad hominem. ſ. non concedendo falſam opinionem q̃ ipſi ponũt. Et hoc duabus rationibus, quarum prima ſic dicit. Sicut dictum eſt prius, ſi omne apparens eſt uerum, neceſſe { eſt facere omnia ad aliquid } . ſ. ad opinionem & ſenſum. Et ex hoc ſequitur hoc inconueniens ꝙ nihil ſit, nec fiat nullo opinante. Si autem hoc falſum eſt, quia multa ſunt & fiunt de quibus nulla eſt opinio uel cognitio, ſicut quæ ſunt in ꝓfundo maris uel in uiſceribus terræ, manifeſtum eſt ꝙ non omnia ſunt ad aliquid, id eſt ad opinionem & ſenſum. Et ita non omne apparens eſt uerum.

Præterea ſi unum ad unum aut ad definitum refertur, & ſi idem eſt & dimidium & æquale, ſed non æquale ad duplum, neq; dimidium ad æquale refertur: ſi idem ſit homo, atq; id de quo habet opinio, id qđ opinatur nõ erit hõ, ſed id de quo habet opinio. Quod ſi unũquodq; erit ad id qđ opi-
part. 4. natur, id ſane quod opinatur ſpecie fuerit infinita.

Amplius ſi unum ad unum, aut ad determinatum. Et ſi idem dimidium & ęquale, ſed non ęquale ad duplum, neq; dimidium ad æquale. Verum N
ad opinãs ſi idem eſt homo & opinatum, non eſt homo opinans, ſed opinatum. Si uero unumquodq; fuerit ad opinãs, ad infinita erit ſpecie opinãs.

Ponit ſecundam rationem dicens, ꝙ unum non refertur niſi ad unum, & non ad quodcunq; unum, ſed ad unum determinatum. Sicut patet ꝙ ſint idem ſubiecto dimidium & æquale, non tamen ad æquale dicitur duplum, ſed magis ad dimidium. Aequale uero dicetur ad æquale. Et ſimiliter ſi ipſe homo qui eſt opinans ſit etiam opinatus, non refertur homo ad opinans inquantum eſt opinans, ſed inquantum eſt opinatus. Si igitur omnia entia inquantum ſunt huiuſmodi referuntur ad opinãs inquãtum opinãs eſt, ſequetur quod hoc quod dico opinans non ſit unum, cum ad unum non referatur niſi unum, ſed infinita ſecundum ſpeciem cum infinita referuntur ad ipſum, quod eſt impoſſibile. Vnde non poteſt dici quod omnia relatiue dicantur ad, opinans, nec per conſequens quòd omne apparens uel opinans ſit uerum. Deinde cum dicit.

Eſſe igitur hanc opinionem firmiſſimum oĩum, non eſſe inquam ueras enuntiationes oppoſitas & O
quid hiſce accidit qui ita dicunt, & cur ita dicunt, ſatis a nobis eſt dictum.

Igitur quia cunctorum eſt opinio firmiſſima, nõ eſſe ſimul ueras oppoſitas dictiones: & quid accidit ita dicẽtibus, & quare ita dicũt, tot ſint dicta. Parte. 5. Concluſio intenta.

Concludit concluſionem ſuam intẽtam, & circa hoc duo facit. Primo ponit ipſam principalem concluſionem. Secundo inducit quoddam corollarium ex ea, ibi: { Si igitur impoſſibile. } Dicit ergo primo ꝙ ex prædictis patet, ꝙ inter omnes opiniones uel ſñias iſta eſt firmiſſima, qua dicitur oppoſitas dictiones ſiue ꝓpoſitiones ſiue contradictiones non ſimul eſſe ueras. Et etiam dictum eſt quæ inconuenientia accidunt dicentibus eas ſimul eſſe ueras, & ex qua cauſa moti ſunt ad illa dicendum. Deinde cum dicit.

Cum autem fieri nequeat ut contradictoria ſimul de eodem ſint uera, perſpicuum eſt neq; fieri poſſe quo contraria ſimul eidẽ inſint. Eſt enim alterum contrariorum non minus priuatio. Subſtãtiæ uero priuatio negatio eſt ab aliquo genere de- P
finito. Si igitur impoſſibile eſt uere ſimul affirmare atq; negare, fieri quoq; non poteſt, ut contraria ſimul inſint, niſi aut aliqua ex parte ambo, aut alterum quidem aliqua ex parte, alterum uero ſimpliciter inſit.

Quoniam autem impoſſibile eſt contradictionem ueram ſimul eſſe de eodem, palam quia nec contraria ſimul ineſſe eidem contingit. Contrariorum enim alterum eſt priuatio. Non uero minus ſubſtantiæ priuatio negatio eſt ab aliquo genere determinato. Si igitur impoſſibile eſt ſimul affirmare & negare uere, ĩpoſſibile eſt contraria ſimul ineſſe, ſed uel quo ambo uel quo alterum: alterũ Q
uero ſimpliciter aut non. parte. 6. Contraria ſimul eẽ in eodem eſt ĩpoſſibile.

Concludit corollarium, dicens, ex dictis ꝙ quia impoſſibile eſt ſimul contradictionem uerificari de eodem, manifeſtum eſt ꝙ nec etiam contraria eidẽ ineſſe poſſunt, quia manifeſtum eſt ꝙ non minus in contrariis alterum eorum eſt priuatio, q̃ in aliis oppoſitis, licet utrunq; contrariorum ſit natura aliqua, quod non eſt in affirmatione & negatione, uel in priuatione & habitu. Alterum enim eorum eſt imperfectum reſpectu alterius, ſicut nigrum reſpectu albi, & amarum reſpectu dulcis. Et ſic habet priuationem quandam adiunctam. Priuatio autem eſt { aliqua negatio ſubſtantiæ } idest in aliquo ſubiecto determinato. Et eſt etiam ab aliquo genere determinato. Eſt enim negatio infra genus. Non. n. omne non uidens dicitur cæcum, ſed ſolum in genere uidentium. Sic igitur patet ꝙ contrarium includit priuationem,

A & priuatio eſt quædam negatio. Si igitur impoſsibile eſt ſimul affirmare & negare, impoſsibile eſt contraria ſimul ineſſe eidem ſimpliciter, ſed uel { ambo inſunt quo } ideſt ſm aliquid ſicut, quando utrunq; in potentia uel ſecundum partem, uel unum ſm quid & alterum ſimpliciter. Sicut quãdo unum eſt in actu & alterum eſt in potentia, uel unum ſecundum plures & principaliores partes, alterum tantum ſm aliquam partem, ſicut æthiops eſt niger ſimpliciter & albus dentes.

Lectio. XVI.

At uero neque fit ut inter contradictoria quicquam cadat, ſed aut affirmetur unũ de uno quiduis, aut negetur neceſſe eſt. Patebit autem id ita eſſe, ſi primo quidnam ſit uerum, & quid falſum diffiniremus. Nam dicere quidem id quod eſt nõ eſſe, aut id quod non eſt eſſe, eſt falſum: dicere uero id quod eſt eſſe, & id quod non eſt non eſſe, eſt uerum. Quare & qui dicit illud medium eſſe aut nõ eſſe, uerum aut falſum dicet: ſed neq; id quod eſt, neq; id quod non eſt, eſſe aut non eſſe dicit.

B Alia litera. At uero nec cõtradictionis mediũ eſſe contingit. Parte.1.

VErum nec inter contradictiones quicquam medium eſſe contingit, ſed neceſſarium aut dicere aut negare unum de unoquoq;. Palam autem, primum quidem diffinientibus quid uerum eſt & falſum. Dicere nanq; ens non eſſe, aut non ens eſſe, falſum. Ens autem eſſe, & non ens non eſſe, uerum eſt. Quare qui dixerit ita eſſe, aut non eſſe, uerum dicet aut mentietur: ſed neq; ens dicet non eſſe aut eſſe, neq; non ens.

Hic diſputat contra ponentes contradictoria ſimul eſſe uera dupliciter in principali & in quæſtionibus præcedentibus infra le. 16. part. 3. huius lect.

POSTQVAM Diſputauit contra ponentes contradictoria ſimul eſſe uera, hic diſputat contra ponentes eſſe medium inter contradictionem. Hi enim dicunt nõ ſemper alteram partem contradictionis eſſe ueram. Et circa hoc duo facit. Primo diſputat contra ipſam poſitionem. Secundo contra quaſdam alias quæſtiones inopinabiles hanc & ſuperiorem poſitionem comitantes, ibi: { His autem diffinitis. { Circa primum duo facit. Primo ponit rationes contra dictam poſitionem. Secundo oſtendit cauſam quare aliqui moti ſunt ad poſitionem illam ponendam, ibi: { Euenit autem quibuſdam &c. } Circa primum ponit ſeptem rationes, dicens primo ꝙ ſicut contradictoria non poſſunt ſimul eſſe uera, ita nec poteſt eſſe medium inter contradictionem, ſed de unoquoq; neceſſarium eſt aut affirmare aut negare. Et hoc manifeſtum eſt primo ex diffinitione ueri uel falſi. Non enim aliud eſt magis falſum quam dicere non eſſe qđ eſt, aut eſſe quod non eſt. Et nihil aliud eſt magis uerum q̃ dicere eſſe quod eſt, aut non eſſe quod non eſt. Patet igitur ꝙ quicunq; dicit aliquid eſſe, aut dicit uerum, aut dicit falſum. Si dicit uerum, oportet ita eſſe, quia uerum eſt eſſe qđ eſt. Si dicit falſum, oportet illud non eſſe, quia falſum nihil aliud eſt quam non eſſe quod eſt. Et ſimiliter ſi dicit hoc non eſſe, ſi dicit falſum oportet eſſe. Si uerum, oportet non eſſe, ergo de neceſsitate aut affirmatiua aut negatiua ẽ uera. Sed

D ille qui ponit medium inter contradictionem, non dicit ꝙ neceſſe ſit dicere de ente eſſe uel non eſſe, neq; ꝙ neceſſe ſit de non ente. Et ita nec affirmans nec negans de neceſſitate dicit uerum uel falſum.

Præterea medium contradictionis, aut ut eſt fuſcum inter nigrum & album erit, aut ut id qđ neutrum eſt inter hominem atq; equum. Si igitur hoc pacto medium eſſe dicatur, non erit in illud ſane mutatio. Ex bono enim in non bonum, aut ex hoc in bonum fieri mutatio ſolet. Nunc autem fieri ſemper uidetur. Non eſt enim mutatio, niſi ad oppoſita mediaq;. Sin uero ſit medium altero modo erit aliqua ſane in album mutatio generatione ex non albo. Nunc uero non cernitur.

Amplius autem medium erit contradictionis, quemadmodum uiride nigri & albi, quemadmodum neutrum hominis & equi. Siquidem igitur ſic, non permutabitur. Nam ex bono in non bonum permutatur, aut ex hoc in bonum. Nunc autem ſemper apparet. Non eſt enim permutationi ſi in contraria & media. Si autem eſt medium, & ſic utiq; erit aliqua in album non ex non albo generatio. Nunc autem non uidetur. E

Parte.2. Nõ eſt mutatio niſi i contraria uel media.

Secunda. Duplex medium.

Secundam rationem ponit quæ talis eſt. Medium inter duo aliqua accipi poteſt uno modo uel participatione utriuſque extremi, quod eſt medium in eodem genere, ſicut uiride uel pallidum inter album & nigrum. Alio modo per abnegationem, quod etiam eſt diuerſum in genere ſicut inter hominem & equum, quod nec eſt homo, nec eſt equus, ut lapis. Si ergo inter contradictoria eſt medium, aut hoc erit primo modo, aut ſecundo. Si ſecundo modo, tunc nihil permutatur, quod ſic patet. Omnis enim permutatio eſt ex non bono in bonum, aut ex bono in non bonum. Quare etiam cũ eſt mutatio inter contraria. Vt inter album & nigrum eſt mutatio inter contradictorie oppoſita. Nam nigrum eſt nõ album, ut ex prædictis patet. Secundum autem prædicta nõ poſſet fieri mutatio ex non bono in bonum, uel econuerſo, ergo nulla eſſe mutatio, cum tamẽ ſemper hoc appareat uel uideatur, ꝙ ex non bono in bonum fiat mutatio, uel econuerſo. Quod autem omnis talis mutatio tollatur ex prædicta poſitione facta, ſic patet. Non enim poteſt eſſe mutatio niſi inter contraria & media quæ ſunt unius generis, nec poteſt eſſe mutatio de uno extremo in alterum niſi p mediũ. Si igitur eſt medium inter contradictoria per abnegationẽ, id eſt alterius generis, nulla poterit eſſe mutatio de extremo in medium, & ita per conſequens de extremo in extremum. Si autem primo modo. ſ. ꝙ ſit medium in contradictione quaſi eiuſdem generis, participatione utriuſq;, ſicut pallidum inter album & nigrum, ſequitur hoc inconueniẽs ꝙ ſit aliqua generatio quæ terminetur ad album, & non fiat ex non albo, quia ad unum extremum non tantum fit mutatio ex alio extremo, ſed etiam ex medio. Hoc autem non uidetur eſſe uerum. ſ. ꝙ ſit aliqua generatio terminata ad album quæ non fiat ex non albo. Et ſic patet ꝙ nullo modo poteſt eſſe medium in contradictione. F

G Præterea omne quod ſub mentem cadit ac intellectum, mens aut negat affirmat. Hoc autem ex diffinitione patet, quando uerum uel falſum dicit. Cum enim hoc quidem pacto componit negans aut affirmans, uerum dicit: cum autem hoc pacto, falſum.

Part.3. Alia litera. Oẽ intellectuale & intelligibile. Tertia.

Amplius omne ſententiale & intellectuale mẽs aut affirmat aũt negat, Hoc autem ex diffinitione palam, quia uerum dicit aut mentitur. Quando quidem ſic componit dicens aut negans, uerum dicit quando autem non, ſic mentitur.

Tertiam rationem ponit quæ talis eſt. Intellectus in omni conceptione ſua qua ſentit & intelligit, aut affirmat aliquid aut negat. Ex diffinitione autem ueri & falſi apparet ꝙ ſiue aliquis affirmet ſiue neget, oportet ut uerum dicat, aut mentiatur, quia quando intellectus ſic componit uel affirmãdo uel negando ſicut eſt in re, dicit, quando autem non ſic, mentitur. Et ita patet quia ſemper oportet ꝙ ſit uera uel affirmatio uel negatio, quia oportet ꝙ aliqua opinio ſit uera, & omnis opinio affirmatio eſt uel negatio. Vndo oportet ꝙ ſemper affirmatio uel negatio ſit uera. Et ſic non eſt mediũ in contradictione. H

Præterea uniuerſis in contradictionibus illud eſſe oportet, niſi ſermonis cauſa dicatur. Quare & neq; uerum neq; non uerum quiſpiam dicet. Præter etiam id quod eſt, & id quod non eſt, aliquid erit profecto. Quare præter generationem etiam, corruptionemue mutatio quædam erit.

Amplius autem præter omnes oportet eſſe con-

I traditiones, niſi orationis cauſa dicat. Quare nec uerum dicit aliquis, nec non uerum, & pręter ens, & non ens, erit. Quare & præter generationem & corruptionem, tranſmutatio quædam erit.

Quartam rationem ponit quæ talis eſt. Si in contradictione ponatur medium, oportet hoc in omnibus contradictionibus dicere, q. ſ. præter omnes contradictiones ſit aliquid uerum quod eſt mediũ inter eas, niſi hoc dicat { aliquis orationis cauſa } ideſt abſq; omni ratione, ſolum quia placet ei ita dicere. Sed hoc non poteſt, uerum eſſe ĩ omnibus, quia uerum & non uerum ſunt cõtradictoria quædam. Et ita ſequeretur q aliquis eſſet qui nec uerum diceret nec non uerum. Cuius contrarium patuit ex diffinitione ueri & falſi. Similiter cum ens & non ens ſint contradictoria, ſequitur q aliqd ſit præter ens & non ens. Et ita erit quædam tranſmutatio p generationem & corruptionem. Nam generatio eſt tranſmutatio ad eſſe, & corruptio ad non eſſe, ergo in nulla contradictione erit medium. Deinde cum dicit.

K Præterea in his etiam erit generibus, in quibus negatio contrarium affert: ut in numeris, neq; impar numerus, neq; non impar. At impoſſibile eſt eſse. Ex diffinitione autem patet.

Pat. 5. Alia litera Negatio & cõtrarium inſunt, & in his erit ut in nũeris, nec par nec impar numerus erit.

Amplius in quibuſcunque generibus negatio contrarium ineſt, his erit: ut in numeris, nec par nec impar numerus. Sed impoſſibile. Ex diffinitione uero palam.

Quintam rationem ponit dicens, q negatio in quibuſdã generibus ineſt loco contrariæ differentiæ. Vel ſm aliam literam { negatiu implet contrarium } quia alterum contrariorum quæ neceſſe eſt eſſe in eodem genere, ex negatione rationẽ habet, ſicut patet de pari & impari, iuſto & iniuſto. Si igitur inter affirmationẽ & negationẽ eſſet aliqd medium in oĩbus iſtis cõtrariis eſſet aliquod medium, eũ affirmationẽ & negationẽ manifeſte ſequãtur. Sicut in numero ſi eſſet aliquis numerus qui nec eſſet par & impar. Hoc aũt patet eſſe impoſſibile ex diffinitione paris & imparis. Nam par eſt quod poteſt diuidi in æqualia. Impar uero quod non poteſt. Relinquitur ergo q inter affirmationem & negationem non poteſt eſſe medium. Deinde cum dicit.

L Præterea in infinitum fiet abitio, & non ſolum ſeſquialtera erunt ea quæ ſunt, ſed etiã plura. Rurſus enim negare illud, & ad affirmationem & ad negationem licebit, atq; iſtud aliquid erit. Subſtantia enim ipſius alia quædam erit.

part. 6.

Amplius in infinitum uadet, & non ſolum hemiolia quæ ſunt erunt, ſed plura. Iterum enim eſt hoc negare ad dictionem & negationẽ, & hoc erit aliquid. Nam ſubſtantia eſt quædam eius alia.

Sextam rationem ponit quæ talis eſt. Ponentes aliquid medium inter affirmationem & negationem, põnunt aliqd tertium præter illa duo, quæ ponunt omnes communiter dicentes nihil inter ea eſſe medium. Tria autem ad duo ſe habent in { hemiolia } ideſt ſeſquialtera proportione. Secũdum igitur opinionem eorum qui ponunt inter affirmatio-
M nem & negationem medium, in primo aſpectu apparet q omnia { erunt hemiolia } id eſt in ſeſquialtera proportione ad ea quæ ponuntur, quia non ſolum erunt affirmationes & negationes, ſed etiam media. Non ſolum autem hoc ſequetur, ſed etiam q ſint in infinitum plura. Conſtat enim q omne quod contingit affirmare, contingit negare. Contingit autem affirmare hæc tria eſſe ſ. affirmationem, negationem, & medium, ergo contingit iſta tria negare. Et ſicut negatio eſt aliud ab affirmatione, ita aliud erit quoddam quartum præter tria prædicta. Erit enim eius ſubſtantia & ratio alia prædictis, ſicut & negationis alia ab affirmatione. Item iſta quatuor contingit negare, & horum negatio erit uerum, & ſic in infinitum. Erunt igitur plura in infinitum q̃ modo ponantur. Quod uidetur inconueniens. Deinde cum dicit.

Præterea ſi ad interrogationem factam ſi albũ eſt, dixerit quiſpiam nõ: nihil niſi ipſum eſſe negauit, & non eſſe negatio eſt, ut patet. N

Amplius quando interroganti ſi eſt album, dicit qm̃ non: nihil aliud negauit quam ipſum eſſe. Negatio uero eſt quæ non eſse. Pat. 7.

Septimam rationem ponit quæ talis eſt. Si quis interrogaret utrum homo uel aliquid aliud ſit album, oportet q reſpondens uel aſſentiat uel non aſſentiat. Et ſi aſſentiat, planum eſt q dicit affirmationem eſſe ueram. Si autem non aſſentiat reſpondendo non, conſtat q negat. Nec negat aliqd aliud quam illud quod ille interrogauit, & ipſa negatio eſt non eſſe, quia negatiua. Relinquitur igitur q reſpondens ad quæſtionem, uel neceſſe habet concedere affirmationẽ, uel proferre negatiuam. Et ita inter hæc duo non eſt medium. Deinde cum dicit.

Orta eſt autem & hæc opinio, perinde atque opiniones cæteræ admirabiles. Quando enim rationes contentioſas ſoluere nequeunt, rationi concedentes, aiunt uerum id eſſe quod eſt per rationem concluſum. Quidam igitur per hanc cauſam hæc dicũt, quidam propterea quod omnium quæritant rationem. O

Euenit autem quibuſdam ea opinio ſicut aliæ inopinabilium. Quoniã enim ſoluere non poſſunt orationes contentioſas, annuentes orationi, confirmant uerum eſſe quod eſt ſyllogizatum. Hi quidem igitur propter talem cauſam dicunt. Illi uero propter omnium rationem inquirendam.

Tex. cõ. 28. Part. 8. Pria occaſio dubitãdi.

Oſtendit cauſam quare quidam in hanc opinionem incidunt, & circa hoc tria facit. Primo enim oſtendit quare quidam hanc opinionem poſuerunt. Secundo modum diſputandi contra eos: ibi { Principium aũt ad hos omnes. } Tertio ad quas opiniones philoſophorum prædictæ opiniones ſequuntur, ibi: { Videtur autem Heracliti. } Dicit ergo primo q prædicta opinio euenit quibuſdã ſicut & aliæ opiniones inopinabilium ex duplici cauſa, quarum prima eſt, quia quando al qui non poſſunt ſoluere { orationes contentioſas } ideſt rationes litigioſas ſiue ſophiſticas factas eis ab aliis, uel a ſeipſis, conſentiunt rationi probanti, & concedũt concluſionem dicentes uerum eſſe quod ſyllogizatum eſt. Et ulterius ipſam nituntur confirmare aliquas alias rationes adinueniendo. Secunda eſt propter hoc q quidam uolunt inquirere rationem probãtem de omnibus. Et ideo illa quæ probari non poſſunt uolunt concedere, ſed negant. Prima autem principia quæ ſunt omnium conceptiones communes probari non poſſunt, & ideo eas negant, per hoc in poſitiones inopinabiles incidentes. Deinde cum dicit. P

Alia litera inquirere. Pria parte q ſeq. 5. 8. [illegible] part. 9. [illegible] parte. 10.

Principium autem ad hos omnes ex diffinitione ſumendum eſt, fit autem diffinitio ex eo quia aliquid ipſos ſignificare neceſſe eſt. Ratio enim cuius nomen eſt ſignum, diffinitio fit.

Q

Principium autem ad hos omnes ex diffinitione. Diffinitio uero fit ex ſignificare aliquid neceſſario res eſſe. Ratio nanq; cuius nomen eſt ſignum diffinitio eſt rei.

Parte 9. Rõ ſignificãta p nomẽ eſt diffinitio.

Oſtendit ex quo principio debeat procedi contra tales opiniones, & dicit q ex diffinitione ueri uel falſi uel aliquorum aliorum nominum, ſicut ex ſupra dictis rationibus patet. Neceſſe eſt enim eis concedere diffinitiones rerum, ſi ponunt q nomina aliquid ſignificent. Nam ratio quam nomẽ ſignificat eſt diffinitio rei. Si autem non concedunt omnia ſignificare aliquid, tunc non differunt a plantis, ſicut ſupra dictum eſt. Deinde cum dicit.

Atque Heracliti quidem ſententia, omnia dicens eſſe atque non eſſe, uniuerſa facere uera uidetur. Anaxagoræ uero eſſe aliquid in contradi-

A ctoria medium, aſſerens omnia facere falſa. Cum enim mixtum ex bono ac malo, conſtat neq; bonum eſſe neq; non bonum. Quare non ſit ut quicquam uere dicatur.

Part. 10.

Videtur autem Heracliti quidem oratio dicens oīa eſſe & non eſſe, omnia uera facere. Quæ uero Anaxagoræ, eſſe aliquid medium contradictionis. Quare omnia falſa. Nam quando miſcentur, nec bonum nec non bonum eſt mixtum. Quare nihil eſt dicere uerum.

Oſtendit ad quas opiniones prædictæ poſitiones conſequuntur, & dicit ꝙ ad poſitionem Heracliti qui dicebat omnia moueri ſimul, & per conſequens eſſe & non eſſe. Et quia id quod mouetur habet non eſſe admixtum cum eſſe, ſequitur ꝙ omnia ſunt uera. Ad poſitionem uero Anaxag. ſequitur ꝙ aliquid ſit medium contradictionis. Ipſe enim ponebat ꝙ quodlibet miſcetur cum quolibet, propter hoc quod quodlibet fit ex quolibet. De permixto autem neutrum extremorum poteſt dici, ſicut colores medii nec ſunt albedo nec nigredo. Vnde illud quod ē mixtū nec eſt bonum nec non bonum, nec album nec non album. Et ſic eſt aliquid medium contradictionis. Et per conſequens ſequitur omnia eſſe falſa. Nihil enim ſm cōem opinionem ponimus niſi affirmationem & negationē. Vnde ſi affirmatio & negatio ſunt falſa, ſequitur omnia falſa eſſe. Lectio. XVII.

B

Determinatis autem hiſce patet fieri non poſſe, ut ea quæ dicuntur de omnibus unico modo ſeſe habeant quemadmodum quidam inquiunt. Partim nihil uerum eſſe dicentes. Nihil enim inquiūt prohibet, ut ita ſint omnia, ut diameter eſt commenſurabilis coſtę. Partim omnia uera eſſe dicentes. Fere enim ſententiæ ipſorum idem quod Heracliti ſententia poſſunt. Qui nanq; dicit omnia uera & omnia falſa eſſe, utrāq; harum orationum ſeorſum etiam dicit. Quare ſi illa eſſe non poſſunt, & hęc etiam eſſe eſt impoſſibile.

Coſtæ nō alia græ. ſi ut ſe eligi debeat.

Part. 1.

C His autem diffinitis palam quia & uniuoce dicta, & de omnibus, impoſſibile eſt eſſe, ſicut quidam dicunt. Hi quidem dicentes nihil uerum eſſe. Nihil enim ꝓhibere dicunt ſic omnia eſſe ſicut, diametrum commenſurabilem eſſe. Illi uero omnia uera. Fere nanque hæ orationes eædem ipſius Heracliti. Nam qui dicit quòd omnia ſunt uera, & omnia falſa, extra orationes has utrunque dicit. Quare ſi ſunt impoſſibilia illa, & ea eſſe eſt impoſſibile.

Alia litera fere, ut ꝗ ſi cōuera ipſam Heraclito.

DISPVTAT contra quaſdam poſitiones quæ ad prædicta conſequuntur; & primo contra quaſdam, qui deſtruunt principia logicæ. Secundo contra quoſdam qui deſtruunt principia phyſicæ, ibi: { Palam autem quia neq; qui omnia &c. } Philoſophus enim primus debet diſputare cōtra negantes principia ſingularium ſcientiarum, quia omnia principia firmantur ſuper hoc principium, ꝙ affirmatio & negatio non ſunt ſimul uera, & ꝙ nihil eſt medium inter ea. Illa autem ſunt propriiſſima huius ſcientiæ, cum ſequantur rationem entis, quod eſt huius philoſophiæ primum ſubiectum. Verum autem & falſum pertinent proprie ad conſiderationem logici. Conſequitur enim ens in ratione de quo conſiderat logicus. Nam uerum & falſum ſunt in mente, ut in ſexto huius habetur. Motus autem & quies ſunt proprie de cōſideratione naturalis, per hoc ꝙ natura diffinitur ꝙ eſt principium motus & quietis. Ad errorem autem qui accidit circa eſſe & non eſſe, ſequitur error circa uerum & falſum. Nam per eſſe & non eſſe, uerum & falſum diffinitur, ut ſupra habitum eſt. Nam uerum eſt cum dicitur eſſe quod eſt, uel non eſſe quod non eſt. Falſum autem, econuerſo. Similiter autem ex errore qui eſt circa eſſe uel non eſſe, ſequitur errore qui eſt circa moueri & quieſcere. Nam quod mouetur inquantum huiuſmodi, nondum eſt. Quod autem quieſcit, eſt. Et ideo deſtructis erroribus circa eſſe & non eſſe, ex conſequenti deſtruuntur errores circa uerū & falſum, quietem & motum. Circa primum duo facit. Primo ponit opiniones falſas circa uerum & falſum. Secundo reprobat eas, ibi: { Amplius autē palam &c. } Dicit ergo ꝙ { diffinitis } ideſt determinatis prædictis quæ erant dicenda contra prædictas inopinabiles opiniones, manifeſtum eſt ꝙ impoſſibile eſt quod quidā dixerunt ꝙ { uniuoce } ideſt uno modo ſententiandum eſt de omnibus, ut dicamus omnia ſimiliter eſſe falſa uel ſimiliter eſſe uera. Quidam enim dixerunt nihil eſſe uerum, ſed omnia eſſe falſa, & ꝙ nihil prohibet quin dicamus omnia ſic eſſe falſa, ſicut illa eſt falſa, diameter eſt cōmenſurabilis lateri quadrati, quod eſt falſum. Alii uero dixerunt ꝙ omnia ſunt uera. Et huiuſmodi orationes conſequuntur ad opinionem Heracliti ſicut dictum eſt. Ipſe enim dixit ſimul eſſe & non eſſe, ex quo ſequitur omnia eſſe uera. Et ne forte aliquis diceret ꝙ præter has opiniones eſt etiam tertia, quæ dicit quod omnia ſimul ſunt uera & falſa, quaſi tacite obiectioni reſpondens dicit, ꝙ qui hoc ponit, utrunque prædictorum ponit. Vnde ſi duæ primæ opiniones ſunt impoſſibiles, illam tertiam oportet eſſe impoſſibilem. Deinde cum dicit.

In ſe. 6.

Te. co. 18.

D

Tex. co. 27

E

Parte ſeq.

F

Pręterea ſunt manifeſte contradictoria, quę fieri nō poteſt ut ſimul ſint uera, aut ſimul ſint omnia falſa, & tamen ex hiſce quę dicta ſunt, potius poſſe uidebitur falſa utraq; eſſe.

Amplius autem palam quia contradictiones ſunt, quas non eſt poſſibile ſimul eſſe ueras nec falſas omnes. Et hoc quidem putabitur magis contingere ex dictis. Parte. 2.

Ponit rationes contra prædictas opiniones quarum prima talis eſt. Conſtat quaſdam eſſe contradictiones quas impoſſibile eſt ſimul eſſe ueras nec ſimul falſas, ſicut uerum & non uerum, ens & non ens. Et hoc magis poteſt ſciri ex dictis. Si igitur harum contradictionum neceſſe eſt alteram eſſe ueram & alteram falſam, non omnia ſunt uera nec omnia ſunt falſa. Lect. 7.

G

Verum ad uniuerſos tales ſermones poſtulare oportet, Vt & ſuperius diximus, num ſi aliquid ſit, aut non ſit, ſed ſi aliquid ipſi ſignificent. Quare ex diffinitione eſt diſputatum, ſumendo quidnam falſum, & quid uere ſignificat. Quod ſi nihil aliud eſt uerum, niſi affirmare hoc pacto, aut negare, & ſimiliter falſum, fieri non poteſt ut ſint omnia falſa. Neceſſe eſt enim contradictionis partem alteram ueram eſſe.

Sed ad omnes tales orationes quærere oportet quemadmodum in ſuperioribus orationibus dictum eſt, an eſſe aliquid, aut non eſſe, ſed ſignificare aliquid. Quare ex diffinitione diſputare oportet, accipientes quid ſignificat uerum aut falſum. Te. co. 29. parte. 3

Sed ſi nihil aliud uerum dicere ꝗ negare falſum, impoſſibile omnia falſa eſſe. Neceſſe eſt enim contradictionis partem alteram eſſe ueram. Quomodo diſputādū.

H

Secundam rationē ponit dicens, ꝙ ad { iſtas orationes } ideſt poſitiones non { oportet quærere } ideſt petere concedendum aliquid eſſe uel non eſſe in rebus, quemadmodū ſupra dictum eſt, quia hoc uidetur petere principium. Sed hoc petendum eſt, ꝙ detur nomina aliquid ſignificare, quo non dato diſputatio tollitur. Hoc autem dato oportet ponere diffinitiones, ſicut iam ſupra dictum eſt. Et ideo ex diffinitionibus contra eos diſputare oportet, & præcipue in propoſitio accipiendo diffinitionem falſi. Si autem non eſt aliud uerum, ꝗ illud affirmare, quod falſum eſt negare, & econuerſo, & ſimiliter falſum non aliud eſt quam affirmare id quod negare eſt uerum, & econuerſo, ſequitur ꝙ impoſſibile ſit omnia eſſe falſa, quia neceſſe erit uel affirmationem uel negationem eſſe ueram. Patet. n. ꝙ uerum nihil eſt aliud ꝗ dice Tex. co. 58

I re eſſe quod eſt, uel non eſſe quod non eſt. Falſum autem, dicere non eſſe quod eſt, uel eſſe quod non eſt. Et ideo patet ꝙ uerum eſt dicere illud eſſe, quod falſum eſt non eſſe, uel non eſſe, quod falſum eſt eſſe. Et falſum eſt dicere id eſſe, quod uerum eſt non eſſe, uel non eſſe, quod uerum eſt eſſe. Et ita ex diffinitione ueri uel falſi patet ꝙ non ſunt omnia falſa. Et ratione eadem patet ꝙ non omnia ſunt uera.

Preterea ſi omne aut affirmare aut negare neceſſe eſt, impoſſibile eſt falſa utraq; eſſe. Altera nanq; pars contradictionis eſt falſa.

parte 4. Amplius ſi omne aut dicere aut negare eſt neceſſe, utraq; falſa eſſe eſt impoſſibile. Altera nanq; pars contradictionis eſt falſa.

Tertiam rationem ponit quæ talis ẽ. Conſtat ex prædictis ꝙ neceſſe eſt de quolibet aut affirmare aut negare, cum nihil ſit medium in contradictione. Igitur impoſſibile eſt omnia falſa eſſe. Et eadem ratione probatur ꝙ impoſſibi-
K le eſt omnia eſſe uera, per hoc ꝙ oſtenſum eſt, ꝙ non eſt ſimul affirmare & negare.

Accidit autem uniuerſis hiſce ſententiis, & id ꝙ dicitur uulgo, ipſas inquam ſeipſas tollere. Qui náq; dicit omnia eſſe uera, & contrariam huic ſententiam ueram facit. Quare ſuam nõ ueram facit. Contraria nanq; ſentẽtia ueram ipſam non eẽ dicit. Qui uero dicit omnia eſſe falſa, & ſua etiam dicit. Quod ſi ille quidẽ contrariam, ut ſolam non ueram: iſte autẽ ſuam, ut ſolam nõ falſam excipiat: accidit ipſos nihilominus orationes ueras infinitas falſasq; poſtulare. Quę.n. dicit ueram orationẽ eſſe ueram, eſt uera. Hoc autẽ in infinitũ proficiſcetur.

Alia litera. Firmatum. parte 5. Alia litera Excipiant Alia uero litera. Accipiant. Alia litera petere.

Contingit aũt ꝙ famatum eſt omnibus talibus rationibus ipſas ſeipſas deſtruere. Nam qui omnia ueram dicit, orationis ſuæ cõtrariam ueram facit. Quare & ſuam non ueram. Contraria.n. non dicit ipſam eẽ ueram Qui uero omnia falſa, & ipſe ſeipſum. Sed ſi auferant hic quidẽ contrariã, quia non uera ſola: ille uero ſuam propriam, quia non falſa:
L nihilominus infinitas accidit eis quærere orationes ueras & falſas. Nam qui ueram orationẽ dicit, uerus eſt. Et hoc in infinitum uadit.

Quartam rationem ponit quæ talis eſt. Ad omnes prædictas orationes.i. poſitiones contigit hoc inconueniens ꝙ ſeipſas deſtruunt. Et hoc { eſt famatum } .i. famoſum ab omnibus dictum. Vnde alius text. habet { Accidit autem & id uulgare. } Quod ſic probat. Ille enim qui dicit omnia eſſe uera facit opinionem contrariam ſuæ opinioni eſſe ueram, ſed contraria ſuæ opinionis eſt ꝙ ſua opinio non ſit uera, ergo qui dicit omnia eſſe uera dicit ſuam opinionem non eſſe ueram, & ita deſtruit ſuam opinionem. Et ſimiliter manifeſtum eſt ꝙ ille qui dicit omnia eſſe falſa, dicit etiam ſeipſum dicere falſum. Et quia poſſet aliquis dicere ꝙ dicens omnia uera excipit aut aufert ab uniuerſalitate ſuam contrariam,
M & ſimiliter qui dicit omnia eſſe falſa excipit ſuam opinionẽ: ideo hanc reſponſionem excludit & dicit, ꝙ ſi ille qui dicit omnia eſſe uera excipiat ſuam contrariam dicens ſolam eam eſſe non ueram, & dicens omnia eſſe falſa excipiat ſuam opinionem dicens ꝙ ipſa tota non eſt falſa, nihilominus ſequitur ꝙ contingat eis { quærere } ideſt repetere infinitas eſſe orationes ueras cõtra ponentes omnia eſſe falſa, & infinitas falſas contra ponentes omnia uera eſſe. Si enim detur una opinio uera, ſequetur infinitas eſſe ueras. Et ſi detur una opinio falſa ſequetur infinitas eſſe falſas. Si enim hæc poſitio uel opinio eſt uera: Socrates ſedet, ergo & hæc erit uera: Socrates ſedere eſt uerum. Et ſi illa eſt uera, ulterius hæc erit uera: Socratem ſedere eſſe uerum eſt uerum, & ſic in infinitũ. Semper enim q dicit de oratione uera ꝙ ſit uera, uerus eſt. Et qui dicit de oratione falſa ꝙ ſit uera, falſus eſt. Et hoc poteſt procedere in infinitum. Deinde cum dicit.

Patet autem neq; eos qui omnia quieſcere, neq; eos qui omnia moueri dicunt, dicere uera. N

Palam autem quia neq; qui omnia quieſcere dicunt, uera dicunt: nec qui omnia moueri. Parte 9.

Diſputat contra opiniones deſtruentes principia naturæ .ſ. motum & quietem, & circa hoc tria facit. Primo tangit falſitatem harum opinionum dicens ꝙ ex prædictis eſt manifeſtum, ꝙ nec opinio dicens omnia moueri, nec opinio dicens omnia quieſcere, uera eſt.

Nam ſi cuncta quieſcunt, ſemper eadem erunt uera & falſa. At hoc mutari uidetur. Qui nanq; dicit aliquando ipſe non erat, & rurſus non erit.

Nam ſi quieſcunt omnia, ſemper eadem uera & falſa erunt. Videtur autem hoc trãſmutatũ. Nam qui dicit, is quidem aliquando non erat, & iterum non erit. Par. 7.

Secundo oſtendit has opiniones eſſe falſas, & primo oſtẽdit ꝙ opinio ſit falſa quæ ponit omnia quieſcere, quia ſi omnia quieſcunt tunc nihil remouetur a diſpoſitione in qua aliquando eſt, & ideo quicquid eſt uerum ſemper erit uerum, & quicquid eſt falſum ſemper, eſt falſum. Sed hoc uidetur inconueniens. Tranſmutatur enim ueritas & falſitas propoſitionis Nec hoc eſt mirum, quia homo qui opinatur uel profert propoſitionem, aliquando non erat poſtmodum fuit, & iterum non erit. Secundo oſtendit eſſe falſam opinionẽ, quæ ponit omnia moueri, duabus rationibus, quarum primam ponit ibi. O

Sin omnia mouẽtur, nihil erit uerum: ergo oĩa erunt falſa. Ad demonſtratũ eſt id impoſſibile eſſe. Par. 8.

Si uero omnia mouentur, nihil erit uerũ: ergo omnia falſa. Sed hoc oſtẽſum eſt quia impoſſibile.

Quæ talis eſt. Si omnia mouentur, & nihil eſt quieſcens, nihil erit uerum in rebus, quia quod eſt uerum iam eſt, quod autem mouetur nondum eſt, ergo oportet omnia eſſe falſa quod eſt impoſſibile, ut oſtenſum eſt.

P Preterea id quod eſt, mutetur neceſſe eſt. Ex aliquo enim ad aliquid eſt ipſa mutatio.

Amplius autem ens permutari eſt neceſſe. Nam ex aliquo in aliquid ſit permutatio. parte 9.

Secundam rationem ponit quæ talis eſt. Omne quod permutatur, neceſſario eſt ens, quia omne quod permutatur, ex aliquo in aliud permutatur, & omne quod in aliquo permutatur, ineſt ei quod permutatur. Vnde non oportet dicere ꝙ quicquid eſt in re permutata, mutetur, ſed ꝙ aliquid ſit manens, & ita non omnia mouentur.

At uero neq; omnia quieſcunt interdum, aut mouentur, nihil autem eſt quod ſemper aut mouetur aut quieſcit. Eſt enim aliquid, quod ſemper mouet ea, quæ mouentur: & primum ipſum mouens immobile eſt. Q

Sed nec omnia quieſcunt aut mouentur aliquando, ſemper autem nihil. Etenim eſt aliquid quod ſemper mouet quæ mouentur: & primum mouẽs immobile ipſum. parte. 10.

Tertiam rationem ponit excludens quandam falſam opinionem, quæ poſſet occaſionari ex prædictis. Poſſet enim aliquis credere quòd quia non omnia mouentur nec omnia quieſcunt, quòd ideo omnia quandoque mouentur & quandoque quieſcunt. Et hoc remouens dicit, quòd non eſt uerum quod omnia quandoque quieſcant & quandoque moueantur. Sunt enim quædam mobilia quæ ſemper mouentur, ſcilicet corpora ſupercæleſtia, & eſt quoddam mouens ſcilicet primum quod ſemper eſt immobile, & ſemper eodem modo ſe habet, ut probatum eſt octauo phyſicorum.

Lectio. I.

Ariſt.

A **ARISTOTELIS STRAGYRITÆ Tex. libri quinti Metaphyſicæ.**

PRincipium dicitur partim, id rei unde motus quiſpiam ſuerit primo, ut longitudinis atq; uiæ: hic quidem principium eſt, econtra aũt alterum. Partim id unde unumquodque optime fieri põt, ut & in eruditione, nõ a primo interdum & ab ipſo principio rei, ſed unde facillime quiſpiam diſcere poterit inchoãdum eſſe uidetur. Partim id ex quo primo quippiã fit eo pacto ut inſit, ut nauigii carina, & ædium fundamẽtum, & animalium quidã cor, quidam cerebrum, quidã aliquid aliud tale putant. Partim id unde fit quippiam primo, eo pacto ut nõ inſit, & unde primo motus mutatioq; incipe-
B re ſolet, ut ex patre matreq; fit proles, & ex cõuitiis pugna. Partim id cuius uoluntate mouẽtur ea quę motu ciẽtur, & mutantur ea quę mutantur, quales ſunt magiſtratus qui ſunt in ciuitatibus, & principatus, & regna, atq; tyrannides, Artes etiam, & hę maxime architectiuę principia dici ſolent. Pręterea unde res primo cognoſci põt, id etiam rei principiũ dicitur, ut demõſtrationum ſuppoſitiones. Tot autem modis & cauſæ dicuntur. Omnes enim cauſę principia ſunt.

Tex. 1 Par. 1

PRincipium dicitur aliud quidem unde aliquis rem moueat primũ, ut longitudinis, & uię, hinc quidẽ principiũ ipm, ecõuerſo uero diuerſum. Aliud unde optime fiet unumquodq;, ut do-
C ctrinę. Na non a primo & rei principio inchoandũ eſt aliquãdo, ſed unde opportunius diſcat. Aliud unde primũ generatur in exiſtente, ut nauis ſedile, & domus ſundamẽtum, & aialiũ alii cor, alii cerebrũ, alii quodcunq; talium ſuſcipiũt. Aliud autem unde fit primũ non exiſtẽte, & unde primũ motus natos eſt initiari & permutatio, ut puer ex patre & matre, & bellũ ex cõuitio. Aliud ſecũdum cuius uolũtatẽ mouentur mobilia & mutãtur mutabilia, ut ciuitatum principatus, & poteſtates, & imperſa, & tyrãndes. Principia dicũtur & artes, & architectonicę maxime. Amplius unde cognoſcibilis res primũ & id principiũ rei dicitur, ut demſonũ ſuppõnes, Totiẽs aũt & cauſę dñr. Omnes.n. cauſę principia.

Principiũ quinq; mõ dicitur ſm Cõmen. & de principio ſm. ſm Tho. de principio dicunt.

D

IN præcedenti libro determinauit Philoſophus qd pertineat ad conſiderationem huius ſciæ, hic incipit determinare de rebus quas ſcia iſta cõſiderat. Et quia ea quæ in hac ſcia conſiderant ſunt omnibus cõia, nec dicũtur vniuoce, ſed ſecũdum prius & poſterius de diuerſis, ut in quarto libro eſt habitũ. Ideo priº diſtinguit intentiones nominum quæ in huius ſciæ conſideratione cadunt. Secundo incipit determinare de rebus quæ ſub conſideratione huius ſciæ cadunt in. 6. lib. qui incipit, ibi: { Prĩcipia & cauſæ. } Cuiuſlibet aũt ſciæ eſt cõſiderare ſubiectum, & paſſiones, & cauſas, & ideo hic quitus liber diuiditur in tres partes. Primo determinat diſtinctiones nominum quæ ſignificant cauſas. Secũdo illorum nominum, quæ ſignificant ſubiectum huius ſciæ uel partes eius, ibi: { Vnum dicitur alius ſm accidens. } Tertio nominũ quæ ſignificant paſſiones entis inquantum eſt ens, ibi: { Perfectum uero dicitur &c. } Prima in duas Prĩo diſtinguit noĩa ſignificantia cauſas. Secũdo quoddam nomen ſignificans quoddã quod cõſequitur ad cauſam. ſ. neceſſariũ Nam cauſa eſt ad quã de neceſsitate ſequitur aliud, ibi: { neceſſarium dicitur ſine quo non contingit. } Prima diuiditur in duas. Primo diſtinguit nomina ſignificãtia cãs generaliter. Secũdo diſtinguit quoddã nomen quod ſignificat quandã cauſam in ſpãli. ſ. hoc nomen natura, ibi: { Natura uero dicitur &c. } Prima diuidit in tres. Primo diſtinguit hoc nomen principium. Secũdo hoc nomen Cauſa, ibi: { Cauſa uero dicitur } Tertio hoc nomen Elemẽtum, ibi: { Elemẽtum uero dicitur } Procedit aũt hoc ordine, quia hoc nomẽ pricipiũ cõius eſt q̃ cauſa. Aliquid.n. eſt principiũ quod non eſt cã, ſicut principium motus dicitur terminus a quo. Et iterũ cã eſt in plus q̃ elemẽtum. Sola.n. cã intrinſeca põt dici elemẽtum. Circa primũ duo facit. Primo ponit ſignificationes huius nominis Principium. Secũdo reducit oẽs ad vnũ cõe, ibi: { Oĩum gñ principiorũ. } Sciendum eſt aũt q̃ principium & cã licet ſint idem ſubiecto, differunt tñ rõne. Nã hoc nomen principium, ordinẽ quẽdã importat: hoc uero nomen Cã, importat influxũ quendam ad eſſe cauſati. Ordo aũt prioris & poſterioris inuenit in diuerſis, ſed ſecũdum id quod primo eſt nobis notũ, eſt ordo inuentus in motu locali, eo q̃ ille motº eſt ſenſui manifeſtior.

Tex. 2 Equiuocã eſt primo diſtinguendũ q̃ diffiniendum. Infra li. 6.

Infra le. 7. Infra l. 58

Cauſa Infra le. 6.

E

Infra le. 5 Lect. ſeq. Lec. 4 Principiũ eſt cõius q̃ cauſa, & cã ẽ magis cõis q̃ elementum. Patet ſeq. principiũ. Cauſa.

F Sunt aũt trium rerũ ordines ſeſe conſequẽtes. ſ. magnitudinis, motus, & temporis. Nam ſecũdum prius & poſterius in magnitudine, eſt prius & poſterius in motu: & ſecundum prius & poſterius in motu, eſt prius & poſteriº in tpe, ut habetur. 4. phy. Quia igitor principium dicitur quod eſt in aliquo ordine, & ordo qui attendit ſm prius & poſterius in magnitudine, eſt priº nobis notus, ſecũdum aũt q̃ res ſunt nobis notæ, ſecundũ hoc a nobis nominantur, ideo hoc nomen principium ſm ꝓpriã ſui inquiſitionem ſignificat id quod eſt primũ in magnitudine ſuper quam tranſit motus. Et ideo dicit q̃ principium dicitur illud { vnde aliquis rẽ primo moueat } .i. aliqua pars magnitudinis a qua incipit motus localis. Vel ſecũdum aliam literã { Vnde aliquid rei primo mouebitur } id eſt ex qua pte rei aliqd incipit prĩo moueri. Sicut in lõgitudine & in uia quacũq;, ex illa parte eſt principiũ, vnde incipit motus. Ex parte uero oppoſita ſiue contraria, eſt { diuerſum uel alterũ } .i. finis vel terminus. Sciendũ eſt q̃ ad hunc modũ pertinet principiũ motus & principium tpis, ratione iam dicta. Quia uero motus nõ
G ſemper incipit a principio magnitudinis, ſed ab ea parte vnde eſt vnicuiq; in promptu magis ut moueatur, ideo ponit ſecundum modum dicens, q̃ alio modo dicitur principium motus { vnde vnumquodq; fiet maxime optime, } .i. vnuſquiſq; incipit optime moueri Et hoc manifeſtat per ſimile in diſciplinis. ſ. in quibus non ſemper incipit aliquis addiſcere, ab eo quod eſt principium ſimplr & ſm naturã, ſed ab eo vnde aliquis faciſlius ſiue opportunius { valet addiſcere } .i. ab illis quæ ſunt nota quo ad nos. Quæ q̃nq; poſteriora ſunt ſm naturã. Differt aũt hic modus a primo. Nã in primo modo ex principio magnitudinis deſignatur principium motus. Hic aũt ex principio motus deſignatur principium in magnitudine. Et ideo etiam in illis motibus qui ſunt ſuper magnitudines circulares non habentes principium, accipitur aliquod pricipium a quo optime uel opportune mouetur mobile ſm ſuam naturam. Sicut in motu primi mobilis principium eſt ab oriente. In motibus ẽt noſtris non ſemper incipit homo non moueri a principio viæ, ſed q̃nq; a medio, uel a quocunq; termino, vnde eſt ei opportunum primo moueri. Ex ordine aũt qui cõſideratur in motu
H locali, fit nobis etiam notus ordo in aliis motibus, & ideo ſequuntur ſignificationes principii quæ ſumuntur ſm principiũ in generatione vel fieri rerum. Quod quidẽ principium dupliciter ſe habet. Aut.n. eſt { inexiſtens } .i. intrinſecũ, uel { non eſt inexiſtens } .i. extrĩſecum. Dicitur ergo primo modo principium illa pars rei quæ primo generatur & ex qua generatio rei incipit, ſicut in naui fit primo ſedile uel carina, quæ eſt quaſi nauis fundamentum ſuper quod omnia ligna nauis cõpaginãtur. Similiter quod primo in domo fit, eſt fundamentum. In animali uero primo fit cor ſm quoſdã, & ſm alios cerebrum, aut aliud tale membrum. Aial.n. diſtinguitur a non animali ſenſu & motu. Principium aũt motus apparet eſſe in corde. Operationes autẽ ſenſus maxime manifeſtãtur in cerebro. Et ideo qui cõſiderauerunt animal ex parte motus, poſuerũt cor principium eſſe in generatione animalis. Qui aũt conſiderauerunt aial ſolum ex parte ſenſus, poſuerũt cerebrũ eſſe principium, quãuis etiam ipſius ſenſus primũ pricipium ſit in corde,

Quod mẽbrũ primo fiat in aiali uaria opinio eius.

I etſi operationes ſenſus perficiant in cerebro. Qui aūt conſiderauerunt aial inquātum agit uel ſm aliquas eius operationes, poſuerūt mēbrū adaptatum illi operationi, ut hepar uel aliud hmōi eſſe primam partem generatam in aiali. Secūdum autē Philoſophi ſniam prima pars eſt cor, quia a corde oēs virtutes aiæ per corpus diffundūtur. Alio aūt mō dr̄ principium, vnde incipit rei generatio, quod tñ eſt extra rē, & hoc quidē manifeſtatur in tribus. Primo quidem in rebus naturalibus in quibus principium generationis dr̄, vnde primū natus eſt motus incipere in his quæ fiunt p motum, ſicut in his quæ acquirunt per alteratiōnē, uel per aliquē alium motum hmōi. Sicut dr̄ homo fieri magnus uel albus. Vel vnde incipit permutatio, ſicut in his quæ nō per motum, ſed per ſolā fiunt mutationē, ut patet in factione ſubſtātiarū, ſicut puer eſt ex pr̄e & matre, qui ſunt eius principium: & bellum ex cōuitio, quod cōcitat aīos hominum ad bellum. Secūdo etiā manifeſtat in rebus agibilibus ſiue moralibus aut politicis, in quibus dicit principiū id ex cuius uolūtate uel propoſito mouent & mutātur alia, & ſic dr̄ principatus in ciuitatibus illi qui obtinēt ptātes & imperia, uel etiā tyrannides in ipſis. Nā ex eorū uoluntate fiūt & mouent oīa in ciuitatibus. Dr̄ aūt ptātes hr̄e, hoīes qui in particularibus officiis in ciuitatibus ponunt, ſicut iudices & hmōi. Imperia autem illi qui vl'r quibuſcunq; imperant, ut reges. Tyrānides aūt obtinent qui per uiolētiā & præter iuris ordinē ad ſuā utilitatē ciuitates & regnū detinēt. Tertiū exēplum ponit in artificialibus, quia artes etiā ſiſi modo principia eſſe dr̄ artificiatorum, quia ab arte incipit motus ad artificii cōſtructionē. Et inter has maxime dr̄ principia architectonicæ, quæ a principio { nomen hn̄t } .i. principales artes dictæ. Dr̄.n. artes architectonicæ, quæ aliis artibus ſubſeruiētibus imperāt, ſicut gubernator nauis imperat naui factiuæ, & militaris equeſtri. Ad ſimilitudinem aūt ordinis qui in motibus exterioribus conſiderār, attendit etiam quidam ordo in rerū cognitione, & pcipue ſm q intellectus noſter quādam ſimilitudinē motus habet, diſcur

L rens de principiis in cōcluſiones. Et ideo alio mō dr̄ principiū, vnde res primo innoteſcit, ſicut dicimus principia demōſtrationum { eſſe ſuppōnes } .i. dignitates, & petitiones. His etiam modis & cauſæ dr̄ quædam principia, (Nam oēs cauſæ ſunt quædā principia.) Ex cauſa.n. incipit motus ad eſſe rei, licet non eadē rōne cā dicat & principiū, ut dictū eſt. Deinde cum dicit.

Vniuerſis igitur principiis eſt commune, ut id ſit primū unde eſt, aut fit quippiā, aut cognoſcit. Hoꝝ autem alia inſunt, alia ſunt externa: idcirco natura ac elementum principium eſt, & mens, & electio, & ſubſtantia, & id etiam cauſa cuius cętera ſunt, aut fiunt. Cōplurium.n. & cognitionis & motus principium eſt ipſum bonum, atq; etiam malum.

Omnium igitur principioꝝ eſt cōe primū omne

part. 3 unde aut eſt, aut fit, aut cognoſcit. Horum autem hęc quidem inexiſtentia ſunt, illa uero extra. Quapropter natura principium & elementū eſt, & mēs,

M & pręuoluntas, & ſubſtantia, & quod eſt cuius cauſa. Multorum enim & cognitionis & motus principium eſt bonum & malum.

Reducit omnes pdictos modos ad aliquid cōe, & dicit q cōe in oibus dictis modis eſt, ut dicat principium illud quod eſt primum, aut in eſſe rei, ſicut prima pars rei dr̄ principium: aut in fieri rei, ſicut primum mouens dr̄ principium: aut in rei cognitione. Sed quāuis oia pricipia in hoc (vt dictum eſt) conueniāt, differunt tñ, quia quædam ſunt intrinſeca, quædam extriſeca, vt ex pdictis patet. Et ideo natura pōt eſſe principiū & elementum, quæ ſunt intrinſeca. Natura quidem ſicut illud a quo incipit motus. Elemētum aūt ſicut pars prima in generatione rei. { Et mens } .i. intellectus. { Et puoluntas } .i. propoſitū, dr̄ principia, quaſi extrinſeca. Et iterum quaſi intrinſecum dicitur principium { ſubſtantia rei } .i. forma quæ eſt principium in eſſendo, cum ſm eam rem ſit in eſſe. Et ſecūdum etiam pdicta finis cuius cauſa fit aliquid, dicitur etiam eſſe principium. Bonum enim quod habet rationem finis in proſequendo, & ma-

lum in uitando, in multis ſunt principia cognitionis & motus, N
ſicut in omnibus quæ aguntur propter finem. In naturalibus enim & moralibus & artificialibus, præcipue demonſtrationes ex fine ſumuntur.

Lectio II.

Cauſa aūt uno quidē dicitur mō id ex quo qppiā fit eo pacto ut inſit, ut ęs ſtatuę, argentumq; pateræ, & horū genera. Alio uero modo forma atq; exēplar. Hęc aūt eſt ratio quidditatis & huius genera. Velut eius cōcentus qui ſonos oēs cōplectit, ipſa duorum ad unum ratio, atq; oīno numerus, partes itē quæ in ratione ſumuntur. Pręterea id unde primū principium eſt mutationis aut quietis, qualis eſt cā iſte qui cōſulit, & pater filii, atq; oīno quod efficit eius quod efficit, & quod mutat eius qd mutat. Inſuper ut finis, hic aūt eſt id gratia cuius cętera fiūt, ueluti deambulandi ſanitas. Cur.n. ambulat interrogati, O
quo ualeat reſpōdemus. Atq; ſi hoc pacto dixerim⁹, reddidiſſe cām arbitramur. Et cuncta oīno quę alio mouente, inter ipſum & finē fiūt, gratia finis ipſius fiūt: qualia ſunt ratione ſanitatis, macies, purgatio, uenena, ac inſtrumenta. Vniuerſa.n. hęc, ipſius gratia ſunt. Inter ſeſe autē differūt. Alia nāq; ſunt opa, alia inſtrumenta. Cauſę igitur tot modis dicuntur.

Cauſa uero dicitur uno quidē modo ex quo fit aliquid ut in exiſtente: ut ęs ſtatuæ, & argentū phiale, & horum genera. Alio uero ſpēs & exēplum. Hæc autem ratio ipſius quod quid erat eſſe, & hui⁹ genera, ut diapaſon, duo ad unum, & totaliter numerus & partes quæ in ratione. Amplius unde principiū permutationis primū aut quietis, ut cōſiliator eſt cauſa, & pater pueri, & oino efficiens facti, & permutans permutati. Amplius ut finis. Hoc aūt eſt qd eſt cuius cauſa. At ambulādi ſanitas. Nam quare ambulauit, dicimus ut ſanetur. Et dicentes ita, putam⁹ P
reddidiſſe cām. Et quęcunq; mouente alio fiūt infra finem, ut attenuatio, aut purgatio, aut pharmacia, aut organa. Hęc nāq; oia finis cā fiunt. Differūt autē ab inuicem tanquam entia hæc quidem, ut organa: illa uero, ut opera. Ergo cauſę fere toties dicuntur.

HIC Philoſophus diſtinguit quot modis dicit cauſa, & circa hoc duo facit. Primo aſſignat ſpēs cāꝝ. Secundo modos cauſarum, ibi { Modi uero cauſarum } Circa primum duo facit. Primo enumerat diuerſas ſpēs cauſarum. Secundo reducit eas ad quatuor, ibi: { Omnes uero cauſæ dictæ. } Circa primum duo facit. Primo enumerat diuerſas ſpēs cauſarum. Secundo manifeſtat quædam circa ſpēs prædictas, ibi: { Accidit autē multoties &c. } Dicit ergo primo q vno modo dicitur cauſa id ex quo fit aliquid, & eſt ei { inexiſtentis } .i. intus exiſtens. Quod quidem dicitur ad differentiam priuationis, & Q
etiam contrarii. Nam ex contrario uel priuatione dicitur aliquid fieri, ſicut ex non inexiſtente, ut album ex nigro, uel album ex non albo. Statua autem fit ex ære, & phiala ex argento, ſicut ex inexiſtente. Nam cum ſtatua fit, non tollitur ratio æris, nec ſi fit phiala, tollitur ratio argenti. Et ideo æs ſtatuæ, & argentum phialæ ſunt cauſa per modum materiæ. { Et horum genera } quia cuiuſcunq; materia eſt ſpēs, aliqua materia eſt eius genus, ſicut ſi materia ſtatuæ eſt æs, eius materia erit metallum & mixtum & corpus, & ſic de aliis. Alio autem modo dicitur cauſa, ſpēs & exemplum, id eſt exemplar. Et hæc eſt cauſa formalis, quæ comparatur dupliciter ad rem. Vno modo ſicut forma intrinſeca rei, & hæc dicitur ſpēs. Alio modo ſicut extrinſeca a re, ad cuius tamen ſimilitudinem rei fieri dicitur. & ſm hoc exemplar rei dicitur forma. Per quem modum ponebat Plato ideas eſſe formas. Et quia vnumquodque conſequitur naturam uel generis uel ſpēi per formam ſuam, natura autem generis uel ſpēi eſt id quod ſignāt diffinitio di-

cens

Marginal notes:

Tertia de anima ca. 3 & inde, & in de ſom. & vi. paulo poſt principium.

Te. cō. 3 part. 3

Quatuor ſunt genera cauſarū.

Lec. ſeq. par. 2 [illegible]

Prin. ſeq. Quare forma dicatur ſpēs & exēplū & qd quid erat eſſe

A cens quid eſt res, ideo forma eſt ratio ipſius { quod quid erat eſſe } .i. diffinitio per quã ſcitur quid eſt res. Quamuis.n.in diffinitione ponantur aliquæ partes materiales, tñ id qđ eſt principale in diffõne oportet ꝙ ſit ex parte formæ. Et ideo hæc eſt ratio quare forma eſt cã, quia perficit rõnẽ quidditatis rei. Et ſicut id quod eſt genus materiæ, eſt etiã materia, ita etiã genera formarũ ſunt formæ rerum, ſicut forma cõſonãtiæ diapaſon, eſt proportio duorum ad vnũ. Qñ.n. duo ſoni ſe hñt ad inuicem in dupla proportione, tunc eſt inter eos conſonantia diapaſon, vnde dualitas eſt forma eius. Nam proportio dupla, ex dualitate rõnem hẽt. Et quia numerus eſt genus dualitatis, ideo vt vlr loquamur etiã numerus eſt forma diapaſon, ut.ſ. dicamus ꝙ diapaſon eſt ſecũdum proportionẽ numeri ad numerum. Et nõ ſolũ tota diffinitio cõparatur ad diffinitũ ut forma, ſed etiã partes diffõnis, quæ.ſ. ponunt in diffinitione in recto. Sicut.n. animal greſſibile bipes eſt forma hominis, ita animal & greſſibile & bipes. Ponit aũt interdum materia in diffinitione, ſed in obliquo, ut cum dr̃ ꝙ aĩa eſt actus corporis organici phyſici potentia uitam habentis. Tertio modo dicit cau

B ſa vnde primum eſt principium permutationis & quietis, & hæc eſt cauſa mouens uel efficiens. Dicit aũt motus aut etiam quietis, quia motus naturalis & quies naturalis in eandem cauſam reducuntur & ſimiliter quies uiolenta & motus uiolẽtus. Ex eadẽ .n. cauſa ex qua mouetur aliquid ad locum, quieſcit in loco. { Sicut conſiliator eſt cauſa } Nam ex cõſiliatore incipit motus in eo, qui ſm conſilium agit ad rei conſeruationem. Et ſilr { pater eſt cã filii. } In quibus duobus exẽplis duo principia motus tetigit ex quibus omnia fiunt. ſ. propoſitum in cõſiliatore, & naturam in patre. Et vlr omne faciens eſt cauſa facti per hunc modum, & permutans permutati. Sciendũ eſt aũt ꝙ ſm Auicẽnã quatuor ſunt modi cauſæ efficiẽtis. ſ. perficiẽs, diſponens, adiuuans, & conſilians. Perficiens autem dicit cauſa efficiens quæ ultimam rei perfectionem cauſat, ſicut quod inducit formã ſubſtantialẽ in rebus naturalibus, uel artificialem in artificialibus, ut ædificator domus. Diſponens aũt quod nõ inducit ultimam formã perfectiuam, ſed tantũmodo ꝑparat materiam ad formam, ſicut ille qui dolat ligna & lapides, dicitur domum facere. Et hæc non ꝓprie dicitur efficiẽs dom⁹,

[margin: Ad pos. quatuor modis cauſæ efficientis]

C quia id quod ipſe facit non eſt domus niſi in potentia. Magis tamen proprie erit efficiens, ſi inducat ultimã diſpõnem ad quã ſequitur de neceſſitate forma, ſicut homo generat hominem non cauſans intellectum qui eſt ab extrinſeco. Adiuuans autẽ dicitur cauſa ſecũdum ꝙ operatur ad principalẽ effectum. In hoc tñ differt ab agente principali, quia principale agens agit ad finem proprium: adiuuans aũtẽ ad finem alienum, ſicut qui adiuuat Regem in bello, operatur ad finem regis. Et hæc eſt diſpoſitio cauſæ ſecundariæ ad primam. Nam cã ſecunda operat propter finem primæ cauſæ in omnibus agentis per ſe ordinateis, ſicut militaris propter finem ciuilis. Conſilians autem differt ab efficiente principali, inquãtum dat finem & formam agendi. Et hæc eſt habitudo primi agentis per intellectum, ad omne agens ſecũdum, ſiue ſit naturale, ſiue intellectuale. Nam primum agens intellectuale in omnibus dat finem & formam agendi ſecundo agenti, ſicut architector nauis, nauim operãti, & primus intellectus, toti naturæ. Ad hoc autem genus cauſæ reducitur quicquid facit aliquid quocunq; modo eſſe, non ſolum ſm eſſe ſubſtantiale, ſed ſm accidentale, quod cõtingit in

[margin: Diſt inter Prin. & intellig.]

D omni motu. Et ideo non ſolum dicit ꝙ faciens ſit cã facti, ſed etiam mutans mutati. Quarto modo dicitur cã, Finis. Hoc autem eſt cuius cauſa aliquid ſit, ſicut ſanitas eſt cauſa ambulãdi. Et quia de fine uidebatur minus ꝙ eſſet cauſa ꝓpter hoc ꝙ eſt ultimum in eſſe, vnde etiam ab aliis prioribus philoſophis hæc cauſa eſt ꝑmiſſa, ut in primo lib. præhabitum eſt, ideo ſpãliter probat de fine ꝙ ſit cauſa. Nam hæc quæſtio quare, uel ꝓpter

Tex.7 quid, quærit de cauſa. Cum autem quæritur quare, uel propter quid quis ambulat, conuenienter reſpondentes dicimus ut ſanetur. Et ſic reſpõdentes opinamur reddere cauſam. Vnde patet ꝙ finis eſt cauſa. Nõ ſolum autem ultimum propter quod efficiens operatur, dicitur finis reſpectu præcedẽtium, ſed etiã omnia inter media quæ ſunt inter primum agens & ultimum finem, dicuntur finis reſpectu præcedentium, & eodem modo dicuntur cauſa vnde principium motus reſpectu ſequentiũ: ſicut inter medicinam, quæ eſt primum agens in hoc ordine, & ſanitatem quæ eſt ultimus finis, ſunt iſta media. ſ. attenuatio, quæ eſt propinquiſſima ſanitati in his qui ſuperabundant in humoribus: & purgatio, per quam acquirit attenuatio: { & pharmacia } .i. medicina laxatiua, & ex qua purgatio cauſatur: & { organa } .i. inſtrumenta quibus medicina uel pharmacia præparatur & miniſtratur. Hmõi etiam omnia ſunt propter finem, & tamen vnũ eorum eſt finis alterius. Nam attenuatio eſt finis purgationis, & purgatio pharmaciæ. Hæc autem inter media poſita differunt adinuicẽ in hoc ꝙ quædam eorum ſunt organa, ſicut inſtrumenta quibus medicina præparatur & miniſtratur, & ipſa medicina miniſtrata qua natura utitur ut inſtrumento: quædam uero ſunt opera i. opationes, ſiue actiones, ut purgatio & attenuatio. Concludit ergo ꝙ { cauſæ toties dicuntur } .i. quatuor modis. Et addit { fere } propter modos cauſarum quos infra ponet. Vel etiam ideo, quia illæ cauſarum ſpecies non eadem ratione in omnibus inueniunt. E

F Fit autem ut cum multipliciter cauſæ dicantur, & multę eiuſdem ſint, non ꝑ accidens cauſę, ceu ſtatuę, & ſtatuaria ars, & æs, non per aliud quicquam, ſed ut ſtatua eſt. At non eodem modo, ſed ęs quidẽ ut materies, ars autem ut id unde motio ꝑficiſcit.

Accidit aũt multotiens dictis cauſis multas eiuſdem cauſas eſſe, non ſecũdum accidens, ut ſtatuę, effector ſtatuę, & ęs, non ſecũdũ aliud aliquid, ſed inquãtum ſtatua. Verum nõ eodẽ modo, ſed hoc quidem ut materia, illud uero ut unde motus. part. 2

Ponit quædam quæ conſequũtur circa cauſas ex prædictis, & ſunt tria, quorum primum eſt, ꝙ quia cauſa multis modis dicitur, contingit multas cauſas eſſe vnius rei nõ ſm accidens, ſed ſm ſe. Quod.n. ſm accidens ut multæ ſint cauſæ vnius rei, hoc difficile non uidebatur, quia rei quæ eſt cauſa per ſe alicuius effectus, multa poſſunt accidere, quæ omnia illius effectus poſſunt etiam cauſa per accidens dici. Sed ꝙ cauſæ per ſe ſint multæ vnius, hoc fit manifeſtum ex hoc ꝙ cauſæ multipliciter dicuntur. Statuæ enim cauſa per ſe & non per accidens, eſt factor ſtatuæ, & æs, ſed non eodem modo. Hoc enim eſt impoſſibile ꝙ eiuſdem ſm idem genus, ſint multæ cauſæ per ſe eodem ordine, licet poſſint eſſe plures cauſæ hoc mõ, ꝙ vna ſit proxima alia remota: uel ita ꝙ neutrum ſit cauſa ſufficiens, ſed utrunq; coniunctim, ſicut patet in multis qui trahunt nauem. Sed in propoſito diuerſis modis iſta duo ſunt cauſa ſtatuæ: æs qdẽ ut mã, artifex ũo ut efficiens. Secũdũ ponit ibi. G

[margin: Eiuſdẽ eſſe plures cauſas p ſe, & cauſã genera ipoſe eſt.]

Et inter ſeſe ſint mutuo cauſę, ut exercitium bonę cauſa eſt habitudinis: & hæc exercitii. At non eodem mõ ſed hęc, ut finis: illud, ut principiũ motus.

Et adinuicem cauſę ſunt, ut dolor cauſa eſt ſanitatis, & ſanitas cauſa eſt dolẽdi: ſed non eodẽ mõ. Verũ hoc quidem, ut finis: illud uero, ut principiũ mot⁹. part. 3

Dicit ꝙ etiam contingit, ꝙ aliqua duo ad inuicem ſibi ſunt cauſæ, quod impoſſibile eſt in eodem genere cauſæ. Manifeſtũ uero fit multipliciter dictis cauſis. Sicut dolor ex inciſione uulneris eſt cauſa ſanitatis, ut efficiens ſiue principium motus. Sanitas autem eſt cauſa illius doloris, ut finis. Secundum enim idem genus cauſæ aliquid eſſe cauſam & cauſatum eſt impoſſibile. Alia litera habet melius { laborare cauſa eſt euexiæ } .i. bonæ diſpoſitionis, quæ cauſatur ex labore moderato qui ad digeſtionem confert, & ſuperfluos humores conſumit. Sciendum eſt autem ꝙ cum ſint quatuor cauſæ ſuperius poſitæ, earum duæ ſibiinuicem correſpondent, & aliæ duæ ſimiliter. Nam efficiens & finis ſibi correſpõdent inuicem, quia efficiens eſt principium motus, finis autem terminus. Et ſimiliter materia & forma. Nam forma dat eſſe, materia autem recipit. Eſt igitur efficiens cauſa finis, finis autem cauſa efficientis. Efficiens eſt cauſa finis quantum ad eſſe quidem, quia mouendo perducit efficiens ad hoc ꝙ ſit finis. Finis autem eſt cauſa efficientis, non quantum ad eſſe, ſed quantum ad rationem cauſalitatis. Nam efficiens eſt cauſa inquantum agit, non autem agit niſi H

[margin: Quomodo efficiẽs & finis ſe inuicẽ cauſent.]

I cauſa finis. Vnde ex fine habet ſuã cauſalitatẽ efficiens. Forma autẽ & materia ſibiiuicẽ ſunt cauſa quãtum ad eſſe. Forma quidem materiæ inquãtum dat ei eſſe actu, materia uero formæ inquãtum ſuſtentat ipſam. Dico autem utrunq; horũ ſibi inuicem eſſe cãm eſſendi uel ſimplr uel ſecũdũ quid. Nam forma ſubſtantialis dat eſſe materiæ ſimpliciter. Forma autem accidẽtalis ſecũdom quid, prout etiam forma eſt. Materia etiã quãq; non ſuſtentat formam ſm eſſe ſuu ſplr, ſed ſm q eſt forma huius habens eſſe in hoc, ſicut ſe habet corpus humanom ad animam rationalem. Tertium ponit ibi.

Idem inſuper cõtrariorũ interdum eſt cã. Quod enim præſens cauſa cuiuſpiam eſt, id & abſens nonnunquã cãm eſſe cõtrarii dicimus. Vt gubernatoris abſentiam ſubuerſionis nauis, cuius pręſentia cauſa erat ſalutis. Vtrunq; tamen & præſentia, & abſentia, cauſę ſunt ut mouentes.

Parte 4 K Amplius autem idẽ quãq; contrariorũ eſt cauſa. Quod enim pręſens, huius eſt cauſa: hoc abſens, cauſamur quãq; de contrario. Vt abſentia gubernatoris deꝑditionis nauis, cuiꝰ erat ꝑſentia cã ſalutis. Vtraq; uero & ꝑſentia & priuatio, cauſę ſunt quaſi mouẽtes.

Dicit q idem contrariorum contingit eſſe cauſam. Quod etiam difficile uidebaſ uel impoſsibile, ſi ſimpliciter ad utrunq; referatur. Sed diſsimiliter eſt cã utriuſq;. Illud.n. quod per ſui præſentiã eſt cauſa huius, quã eſt abſens {cauſamur} .i. accuſamos ipſum {de contrario} .i. dicimus ipſum eſſe cãm contrarii. Sicut patet q gubernator per ſui præſentiam eſt cauſa ſalutis nauis, dicimus eius abſentiam eſſe cauſam perditionis. Ne autem putetur q hoc ſit referẽdum ad diuerſa genera cauſarum, ſicut & priora duo, ideo ſubiongit q utrunq; iſtorum reducitur ad idẽ genus cauſæ. ſ. ad cãm mouẽtẽ. Eodẽ.n. mõ oppoſitum eſt cauſa oppoſiti, quo hæc eſt cauſa huius. Le. III.

L Vniuerſæ aũt nũc dictę cauſę, quatuor, in genera manifeſtiſsima cadũt. Elemẽta nãq; ſyllabarũ, materiã conficiendorũ operum arte, ignẽ, & terrã, & talia oĩa corporũ partes totius, ſuppõnes deniq; cõcluſionis, ut id ex quo res fiũt, cauſas eſſe cõſtat. Atq; horũ quædã ſunt ſubiectũ, ueluti partes: quędã ut quidditas totum inquã, cõpoſitio, atq; forma. At ſemen medicus quiq; conſuluit, & oĩno efficiens, oĩa ſunt cauſę unde eſt principiũ mutationis aut ſtatis. Quędam aũt ſunt ut finis bonũq; cæterorũ: id.n. gratia cuius cętera fiunt, optimũ eſſe, finiſq; illorũ ſolet. Interſit aut nihil, bonum ipſum, an apparẽs bonũ dicatur. Tales igit̃ atq; tot cauſę ſpeciei eſſe uidẽtur.

Parte prĩa OMnes uero cauſę dictæ, in quatuor modos cadũt manifeſtiſſimos. Nã elemẽta ſyllabarum, & materia artificialiũ, & ignis & terra & talia oĩa corporum, & partes totius, & ſuppõnes cõcluſionis, ut

M ex quo cauſę ſunt. Horũ aũt hęc quidẽ quaſi ſubiectũ, ut partes. Illa uero ut quod quid erat eſſe, ut totũ, cõpoſitio, & ſpẽs. Sperma uero & medicus & conſiliator, & omnino efficiẽs, oĩa ſunt unde principium permutationis aut ſtatus. Alia uero ut finis & bonũ aliorũ. Nam quod cuius cauſa, optimũ, & finis aliorũ uult eſſe. Nihil aũt differt dicere ſiue bonũ ſiue apparens bonũ. Cauſę igitur hę ſunt, & tot ſpecies.

HIC Philoſophus reducit omnes cauſas in quatuor modos cauſarum prædictos dicens, q omnia quæ dicuntur cauſæ incidunt in prædictos quatuor modus. Dicuntur enim {elementa} .i. literæ cauſæ ſyllabarum, & materia artificialium dicitur eſſe cauſa factorum per artem, & ignis & terra & hmõi omnia ſimplicia corpora dicũtur eſſe cauſæ corporum mixtorum. Et partes dicuntur eſſe cauſa totius. {Et ſuppoſitiones} id eſt propoſitiones præmiſſæ ex quibus ꝓpoſitis ſyllogizatur, dicuntur eſſe cauſa concluſionis, & in omnibus iſtis eſt vna ratio cauſæ, ſm quod dicitur cauſa illud ex quo fit aliquid, quod eſt ratio cauſæ materialis. Sciendum eſt autem q propoſitiones dicuntur eſſe materia cõcluſionis, non quidem ſm q ſub tali forma exiſtunt, uel ſm uirtutem earum, (Sic.n. magis ſe habent in ratione cauſæ efficiẽtis) ſed quãtum ad terminos ex quibus cõponuntur. Nam ex terminis ꝓmiſſarum componiſ concluſio. ſ. ex maiori & ex minori extremitate. Inter ea aũt ex quibus res integratur, aliquid ſe habet per modum ſubiecti. Sicut partes & alia quæ prædicta ſunt. Alia uero ſe habent ut {quod quid erat eſſe} .ſ. totum, & cõpoſitio, & ſpẽs, quæ pertinent ad rationem formæ ſecundũ quam quidditas rei cõpletur. Sciendum eſt enim q quãq; vna res ſimpliciter eſt alicuius materia, ſicut argentum phialæ, & tunc forma correſpondens tali materiæ poteſt dici ſpecies. Quandoq; autem plures adinuicem adunatæ ſunt materia alicuius rei, quod quidem contingit tripliciter. Quãq;.n adunantur ſecũdum ordinem tantum, ſicut homines in exercitu, uel domos in ciuitate, & ſic pro forma reſpondet totum quod deſignaſ nomine exercitus uel ciuitatis. Quãq; autem non ſolum adunantur ordine, ſed contactu & colligatione, ſicut apparet in partibus domus, & tunc reſpõdet pro forma compoſitio. Quãq; autem ſuper hoc addiſ alteratio componentium quod cõtingit in mixtione, & tunc forma eſt ipſa mixtio, quæ tñ eſt quædam compoſitionis ſpecies. Ex quolibet autem trium horum ſumitur quod quid eſt rei. ſ. ex cõpoſitione & ſpecie & tot, ſicut patet ſi diffiniref exercitꝰ domus, & phiala. Sic ergo habemus duos modos cauſæ. Secũdum autem aliam rationem dicitur cauſa ſperma & medicus & conſiliator & vl̃r omne faciens, ex eo. ſ. q ſunt pricipia motos & quietis. Vnde iam hoc eſt aliud genus cauſæ ꝓpter aliam rationem cauſandi Ponit autem ſperma in hoc genere cauſæ, quia ſm eius ſententiam ſperma uim habet actiuam, mẽſtruũ autẽ mulieris cadit in materiam concepti. Quarta uero ratio cauſandi eſt ſm q aliqua dicuntur cauſæ per modum finis & boni reſpectu aliorum. Illud enim cuius cauſa fit aliqd eſt optimum inter alia {& vult eſſe} .i. habet aptitudinẽ ut ſit aliorũ finis. Quia uero poſſet aliquis obiicere q non ſemper bonum eſt finis, cum quãq; aliqui inordinate agẽtes malum finem ſibi cõſtituant, ideo rñdet q nihil ad propoſitum differt dicere q ſimpliciter ſit bonum, uel apparens bonum. Qui.n. agit, agit per ſe loquendo propter bonum. Hoc enim intendit. Per accidens autem propter malum, inquãtum accidit ei quod exiſtimat bonum eſſe. Nullus.n. agit propter aliquid intendens malum. Sciendum autem eſt q licet finis ſit ultimus in eſſe in quibuſdam, in cauſalitate, tamen eſt prior ſemper. Vnde dicitur cauſa cauſarum, quia eſt cauſa cauſalitatis in omnibus cauſis. Eſt enim cauſa cauſalitatis efficientis, ut iam dictum eſt. Efficiẽs autem eſt cauſa cauſalitatis & materiæ & formæ. Nam facit ꝑ ſuum motum materiam eſſe ſuſceptiuam formæ, & formam ineſſe materiæ. Et per conſequens etiam finis eſt cauſa cauſalitatis & materiæ & formæ. Et ideo potiſsimæ demſones ſumũtur a fine in illis in quibus agitur aliquid propter finem, ſicut in naturalibus, in moralibus & artificialibus. Concludit igitur q prædicta ſunt cauſæ, & q cauſæ ſecundum tot ſpecies diſtinguuntur. Deĩnde cum dicit.

Qualiter principia reſpẽ concluſionis. ſunt in genere cauſæ efficientis aut mãæ.

Materia tripliciter & totiens forma.

N O P Q

Atqui modi cauſarũ numero quidem ſunt multi, ſi in capita autem & ipſi redigantur pauciores euadunt. Dicuntur enim cauſę multipliciter, & ipſarum quę ſunt eiuſdem ſpeciei, alia prior, alia & poſterior, ut ſanitatis, medicus atq; artifex: & concentus eius qui omnes ſonos complectitur duplum ac numerus: & ſemper eę quę continent quamuis ſingularium. Præterea ut accidens & genus huius, ut ſtatuę aliter Polycletꝰ eſt cauſa, & aliter ſtatuarius. Accidit enim ſtatuario ut ſit Polycletus. Et ea quæ continent accidens, uelut homo eſt cauſa ſtatuę, aut omnino animal qui eſt Polycletus homo, & homo eſt animal. Sunt autem & accidentium alia remotiora aliis, atq; propinquiora, ceu ſi albus ac muſicus

A cauſa ſtatuæ dicerentur, ſed non ſolum Polycletus uel homo. Preter autem omnes quę accõmodate dicũtur & quę per accidẽs, aliæ ut potẽtes, alię ut operãtes dicũtur. Veluti extruẽdę domus cauſa eſt ędificator, aut ędificãs ædificator. Similiter & in hiſce dicẽtur, quorũ cauſę ſunt ipſę cauſę, ut hui9 ſtatuæ, aut ſtatuę, aut omnino imaginis, & ęris huiuſce, aut æris, aut omnino materię: & in accidentibus ſimili modo. Preterea & hę & illę cõplexę dicẽtur, ueluti nõ Polycletus aut ſtatuarius, ſed ſtatuarius Polycletus. Attamẽ hæc omnia multitudine quidem ſunt ſex, dupliciter autem dicẽtur. Nam aut ut ſingular̃, aut ut gen9, aut ut accidẽs, aut ut accidẽtis gen9, aut ut cõiuncta hęc, aut ut ſeiũcta dicũtur: & inſup ut potẽtia aut actu. Intereſt autem tãtum. Cauſę enim actu & ſingulares, & ea quorũ ſunt cauſę, ſimul ſunt, & nõ ſunt: ut hic qui medetur, cum hoc qui ſanat̃:
B & hic qui ędificat, cum hoc qui ædificatur. Sed quę ſunt potentia, non ſemper. Non enim ſimul domus ędificatorq; corrumpuntur.

tex. 3
Modi uero cauſarum, numero quidẽ ſunt multi, capitulatim uero & hi pauciores. Dicũtur enim cauſę multipliciter. Et earum cõſpecialium prius & poſterius altera alia, ut ſanitatis medicus & artifex: diapaſon duplum & numerus: & ſemper quę ſingularium ſunt cõtinẽtia. Amplius autem ut accidens & horum genera, uelut ſtatuæ aliter Polycletus, & aliter ſtatuę factor, quia accidit ſtatuæ factori Polycletum eſſe: & cõtinẽtia accidens, ut homo cauſa ſtatuę: aut & totaliter animal, q̃a Polycletus homo eſt & animal. Sunt etiam & accidẽtium aliis remotio-
C ra & propinquiora, ut ſi album & muſicum cauſa dicuntur ſtatuę, & nõ ſolum Polycletus aut homo. Preter omnia autem & proprię dicta & ſm accidẽs, hęc quidem ut potentia dicũtur, illa uero ut agẽtia, ut ędificationis ędificator, aut ędificãs. Similiter autem dicẽtur, & in quibus cauſę ſunt cauſę dictis: ut huius ſtatuę, aut ſtatuæ, aut omnino imaginis, aut ęris, aut ęris huius, aut omnino materię: & in accidẽtibus ſimiliter. Amplius autem cõplexa & ea & illa dicẽtur, ut nec Polycletus, nec ſtatuæ factor, ſed Polycletus ſtatuę factor. Attamẽ ea omnia ſunt pluralitate ſex, ſed dupliciter dicta. Aut enim ut ſingulare, aut genus. Et ſecũdum ſe aut ſecũdum accidẽs, aut ut genus accidentis. Aut ut ea cõplexa, aut ſimpliciter dicta. Amplius autem ut agẽtia, aut ſm potẽtiam. Differũt autem intãtum ꝙ agẽtia quidẽ ſingularia ſimul ſunt & non ſunt cum his quorũ ſunt
D cauſę, ut hic medens cum hoc cõualeſcẽte, & hic ędificator cum hoc ędificio: quę uero ſunt ſm potentiam non ſemper. Corrumpitur enim non ſimul ędificium & ędificator.

Diuiſio modorum cauſarum
Diſtinguit modos cauſarum. Eſt autem diſtinctio cauſæ per ſpẽs, & per modos. Nam diſtinctio per ſpẽs eſt penes diuerſas rationes cauſandi. Et ideo eſt quaſi diuiſio per differẽtias eſſentiales, ſpẽs conſtituentes. Diuiſio autem per modos eſt penes diuerſas habitudines cauſæ ad cauſatum. Et ideo eſt in his quæ habent eandem rõnem cauſandi, ſicut per ſe & per accidẽs, remotum & propinquum. Vnde eſt quaſi per differẽtias accidentales non diuerſificantes ſpẽm. Dicit ergo ꝙ multi ſunt modi cauſarum, ſed pauciores inueniũtur q̃ſi { capitulatim } .i. quodam cõpendio cõprehenduntur. Per ſe.n. & per accidens ſunt duo modi, tñ reducuntur ad vnũ capitulum, ſm quod eſt eadem conſideratio de utroq;. Et ſimiliter eſt de aliis modis oppoſitis. Cauſæ enim multis modis dicuntur nõ ſolum quãtum ad diuerſas ſpẽs cauſæ, ſed etiam quãtum ad cauſas conſpeciales, quæ.ſ. reducuntur ad vnam ſpẽm cauſæ. Dicitur enim vna prior, & altera poſterior. Prius autẽ & poſterius in cauſis inuenitur dupliciter. Vno modo in cauſis diuerſis numero adinuicem ordinatis, quarum vna eſt prima & remota, & alia ſecunda & propinqua, ſicut in cauſis efficientibus homo generat hominem ut cauſa propinqua & poſterior. Sol aũt ut cauſa prior & remota. Et ſimiliter põt cõſiderari in aliis ſpẽbus cauſarum. Alio modo in vna & eadem cauſa numero ſm ordinem rõnis, qui eſt inter vle & particulare. Nam vle naturaliter eſt prius, particulare poſterius. Prætermittit autem primum modum, & accipit ſecũdum. In ſecundo .n. modo imediate effectus ab utraq; cauſa exiſtit.ſ. priori & poſteriori, quod in primo non cõuenit. Vnde dicit ꝙ ſanitatis cauſa eſt medicus, & artifex in genere cauſæ efficientis. Artifex quidem ut vle & prius, medicus uero ut particulare ſiue ſpãle & poſterius. Similiter etiam in cauſis formalibus dupliciter eſt cauſa formalis, ut diapaſon duplum, uel proportio dupla, uel dualitas eſt cauſa formalis ut ſpeciale & poſterius. Numerus autem uel ꝓportio numeri ad numerum uel ad vnum, ut vle & prius. Et ita { ſemper ea quæ continẽt ſingularia } .i. vlia dicuntur cauſæ priores. Alia diuiſio eſt cauſarum ſm ꝙ aliquid dicitur, eſſe cauſa per ſe & per accidens. Sicut .n. cauſa per ſe diuiditur in vle & particulare, ſiue in prius & poſterius, ita etiam cauſa per accidens. Vnde non ſolum ipſæ cauſæ accidentales dñr cauſæ per accidens, ſed etiã ipſarum genera. Vt ſtatuæ factor, ſtatuæ cauſa eſt per ſe. Polycletus autem per accidens eſt cauſa, inquantum accidit ei factorem ſtatuæ eſſe. Et ſicut Polycletus eſt cauſa ſtatuæ per accidens, ita omnia vlia { cõtinentia accidens } .i. eãm per accidens dicunt̃ per accidens cauſæ, ſicut homo & animal quæ ſub ſe continent Polycleti qui eſt homo & animal. Et ſicut cauſarum per ſe quædam ſunt propinquæ, quædam remotæ, ut dictum eſt, ita & inter cauſas per accidens. Nam Polycletus eſt cauſa ſtatuæ magis propinqua q̃ album & muſicum. Magis.n. remotus modus ꝑdicationis per accidens eſt, cum accidẽs prædicatur de accidente q̃ cum accidens prædicat̃ de ſubiecto. Accidens.n. non prædicatur de accidente niſi quia ambo prædicã-
G tur de ſubiecto. Vnde magis remotum eſt ut attribuat̃ vni accidenti, quod eſt alterius, ſicut muſico quod eſt ædificatoris, q̃ quod attribuatur ſubiecto quod eſt accidentis, ſicut Polycleto quod eſt ædificatoris. Sciendum autem eſt ꝙ aliquid põt dici cauſa per accidens alterius dupliciter: Vno modo ex parte cauſæ, quia.ſ. illud quod accidit cauſæ dicitur cauſa per accidens, ſicut ſi album dicatur cauſa domus. Alio modo ex parte effect9. ut.ſ. aliquid dicatur cauſa per accidens alicuius, quod accidit ei quod eſt effectus per ſe. Quod quidem poteſt eſſe tripliciter. Vno modo quia habet ordinẽ neceſſarium ad effectum, ſicut remotio impedimenti habet ordinẽ neceſſarium ad effectum. Cã p accidẽs eſt multiplx.
Vnde remouens prohibens dicitur mouẽs per accidens, ſiue illud accidens ſit contrarium, ſicut cholera prohibet frigiditatẽ, vnde ſcamonea dicitur infrigidare per accidens, non quia cauſet frigiditatem, ſed quia tollit impedimentum frigiditatis qđ eſt ei contrarium.ſ. choleram: ſiue etiam ſi non ſit cõtrarium, ſicut columna impedit motum lapidis. Vnde remouens colũ- H
nam dicitur per accidens mouere lapidem ſuperpoſitum. Alio modo q̃ñ accidens habet ordinem ad effectum, non tamen neceſſarium, nec ut in pluribus, ſed ut in paucioribus, ſicut inuentio theſauri ad foſsionẽ in terra. Et hoc modo fortuna & caſus dicuntur cauſæ per accidens. Tertio quando nullum ordinem habent niſi forte ſm exiſtimationem, ſicut ſi aliquid dicat ſe eſſe cauſam terræmotus, quia eo intrante domum accidit terræmotus. Tertia diſtinctio eſt ſm ꝙ præ omnibus his uel præter omnia hæc quæ dicuntur eſſe ſm ſe ſiue per ſe, & ſm accidens, quædam ſunt cauſæ in potentia, quædam ut agentia.i. in actu. Sicut ædificationis cauſa eſt ædificator in potentia. Hoc enim ſonat habitum uel officium. Vel ædificans actu. Et eiſdem modis quibus diuiduntur cauſæ, poſſunt diuidi cauſata in quibus uel quorum cauſæ ſunt cauſæ. Poteſt.n. diuidi cauſatum per prius & poſterius ſiue particulare & vniuerſale, ſicut ſi dicam9 ꝙ ſtatuæ factor eſt cauſa huius ſtatuæ quod eſt poſterius, aut ſtatuæ quod eſt vlius & prius, aut imaginis quod eſt adhuc vniuerſalius. Et ſimiliter aliquid eſt cauſa formalis huius æris,

I aut æris quod eſt vniuerſalius, aut materiæ q̄d eſt adhuc vniuerſalius. Et ſimiliter põt dici in accidẽtibus .i. in effectibus per accidens. Nam ſtatuæ factor qui eſt cauſa ſtatuæ, eſt etiam cauſa grauis uel albi uel rubei quæ accidunt ex parte materiæ, & non ſunt ab hoc agente cauſata. Vlterius ponit quartam diſtinctionem cauſæ quæ eſt in ſimplex & in compoſitũ, ut ſimplex cauſa dicatur ſm ꝙ accipitur cauſa ſtatuæ per ſe ſolum ut ſtatuæ factor, ſiue per accidens tãtum .ſ. Polycletus. Compoſita autem ſm ꝙ vtrunq; ſimul accipitur, ut dicatur cauſa ſtatuæ Polycletus ſtatuæ factor. Eſt autem alius modus quo cauſæ poſſunt dici compoſitæ, ſm ꝙ plures cauſæ cõcurrunt ad vnius rei cõſtitutionem, ſicut plures homines ad trahẽdum nauem, uel plures lapides ut ſint materia domus. Sed hoc prætermiſit, quia nullum illorum eſt cauſa, ſed pars cauſæ. His autem modis poſitis colligit iſtorum modorum numerum dicens, ꝙ iſti modi cauſarum ſunt ſex et uariantur dupliciter, & ita efficiun-
K tur duodecim. Hi enim modi ſex ſunt, aut ſingulare, aut genus, ꝙ ſuperius dixit prius & poſterius. Et ſm ſe & per accidens, ad quod etiam reducitur genus accidentis. Nam genus accidẽtis
Modi cauſarum quot numero. eſt cauſa per accidens. Et iterum per complexum & ſimplex. Hi autem ſex modi ulterius diuiduntur per potentiam & per actum & ſunt duodecim. Ideo autem oportet omnes iſtos modos per potentiam & actum diuidi, quia potentia & actus diuerſificãt habitudinem cauſæ ad effectum. Nam cauſæ in actu particulares, ſunt ſimul, & tolluntur cum ſuis effectibus, ſicut hic medicans cum hoc cõualeſcente, & hic ædificans cum hoc ædificato. Non .n. poteſt aliquid actu ædificari, niſi ſit actu ædificans. Sed cauſæ ſm potẽtiam non ſemper remouentur cum effectibus, ſicut domus & ædificator non ſimul corrumpũtur. In quibuſdam tamen cõtingit ꝙ remota actione efficientis tollitur ſubſtantia effectus, ſicut in his quorum eſſe eſt in fieri, uel quorum cauſa non ſolum eſt effectui cauſa fiendi ſed eſſendi. Vnde remota illuminatione ſolis ab aere tollitur lumen. Dicit autem cauſas ſingulares, quia actus ſingularium ſunt, ut in
L In proemio primo huius habitum eſt. Lectio. IIII.

Elementum dicitur id, ex quo quippiã componitur primo ita ut ſit, indiuiſibileq; ſit ſpecie in aliam formam: ut uocis elementa ſunt ea ex quibus componitur uox, & in quę diuidiť ultima, quę quidẽ non ulterius in alias uoces diuerſas a ſe ſpecie diuiduntur. Sed ſi etiam diuidanť, partes eiuſdem ſunt rationis, ut aquę pars, aqua eſt: ſed non ſyllabę, ſyllaba. Simili modo & ea corporum elementa ueteres dicũt in quę ultima ipſa corpora diuidũtur, & quę non in alia corpora differentia ſpecie diuidũtur, & ſiue unũ, ſiue plura, ſint talia, hęc elemẽta appellãt. Similiter & deſignationũ & demſonũ elemẽta dñr. Primę nãq; demſones, quę in pluribus demſonibus inſunt, elementa demſonum uocanť. Sũt autẽ tales rõcinationes hę q̄ primę ſunt, ex trib⁹ ꝑ mediũ unũ.

M Tex. cõ. 4. Parte prīa. Elemẽtum uero diciť ex quo aliquid componiť primo, inexiſtẽte indiuiſibili ſpecie in aliã ſpẽm: ut uocis elementa ex q̄bus cõponitur uox, & in quę diuiditur ultima, illa uero nõ in alias uoces ab eis ſpecie diuerſas: ſed & ſi diuidanť, particulæ ſunt cõformes, ut aquę particulæ ſunt aqua, ſed non ſyllabę. Similiter autem & corporum elementa dicũt dicentes, in quę diuidũtur corpora ultima, & illa non in alia ſpecie differentia corpora, & ſiue unum, ſiue plura talia, ea elementa dñr. Similiter uero & quæ ſunt diagrammatum, id eſt deſcriptionũ dñr elemẽta, & ex toto quæ ſunt demõſtrationũ. Nam primæ demſones in pluribus demſonibus exiſtentes, eſſe demſonum elementa dñr. Sunt aũt tales ſyllogiſmi primi per unum medium ex tribus terminis.

parte 2. Par. ſe. pri. HIC diſtinguit hoc nomen elementum, circa quod duo facit. Primo aſſignat diuerſos modos elementi. Secũdo oſtendit quid in omnibus ſit commune ibi. { Omnium autem cõmune. } N Circa primum duo facit. Primo oſtendit quomodo elementum proprie dicatur. Secũdo quomodo dicatur tranſumptiue ibi. { Et transferentes elementum &c. } Ponit ergo primo quãdam elementi deſcriptionem, ex qua colligi põt ꝙ quatuor ſunt de ratione elementi. *Quatuor ſunt de rõne elemẽti.* Quorum primum eſt, ut ſit cauſa ſicut ex quo: per quod patet ꝙ elementum ponitur in genere cauſæ materialis. Secundum eſt, ꝙ ſit principium ex quo aliquid fiat primo: cuprum enim eſt ex quo fit ſtatua, non tamen eſt elementum, quia habet aliquam aliam materiam ex qua fit. Tertium eſt, ꝙ ſit inexiſtens ſiue intrinſecum: per q̄d differt elementum ab omni eo ex quo fit aliquid, ſicut ex tranſeunte, ſiue ſit priuatio, aut contrarium, ſiue materia contrarietati & priuationi ſubiecta, quæ eſt materia tranſiens. Vt cũ dicimus ꝙ homo muſicus fit ex homine non muſico, uel muſicum ex non muſico. Elementa enim oportet manere in his
O quorum ſunt elementa. Quartum eſt, ꝙ habeat aliquam ſpeciem quæ nõ diuidatur in diuerſas ſpecies: per quod differt elementum a materia prima, quæ nullam ſpeciem habet: & etiã ab omnibus materiis quæ in diuerſas ſpecies reſolui poſſunt, ſicut ſanguis & huiuſmodi. *Hoc ſ loco An. an. impugnat ſm Tho. unde ſecũdũ defen. ſi pla.* Propter hoc dicit ꝙ elementum eſt ex quo aliquid componitur quantum ad primum. Primo, quantum ad ſecundum. Inexiſtente, quantum ad tertium. Indiuiſibile ſpecie in aliam ſpẽm, quantum ad quartum. Hanc autem diffinitionem manifeſtat in quatuor, in quibus utimur nomine elementi. Dicimus enim ipſas literas eſſe elementa uocis, quia ex eis omnis uox componitur, & primo. Quod ex hoc patet, quia omnes uoces in literas reſoluuntur, ſicut in ultima. Quod eſt enim ultimum in reſolutione, oportet eſſe primum in compoſitione. Literæ autem non reſoluuntur ulterius in alias uoces ſpecie diuerſas. Sed ſi aliquo modo diuidantur, particulæ in quas fit diuiſio erunt { conformes } .i. vnius ſpẽi, ſicut omnes particulæ aquæ ſunt aqua. Diuiditur autem litera ſm tempora prolationis, prout litera longa dicitur habere duo tempora, breuis uero vnum. *Hic paſſũ impugnat An. an. ſed uide ſi pla. def. tertiũ.* Nec tamen partes in quas ſic diuiduntur literæ, ſunt diuerſæ ſm ſpeciem uocis. Non eſt autem ita de ſyllaba: nam eius partes ſunt diuerſæ ſm ſpẽm. Alius enim
P ſonus eſt ſm ſpeciem, quem facit uocalis & conſonans, ex quibus ſyllaba componitur. Secundum exemplum ponit in corporibus naturalibus, in quibus etiam quædam dicimus elemẽta quorundam. Illa enim dicuntur corporum eſſe elementa, in quæ ultimo reſoluuntur omnia corpora mixta: & per conſequẽs ea ſunt ex quibus primo cõponunť huõi corpa. Ipſa aũt corpora q̄ elementa dñr, non diuiduntur in alia corpora ſpecie differẽtia, ſed in partes cõſimiles, ſicut quælibet pars aquæ eſt aqua. Et quicunq; poſuerunt tale corpus eſſe vnum .ſ. in q̄d omnia reſoluuntur, & ipſum non reſoluitur in alia, dixerunt vnum eſſe elementum. Quidam uero aquam, quidam autem aerem, quidam autem ignem. Qui uero poſuerunt plura talia corpora, dixerunt etiam eſſe elementa plura. Sciendum eſt ꝙ cum in diffinitione elementi ponatur, ꝙ nõ diuiditur in diuerſa ſm ſpeciem, non eſt intelligendum de partibus in quas aliquid diuiditur diuiſione quantitatis. Sic enim lignum eſſet ele- Q
mentum, quia quælibet pars ligni eſt lignum. Sed de diuiſione quæ fit ſm alterationem, ſicut corpora mixta reſoluuntur in ſimplicia. Tertium exemplum ponit in demonſtrationibus, & in quibus etiam utimur nomine elementi, ſicut dicitur liber elementorum Euclidis. Et dicit ꝙ modo ſimili & propinquo dictis dicuntur elementa quæ { ſunt diagrammatum } .i. deſcriptionum geometralium elementa. Et non ſolum hoc poteſt dici in geometria, ſed vniuerſaliter in omnibus demonſtrationibus. Illæ enim demonſtrationes quæ exiſtũt in tribus terminis tantum, dicuntur eſſe aliorum elementa. Nam ex his cõponuntur aliæ demonſtrationes, & in ea reſoluuntur. Quod ſic patet. Secunda enim demõſtratio accipit pro principio concluſionem primæ demonſtrationis, inter cuius terminos intelligitur medium quod fuit primæ demonſtrationis principiũ. Et ſic ſecunda demonſtratio erit ex quatuor terminis, prima ex tribus tantum. Tertia uero ex quinq;. Quarta ex ſex. Et ſic quælibet demonſtratio vnum terminũ addit. In quo manifeſtum eſt demonſtrationes primas in poſtremis includi, ut ſi ſit hæc demonſtratio prima. Omne b. eſt a. omne c. eſt b. ergo omne

go omne

A go omne c. eſt a. hoc includetur in hac. Omne c. eſt a. omne d. eſt c. ergo omne d. eſt a. Et ulterius iſta in alia quæ concludit omne e. eſt a. ut quaſi uideatur eſſe ad hanc ultimam cōcluſionem vnus ſyllogiſmus ex pluribus ſyllogiſmis compoſitus plura media habens, ut dicatur ſic. Omne b, eſt a. & omne c. eſt b. & omne d. eſt c. & omne e. eſt d. ergo omne e. eſt a. Prima igitur demonſtratio quæ habebat vnum medium & ſolum tres terminos, eſt ſimplex & non reſoluitur in aliam demonſtrationem. Sed omnes aliæ reſoluuntur in ipſam. Et ideo ſyllogiſmi primi qui fiunt ex terminis tribus per vnum medium, elementa dicuntur. Deinde cum dicit.

Hinc etiam per tranſlationem elementū id omne appellant, quod unum eſt, & paruum, & ad multa cōducit. Quāobrem & id quod eſt paruū & ſimplex indiuiſibileq́, elemētum uocatur. Vnde emerſit ea quę maxime uniuerſalia ſunt, elementa eſſe: q̄a unūquodq́ ipſorum unum eſt & ſimplex, & in multis, aut in omnibus, aut q̄plurimis ineſt. Ipſum etiam
B unū per eadē pūctumue principiū quibuſdā eſſe uidet. Cum igitur ea quę genera uocantur uniuerſalia ſint indiuiſibiliaq́, (una eſt enim ratio ipſorum) genera ipſa quidam elementa inquiunt eſſe, & magis q̄ differentiam: propter quod genus uniuerſale magis eſſe uidetur. Cui nāq́ differentia competit, ei cōtinuo genus etiam ineſt. At cui competit genus; ei non omni differētia ineſt. Omnibus aūt eſt cōmune elemētū eſſe cuiuſq;, id qđ cuiq́ primum ineſt.

Et transferentes elementum uocant hinc quodcūq́ unum ens & paruū, quod ad multa eſt utile. Quapropter paruum & ſimplex & indiuiſibile dicitur elemētum. Vnde euenit maxime uniuerſalia elementa eſſe, quia unumquodq́ eorum unum ens &
C ſimplex multis ineſt, aut omnibus, aut plurimis. Et unum & pūctum principia quibuſdam uidentur eſſe. Quoniam ergo uocata genera ſunt uniuerſalia & indiuiſibilia, (una enim eſt eorum ratio) elemēta genera dicūt aliqui. Et magis q̄ differentiā, qm̄ uniuerſale magis genus. Nam cui differētia ineſt, & genus id ſeq̄tur. Sed cui gen⁹, nō oīno dr̄ia. Oīum aūt cōe eſt elemētū cuiuslibet, quod primū eſt cuiq́.

Oſtendit quomodo elementum dicatur tranſumptiue, dicens, ꝙ ex hac p̄miſſa ratione & ſignificatione elementi trāſtulerunt quidam hoc nomen elementum ad ſignificandum aliquid quod eſt vnum & paruum & ad multa utile. Ex hoc enim ꝙ elementum eſt indiuiſibile in diuerſas ſpecies, acceperunt ꝙ ſit vnum. Ex eo uero ꝙ eſt primum, ꝙ ſit ſimplex. Ex eo uero ꝙ ex elementis alia componuntur, acceperunt ꝙ ſit utile ad multa. Vnde hanc rationem elementi conſtituerūt, ut elementum dicerent omne illud quod eſt paruum in quātitate & ſimplex, quaſi ex aliis non compoſitum, & indiuiſibile in diuerſa.
D Hac aūt rōne elementi conſtituta, per tranſumptionem contingebat eis ut duos modos elementorum adinuenirent, quorum primus eſt, ut ea quæ ſunt maximæ vl̄ia, dicerent elementa. Vl̄e.n. eſt vnum ſm rōnem, & eſt ſimplex, quia eius diffinitio non cōponitur ex diuerſis: & eſt in multis, & ſic eſt ad multa utile, ſiue ſit in omnibus, ſicut vnum & ens: ſiue in pluribus, ſicut alia genera. Per eandem uero rōnem contingebat eis ſecundo, ꝙ punctum & vnitatem dicerent eſſe principia uel elementa, quia utrunq́ eorum eſt vnum ſimplex & ad multa utile. Sed in hoc a uera rōne elementi defecerunt, quia vniuerſalia non ſunt materia ex quibus cōponunt particularia, ſed p̄dicant eorum ſubſtantiam. Similiter & punctus non eſt materia linearum: non enim linea ex punctis cōponitur. Hac autē tranſumptiua elementi rōne conſtituta, patet ſolō cuiuſdam quæſtionis in. 3. lib. diſputatæ. ſ. quid ſit magis elementum, utrum genus uel ſpēs, & utrum genus magis q̄ dr̄ia. Patet.n. conſeq ꝙ genera magis ſunt elementa, quia genera magis ſunt vl̄ia & indiuiſibilia. Non enim eſt ratio eorum & diffinitio, quā oporteat componi ex genere & differentia, ſed diffinitiones ꝓprie dantur de ſpēbus. Et ſi aliquod genus diffinitur, non diffinitur inquantum eſt genus ſed inquātum eſt ſpēs, & ideo ſpēs diuiditur in diuerſa. Et propter hoc non habet rōnem elementi. Genus aūt non diuiditur in diuerſa. Et ideo dixerunt genera eſſe elementa magis q̄ ſpēs. Alia tranſlatio hēt { vna enim eſt eorum rō } .i. indiuiſibilis, quia genera etſi non habeant diffinitionem, tamē id quod ſignificatur per nomē generis, eſt quædam conceptio intellectus ſimplex, quæ ratio dici poteſt. Et ſicut genus eſt magis elementum q̄ ſpēs, quia eſt ſimplicius, ita etiam magis q̄ differentia, licet ipſa ſimplex ſit, quia genus eſt vniuerſalius. Quod ex hoc patet quia cuicunq́ ineſt differētia, ineſt genus, cum per ſe differentiæ non tranſcendāt genus, nō tamen oportet ꝙ ad omne id ſequatur differentia cui cōuenit genus. Vltimo aūt dicit ꝙ oībus p̄dictis modis elemēti hoc eſt cōe, eſſe primum in vno quoq́, ſicut dictum eſt. Lec. V.

Quomodo ꝓpriu dicit elementum vl̄ia & ſimplex — Tēctu.10

Natura dicitur uno modo eorum quæ naſcūtur ac pullulant generatio. Alio uero modo id ex quo naſcitur primo id quod naſcitur, ita ut inſint. Pręterea id unde primus motus in unoquoq́ eſt eorū quæ natura conſtant, ut ipſum eſt. Naſci aūt ea dicūtur, quę per aliud incremētum ſuſcipiūt, ex eo quia tangūt, adnūctaq́ ſunt, aut copulata, ut fœtus. Intereſt aūt inter copulationem & tactum. In quibuſdam enim pręter tactū nil aliud eē neceſſe eſt. In iis autē quę copulata ſunt, eſt aliq̄d unū in utriſq;, idē, quod copulationē pro tactu facit, & eē cōtinuatione quantitateue, & non qualitate unū. Pręterea natura dicitur id ex quo primo eſt, aut fit aliq̄d eorū quę natura conſtāt: quod q̄dem eſt informę, ex ſuaq; potētia immutabile: ut ſtatue q̄dem ęreorumq; uaſorū, æs natura dicitur: lignorum aūt, lignū, & in cæteris ſimili modo. Ex his enim unumquodq; cōſtat, prima materia permanēte ſalua. Etenim hoc & elementa
G modo naturam eorum eſſe, quæ natura cōſtant ueteres dicūt: quidam ignem, quidam terram, q̄dam aerem, q̄dam aquam, q̄dam aliquid aliud tale, q̄dam horum aliqua q̄dam hęc uniuerſa dicētes. Alio pręterea modo natura dicitur eorum ſubſtantia, quæ natura conſtant, ut ii cenſent qui dicūt naturā primum eē compoſitionem: aut, ut Empedocles ait, q quidē naturam nullius eorū eſſe quę ſunt, ſed mixtionem dūtaxat mutationemue mixtorū eē, ab omnibus uero naturam uocari dicit. Quamobrē & ea quę natura ſunt, aut fiūt, etſi id iam eſt ex quo ipſa ſunt apta fieri aut eſſe, nondum tamen naturam habere dicimus, ſi ſpeciem non habeant atq́ formam. Natura igitur conſtat id quod ex his utriſq́ componitur: ut animalia parteſq́ ipſorum.

NAtura uero dicitur uno quidem modo naſcentium generatio, ut ſi qs porrigens dicat. y. Vno uero modo ex quo generatur primum generatum in exiſtente. Amplius unde motus primus in quolibet natura entium, & eſt in eo inquantum id exiſtit. Naſci uero dicitur quecūq́ augmentum habēt per alterū in tangendo, & ſimul, & aliquid eē apte, ut embryo. Differt aūt cōnaſcētia a tactu. Hic enim nihil pręter tactū diuerſum eſſe neceſſe eſt. Inſimul uero apte exiſtentibus eſt aliquid unū idem in ambobus, quod facit pro tactu ſimul apte eſſe, & unū eſſe ſm quantitatem & continuitatem, ſed non ſm qualitatem. Amplius autem natura dicitur ex quo primo aut eſt, aut fit aliquid entiū natura, cum informe ſit & immutabile a ſua propria poteſtate: ut

Te co, ꝑ part 1 — Secūda naturæ ſignificatio — Tertia. — Alia litera habet. Cōnaſci & annaſci ut embryo — Alia litera hēt ꝑ ſimul eē naſci & unū eē ſm cōtinuum & quāti. — Quarta ſignificatio.

I ſtatuę & uaſorum ęreorum, æs natura dicitur: & ligneorū, lignum. Similiter autē in alijs. Ex his enim unumquodq; ſaluata prima materia. Hoc enim modo & exiſtentium natura elementa dicūt naturam, alij ignem, alij terram, alij aquam, alij aerem, alij aliquid aliud tale dicētes, alij quædam horum, alij omnia ea. Amplius alio modo dicitur natura, exiſtentium natura ſubſtātia, ut dicētes naturam primam eſſe compoſitionem, ut Empedocles dicit q natura nullius eſt entium, ſed ſolum mixtio & permutatio permixtorum natura in hominib⁹ nominatur. Quapropter & quæcunq; natura ſunt, aut fiūt, iam exiſtente ex quo apta nata ſunt fieri aut eſſe, non dicimus naturā habere, ſi non hnt ſpēm & formā. Ergo natura qdē quod ex utriſq; eſt, ut aialia & eorū ptes.

Quinta natura ſubſtāntia.

K

Cur de natura philoſophus primus.

HIC diſtinguit hoc nomen natura cuius quidem cōſideratio, licet nō uideatur ad primum philoſophum, ſed magis ad naturalem pertinere, ideo tū hic hoc nomē natura diſtinguit, quia natura ſm ſui quandā acceptionē de omni ſuba dr, ut patebit. Et per ꝯns cadit in cōſideratione philoſophi primi, ſicut & ſuba vſis. Circa hoc aūt duo facit. Primo diſtinguit diuerſos modos quibus natura dicitur. Secundo reducit omnes ad vnū primum, ibi. { Ex dictis igitur. } Circa primum duo facit. Primo ponit quinq; modos principales. Secūdo ponit duos alios adiunctos duobus ultimis. ibi { Natura autē prima materia. } Dicit ergo primo, q natura dicitur vno modo generatio generatorum, uel ut alia litera habet melius, Naſcentium. Non enim omnia generata, naſcentia dici pnt, ſed ſolum in viuentibus ſicut in plantis, ſiue in aialibus, & in partibus eorum. Non autem generatio rerum non uiuentium pōt dici natura ꝓprie loquendo ſm cōem uſum uocabuli, ſed ſolum generatio uiuētiom, ut dicatur natura ipſa natiuitas uel ipſa naſcentia, quod ipſum nomen ſanare uidetur { ut ſi quis porrigens dicat naturam } Litera iſta corrupta eſt. Quod ex alia trāſlatione patet, quæ ſic hēt { vt ſi quis producēs dicat ypſilon. } Phyſis enim quod apud Græcos naturam ſignificat, ſi pro generatione uiuentium accipiatur, habet primum. y. productum, ſi uero pro principio ſicut cōiter utimur, habet primum. y. breue. Poſſet tñ per hanc literam intelligi q hoc nomen natura de generatione uiuentium dicatur ſm quandam porrectionē, id eſt extēſionem. Ex hoc autem q ipſa natiuitas primo natura dicta eſt, ſecutus eſt modus ſecūdus, ut. ſ. generationis principiū ex quo aliquid generatur, ſiue ex quo illud quod naſcitur, generatur primo ſicut ex intrinſeco principio, hoc dicatur natura. Et per ſimilitudinem natiuitatis ad alios motus ulterius proceſsit huius nominis ſignificatio, ut natora tertio modo dicatur id vnde eſt principium motus in quolibet entium ſm naturam, dūmodo ſit in eo inquātum hmōi, & non per accidēs, ſicut in medico qui infirmatur ineſt principiom ſanationis. ſ. ars medicinæ, nō tamen inquantum eſt infirm⁹, ſed inquātum medicus. Sanatur autem nō inquantum eſt medicus, ſed inquātum infirmus. Et ſic principium motus nō eſt in eo inquantum mouet. Et hæc eſt diffinitio naturæ poſita in. 2. phyſi. Et quia de naſcētibos mentionem fecit, oſtendit quid ſit proprie naſci, ut habet alia litera, loco cuius hæc litera improprie habet generari. Differt enim generatio in uiuētibus a generatione inanimatorū, quia inanimatum generatur non ut cōiunctum ſiue vnitū generanti, ut ignis ab igne, & aqoa ab aqua. In uiuentibus autem ſit generatio per quādam vnionem ad generationis principiū. Et quia additio quāti ad quātum facit augmētum, ideo in generatione uiuentium uidetur eſſe quoddam augmentum, ſicut eſt cū ex arbore naſcitur fructus aut foliom. Et ideo dicit q naſci dicūtur quæcunq; { augmētum habent } . i. quoddam augmentum cum generationis principio. Differt autem hoc augmentum a ſpecie motus quæ augmentum dicitur, qua mouentur iam nata. Nam in augmento aliquid augetur in ſeipſo per hoc q id quod additur tranſit in ſubſtantiam eius cui additur, ſicut nutrimentum in ſobſtantiam nutriti. Id autem quod naſcitur apponitur ei ex quo naſcitur tanquam alterum & diuerſum, non ſicut in eius ſubſtantiam tranſiens. Et ideo dicit q habet augmentum { per diuerſum } ſiue per alterū. q. d. q hoc augmentum ſit per appoſitionem alicuius alterius uel diuerſi. Sed appoſitio augmentum faciens poteſt intelligi dupľr. Vno modo { tangendo } . i. per ſolum contactum. Alio modo per hoc { quod eſt ſimul } id eſt aliqua duo ſimul ꝓducuntur adinuicem coaptata, ſicut brachium & neruus & { aliqd eē apte } id eſt q aliquid adaptetur ad alterum iam ꝓexiſtens, ſicut capilli capiti, & dentes gingiuis. Loco autem huius, alia litera habet melius cōnaſci & adnaſci. In hac autem generatione uiuētium non ſolum ſit appoſitio per tactum, ſed etiam per quandam coaptationem ſiue cōnaſcētiam, ut patet in embryonib⁹, qui non ſolum tanguntur in matrice, ſed etiā alligant in principio ſuæ generationis. Oſtendit autem quid inter duo ꝓdicta differat dicens, q { conflatio } . i. colligatio ſiue cōnaſcētia, ut alia litera habet, differt a tactu, quia in tactū non eſt neceſſarium aliquid eſſe ꝓter tangentia, quod ea faciat vnum. In colligatis autem ſiue coaptatis ſiue cōnatis uel adnatis, oportet eſſe quid vnum in ambob⁹ { quod pro tactu } . i. loco tactus faciat ea ſimul { apta eſſe } . i. coaptata uel ligata ſiue ſimul naſci. Intelligendum eſt autem q id quod facit ea vnum, facit eē vnū ſm quantitatem & continuitatem, & non ſm qualitatem, quia ligamentum non alterat ligata a ſuis diſpoſitionibus. Ex hoc autem apparet, quia quod naſcitor ſemper eſt coniunctum ei ex quo naſcitur, ideo natura nunq̄ dicit ꝓicipium extrinſecū, ſed ſm omnes ſuas acceptiones dicit principium intrinſecum. Ex hac autem tertia ratione naturæ ſequitur quarta. Si. n. principium motus rerum naturalium, natura dicitur, principium autem motus rerum naturalium quibuſdā uidebatur eſſe materia, ꝯns fuit ut materia natura diceretur, quæ quidem eſt principium rei, & quātum ad eſſe & quantū ad fieri. Ipſa etiā abſq; omni forma cōſideratur, nec a ſeipſa mooetur, ſed ab alio. Et ideo dicit q natura dicitur ex quo aliquod entium primo aut ſit. Quod ideo dicit quia materia eſſendi & fiendi eſt principiū. Ex quo dico { exiſtente inordinato } . i. abſq; forma. Vnde alia litera habet { Cum informe ſit } In quibuſdam. n. ipſe ordo habetur pro forma ſicut in exercitu & ciuitate. Ex quo dico { immutabili ex ſua poteſtate } . i. q mooeri non pōt per ſuam poteſtatem, ſed ſm poteſtatem ſui ſuperioris agētis. Nā materia non mouet ſeipſam ad formam, ſed mouetur a ſuperiori exteriori agente. Sicut ſi diceremus æs materiam ſtatuæ & uaſorum æreorum, & ligna ligoeorum, ſi hmōi uaſa, naturalia corpora eſſent. Silr eſt in omnibus alijs quæ ex materia ſunt uel fiunt. Vnumquodq;. n. eorū ſit ex ſua materia, ea ſaluata. Diſpoſitiones autem formæ nō ſaluātur in generatione. Vna. n. forma introducit altera abiecta. Et ꝓpter hoc formæ uidebantur eſſe quibuſdam accidentia, & ſola materia ſubſtantia & natura, ot dicitur. 2. phyſi. Et hoc ideo quia ſimilr exiſtimabant formam & materiam in rebus naturalibus, ſicut in rebus artificialibus, in quibus formæ ſunt accidentia, & ſola materia ſubſtantia. Vnde iſto modo naturales dixerunt elementa eſſe materiam exiſtentiom ſm naturam, uel aquam oel aerem uel ignem aut terram, quam nullus elementum naturaliū poſuit ſolam, ſed aliqui non naturales, ut in primo libro eſt habitum. Quidam aūt poſuerunt aliqua eorum eſſe elementa & naturam rerum, ſicut Parmenides. Quidā uero omnia quatuor, ſicut Empedocles. Quidam oero aliquid aliud, ſicut Heraclitus uaporem. Quia uero motos rerum naturalium magis cauſatur ex forma q̄ ex materia, ideo ſuperuenit quintus modus quo ipſa forma dicitur. Et ſic alio modo natura dicitur { ipſa ſubſtātia } . i. forma rerum exiſtentiom ſm naturam, ſicut naturam rerum dixerunt eſſe ipſam compoſitionem mixtorum, ſicut Empe. dixit q non eſt aliquid entium abſolutum, ſed ſolūmodo cōmutatio ſeu relaxatio uel cōmixtio permixtorum, ſm aliam tranſlationem natura apud homines dr. Dicuntur enim quæ ſunt ꝑmixtionis diuerſæ naturam diuerſam habere. Ad ponēdum autem formam eſſe naturam hac rōne inducebant, quia quæcunq; ſunt & fiunt naturaliter non dnr habere naturā, exiſtente materia ex qua nata ſunt fieri uel eſſe, niſi habeant ſpēm propriam, & formam p quam ſpēm conſequant. Vt aūt nomen ſpēi poni p forma ſubſtātiali, & forma pro figura quæ cōſequitur ſpēm, & eſt ſignum ſpēi. Si igit forma eſt natura,

nec aliquid

Infra. par. 3.

par. 2

L

Hoc loco An. 20. ipugnat ſctiſ Tho. ut habes l. 4. de ſen.

M

Te. cō. 3.

Dña īnter gñonē uiuētiū & non uiuētium.

N

Naſci proprie quid.

O

P

Te. cō. 7

Q

A nec aliquid poteſt dici habere naturam niſi quando habet formam, illud ergo quod compoſitum eſt ex materia & forma { dicitur eſſe natura } .i. ſm naturam, ut animalia & partes eorum, ſicut caro & os & hmõi. Deinde cum dicit.

Natura aũt eſt materia pria, quæ duplex eſt. Eſt enim aut ea quę ad ipſum eſt prima, aut ea quæ omnino eſt prima: ueluti uaſorum materies ęreorũ. Ad ipſa quidẽ prima eſt ęs. Simpliciter aũt forſitã aqua, ſi omnia ea ſint aqua, quę liqueſcere poſſunt. Et inſuper forma atq; ſubſtantia, quę quidem eſt generationis ipſius finis. Per tranſlationem autem iam & omnis omnino ſubſtantia natura propter hanc dicitur, quia & ipſa natura ſubſtantia quædam eſt.

part. 2 Natura aũt prima materia, & hęc dupliciter: aut quę ad id prima, aut ex toto prima: ut operũ ęreorũ,
B ad ipſa qdẽ primũ æs: totaliter uero forſan aqua, ſi
Alia litera Liqueſcibilia oĩa liquęſcẽtia aq̃. Et ſpẽs & ſuba. Hęc aũt finis generationis. Metaphora uero iam & oĩno oĩs ſuba natura dr̃ propter hãc, qa & natura ſubſtãtia q̃dam eſt.

Ponit duos modos adiunctos duobus vltimis ꝑcedentibus, quorum primus additur quarto modo quo materia dicebatur natura. Et dicit q̃ materia dr̃ natura nõ quocũq; eſt pria. Qd̃ põt intelligi dupl'r, aut quãtum ad id quod genus aut ex toto uel ſimpl'r prima, ſicut operum artificialiũ quæ fiunt ex ære, prima materia ſm gen' illud eſt æs. Pria uero ſimpl'r eſt aqua. Nam oĩa quæ liqueſcũt calido & indurant frigido ſunt aquea magis, ut dr̃ quarto meteororũ. Secũdus mod' adiacet quinto modo ꝑdicto quo forma dicebat natura. Et ſm hũc modũ non ſolum forma partis dr̃ natura, ſed ſpẽs ipſa quæ eſt forma totius. Vt ſi dicamus q̃ hominis natura nõ ſolũ eſt aĩa, ſed humanitas & ſuba quã ſignat diffõ. Secũdum hoc .n. Boetius dicit q̃ natura eſt vnũquodq; informãs ſpecifica dr̃ia. Nam ſpecifica dr̃ia eſt quæ cõplet ſubſtãtiam rei & dat ei ſpẽm. Sicut autẽ
C forma uel materia dicebat natura, quia eſt principiũ generationis, quæ ſm primã noĩs impõnẽ natura dr̃, ita ſpẽs & ſuba dr̃ natura, quia eſt finis generationis. Nam generatio terminat ad ſpẽm generati, quæ reſultat ex vnione formæ & materiæ. Et ex hoc ſm quãdam metaphorã & noĩs extẽſionem omnis ſuba dr̃ natura, quia natura quã diximus quæ eſt generationis terminus, ſubſtantia quædã eſt. Et ita cũ eo q̃ natura dr̃, omnis ſuba ſimilitudinẽ hẽt. Et hunc modũ ẽt ponit Boetius. Rõne ao cẽ iſtiuſmodi diſtinguit hõc nomen natura inter noĩa cõia. Sic enim cõe eſt ſicut & ſubſtantia. Deinde cum dicit.

Ex his igit̃ quę naturæ ſunt dictę, ſubſtãtia eorũ quę principiũ in ſeipſis hñt ut ipſa ſint, prima eſt ꝑfecto natura, ꝓprieq; natura dr̃. Materia nãq; ex eo natura dr̃, quia eſt huiuſce ſuſceptrix. Generatio ẽt pollulatione natura ꝓpterea dr̃, q̃ ab iſta eſt motio. Principiũ quoq; motus eoꝝ quę natura cõſtãt ipſa,
D eadẽ eſt q̃ qdẽ ineſt aliquo mõ, aut potẽtia, aut actu.

part. 3 Ex dictis igit̃ prima natura & ꝓprie dicta, eſt ſubſtãtia, quę principiũ motus hñtiũ in ſe inquantũ ea. Materia nãq; quia huius eſt ſuſceptibilis, eſſe dr̃ natura. Et generationes, & generati, qa ſunt ab ea motus. Et principium motus natura exiſtentium idipſum eſt exiſtens, aut poteſtate, aut perfectione.

Reducit oẽs modos ꝑdictos ad vnum. Sciendum eſt autem q̃ reductio aliorũ modorum ad vnum primũ, fieri põt dupl'r. Vno modo ſm ordinẽ rerum. Alio mõ ſm ordinem qui attenditur quãtum ad noĩs impõnem. Noĩa .n. imponuntur a nobis ſm q̃ nos intelligimus, quia nomina ſunt intellectuum ſigna. Intelligimus autem quandoq; priora ex poſterioribus. Vnde aliquid per prius apud nos ſortitur nomen, cui res nominis ꝑ poſterius cõuenit: & ſic eſt in propoſito. Quia .n. formæ & uirtutes rerum ex actibus cognoſcunt, per prius ipſa generatio uel natiuitas, naturæ nomen accepit, & ultimo forma. Sed ſm rerum ordinem, formæ prius competit ratio naturæ, quia, ut E
dictum eſt, nihil dicitur habere naturam niſi ſm q̃ habet formam. Vnde patet ex dictis q̃ { primo & proprie natura dicit ſubſtantia } .i. forma rerum habentium in ſe principium motus inquãtum huiuſmodi. Materia .n. dicitur eſſe natura, qa eſt formæ ſuſceptibilis. Et generationes hñt nomen naturæ, quia ſunt motus ꝓcedentes a forma, & iterum ad formas. Et idipſum .ſ. forma eſt principium motus rerum exiſtentium ſm naturam, aut in actu, aut in potẽtia. Forma .n. non ſemper facit motum in actu, ſed quandoq; in potentia tantum, ſicut quãdo impeditur motus naturalis ab aliquo exteriori prohibẽte, uel etiam qñ impedit actio naturalis & materiæ defectu. Le. VI.

Neceſſarium id dicitur ſine quó fieri non poteſt, ut uiuatur, ut cauſam comitãte: ueluti reſpirare, ac alimentum neceſſarium eſt animali. Eſſe enim ipſum ſine iſtis non poteſt.

NEceſſarium dicitur ſine quo non contingit eſſe aut uiuere quaſi concauſali. Vt ſpirare & cibus aĩaliũ eſt neceſſariũ. Nam ſine his eſſe eſt ĩpoſe. Te.cõ.6. part. 2 F

POSTQVAM Philoſophus diſtinxit nomina quæ ſignificant cauſas, hic diſtinguit nomen quod ſignificat aliquid pertinens ad rõnem cauſæ .ſ. neceſſarium. Cauſa .n. eſt ad quã de neceſſitate ſequitur aliud. Et circa hoc ergo duo facit. Primo diſtinguit modos neceſſarii. Secũdo reducit omnes ad vnũ primum, ibi { Et ſm hoc neceſſarium. } Ponit autem in prima parte quatuor modos neceſſarii. Primus eſt ſm q̃ dicit aliquid neceſſarium ſine quo nõ poteſt aliquid uiuere aut eſſe, qd̃ licet non ſit principalis cauſa rei, eſt tamen quædam cum concauſa. Sicut reſpirare eſt neceſſaria animali reſpiranti, quia ſine reſpiratione uiuere nõ poteſt. Ipſa enim reſpiratio etſi non ſit cauſa uitæ, eſt tamen concauſa, inquantum cooperatur ad contemperamẽtum caloris, ſine quo non eſt uita. Et ſimiliter eſt de cibos ſine quo animal uiuere nõ poteſt, inquantum cooperatur ad reſtaurationem deperditi, & impedit totalem cõſumptionem humidi radicalis, quod eſt cauſa uitæ. Igitur huiuſmodi dicuntur neceſſaria, quia ſine eis impoſsibile eſt eſſe. Secundum modum ponit ibi. G

Neceſſariũ dr̃ quadrupliciter. 1 iſta ꝑte .5.

Et id etiam ſine quo fieri nequit, ut bonum aut ſit aut fiat, aut malum quippiam abiiciatur ac extrudatur. Veluti bibat medicinam neceſſe eſt, ut non ęgrotet: & ad Eginã nauiget, ut argẽtum recipiat.

Et ſine quibus homini bonum non cõtingit eſſe aut fieri, aut aliquid malum expellere aut priuari. Veluti bibere pharmacũ neceſſarium, ut non laboret: & ad Eginam nauigate, ut pecuniã recipiat. part. 2

Dicit q̃ ſecundo modo dicuntur neceſſaria ſine quibus non poteſt eſſe uel fieri bonum aliquod uel uitari aliquod malum uel expelli, ſicut { bibere pharmacum } .i. medicinam laxatiuam dicimus eſſe neceſſarium, non quia ſine hoc uiuere animal non poſsit, ſed ad expellendum .ſ. hoc malum quod eſt infirmitas, uel etiam uitandum. Eſt enim hoc neceſſarium { ut H
non laboret } id eſt ut non infirmetur aliquis. Similiter { nauigare ad Eginam } ſcilicet ad illum locum, eſt neceſſarium, non quia ſine hoc non poſsit homo eſſe, ſed quia ſine hoc non poteſt acquirere aliquod bonum: id eſt pecuniam. Vnde dicitur q̃ neceſſaria eſt talis nauigatio, ut aliquis pecuniam recipiat. Tertium modum ponit ibi.

Præterea uiolentum ac uiolentia. Hoc autem eſt id quod præter appetitionem uoluntatemque impedit atque prohibet. Violentum enim neceſſarium dicitur. Quapropter & dolorem efficit, ut & Euenus poeta dicit: Omne neceſſarium res eſt profecto moleſta. Et uis neceſsitas quædam eſt, ut & Sophocles inquit. Sed uis ſęua premit, fieriq; improba cogit. Videtur etiam ipſa neceſsitas eſſe quid, quod diſſuaderi non poteſt recte. Voluntatis enim ac rationis motui aduerſatur.

Margin (left): Materia pria duplex. Aqua eſt materia omnium metallorum. Te.cõ.4.5. & inde. Hic Ant. incepit lectio. Tho. ſed vide genitivo de ſm. ſi pla. Terminus generationis. — Boetius. — Alia litera. Hæc eſt intrinſeca. Alia litera, aut actu.

l Parte.3 Amplius uim faciens,& uis. Sed hoc eſt ꝑter impetum & pręuoluntatem impediens & prohibens. Vim enim faciens neceſſarium dicitur. Quapropter

Alia litera Euenus. triſte etiam, ſicut Euenus ait: Omnis enim res neceſſaria lamẽtabilis eſt facta. Et uis neceſsitas quędam, ut Sophocles dicit: Sed uis ea me facere cogit. Et uidetur neceſsitas aliquid inculpabile eſſe recte. Contrarium enim eſt motui ſm pręuoluntatem & ſecũdum excogitationem.

Alia litera. In reprabile. Neceſſitas eſt inculpabilis.

Dicit q̃ id quod infert uiolentiam, & etiam ipſa uiolentia, neceſſarii nomen accepit. Nam uiolentia neceſſaria dr̃,& quod uim patitur dr̃ de neceſsitate id facere ad quod cogitur. Quid aũt ſi faciens uim manifeſtat in naturalibus & in uoluntariis. In naturalibus quidem eſt impetus ſiue inclinatio ad aliquem finem, cui reſpondet uoluntas in natura rõnali. Vnde & ipſa naturalis inclinatio appetitus dicitur. Vtrunq; aũt.i.& impetũ naturalis inclinationis, & propoſitum uoluntatis, cõtingit impediri & ꝓhiberi. Impediri quidẽ, in proſecutione motus iam

k incepti. Prohiberi aũt, ne etiam motus incipiat. Illud ergo dicitur eſſe uiolẽtum { quod eſt ꝑter impetũ } .i.ꝑter inclinationẽ rei naturalis, & eſt { impediens ꝓuoluntatẽ } .i.propoſitũ in proſecutione motus uolũtarii iam incepti, & prohibens etiam ne incipiat. Alia litera habet. Et hoc eſt ſm armm.i ſm impetum. Violẽtia.n.eſt cum aliquid agit ſm impetum exterioris agentis, contra uoluntatẽ uim paſsi. Violẽtum aũt eſt ſm impetum uim faciens. Ex hac autem uiolenti diffinitione duas cõcluſiones inducit, quarũ prima eſt q̃ omne uiolentũ eſt triſte ſiue flebile. Quod probat ꝑ cuiuſdã poetæ ſiue doctoris dictũ dicens, q̃ omnis res neceſſaria ſiue uiolẽta eſt triſtis ſiue lamẽtabilis. Neceſsitas.n.eſt quædã uiolentia, ſicut Sophocles poeta dicit. Violentia me facere coegit ea.i.neceſsitas. Dictum eſt enim q̃ uiolentia eſt impediens uolũtatem. Ea autẽ quæ uolũtati ſunt contraria contriſtant. Triſtitia.n.eſt de his quæ nobis

L nolentibus accidũt. Secũda concluſio eſt q̃ neceſsitas recte dr̃ q̃ eſt inculpabilis & irreprehenſibilis. Dicitur.n. q̃ neceſsitas magis meretur ueniam q̃ increpationem. Et hoc ideo quia nõ culpamur niſi de his quæ uoluntariæ facimus, de quibus etiam rationabiliter increpamur. Neceſsitas aũt uiolentiæ eſt cõtraria uoluntati & excogitationi, ut dictum aſt, & ideo rationabili' dr̃ q̃ uiolẽta nõ ſunt culpabilia. Quartũ modũ ponit ibi.

Pręterea id quod aliter ſeſe habere non poteſt, neceſſario ſic ſeſe habere dicimus.

parte.4 Amplius quod non contingit aliter ſe habere, neceſſarium dicimus ſic ſe habere.

Dicit q̃ neceſſarium ẽẽ dicimus ſic ſe habere q̃ nõ contingit aliter ſe habere, & hoc eſt neceſſariũ abſolute. Prima autẽ

Hoc loco An.an.ipa gnat ſcdm Tho. ut uj. dere potes in.6.def. neceſſaria ſunt ſm quid. Differt aũt neceſſariũ abſolute ab aliis neceſſariis, quia neceſsitas abſoluta competit rei ſm id quod eſt intimum & proximũ ei, ſiue ſit forma ſiue materia, ſiue ipſa rei eſſentia. ſicut dicimus aĩal neceſſe eẽ corruptibile, quia hoc conſequitur eius materiam inquantum ex cõtrariis componi

M tur. Dicimus etiã aĩal neceſſario eſſe ſenſibile, quia cõſequitur eius formam. & aĩal neceſſario eſſe ſubam aĩatã ſenſibilẽ, quia eſt eius eſſentia. Neceſſariũ aũt ſm quid & non abſolute eſt cuius neceſsitas dependet ex cauſa extrinſeca. Cã aũt extrinſeca aſt duplex.ſ. finis & efficiẽs. Finis aũt aſt, uel ipſum eſſe abſolutũ, & ab hoc fine neceſsitas ſumpta ꝑtinet ad primũ modũ: uel bene eſſe, ſiue aliquod bonum habere, & ab hoc fine ſumit neceſsitas ſecũdi modi. Neceſsitas aũt quæ eſt a mouẽte exteriori pertinet ad tertiũ modũ. Nam uiolẽtia eſt qñ aliquid mouet ab exteriori agente ad aliud ad quod ex ꝓpria natura aptitudinẽ non hẽt. Si.n.ſm ſuam naturã ordinet ad hoc q̃ recipiat motũ ab exteriori agente, tunc motus non erit uiolentus, ſed naturalis. Sic patet de motu cœleſtium orbium a ſubſtantiis ſeparatis, & de motu inferiorum corporum a ſuperioribus. Deindẽ cum dicit.

Et per hoc neceſſarium & cætera omnia neceſſaria quodammodo dici ſolent. Violẽtum enim ex eo neceſſarium dicitur, quia non ſit ut id cui uis infertur, aut agat, aut patiatur tunc per appetitionẽ propter id quod uim affert: ut ea neceſſitas ſit, ob quã res aliter ſeſe habere non poteſt. Similiter & ea quę cauſam uiuendi boniq; comitantur. Cum enim fieri non poteſt, ut ſine quibuſdam, aut uiuatur, aut bonum acquiratur, aut conſeruetur: tunc illa neceſſaria ſunt, & hęc cauſa neceſsitas quędam eſt. N

Et ſm hoc neceſſarium, & alia dicũtur omnia neceſſaria. Vim enim patiens neceſſarium dicitur, aut facere, aut pati tunc quando non contingit ſm impetum ꝓpter coagens, quaſi ea neceſsitate exiſtente propter quã non contingit aliter. Et in concauſalibus uiuendi & boni ſimiliter. Nã cum nõ cõtingit, hic quidem bonũ, illic uero uiuere & eſſe ſine aliqbus: ea neceſſaria, & cã neceſsitas quędã eſt hæc. parte.5

Reducit omnes modos ad unũ, & circa hoc tria facit. Primo oſtendit q̃ oẽs modi neceſsitatis qui in rebus inueniuntur, ad hunc ultimũ modũ pertinẽt. Secundo oſtendit q̃ ſm iſtũ ultimũ modũ accipitur neceſſarium in demõſtratiuis, ibi { Amplius demõſtratio. } Tertio infert quoddã corollariũ ex ꝓmiſsis, ibi { Horũ quidẽ itaq;. } Dicit ergo primo, q̃ ſm iſtũ ultimũ modum neceſſarii, oẽs alii modi aliqualiter dñr. Quod primo oñdit in tertio modo. Illud.n. q̃ uim patit, de neceſsitate dicit aliquid facere uel pati, propter hoc q̃ non contingit ſm proprũ impetũ aliquid agere ꝓpter uiolẽtiã agẽtis, quæ eſt quædam neceſsitas, ꝓpter quã non contingit alr̃ ſe habere. Et ſimiliter oſtẽdit hoc in primo & ſecũdo modo, in quibus neceſsitas ſumitur ex cauſis uiuẽdi uel eſſendi ſimplr̃, quãtum ad primũ modũ: uel ex cauſis bon[illegible], quantũ ad ſecũdum modũ. Sic.n. in aliis modis neceſſariũ dicebat, ſine quo nõ poterat eſſe ex una parte bonũ, & ex alia parte uiuere & eſſe. Et ſic illa cauſa ſine qua non contingit uiuere uel eẽ, uel bonum habere, uel malum carere, neceſsitas dicitur, quaſi ex hoc ſit prima ratio neceſſarii, quia impoſſibile eſt aliter ſe habere. Deinde cum dicit. O Par.ſeq. Parte.7 P

Inſuper demonſtratio neceſſarium eſt, ꝓpterea q̃ res aliter ſeſe habere non poteſt, ſi modo ſit ſimpliciter demonſtrata. Huius autem cauſę ſunt ipſa priora, ſi fieri non poteſt ut aliter ea ſeſe habeant ex quibus ratiocinatio conſtat.

Amplius demonſtratio neceſſariorum eſt, qa nõ cõtingit aliter ſe habere quod demõſtratum eſt ſimpliciter. Hui' autem cauſa eſt quę prima ſunt, ſi impoſsibile eſt aliter ſe habere, ex qbus eſt ſyllogiſm'. parte.6.

Oſtendit q̃ ſm ultimũ modũ accipit neceſſariũ in demõſtratiuis, & quãtũ ad cõcſones, & quãtũ ad pricipia. Demõ.n. dicit eſſe neceſſariorũ, & dr̃ eſſe ex neceſſariis. Neceſſariorũ quidẽ eſſe dr̃, quia illud qđ ſimplr̃ demrãt, non cõtingit alr̃ ſe habere. Dr̃ autẽ ſimplr̃ demrãtũ ad eiꝰ drãm quod demrãt in demõne quæ eſt ad aliquẽ, & nõ ſimplr̃, quod in.4. lib. dixit demonſtrare ad hoiem arguẽtem. In talibus.n. demõnib' quæ ſunt ad aliquẽ, cõtingit etiã impoſſe concludi ex aliquibus impoſsibilibus poſitis. Sed quia cauſæ cõcſonis in demõnibus ſunt ꝑmiſſæ, cum demõ ſimplr̃ ſcire faciat, qđ non aſt niſi per cãm, oportet etiam principia ex quibus eſt ſyllõ eſſe neceſſaria, quæ impoſsibile ſint aliter ſe habere. Nam ex cauſa non neceſſaria non p̃ot ſequi effectus neceſſarius. Deinde cum dicit. Lect. 6.ſ. Q

Quorundã igitur alia cauſa eſt ut neceſſaria ſint, quorũdam nulla: ſed ob hęc ipſa alia neceſſaria ſunt. Quare primum & proprie neceſſarium id eſt quod eſt ſimplex. Hoc enim fieri nõ poteſt ut pluribus ſeſe habeat modis. Quo fit ut neq; alr̃ atq; aliter unq̃ ſeſe habere poſsit. Alioquin pluribus modis ſeſe haberet. Quod ſi ſint aliqua ꝑpetua ac imobilia, nihil illis eſt uiolentum, nihil omnino pręter naturam.

A part. 7. Horum quidem itaq; altera cauſa eſſendi neceſſaria eſt, aliorũ uero nulla: ſed propterea alia ſunt ex neceſſitate. Quare primum & proprie neceſſarium ipſum ſimplex eſt. Hoc.n. habere non contingit pluribus modis. Quare nec aliter & aliter, iã enim plus haberet. Ergo ſi qua ſunt ſempiterna & immobilia, nihil illis eſt uiolentum, nec preter naturam.

Concludit ex præmiſſis tres concluſiones ſeinuicem ſequentes, quarum prima eſt, ꝙ ex quo in demſonib⁹ præmiſſæ ſunt cauſæ concluſionis, & utraq; ſunt neceſſaria, ſequitur ꝙ aliqua ſunt neceſſaria dupl̃r. Quædã quidẽ quorũ altera ſit cauſa neceſſitatis, quædã uero quorum nulla ſit cauſa neceſſitatis, & talia ſunt neceſſaria propter ſeipſa. Et hoc eſt contra Democritum, qui dicebat ꝙ neceſſariorum nõ ſunt quærẽdæ cauſæ, ut habetur in. 2. phy. Secunda concluſio, quia cum oporteat eſſe vnum primom neceſſariũ a quo alia neceſſitatem habẽt, quia in cauſis nõ eſt procedere in infinitum, ut in ſecũdo oſtenſum eſt, oportet hoc primum neceſſarium, quod etiã maxime proprie eſt neceſſariũ, quia eſt omnibus modis neceſſariũ, ꝙ ipſum ſit ſimplex. Ea enim quæ ſunt compoſita ſunt mutabilia, & ita pluribos modis ſe poſſunt habere. Quæ autem pluribus modis habere ſe poſſunt, poſſunt ſe habere aliter & aliter, quod eſt cõtra rationẽ neceſſarii. Nam neceſſariũ eſt, quod eſt impoſſibile aliter ſe habere. Vnde oportet ꝙ primũ neceſſariũ non aliter & aliter ſe habeat, & per cõſequens nec pluribus modis. Et ita oportet ipſum eſſe ſimplex. Tertia concluſio eſt, ꝙ cum uiolentum ſit quod mouetur ab aliquo exteriori agente ꝑter naturam ꝓpriã, principia autẽ neceſſaria ſunt ſimplicia & immobilia, ut oſtẽſum eſt, neceſſarium eſt ꝙ ſi ſunt aliqua ſempiterna & imobilia ſicut ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ, ꝙ in illis non ſit aliquid uiolentum nec præter naturam. Et hoc dicit, ne deceptio accidat in nomine neceſſitatis, cum dicitur de ſubſtantiis imaterialibus, nec per hoc intelligatur aliqua uiolentia in eis eſſe.

Pria cõclo

Te. cõ. 1e

Secũda cõcluſio.

Te. cõ. 5. & inde.

B

Tertia concluſio.

Sẽpiterna nullã patiũtur uiolentiam.

Lectio. VII.

C Vnum partim per accidens dicitur, partim per ſe. Per accidens quidem, ut Coriſcus & muſicus, & Coriſcus muſicus. Idem enim eſt dicer̃, Coriſcus & muſicus, & muſicum & iuſtum, & muſicus & iuſtus Coriſcus. Vniuerſa.n. hæc unum dicuntur per accidens. Iuſtum quidem & muſicum, quia utrũq; uni ſubſtantiæ accidit: ſimiliter modo quodam & muſicus Coriſcus, unũ eſt quod Coriſcus, propterea ꝙ altera partium quæ in oratione ſunt alteri accidit, ue luti muſicum Coriſco. Muſicus uero Coriſcus, ac iuſtus Coriſcus propterea unum eſt, ꝙ utriuſq; partis unũ eidem accidit uni. Nihil.n. differũt niſi hoc, Coriſco iuſtum, Coriſco muſicum accidiſſe. Idẽ eſt modus, & ſi de genere, & ſi de uniuerſalium aliquo nomine accidẽs ipſum dicat̃: ut homo idem eſt, atq; muſicus homo. At enim ex eo eſt idem, quia homi-

D ni qui quidem una eſt ſubſtantia, muſicum accidit: aut ex eo, quia utrunq; cuidam ſingulariũ accidit, ceu Coriſco, & ſi non eodem modo ineſt utrunq;, ſed unum ut gen⁹ forſitan & in ſubſtãtia, alterũ ut habitus ſubſtantiæ uel affectus. Quę igit̃ ꝑ accidẽs unum dñt, hoc modo ſane dicuntur.

Te. cõ. 7 par. 4. Vnum dicit̃ aliud autem ſm accidens, aliud ſm ſe. Secũdum accidens quidẽ ut Coriſcus & muſicus, & Coriſcus muſicus. Idem enim eſt dicere Coriſcus & muſicus, & Coriſcus muſicus, & muſicum & iuſtum: & muſicus iuſtus Coriſcus. Omnia nãq; ea unũ dicũtur ſm accidens. Iuſtũ quidẽ & muſicũ, quia uni ſubſtantię accidũt: muſicus uero & Coriſcus, quia alterũ alteri accidit. Similiter autẽ & modo quodam muſicus Coriſcus cum Coriſco unum, ꝗa altera partium altera accidit earum quę ſunt in oratione: ut muſicum Coriſco, & muſicus Coriſcus iuſto Coriſco, quia utriuſq; pars eidem uni accidit. Nihil enim differt ꝙ̃ Coriſco muſicum accidere. Similiter autem ſiue in genere, ſiue in uniuerſalis alicuius nominibus dicatur accidens, ut quia homo idem & muſicus homo. Aut enim quia homini uni exiſtẽti ſubſtantiæ accidit muſicum: aut quia ambo ſingularium alicui accidunt ut Coriſco. Tamen nõ eodem modo ambo inſunt. Sed hoc quidem forſan ut genus & ſubſtãtia, illud uero ut habitus aut paſſio ſubſtantiæ. Ergo quæcunq; ſm accidens dicuntur unum, hoc modo dicuntur. E

POSTQVAM Philoſophus diſtinxit noĩa quæ ſignãt cauſas, hic diſtinguit noĩa quæ ſignãt id quod eſt ſubiectum aliquo modo in ſciẽtia. Et diuiditur in duas partes. Primo ponit ſiue diſtinguit noĩa quæ ſignificant ſubiectũ huius ſcientiæ. Secundo ea quæ ſignãt partes ſubiecti, ibi { Eadẽ dñr } Subiectum aũt huius ſciẽ potest accipi, uel ſicut cõiter in tota ſcientia conſideratum, cuiuſmodi eſt ens & vnũ: uel ſicut id de quo eſt principalis intentio, ut ſubſtantia. Et ideo primo diſtinguit hoc nomen vnum, ſecũdo hoc nomen ens, ibi { Ens dr̃ &c. } Tertio hoc nomen ſubſtantia, ibi { Subſtantia dr̃ &c. } Circa primũ duo facit. Primo diſtinguit vnũ in per ſe & per accidens, & oſtendit quot modis dicitur vnũ per accidens. Secũdo quot modis dr̃ vnum per ſe, ibi { Secũdum ſe uero vnũ &c. } Dicit ergo ꝙ vnum dicit̃ & per ſe & per accidens. Per accidẽs autem vnum docet conſiderare primo in terminis ſingularibus, & hoc dupliciter. Vno modo ſm ꝙ accidẽs comparatur ad ſubm. Alio modo ſm ꝙ vnum accidens cõparat̃ ad aliud. In utroq; autem iſtorum tria eſt accipere. ſ. vnũ cõpoſitum & duo ſimplicia. Si.n. vnũ per accidens accipiatur ſm cõparationem accidentis ad ſubm, ſic ſunt iſta tria, primũ eſt Coriſcus, ſecũdum eſt muſicus, tertium Coriſcos muſicus. Et hæc tria ſunt vnũ per accidens. Nam idem ſubiecto eſt Coriſcus & muſicus. Et ſimiliter qñ cõparatur accidens ad accidens, tria eſt accipere, quorum primũ eſt muſicum, ſecũdum eſt iuſtum, tertium eſt muſicus iuſtus Coriſcus. Et oĩa prædicta dñr eſſe vnũ ſm accidens, tñ alia & alia rõne. Iuſtum.n. & muſicũ quæ ſunt duo ſimplicia in ſecunda acceptione dñr vnũ per accidens, qa accidunt vni ſubiecto. Muſicus uero & Coriſcus quæ ſunt duo ſimplicia in prima acceptione dñr vnũ per accidens, quia { alterum eorum } . ſ. muſicum { accidit alteri } . ſ. Coriſco. Et ſimiliter quantum ad aliquid muſicus Coriſcus cum Coriſco, qđ eſt cõpoſitum cum vno ſimplicium in prima acceptione dicitur vnum per accidens, quia inter partes iſtas quæ ſunt in hac oratione. i. in hoc termino complexo. ſ. Coriſcus muſicus altera pars termini cõplexi. ſ. muſicus accidit alteri parti per ſe ſignatæ. ſ. Coriſco. Et eadem rõne põt dici, ꝙ muſicus Coriſcus eſt vnum cũ iuſto Coriſco, quæ ſunt duo cõpoſita in ſecunda acceptione, quia ambæ partes utriuſq; cõpoſiti accidũt vni. ſ. Coriſco. Si enim idẽ eſt muſicus & muſicus Coriſcus, & iuſtus & iuſtus Coriſcus, cuicũq; accidit muſicũ accidit muſicus Coriſcus, & quicquid accidit Coriſco accidit Coriſco iuſto. Vnde ſi muſicũ accidit Coriſco, ſequit̃ ꝙ muſicus Coriſcus accidit iuſto Coriſco. Et ſic nihil differt dicere muſicum Coriſcum accidere iuſto Coriſco, ꝙ̃ muſicũ accidere Coriſco. Quia uero hmõi ꝑdicata per accidens, per prius ꝑdicãtur de ſingularibus, & per poſterius de vlib⁹, cũ tñ ecõuerſo ſit de ꝑdicatis ꝑ ſe, manifeſtat ꝑr̃ in terminis vlib⁹ qđ in ſingularibus oñderat, dicẽs, ꝙ ſimiliter accipit̃ vnũ ꝑ accñs, ſi aliqđ accñs dicat̃ cũ aliquo nomine alicuius generis, uel cuiuſcũq; vlis, ſicut accipit̃ vnũ per accñs in ꝑdictis qñ accñs adiungit̃ nomini ſingulari, ſicut cũ dr̃ ꝙ hõ & muſicus hõ ſunt vnũ ꝑ accidens, licet quãtum ad aliqd differãt. Singulares.n. ſubæ nec ſunt in ſubto, nec de ſubto ꝑdicant̃. Vnde tm̃ ſubſtãt & nihil eis ſubſtat. Subæ quidẽ vles dñr de ſubiecto, ſed nõ ſunt in ſubiecto. Vnde nõ ſubſtãt accidentibus, & eis aliqd ſubſtat. Cũ ergo accñs adiungit̃ particulari ſubſtantiæ, non poteſt eẽ alia ratio dicti, niſi quia accidẽs ineſt ſubſtantiæ particulari, ut quia muſicum ineſt Coriſco cum dicitur Coriſcus muſicus. Sed cum dr̃ homo muſicus, põt eẽ duplex ratio dicti. Aut.n. hoc dr̃, quia muſicũ accidit homini, ꝑ quod

Infra le. n. F

Infr. le. 9

Infra le. 10

parte. ſeq.

Modi uni⁹ ꝑ accidens quatuor.

G

H

I ſignificatur ſubſtātia, & ex hoc cōpetit ſibi ꝙ poſſit ſubſtare accidenti. Aut hoc ideo dicit, quia ambo .ſ. homo & muſicus inſunt alicui ſingulari ſicut Coriſco: ſicut muſicum dicebatur iuſtum, quia eidem ſinguli inſunt, & eodem modo .ſ. per accidens. Sed forſan hoc non eodē modo, ſed vl̄is ſub̄a ineſt ſingoli ut genus, ſicut hoc nomen animal, aut ſi nō ſit genus, ſaltim eſt in ſubſtantia ſubiecti .i. ut ſubſtātiale prædicatum ſicut hoc nomen homo. Sed aliud .ſ. muſicū non eſt ut genus uel eſſentiale prædicatum, ſed ut habitus uel paſſio ſubiecti, uel qualecunq; accidens. Ponit autem hæc duo habitum & paſſionem, quia quædam accidentia ſunt manentia in ſubiecto, ſicut habitus qui ſunt difficile mobiles, quædam autem ſunt accidentia pertranſeuntia & non manentia, ſicut paſſiones. Patet igitur ꝙ iſti ſunt modi, quibus aliqua dicuntur vnum per accidens. Deinde cum dicit.

Eorum autem quę unum per ſe dicūtur, alia ex eo dicūtur quia cōtinua ſunt, ut faſcis uinculo, & ligna glutino. Linea quoq; continua, ſi flexa etiam ſit,
K **una dicitur, quēadmodū & partiū quęq;, ut brachiū atq; crus. Horum autē ipſorum magis ea ſunt unū quę cōtinua ſunt natura, q̃ ea quę ſunt cōtinua arte. Id uero continuū dicitur, cuius motus eſt unus per ſe, & aliter ſeſe habere nō poteſt. Vnus autē is eſt motꝰ, qui indiuiſibilis eſt, atq; indiuiſibilis tēpore.**

Tex. c. 8 part. 2 **Secūdum ſe uero unū dictorū alia dicuntur eo ꝙ continua ſunt, ut onus uinculo, & lignū cū uiſco. Et linea & ſi flexa ſit, cōtinua aūt, una dicitur: ſicut & partium ſingulę, ut tibia & brachiū. Ipſorum aūt magis unum natura continua q̃ arte. Continuū uero dicitur cuius motus unus ſm ſe, & nō poſſe aliter. unus aūt unꝰ indiuiſibilis. Indiuiſibilis aūt ſm tp̄s.**

Ponit modos vnius per ſe, & circa hoc duo facit. Primo oſtendit quot modis dicitur vnum. Secūdo quot modis dicun-
L tur multa, ibi { Palam, & quia multa. } Circa primum duo facit. Primo diſtinguit modos vnius naturaliter .i. ſm conditiones in rebus inuentas. Secundo uero logice .i. ſm intentiones logicales, ibi { Amplios autem alia &c. } Circa primum duo
Infra ſe. 8. p. r. 5. facit. Primo diſtinguit modos vnius. Secundo uero ponit quandam proprietatem cōſequentem ad vnum, ibi { Vni uero eē, *Infra ibid. part. 4* eſt principium. } Circa primum duo facit. Primo ponit mo-*Infra ſe 8 part 3* dos vnius, ſecūdo reducit eos oēs ad vnum, ibi { Vſr. n. quæ-cunq;. } Ponit autem in prima parte quinque modos vnius. *Lec. 8 part. 2* Quorum primus eſt, ꝙ eorum quæ ſm ſe dr̄ vnum eſſe { natura cōtinuitatis } .i. eſſendo continua, uel { in eo ꝙ ſunt cō-*Modi unīꝰ p ſe ſing.* tinua, } ſicut dicit alia translatio. Sed continua dicunt aliqua dupl'r. Quædā n. ſunt continua, ſicut dicit alia litera p aliud, quædam ſm ſe. Proſequitur ergo primo cōtinua ſm aliud dicens, ꝙ cōtinua per aliud ſunt, ſicut onus lignorum continuū eſt ratione ligaminis uel vinculi. Et hoc modo ligna adinuicē cōuiſcata dicuntur vnum per uiſcum. Quod etiam contingit dupliciter, quia q̄nq; continuatio alligatorū fit ſm lineā rectā,
M q̄nq; aūt ſm lineam indirectam, ſicut eſt linea reflexa angulū continēs quæ fit ex contactu duarum in voa ſuperficie, quarū applicatio nō eſt directa. Per hunc .o. modum partes animalis dicūtur vnum & cōtinuom. Sicut tibia quæ habet reflexionē, & angulum continet ad genu, dr̄ vna & cotinua, & ſimiliter brachium. Sed cum talis continuatio quæ eſt per aliud poſſit eſſe uel fieri naturaliter & arte, magis vnum ſunt quæ ſunt cōtinua per naturam, q̃ quæ ſunt continua per artem, quia in his quæ ſunt continua per naturam, illud vnum per quod fit continuatio non eſt extraneum a natura rei quæ per ipſum continuatur, ſicut accidit in his quæ ſunt vnum per artificium, in quibus vinculum, uel uiſcus, uel aliquid tale eſt omnino extraneum a natura colligatorū. Et ita ea quæ ſunt naturaliter colligata, prius accedunt ad ea quæ ſunt ſm ſe cōtinua, quæ ſunt maximæ vnum. Et ad euidentiam huius diffinit continuum di-
Cōtinuum quid ſit. cens, ꝙ continuum dr̄ id cuius eſt ſm ſe vnus motus tātum, & non eſt poſſibile aliter. Non. n. poſſe eſt in continuo, ut diuerſæ partes diuerſis motibus moueantur, ſed totum cōtinuum moueatur vno motu. Dicit autem { ſm ſe, } quia poſſe eſt ut continuum moueatur vno modo per ſe, & vno alio uel pluribus N
per accidens, ſicut ſi homo mouetur in naui per ſe contra motum nauis, mouetur nihilominus motu nauis per accidens. Ad hoc autem ꝙ ſit vnus motus, oportet ꝙ ſit indiuiſibilis, & hoc dico ſm tempus, ut uidelicet ſimul dum mouetur vna pars cōtinui moueatur & alia. Non. n. cōtingit in cōtinuo ꝙ vna pars moueatur & alia quieſcat, uel ꝙ vna quieſcat, & alia moueat, ut ſic motus diuerſarum partium cōtinui ſint in diuerſis partibus temporis. Ideo autem hic diffinit Philoſophus continuum per motum & non per vnitatem termini, ad quem partes continui coniunguntur, ſicut in prædicamentis, & in lib. phyſi. habetur, quia ex iſta diffinitione pōt ſumi diuerſus gradus vnitatis in diuerſis continuis, ſicut poſtea patebit, nō autē ex diffinitione ibi data. Sciendum eſt autem ꝙ hoc quod hic dicitur ꝙ motus continui, indiuiſibilis ē ſm tp̄s, nō eſt contrarium ei qđ probat in. 6. phyſi. ſ. ꝙ tp̄s motus diuiditur ſm partes mobilis. Hic. n. loquitur Philoſophus quantum ad motum abſolute, quia ſcilicet non ante incipit moueri vna pars continui q̃ alia: ibi autem loquitur referēdo ad aliquod ſignum, quod ſignat in magnitudine per quā fit motus. Illud enim ſignū quod eſt prior pars magnitudinis, in priori tempore tranſitur, licet etiā in illa priori parte temporis aliæ partes mobilis cōtinui moueant. O

Continui diffinitio duplex. Capum. de quātitate & tex. c. 2 Lec. 3 Lec. 7 Tex. c. 33

Ea uero p ſe cōtinua ſunt, quę nō tactu ſunt unū. Nam ſi hoc pacto ligna poſueris ut ſeſe tāgunt, non unum, aut lignū, aut corpus, aut aliquid quicquam cōtinuum ea dixeris eſſe. Omnino igitur ea quę cōtinua ſunt, unum dr̄, & ſi flexuram hn̄t, & etiā magis ea quę flexurā non hn̄t: ut tibia, aut femur magis eſt unum q̃ crus, propterea ꝙ fieri poteſt, ut non unus ſit motus ipſiꝰ cruris. Et recta linea magis eſt unum q̃ flexa. Ea uero quę flexa eſt ac angulū habet, unā ex eo & non unā dicimus eſſe, quia fieri poteſt, ut motus ipſius & ſimul ſit, & nō ſimul. Rectæ aūt motus ſemp eſt ſimul, & nō fit ut pars ipſiꝰ magnitudinē hn̄s, alia q̄eſcat, alia moueat, ut fit ī linea flexa. P

Secundum ſe aūt continua, quæcunq; non tactu ſunt unum. Nā ſi ponis ſe tangētia ligna, non dices hęc unum eſſe, nec lignum, nec corpus, nec aliud cōtinuū ullū. Quę itaq; omnino ſunt continua, unum dicuntur, quamuis reflexionem habeāt. Adhuc magis quę non habent reflexionem, ut tibia aut crus q̃ ſcelos .i. femur, quia cōtingit nō unum eſſe motum ſcelis .i. femoris. Et recta q̃ reflexa magis unū. Reflexam uero & angulum habentem, unam & non unā dicimus, quia contingit & non ſimul eſſe motum eiꝰ, & ſimul. Rectę uero ſemper ſimul, & nulla pars habens magnitudinem, hęc quidem mouetur, hęc uero quieſcit, quemadmodum reflexę. *Part. 3*

Proſequitur de illis quæ ſunt ſm ſe continua dicens, ꝙ illa ſunt ſm ſe continua quæ non dicūtur vnum per contactum, quod ſic probat. Illa enim quæ ſe tangunt, ut duo ligna, non Q
dicuntur vnum lignum, nec vnum corpus, nec vnum aliquid aliud quod pertineat ad genus continui. Et ſic patet, ꝙ alia eſt vnitas continuorum, & alia tangentium. Quæ enim ſunt ſe tangentia non habent vnitatem cōtinuitatis per ſeipſa, ſed per aliquod uinculum quod ea coniungit. Sed illa quæ ſunt cōtinua, dicuntur vnum ſm ſe, q̃uis habeant reflexionem. Duæ enim lineæ reflexæ continuantur ad vnū cōem terminū qui eſt punctus in loco ubi conſtituit angulus. Sed tn̄ magis ſunt vnū quæ per ſe ſunt cōtinua ſine reflexione. Cuius rō eſt, quia linea recta nō pōt habere niſi vnū motū in oībus partibus ſuis. Linea uero reflexa pōt habere unum motū, & duos motus. Pōt. n. intelligi linea reflexa, tota moueri in unā partē: & iterū pōt intelligi ꝙ una parte quieſcēte, alia pars quę cū parte quieſcente continet angulum, appropinquet per ſuum motum ad partē quieſcentem, ſicut quando tibia uel crus applicatur ad coxam,

A quæ hic dicitur femor. Vnde utrunq; eorum .ſ. tibia uel coxa ſunt magis vnum { q̃ ſcelos } vt habet in græco .i. q̃ id quod eſt cõpoſitum ex tibia & coxa. Sciendum autẽ ꝗ litera quæ habet curuitatem loco reflexionis falſa eſt. Conſtat.n. ꝗ partes lineæ curuæ angulum non continentes, oportet ꝗ ſimul moueant & ſimul quieſcãt, ſicut partes lineæ rectæ, qđ nõ accidit in reflexa, ut dictũ eſt. Secũdum modum ponit ibi.

Preterea alio modo ex eo aliqua unum dicuntur quia ſubiectum eſt indifferens forma. Indifferẽs aũt eoꝝ hoc pacto ſubm eſt, quorũ forma eſt indiuiſibilis ſenſu. Subm aũt, aut primũ, aut extremũ ad finẽ. Etenim uinũ unũ dr̃ atq; aq̃, ſi ſit indiuiſibilis forma. Et liquores oẽs unũ dñr, ut oleũ, uinũ & ea quę liqueſcere poſſunt, quia omnium ultimũ ſubiectũ eſt idem Hæc enim omnia aut aqua ſunt aut aer.

Tex.c. 9 parte. 4

Amplius alio modo dr̃, eo ꝙ ſubiectum ſit ſpecie B indifferens. Indifferens uero, ut quorum indiuiſibilis ſpẽs ſm ſenſum. Subiectũ aũt primum, aut ultimum ad finem. Vinũ enim unũ dr̃ & aqua una, inquantum indiuiſibile ſm ſpẽm. Et liquores omnes unum dicunt, ut oleũ, uinum, & fluida, q̃ oĩum ultimũ ſubm idem. Nam aqua aut aere oĩa hæc ſiũt.

Radix humidoꝝ aq̃

Dicit ꝗ ſecundo modo dr̃ vnum, non tm̃ ratione continuæ quãtitatis, ſed ex eo ꝗ ſubm totum eſt indifferens formæ ſm ſpeciem. Quædam.n. eſſe poſſunt continua, quæ tñ in ſubiecto ſunt diuerſa ſm ſpẽm, ſicut ſi continuetur aurum argento uel aliqua hmõi. Et tunc talia duo erunt vnum ſi attendatur ſola quantitas, nõ autem ſi attendatur natura ſubiecti. Si uero totũ ſubiectum continuum ſit vnius formæ ſm ſpẽm, erit vnum & ſm rationem quantitatis & ſm rõnem naturæ. Subiectũ autẽ dicitur eſſe indifferens ſm ſpẽm, qñ eadem ſpẽs ſenſibilis non diuiditur, ita ꝗ ſint diuerſæ formæ ſenſibiles in diuerſis partibus ſubiecti, ſicut qñq; cõtingit ꝗ vnius corporis ſenſibilis vna pars eſt alba, & alia nigra. Hoc autem ſubiectum indifferens põt accipi dupl'r. Vno modo ſubiectum primum. Alio modo C ſubiectum finale ſiue ultimum, ad quod peruenitur in fine diuiſionis. Sicut patet ꝗ totum uinum dicitur vnum eſſe, quia partes eius cõicant in vno primo ſubiecto quod eſt indifferẽs ſm ſpẽm. Et ſimiliter eſt de aqua. Omnes.u. liquores ſiue humores dicũtur vnum in vno ultimo. Nam oleum & uinum & omnia huius reſoluuntur ultimo in aquam uel aerem, qui in omnibus eſt radix humiditatis. Tertium modũ ponit ibi.

Oleum fluidoꝝ radix aqua uel aer.

Dñr etiam unũ & ea quorũ genus eſt unũ differens oppoſitis dr̃is. Atq; hęc uniuerſa unũ ꝑpterea dici ſolẽt, ꝙ genus eſt unũ, quod dr̃is ipſis ſubiicit, ut equus, hõ & canis, unũ quippiã ſunt, ex eo quia ſunt aĩalia cuncta. Et quodã mõ perinde ſunt unũ, ut ea quoꝝ eſt materies una. Iſta aũt interdũ hoc pacto unũ, interdum ſuperiore generẽ idẽ dñr, ut ſi nõ propinquę, ſed ultimę ſint generis ſpẽs. Vt triangu D lus duorum æqualium laterũ, ac triangulus ęqualium oĩum eadem unaq; figura ſunt, quia uterque triangulus eſt: at non ſunt iidem trianguli.

Tex.c. 10. parte. 5

Dicitur autem unum, & quorũ genus unũ differens oppoſitis dr̃is, & hęc dñr oĩa unũ quod ſubiicit dr̃is: ut homo, canis, & equus, unum quidẽ, q̃a omnia aĩalia. Et modo ꝓpinquiſsimo, ſicut materia una. Hęc autem qñq; quidem ita unũ dñr, qñq;, uere genere ſuperiore, quod idẽ dr̃, ſi ſint ultimę ſpẽs gñis ſupiores his. Vt iſoſceles & iſopleurus ſunt una & eadẽ figura, q̃a ambo triãgul', ſ3 triãguli non iidẽ.

Dicit ꝗ aliqua dicũtur vnum, quorum genus eſt vnum, oppoſitis dr̃is diuiſum. Et ille modus habet aliquam ſimilitudinem cum præcedenti. Ibi.n. aliqua dicebãtur eſſe vnum, quia genus ſubiectum eſt vnum: hic etiam aliqua dicũtor eſſe vnũ, quia eorum genus quod eſt ſubiectum differẽtiis eſt vnum, ſicut homo & equus & canis dicuntur vnum, quia cõicãt in animali, quaſi in vno genere ſubiecto differentiis. Differt tamen hic modus a prædicto, quia in illo modo ſubiectum erat vnũ non diſtinctum per formas, hic autẽ genus ſubiectũ eſt vnum diſtinctum per diuerſas differentias quaſi per diuerſas formas. Et ſic patet ꝗ propinquiſsimo modo dñr aliqua eſſe vnum genere, & ſimiliter ſicut aliqua dicuntur eſſe vnum materia. Nã illa etiam quæ dicuntur eſſe vnum materia diſtinguontur per formas. Genus.n. licet non ſit materia, quia nõ prædicaret de ſpecie, cum materia ſit pars, tñ ratio generis ſumitur ab eo qđ eſt materiale in re, ſicut ratio differentiæ ab eo quod eſt formale. Non enim anima rationalis eſt dr̃ia hominis cum de homine non prædicetur, ſed habens animam rationalem quod ſignificat hoc nomen rõnale. Et ſimiliter natura ſenſitiua non eſt genus hominis, ſed pars. Habens etiam naturã ſenſitiuam quod nomine aĩalis ſignificatur, eſt hominis genus. Similis ergo & propinquus modus eſt quo aliqua ſunt vnum materia & vnum genere. Sed ſciendum eſt ꝗ vnum ratione generis dicitur dupliciter. Qñq;.n. aliqua dicuntur ita vnum in genere ſicut dictum eſt, quia .ſ. eorum vnum eſt genus qualitercũque. F Qñq; uero non dicuntur aliqua eſſe vnum in genere niſi in genere ſuperiori, quod cum adiunctione vnitatis uel identitatis prædicatur de ultimis ſpeciebus generis inferioris, quãdo ſunt aliquæ aliæ ſuperiores ſpecies ſupremi generis, in quarũ vna infinitæ ſpẽs conueniunt. Sicut figura eſt vnum genus ſupremum cõtinens ſub ſe multas ſpẽs .ſ. circulũ, triangulũ, quadratum, & hmõi. Et triangulus etiã continet diuerſas ſpẽs .ſ. æquilaterum, qui dicitur iſopleuros & triãgulũ duorũ æqualium laterum, qui dicitur æquitibiarum uel iſoſceles. Iſti igitur duo trianguli dicuntur vna figura, quod eſt genus remotum, ſed non vnus triangulus, quod eſt genus proximũ. Cuius ratio eſt, qoia hi duo trianguli non differunt per differentias quibus diuiditur figura. Differunt autem per differentias quibus diuiditur triangulus. Idem autem dicitur a quo aliquid non differt differentia. Quartum modum ponit ibi.

Dñr eſſe tribus dr̃is inter genus & materiã

Preterea unũ ea dñr, quoꝝ rõ quę q̃dditatẽ explicat indiuiſibilis eſt ad aliã, quę q̃dditatẽ rei declarat. G Ipſa.n. per ſeipſam, oĩs ratio diuiſibilis. Sic enim & id quod accreuit, atq; decreſcit eſt unũ, q̃a ratio eſt una perinde atq; in planis ratio formę eſt una.

Amplius aũt unum dñr, quorumcũq; ratio quæ quod quid erat eſſe dicit, indiuiſibilis eſt ad aliam ſignificantem quid erat eſſe rei. Ipſa enim ſm ſe omnis rõ diuiſibilis. Sic.n. augmẽtatũ & diminutũ unũ ſunt, q̃a rõ una ſicut in ſuperficiebus q̃ ſpeciei una.

Tex.c. 11 parte. 6.

Dicit ꝗ vnũ ẽt dñr quæcũq;, ita ſe hñt ꝗ diffõ vni' q̃ eſt rõ ſignãs quid eſt eẽ, nõ diuidit a diffõne alterius quæ ſignãt etiã qđ eſt eſſe eius. Ipſa.n. diffõ .ſ. ſm ſe oportet ꝗ ſit diuiſibilis, cũ cõſtet ex genere & dr̃ia. Sed põt eſſe ꝗ diffõ unius ſit indiuiſibilis a diffõne alteri', qñ duo hñt vnã diffõnẽ, ſiue illæ diffõnes ſignificẽt totũ hoc, qđ eſt in diffinito, ſicut tunica & indumẽtũ & tũc ſunt ſimpl'r vnũ, quorũ diffõ eſt vna, ſiue illa cõis diffõ nõ totaliter cõprehẽdat rõnẽ duorũ, quæ in ea cõueniũt, ſicut bos & equus cõueniũt in vna diffõne aĩalis. Vnde nunq̃ ſunt vnũ H ſimpl'r, ſed ſm quid inquãtũ .ſ. utrũq; eorũ eſt aĩal. Et ſiľr augmẽtũ & diminutio cõueniũt in vna diffõne generis q̃a utraq; eſt motus ſm quãtitatẽ. Simľr in oĩbus ſupficiebus eſt vna diffinitio huius ſpẽi quæ eſt ſupficies. Quintũ modũ ponit ibi.

Oĩno autem unum ea dicũtur maxime, quorũ intellectio indiuiſibilis eſt, quę q̃dditatẽ ipſam intelligit, & neq; tpe, neq; loco ſeparare põt, neq; etiã ratione. Et horum ea pręſertim quę ſubſtantię ſunt.

Omnino uero quorum intelligẽtia indiuiſibilis intelligens quid erat eſſe, & nõ poteſt ſeparari neq; tempore, neque loco, neq; ratione, maxime hęc unũ; & horum quęcunq; ſubſtantia.

Dicit ꝗ { omnino, } .i. pfecte & maxime ſunt vnũ, quorũ intellectus intelligens quidditatem eorum eſt oĩno indiuiſibilis, ſicut ſimplicia quæ nõ cõponuntur ex principiis materiali-

I bus & formalibus. Vnde intellectus accipiens quidditatẽ eorũ non comprehendit ea, quaſi componẽs diffinitionẽ eorũ ex diuerſis principijs, ſed magis per modum negationis, ſicut punctus eſt cuius pars non eſt: uel etiam per modũ habitudinis ad cõpoſita, ſicut ſi dicat ꝙ vnitas eſt principium numeri. Et quia talia habent intellectum indiuiſibilem in ſeipſis, ea autem quæ ſunt quocũq; mõ diuiſa, poſſunt intelligi ſeparatim, ideo ſequitur ꝙ talia ſunt inſeparabilia, & ſm tẽpus, & ſm locum, & ſecundum rationem. Et ꝑpter hoc ſunt maxime vnũ præcipue illud quod eſt indiuiſibile in genere ſubſtantiæ. Nam quod eſt indiuiſibile in genere accidentis, & ſi ipſum in ſe non ſit cõpoſitum, eſt tñ alteri cõpoſitum, id eſt ſubiecto in quo eſt. Indiuiſibilis autem ſuba, neq; ſm ſe cõpoſita eſt, nec alteri cõponitur. Vel ly ſuba, poteſt eſſe ablatiui caſus. Et tũc eſt ſenſus, ꝙ licet aliqua dicantur vnum, quia ſunt indiuiſibilia ſm locum uel tẽpus uel rõnẽ, tñ inter ea illa maxime dñr vnũ, quæ nõ diuidun tur ſm ſubam. Et redit in eũdẽ ſenſum cũ priore. Le. VIII.

Vlr autem ea quę diuiſionem nõ hñt, ea ratione

K quã nõ habẽt, unũ dñr. Veluti ſi homo diuiſionem nõ habet, unus eſt homo. Si ut aial, unũ eſt animal. Si ut magnitudo, una eſt magnitudo. Plurima igiť unum ex eo dñr, quia aliud quippiam unũ, aut efficiunt, aut hñt, aut patiuntur, aut aliquid unũ ſunt. Ea uero primo dñt unum quoꝝ eſt ſuba una. Vna autẽ, aut cõtinuatione, aut forma, aut rõne. Etenim ea q̃ nõ cõtinua ſunt, aut ea quoꝝ forma nõ una eſt, aut ea quorũ nõ una eſt rõ, ut pła numerare ſolem⁹.

Part 6 VNiuerſaliter enim quęcunq; nõ habẽt diuiſionem, inquãtum nõ habẽt, ſic unũ dicũtur. Vt ſi inquãtum homo nõ habet diuiſionẽ, unus homo. Si uero inquantum animal, unũ animal. Et ſi inquãtum magnitudo, una magnitudo. Plura quidẽ igiť unum dicũtur per alterũ aliquid faceŕ, aut pati, aut habere, aut aliquid eſſe unum. Quæ autem unum

L primo dicũtur, quorũ ſubſtantia uni. Vna uero aut cõtinuatione, aut ſpecie, aut ratione. Etenim numeramus ut plura, aut quę non cõtinua, aut quorum non una ſpecies, aut quorum ratio non una.

HIC Philoſophus reducit oẽs modos ad vnũ primum, & circa hoc duo facit. Primo ponit reductionẽ prædictã. Secũdo
part. ſeq. ſuper modos poſitos ponit alium modũ vnitatis, ibi { Amplius autẽ &c. } Dicit ergo primo, ꝙ ex hoc patet ꝙ illa quæ ſunt penitus indiuiſibilia, maxime dñr vnum, quia ad hunc modũ oẽs alij modi reducuntur, quia vlr hoc eſt uerũ, ꝙ quæcunq; non hñt diuiſionẽ, ſm hoc dñr vnũ inquãtum diuiſionem non hñt. Sicut quæ non diuidunt in eo quod eſt homo, dicunt vnũ in homine, ſicut Socra. & Plato. Et quæ non diuidunt in rõne animalis, dñr vnum in animali. Et quæ non diuidũtur in magnitudine uel menſura, dñr vnum ſm magnitudinẽ, ſicut continua. Et ex hoc põt accipi ẽt numerus & diuerſitas modorum
Sufficiẽtia ſignatorũ unius. vnius ſuprapoſitorũ, quia vnum aut eſt indiuiſibile ſimpliciter, aut indiuiſibile ſm quid. Si quidem ſimpliciter, ſic eſt ultimus
M modus qui eſt principalis. Si aũt eſt indiuiſibile ſm quid, aut ſm quãtitatem tñ, aut ſm naturã. Si ſm quantitatem ſic eſt primus modus. Si ſm naturam, aut quãtum ad ſubm, aut quãtum ad diuiſionem quæ ſe tenet ex parte formæ. Si quantum ad ſubm uel quantum ad ſubiectũ reale, & ſic eſt ſecũdus modus. Vel quãtum ad ſubiectum rõnis, & ſic eſt tertius modus. Indiuiſibilitas autẽ formæ quæ eſt indiuiſibilitas rõnis .i. diffõnis, facit quartũ modum. Ex his aũt modis vlterius aliqui alij modi deriuantur. Plurima autem ſunt quæ dñr vnũ, ex eo ꝙ faciunt vnum, ſicut plures hoĩes dñr vnum, ex hoc ꝙ trahunt nauem. Et etiam dicuntur aliqua vnum, ex eo ꝙ vnum patiuntur, ſicut multi homines ſunt vnus populus, ex eo ꝙ ab vno Rege regũtur. Quædam uero dicuntur vnum, ex eo ꝙ habẽt aliquid vnum, ſicut multi poſſeſſores vnius agri, ſunt vnum in dominio eius. Quædam etiam dicuntur vnum ex hoc ꝙ ſunt aliquid vnum, ſicut multi homines albi dicuntur vnum, quia

quilibet eorũ albus eſt. Sed reſpectu omnium iſtorum modorum ſecundariorum, primo dicunt vnum illa quæ ſunt vnum ſm ſuam ſubſtantiam, de quibus ſupra dictũ eſt in quinq; modis ſuprapoſitis. Vna nãq; ſubſtantia eſt, aut rõne continuitatis, ſicut in primo modo: aut ꝑpter ſpẽm ſubiecti, ſicut in ſecũdo modo, & etiam in tertio, prout vnitas generis aliquid habet ſimile cum vnitate ſpẽi: aut etiam propter rõnem, ſicut in quarto & in quinto modo. Et ꝙ adhuc ex his modis aliqua dicantur vnum, patet ꝑ oppoſitum. Aliqua .n. ſunt numero plura, uel numerantur ut plura, quia non ſunt continua, uel quia non habent ſpeciem vnam, uel quia non conueniunt in vna ratione. Deinde cum dicit. N

Pręterea partim quoduis unum dicimus eſſe, ſi quãtum atq; cõtinuum ſit: partim non dicimus, ſi non ſit quid totum, id eſt ſi nõ aliquã unam habeat formam. Non .n. ſimiliter unum dixerimus, ſi calcei partes quouis compoſitas modo uiderimus, niſi ob continuationem: ſed ſi hoc pacto ut ſit calceus, & O unam iam aliquam habeat formam. Quapropter & circuli linea maxime omnium linearum eſt una, propterea quod tota eſt atq; perfecta.

Amplius aũt, eſt quidẽ ut quodcũq; unum conti part. 2. nuitate dicimus eſſe, ſi ſit quãtum & cõtinuum: eſt autem ut nõ, ſi nõ aliquod totum ſit. Hoc autem ſi nõ ſpẽm habeat unã. Vt uidentes utiq; nõ dicemus ſimiliter unũ qualitercũq; partes cõpoſitas calciamẽti, niſi ꝑꝑ continuitatẽ, ſed ſi ſit ut calciamẽtũ ſit, & ſpẽm habeat aliquã, iam unum. Quapropter & quę circuli maxime una linearum, q̃a tota & perfecta eſt.

Linea circularis eſt linearũ perfectior.

Addit aliũ modũ a ſupradictis qui nõ ſumit ex rõne indiuiſionis ſic ꝑdicti, ſed magis ex rõne diuiſionis, & dicit ꝙ q̃nq; aliqua dñr vnũ ꝑꝑ ſolã continuitatẽ: q̃nq; uero nõ, niſi ſit aliqd totũ & ꝑfectũ, qđ quidẽ cõtingit q̃n hẽt aliquã vnã ſpẽm, nõ quidẽ ſicut ſubiectum homogeneũ dr vnũ ſpẽ, (qđ ꝑtinet ad ſecũdũ modũ poſitũ ꝑrius) ſed ſm ꝙ ſpẽs in quadã totalitate cõſiſtit requires determinatũ ordinẽ partiũ, ſicut patet ꝙ nõ dicimus vnũ aliquid ut artificiatũ q̃n uidemus partes calciamẽti qualitercũq; cõpoſitas, niſi forte ſm ꝙ accipit vnũ ꝑ cõtinuo, ſed tunc dicimus eſſe vnũ oẽs partes calciamẽti q̃n ſic ſunt cõpoſitæ, ꝙ ſit calciamẽtũ, & habeat aliquã vnã ſpẽm .ſ. calciamẽti. Et ex hoc patet ꝙ linea circularis eſt maxime vna, quia nõ ſolũ hẽt continuitatẽ, ſicut linea, linea recta, ſed & hẽt totalitatẽ & ꝑfectionẽ, qđ nõ hẽt linea recta. Perfectũ eſt .n. & totũ cui nihil deeſt, qđ quidẽ cõtingit lineæ circulari. Nõ .n. põt ſibi fieri additio ſicut fit lineæ rectæ. Deinde cũ dicit.

Linea circularis perfecta.

Eſſe aũt unius in hoc cõſiſtit, ut numeri ſit principium quoddã. Prima .n. menſura uniuſcuiuſq; generis principium eſt. Quo .n. primo cognoſcimus, id prima mẽſura generis eſt cuiuſq;. Ipſum igitur unũ circa unumquodq; genus cognoſcibilis rei principium eſt. Non eſt aũt ipſum unũ in uniuerſis gene- P ribus idem. Hic .n. eſt primus ſenſibilis ſonus, ibi litera uocalis, uel muta: ponderis autẽ aliud, & motus Q etiam aliud. Vbiq; uero ipſum, unum, aut quãtitate eſt indiuiſibile, aut forma. Eorum autẽ quę quãtitate, & ut quãtitas eſt indiuiſibilia ſunt: id qdẽ quod penitus eſt tale poſitioneq; caret, unitas appellatur. Id autem quod penitus eſt tale, põnẽq; habet, diciť pũctum: & id quod unice eſt diuiſibile, linea nuncupatur: & id quod duabus ex partibus, ſuperficies appellatur: quod uero omni ex parte eſt diuiſibile, & trinam habet dimenſionem, id dicitur corpus. Et cõuerſione igitur facta, quod duabus ex partibus eſt diuiſibile, id ſuperficies: quod una ex parte, id lineat: quod nulla ex parte, id pũctũ, aut unitas nũcupať: unitas ſi poſitione careat, pũctũ ſi habeat ipſam.

A Te.c. 12 Par. 3 Vni uero eſſe, eſt principium alicui numero eſſe. Prima nanq; mẽſura principium. Ná quo primo cognoſcim⁹, hoc eſt prima mẽſura cuiuslibet generis. Pricipium ergo cognoſcibilis circa quodlibet, unũ. Non idem aũt in oibus generibus unũ. Hoc quidẽ enim eſt dieſis, illis aũt uocalis, aut cõſonans: grauitatis autẽ alterum, & in motu aliud. Vbiq; uero unũ aut quãtitate aut ſpecie, indiuiſibile. Secũdũ quãtũ quidem igitur, & inquãtum quãtum, indiuiſibile: quod qdẽ oino & ſine poſitione, dicit unitas. Quod autẽ omnino & poſitionẽ habens, pũctũ. Quod aũt ſm unum, linea. Quod aũt ſm duo, ſuperficies. Omnino uero & tripliciter diuiſibile ſm quãtitatẽ, corpus. Facta aũt conuerſione, dualiter qdẽ diuiſibile ſuperficies, unice aũt linea, nullatenus diuiſibile ſm quãtitatem pũctus & unitas. Hoc quidẽ nõ hñs po-

B ſitionẽ unitas. Illud uero habẽs põnem, punctus.

Ponit quãdam ꝓprietatem conſequẽtem vnũ & dicit, ꝙ ratio vnius eſt in hoc ꝙ ſit principium alicuius numeri. Quod ex hoc patet, quia vnũ eſt prima mẽſura numeri, quo ois numerus mẽſuratur. Mẽſura aũt habet rõnem principii, quia ꝑ menſuram res mẽſuratæ cognoſcũtur. Res autẽ cognoſcuntur per ſua propria principia. Et ex hoc patet ꝙ vnum eſt principium noti vel cognoſcibilis circa quodlibet, & eſt in oibus principiũ cognoſcẽdi. Hoc tñ vnũ quod eſt principium cognoſcẽdi, non eſt idem in oibus generibus. In genere.n. cõſonantiarum eſt

Dieſis. vnũ, quod eſt dieſis, quod eſt minimũ in cõſonãtiis. Dieſis.n. eſt ſemitonium minus. Diuidit.n. tonus in duo ſemitonia inæqualia, quorum vnus dicit dieſis. In uocibus aũt vnũ primum & minimum eſt litera uocalis, aut cõſonãs, & magis uocalis

Te.c. 7 ꝙ cõſonans, ut in. 10. dicet. Et in grauitatibus ſiue põderib⁹ eſt aliquid minimum quod eſt mẽſura.ſ. vncia, uel aliquid aliud hmõi. Et in motibus eſt vna prima mẽſura quæ mẽſurat alios

C motus.ſ. motus ſimpliciſsimus & uelociſsimus, ſicut eſt motus diurnus. In oibus cñ iſtis hoc eſt cõe, ꝙ illud quod eſt pria mẽſura, eſt indiuiſibile ſm quantitatẽ uel ſm ſpẽm. Quod igit eſt in genere quantitatis vnum & primum, oportet ꝙ ſit indiuiſibile & ſm quãtitatem. Si aũt ſit oino indiuiſibile & ſm quãtitatem & nõ habeat poſitionẽ, dicitur vnitas. Pũctus uero eſt id quod eſt omnino indiuiſibile ſm quantitatẽ, & tñ habet põnẽ. Linea uero eſt quod eſt diuiſibile ſm vnam dimẽſionem tãtũ. Superficies uero ſm duas. Corpus aũt eſt oibus modis diuiſibile ſm quantitatem.ſ. ſm tres dimẽſiones. Et hæ deſcriptiones cõuertuntur. Nã omne quod duabus dimẽſionibus diuidit eſt ſuperficies, & ſic de aliis. Sciendũ eſt aũt ꝙ eſſe mẽſuram, eſt propria rõ vnius ſm ꝙ eſt principium numeri. Hoc aũt nõ eſt

Sup. 1.c. 3. idem cũ vno quod conuertit cum ente, ut in quarto dictũ eſt. Ratio.n. illius vnius in ſola indiuiſione conſiſtit, hmõi autem vnius in mẽſuratione. Sed tñ hæc rõ menſuræ, licet primo cõ

D ueniat vni quod eſt principium numeri, tñ per quãdam ſimili-

Lec. 2 tudinẽ deriuatur ad vnum in aliis generibus, ut in. 10. hui⁹ Phi

Te.c. 2 loſophus oſtendet. Et ſm hoc ratio menſuræ inuenit in quoli-

& inde. bet genere. Hæc autem ratio mẽſuræ conſequitur rationẽ indiuiſionis, ſicut habitum eſt. Et ideo vnum nõ omnino æquiuoce dicitur de eo quod cõuertitur cũ ente, & de eo quod eſt principiũ numeri, ſed ſm pri⁹ & poſterius. Deinde cũ dicit.

Inſuper alia numero, alia ſpecie, alia genere, alia ſimilitudine rõnis ſunt unũ. Numero qdẽ ea, quorũ eſt materies una; ſpecie autẽ, ea quorum eſt rõ una: genere uero, ea quorũ eadem eſt prędicamẽti figura: ſed ſimilitudine rõnis. ea quæ ſic ſe hñt ut aliud ſe ad aliud habet. Semper igitur poſteriora anteriora ſequuntur. Quę.n. numero ſunt unũ, ea ſunt & ſpecie unũ. At quę ſpecie ſunt unũ, ea nõ oia numero ſunt unũ. Sed oia genere ſunt unũ, quę ſunt ſpecie unũ. Quę uero genere ſunt unũ, ea non oia ſunt ſpecie unum. Cuncta tamen ſunt unum ſimilitudine rationis. At quę ſimilitudine rationis ſunt unũ, F
ea non omnia ſunt genere unum.

Amplius autẽ alia ſm numerũ ſunt unũ, alia ſm ſpẽm, alia ſm genus, alia ſm analogiã. Numero qdẽ, quorũ materia una, Specie, quorũ ratio eſt una. Genere, quorum eadem figura prędicationis. Secundũ proportionem, quęcũq; ſe habẽt ut aliud ad aliud. Semper itaq; poſteriora, pręcedentia ſequuntur. Vt quęcunq; numero, ſpecie unum: ſed quęcũq; ſpecie, non oia numero. Sed genere omnia unum, quęcũq; & ſpecie: q̃cũq; uero genere, nõ oia ſpecie. Sed ꝓportione, & q̃cũq; unum proportione, nõ oia genere.

Ponit aliam diuiſionem vnius quæ eſt magis logica dicens, Hoc loco
ꝙ quædam ſunt vnum numero, quædam ſpecie, quædam ge- An. an-eun
nere, quædam analogia. Numero quidem ſunt vnũ quorũ ma- dere cupit
teria eſt vna. Materia.n. ſm ꝙ ſtat ſub dimẽſionibus ſignatis, argumẽtũ
eſt principium indiuiduationis formæ. Et ꝓꝑ hoc ex materia cõtra ſe, ut
habet ſingule ꝙ ſit vnũ numero ab aliis diuiſum. Specie autẽ de ſi pla.
dñr vnum, quorũ vna { eſt rõ } .i. diffinitio. Nã nihil ꝓprie dif 17. defen.
finit niſi ſpẽs, cũ ois diffõ, ex genere & dña cõſtet. Et ſi aliquod F
genus diffinit, hoc eſt inquãtum eſt ſpẽs. Vnũ uero genere ſunt quæ cõueniunt in figura { ꝑdicationis } .i. quæ hñt vnũ modũ prædicãdi. Alius.n. eſt modus quo ꝑdicat ſuba, & quo ꝑdicatur qualitas, uel actio, ſed oẽs ſubſtãtiæ hñt vnũ modum ꝑdicãdi, inquãtum prædicantur non ut in ſubiecto exñtes. Proportione uero uel analogia ſunt vnũ quæcũq; in hoc cõueniũt, quod hoc ſe hẽt ad illud ſicut aliud ad aliud. Et hoc quidẽ põt accipi duob⁹ modis uel in eo ꝙ aliqua duo hñt diuerſas habitudines ad vnũ, ſicut ſanatiuum, de urina dictũ, habitudinẽ ſignãt ſigni ſanitatis. De medicina uero quia ſignãt habitudinẽ cauſæ reſpectu eiuſdẽ. Vel in eo ꝙ eſt eadẽ proportio duorũ ad diuerſa, ſicut trãquillitati ad mare, & ſerenitatis ad aerẽ. Tranquillitas enim eſt quies maris, & ſerenitas aeris. In iſtis aũt modis vni⁹,
ſemper poſterius ſequitur ad præcedens, & non conuertitur, G
Quæcunq;.n. ſunt vnum numero, ſunt ſpecie vnũ, & nõ conuertitur, & idem patet in aliis. Deinde cum dicit

Patet aũt & ipſa multa oppoſito dici modo. Quędam.n. ex eo dicũtur multa, quia non cõtinua ſunt: quędã ex eo q̃a diuiſam materiam, aut primam, aut ultimam habet per formã: quædam ex eo quia plures eas rationes habẽt, quæ explicant quidditatem. par. 5.
Palam aũt & q̃a multa oppoſita dicẽtur uni. Nam alia nõ exiſtẽdo cõtinua. Alia in habẽdo materiã diuiſibilem ſm ſpẽm, aut primã aut ultimã. Alia in habendo rationes plures, quod qd erat eſſe dicẽtes.

Ex modis vnius accepit modos multorum & dicit, ꝙ multa dñr per oppoſitum ad vnũ. Et ideo quot modis dr vnũ, tot modis dñr multa, quia quotiens dr vnũ oppoſitorũ, totiens dicit & reliquum. Vnde aliqua dñr multa ꝓꝑ hoc, ꝙ non ſunt cõ- H
tinua. Quod eſt per oppoſitum ad primũ modũ vnius. Alia dicunt multa ꝓꝑ hoc ꝙ materiã hñt diuiſam ſm ſpẽm, ſiue in- M
telligamus de { materia prima } .i. ꝓxima, aut de finali ſiue ultima, in quã vltimo fit reſolutio. Per diuiſionẽ quippe ꝓximæ materiæ dñr multa, vinũ & oleũ: per diuiſionẽ uero materiæ remotæ, uinũ & lapis. Et ſi materia accipiat tã ꝓ materia naturæ, q̃ pro materia rõnis.ſ. ꝓ genere quod hẽt ſimilitudinẽ materiæ, hic modus multitudinis ſumit per oppoſitũ ad ſecundũ & tertiũ modũ vnius. Alia uero dñr multa quæ hñt rõnes, qd quid eſt eſſe dicẽtes, plures. Et hoc ſumit per oppoſitũ ad quartum modũ. Qđ aũt opponit quinto modo, nõdũ hẽt rõnẽ pluralitatis niſi ſm quid & in potẽtia. Nõ.n. ex hoc ꝙ aliquid eſt diuiſibile, ꝓꝑ hoc eſt multa niſi in potẽtia. Lec. IX.

Eius quod eſt, aliud ꝑ accidẽs dicit, aliud per ſe.

ENs dicitur, hoc quidem ſm accidens, illud uero ſecundum ſe. Te.c. 13 Par. 8

HIC Philoſophus diſtinguit quot modis dicitur ens, & circa hoc tria facit. Primo diſtinguit ens in ens per ſe & per acci-

I dens. Secundo diſtinguit modos entis ꝑ accidens. ibi { Secundum accidens quidē &c. } Tertio modos entis per ſe. ibi { Secundum ſe uero. } Dicit ergo ꝙ ens dicitur quoddā ſm ſe, & quoddam ſm accidens. Sciendū tamen eſt, ꝙ illa diuiſio entis non eſt eadem cū illa diuiſione, qua diuiditur ens in ſubſtātiā & accidens. Quod ex hoc patet, quia ipſe poſtmodū, ens ſm ſe diuidit in decem ꝑdicamenta, quorū nouem ſunt de genere accidentis. Ens igitur diuidiſ in ſubam & accidens, ſm abſolutam entis cōſiderationem, ſicut ipſa albedo in ſe conſiderata dicitur accidens, & homo ſubſtantia. Sed ens ſm accidēs, ut hic ſumitur, oportet accipi per cōparationem accidētis ad ſubſtantiam. Quæ quidem cōparatio ſignificatur hoc uerbo Eſt, cū dicitur, homo eſt albus. Vnde hoc totum homo eſt albus, eſt ens per accidens. Vnde patet ꝙ diuiſio entis ſm ſe, & ſm accidens, attenditur ſm ꝙ aliquid ꝑdicatur de aliquo per ſe uel ꝑ accidens. Diuiſio uero entis in ſubſtantiam & accidens, attenditur ſm hoc ꝙ aliquid in natura ſua eſt uel ſubſtantia uel accidens. Deinde cum dicit.

parte ſeq. parte. 3 Diuiſio entis ꝑ ſe & ꝑ accñs, eſt alia ab ea qua diuidit in ſubſtantiā & accidens.

Per accidens. quidem, ut iuſtum muſicū eſſe dicimus, & hoiem eſſe muſicum, muſicum hoiem eſſe
k perinde dicentes, atq; muſicum ędificare dicimus, propterea quod ędificatori, ut ſit muſicus, aut muſico, ut ſit ędificator, accidit. Hoc .n. Eſſe hoc, huic hoc accidiſſe ſignificat. Sic & in hiſce quę diximus cum hominem muſicum eſſe dicimus, & muſicum eſſe hominem, aut album muſicum eſſe, aut hūc album: hoc ex eo dicimus, quia eidem acciderūt ambo: illud ex eo, quia accidit ei quod eſt: muſicum uero ex eo dicimus hoiem eē, qa huic muſicum accidit. Sic autē & album dicitur eſſe, qa illud eſt cui id accidit. Ea igitur quę per accidens eē dñr, hoc pacto dñr, aut qa ambo enti inſunt eidem, aut qa illud enti ineſt, aut qa ipſum eſt cui ineſt id de quo ipſum
L prędicatur.

Ens ꝑ accidēs triplr.

Secūdum accidēs qdem, ut iuſtum muſicum eſſe dicimus, & hoiem muſicum, & muſicum hoiem. Similiter aūt dicentes ut muſicum ędificare, qa accidit ędificatori muſicum eſſe, aut muſico ędificatorem. Hoc.n. Eſſe hoc ſignificat accidere hoc huic. Sic aūt & in dictis qñ hoiem muſicū dicimus, & muſicum hoiem, aut albū muſicum, aut hūc album. Hoc quidem, qa ambo eidem accidūt: illud uero, qa enti accidit hoc: aliud aūt muſicū hoiem qa huic muſicum accidit. Sic aūt dr̃ & album eē, qa cui accidit, ille eſt. Quę quidem igiſ ſm accidēs eſſe dñr, ſic dñr aut eo ꝙ eide enti ambo inſunt, aut qa enti illud ineſt, aut quia ipſum eſt cui ineſt, de quo ipſum prędicatur.

Oſtendit quot modis dicitur ens per accideos, & dicit ꝙ tribus, quorum vnum eſt, qñ accidens ꝑdicatur de accidente, ut cum diciſ iuſtus eſt muſicus. Secūdus cum accidens prædicaſ
M de ſubiecto, ut cū dicitur homo eſt muſicus. Tertius cū ſubm prædicaſ de accñte, ut cū dicitur muſicus eſt homo. Et qa ſuperius iam manifeſtauit quō cā per accñs differt a cā per ſe, ideo nunc conſequēter per cauſam ꝑ accidens manifeſtat ens ꝑ accidens. Et dicit ꝙ ſicut aſsignantes cām, ꝑ accidens dicimus ꝙ muſicus ædificat, eo ꝙ muſicū accidit ædificatori uel econtra, eōſtat.n. { ꝙ hoc eē hoc } .i. muſicum ædificare nihil aliud ſignificat ꝙ̄ { hoc accidere huic, } ita eſt etiam in ꝑdictis modis entis per accñs, qñ dicimus hoiem eē muſicū, accñs ꝑdicando de ſubiecto, uel muſicum eſſe hoiem, ꝑdicando ſubiectum de accidente: uel album eē muſicum, uel ecōuerſo. ſ. muſicum eē album, ꝑdicando accidens de accidente. In oibus.n. his Eſſe, nihil aliud ſignificat ꝙ̄ accidere. { Hoc quidem } .ſ. qñ accñs de accidente ꝑdicatur, ſignificat ꝙ ambo accidētia accidunt eidem ſubto. { Illud uero } .ſ. cū accñs prædicaſ de ſubiecto dr̃ eſſe, { quia enti } .i. ſubiecto accidit accidens. Sed muſicū eſſe hominem dicimus, { quia huic } .ſ. ꝑdicato accidit muſicum, quod ponitur in ſubiecto. Et eſt quaſi ſilis ratio ꝑdicandi, cum ſubiectum ꝑdicatur de accidente, & accidens de accidente. Sicut.n. ſubiectum ꝑdicatur de accidente ea rōne, quia ꝑdicatur ſubiectum de eo cui accidit accidens in ſubiecto poſitum: ita accidens ꝑdicatur de accidente, quia prædicatur de ſubiecto accidentis. Et ꝓpter hoc ſicut dicitur muſicum eſt hō, ſilr dicitur muſicum eē album, quia. ſ. illud cui accidit eſſe muſicū. ſ. ſubiectum, eſt album. Patet igitur ꝙ ea quæ dñr eſſe ſm accidens, dicūtur triplici rōne, aut eo { ꝙ ambo } .ſ. ſubiectum & ꝑdicatum inſunt eidem, ſicut cum accidens ꝑdicatur de accidente, aut { quia illud } .ſ. ꝑdicatum ut muſicū { ineſt enti } .i. ſubiectum, quod dicitur eſſe muſicum, & hoc eſt cū accidens ꝑdicaſ de ſubiecto, aut { quia illud } .ſ. ſubiectum in ꝑdicato poſitum eſt illud cui ineſt accidens, de quo accidente illud. ſ. ſubiectum prædicatur. Et hoc eſt. ſ. cum ſubiectum prædicatur de accidente, ut cum dicimus muſicū eſt homo. Deinde cū dicit.

N

Per ſe autem ea dñr eſſe, quę ꝑdicamenti figurę ſi
O gnificant. Tot.n. ipſum eē ſignificat, quot modis ipſę dñr. Cū igitur eoꝝ quę ꝑdicantur, alia qd eſt, alia quātum, alia ad aliquid, alia agere aut pati, alia ubi, alia qñ, ſignificat ipſum eē idē, quod unumquodq; iſtoꝝ ſignificat. Nihil.n. hæc differūt hō ualens eſt, & homo ualet: homo etiā ambulans eſt, aut ſecās, & hō ambulat, aut ſecat. Similr dicēdū eſt & in cęteris.

Secundum ſe uero eē dicitur, ꝙcūq; ſignificāt figuras ꝑdicationis. Quotiēs. n. dr̃, totiēs eē ſignificat. Quoniam ergo prędicatorū, alia quid eſt ſignant, alia quale, alia quantum, alia ad aliquid, alia facere, alia pati alia ubi, alia qñ: hoꝝ unicuiq; idē eē ſignat. Nihil.n. refert hō cōualeſcēs eſt, aut homo conualeſcit: uel homo uadens eſt aut ſecans, uel hominem uade aut ſecare. Similiter autem & in aliis. Te cō 14 parte. 3

Diſtinguit modum entis per ſe, & circa hoc tria facit. Prio diſtinguit ens quod eſt extra aiam per decem ꝑdicamenta, qđ eſt ens perfectum. Secūdo ponit alium modum entis ſm ꝙ eſt tantum in mente. ibi { Amplius aūt & eē ſignat. } Tertio diuidit ens per potentiam & actum: & ens ſic diuiſum eſt cōius ꝙ̄ ens perfectum. Nā ens in potentia, eſt ens ſm quid tm̄ & imperfectum. ibi { Amplius eē ſignat & ens. } Dicit ergo primo, ꝙ illa dñr eſſe ſm ſe, quæcunq; ſignant figuras ꝑdicationis. Sciendum eſt .n. ꝙ ens non pōt hoc modo cōtrahi ad aliquid determinatum, ſicut genus contrahitur ad ſpēs per dſias. Nā differentia cū non participet genus, eſt extra eſſentiam generis. Nihil aūt poſſet eſſe extra eſſentiā entis, quod per additionem ad ens aliquā ſpēm entis cōſtituat. Nā quod eſt extra ens, nihil eſt, & dña eſſe non pōt. Vnde in tertio huius ꝓbauit Philoſophus ꝙ ens, genus eſſe nō pōt. Vnde oportet ꝙ ens cōtrahitur ad diuerſa genera ſm diuerſum modum ꝑdicādi, qui conſequitur diuerſum modum eſſendi, quia { quotiens ens diciſ, } .i. quot modis aliquid ꝑdicaſ, { totiens eſſe ſignaſ } .ſ. tot modis ſignatur aliquid eſſe. Et ꝓp hoc ea in qua diuidiſ ens primo, dñr eē prædicamenta, quia diſtinguuntur ſm diuerſum modū prædicandi. Quia igitur eorum quæ ꝑdicanſ, quædam { ſignificāt quid, } .i. ſubſtantiam, quædā quale, quædam quātum, & ſic de aliis, oportet ꝙ vnicuiq; modo ꝑdicādi, eē ſignificet idē, ut cū dicitur homo eſt aial, eē ſignat ſubſtantiam. Cū autem dr̃ hō eſt albus, ſignat qualitatem, & ſic de aliis. Sciēdum.n. eſt, ꝙ prædicatum ad ſubiectum tripliciter ſe pōt hře. Vno modo cum eſt id quod eſt ſubiectum, ut cū dico, Socra. eſt aial. Nam Socra. eſt id quod eſt aial. Et hoc ꝑdicatum dr̃ ſignare ſubſtantiam primam quæ eſt ſubſtātia particularis, de qua oia prædicantur. Secūdo modo ut ꝑdicatum ſumatur ſm ꝙ ineſt ſubiecto, quod quidem prædicatum, uel ineſt ei per ſe & abſolute, ut conſequens materiam, & ſic eſt quantitas: uel ut conſequēs formam, & ſic eſt qualitas: uel ineſt ei non abſolute, ſed in reſpectu ad aliud, & ſic eſt ad aliquid. Tertio modo ut prædicatum ſumatur ab eo quod eſt extra ſubiectū, & hoc dupliciter, Vno modo ut ſit oino extra ſubiectum, quod quidem ſi non ſit menſura ſubiecti ꝑdicaſ per modum habitus, ut cum diciſ:

P. 3 Infra part. 4

Parte. 5. Prima diuiſio entis ꝑ ſe & extra aiam in decē genera.

Te. cō. 10

Q

Sufficiētia ꝑdicamentorum

Socrates

A Socrates eſt calciatus uel ueſtitus. Si autem ſit menſura eius, cum menſura extrinſeca ſit uel tempus uel locus, ſumitur prædicamentum, uel ex parte, & ſic erit quando: uel ex loco, & ſic erit ubi: non conſiderato ordine partium in loco quo conſiderato, erit ſitus. Alio modo ut id a quo ſumitur, prædicamentum ſm aliquid ſit in ſubiecto, de quo prædicatur. Et ſi quidem ſm principium, ſic prædicatur ut agere. Nam actionis principium in ſubiecto eſt. Si uero ſm terminum, ſic prædicabitur ut in pati. Nam paſſio in ſubiectum patiens terminatur. Quia uero quædam prædicantur, in quibus manifeſte non apponitur hoc uerbum eſt, ne credatur quòd illæ prædicationes non pertineant ad prædicationem entis, ut cum dicitur homo ambulat, ideo conſequenter hoc remouet dicens, quòd in omnibus huiuſmodi prædicationibus ſignificatur aliquid eſſe. Verbum enim quodlibet reſoluitur in hoc uerbum eſt, & participium. Nihil enim differt dicere, homo conualeſcens eſt, & homo conualeſcit, & ſic de aliis. Vnde patet quòd quot modis prædicatio fit, tot modis ens dicitur. Nec eſt uerum ꝙ Auicen. dicit, ꝙ prædicata quæ ſunt in generibus accidentis principaliter ſignificant ſubſtantiam, & per poſterius accidens, ſicut hoc quod dico album & muſicum. (Cõtra Auicen.) B Nam album, ut in prædicamentis dicitur, ſolã qualitatem ſignificat. Hoc autem nomen album ſignificat ſubiectum ex conſequẽti, inquãtum ſignificat albedinem per modum accidentis. Vnde oportet ꝙ ex conſequenti includat in ſui ratione ſubiectum. Nam accidentis eſſe eſt ineſſe. Albedo enim & ſi ſignificet accidens, non tamen per modum accidẽtis, ſed per modum ſubſtantiæ. Vnde nullo modo conſignificat ſubiectum. Si enim principaliter ſignificaret ſubiectum, tunc prædicata accidentalia non ponerentur à Philoſopho ſub ente ſm ſe, ſed ſub ente ſm accidens. Nam hoc totum quòd eſt homo albus, eſt ens ſecundum accidens, ut dictum eſt. Deinde cum dicit.

Preterea ipſum eſſe uerum ſignificat, & non eſſe non uerum, ſed falſum tam in affirmatione q̃ in negatione: uelut Socrates muſicus eſt, hoc eſt pro- C pterea quod uerum eſt: aut Socrates albus non eſt hoc eſt etiam propterea quod uerũ eſt. At diametrum non eſſe incommenſurabilem lateri, non eſt, propterea ꝙ uerum non eſt ſed falſum.

(pan.4.) Amplius autem & eſſe ſignificat quia uerum, non eſſe, quia non uerum, ſed falſum. Similiter in affirmatione & negatiõe, ut quod eſt: Socrates muſicus, quia hoc uerum: aut quod non eſt, Socrates albus, quia uerum eſt. Hoc autem non eſt, Diameter incommenſurabilis, quia falſum.

(Hic primo accipit diuiſio entis ſm ens in aĩa & ens extra aĩam.) Ponit alium modum entis ſm quòd eſſe & eſt, ſignificant compoſitionem propoſitionis quam facit intellectus componens & diuidens. Vnde dicit, quòd eſſe ſignificat ueritatem rei. Vel ſicut alia tranſlatio melius habet { ꝙ eſſe ſignificat } quia aliquod dictum eſt uerum. Vnde ueritas propo- D ſitionis poteſt dici ueritas rei per cauſam. Nam ex eo ꝙ res eſt uel non eſt, oratio uera, uel falſa eſt. Cum enim dicimus aliquid eſſe, ſignificamus propoſitionem eſſe ueram. Et cum dicimus non eſſe, ſignificamus non eſſe ueram, & hoc ſiue in affirmando, ſiue in negando. In affirmando quidem ſicut dicimus quòd Socrates eſt albus, quia hoc uerum eſt. In negãdo uero ut, Socrat. non eſt albus, quia hoc eſt uerum, ſcilicet ipſum eſſe non album. Et ſimiliter dicimus ꝙ non eſt diameter incommenſurabilis lateri quadrati, quia hoc eſt falſum ſcilicet non eſſe ipſum non commenſurabilem. Sciendũ eſt autem ꝙ iſte ſecũdus modus comparatur ad primum, ſicut effectus ad cauſam. Ex hoc enim quòd aliquid in rerum natura eſt, ſequitur ueritas & falſitas in propoſitione, quam intellectus ſignificat per hoc uerbum Eſt, prout eſt uerbalis copula. Sed quia aliquid quod eſt in ſe non ens, intellectus cõſiderat ut quoddam ens, ſicut negationẽ & huiuſmodi, ideo quandoq; dicitur eſſe de aliquo hoc ſecundo modo, & non primo. Dicitur enim ꝙ cæcitas eſt ſecundo modo, ex eo ꝙ uera eſt propoſitio qua dicitur aliquid eſſe cæcum, non tamen dicitur ꝙ ſit primo modo uera. E Nam cæcitas non habet aliquod eſſe in rebus, ſed magis eſt priuatio alicuius eſſe. Accidit autem unicuiq; rei ꝙ aliquid de ipſa uère affirmetur intellectu uel uoce. Nam res non refertur ad ſcientiam, ſed econuerſo. Eſſe uero quod in ſui natura unaquæq; res habet, eſt ſubſtantiale. Et ideo cum dicitur Socrates eſt, ſi ille eſt, primo modo accipiatur, eſt de prædicato ſubſtantiali. Nam ens eſt ſuperius ad unumquodq; entium, ſicut animal ad hominem. Si autem accipiatur ſecundo modo, eſt de prædicato accidentali. Deinde cum dicit.

Inſuper ipſum eſſe & ens, partim id quod potentia, partim id quod eſt actu ſignificat. Nam & id quod potentia, & id quod actu uidet, uidens dicimus eſſe. Et ſcire ſimiliter, & id quod uti ſcientia poteſt, & id quod utitur: & item quieſcere, & id cui iam quies ineſt, & id quod quieſcere poteſt. Si- F militer & in ſubſtantiis dicere conſueuimus. Eteni Mercurium in lapide dicimus eſſe, & dimidium lineæ, & frumentum id eſſe, quod nondum maturũ euaſit. Quando autem quippiam dicendum eſt, & quando nondum dicendum eſt potentia eſſe, in aliis determinare oportet.

Amplius eſſe ſignificat & ens, hoc quidem poteſtate dicibili, illud uero actu. Horum enim dictorum terminorum eſſe dicimus, & quod poteſtate eſt dicibile terminorum, & quod eſt actu. Et ſcire ſimiliter, & potens uti ſcientia, & utens. Et quieſcens & cui iam ineſt quies, & potens quieſcere. Similiter autem & in ſubſtantiis. Et enim Mercuriũ in lapide dicimus eſſe, & medietatem lineæ, & frumentum nondum perfectum. Quando uero potens, & quando non, in aliis determinandum. (pan.5.)

Ponit diſtinctionem entis per actum & potentiam, dicẽs, G quòd ens & eſſe ſignificant aliquid dicibile uel effabile in potentia, uel dicibile in actu. In omnibus enim prædictis terminis quæ ſignificant decem prædicamenta, aliquid dicitur in actu, & aliqd in potẽtia. Et ex hoc accidit ꝙ unũquodq; ꝑdicamentũ ꝑ actũ & potentiã diuiditur. Et ſicut in rebus quæ extra animam ſunt, dicitur aliquid in actu & aliquid in potentia ita, in actibus animæ & priuationibus, quæ ſunt res rationis rantum Dicitur enim aliquis ſcire, quia poteſt uti ſcientia, & quia utitur: ſimiliter quieſcens, quia iam ineſt ei quieſcere, & quia poteſt quieſcere. Et non ſolum hoc eſt in accidentibus, ſed etiam in ſubſtantiis. { Etenim mercurium } idest imaginem Mercurii dicimus eſſe in lapide in potentia, & medium lineæ dicitor eſſe in linea in potentia. Quælibet enim pars continui eſt potentialiter in toto. Linea uero inter ſubſtantias ponitur ſm opinionem ponentium mathematica eſſe ſubſtantias, quam nondum reprobauerat. Frumentum etiã quãdo nondum eſt perfectum, ſicut quando eſt in herba, dicitur eſſe in potentia. Quando uero aliquid ſit in potentia, & quando nondum eſt in potentia, determinandum eſt in aliis H ſcilicet in nono huius. (Alia diuiſio entis ꝑ ſe.) (Vnũquodq; ꝑdicamentũ diuidit ꝑ actũ & potentiam.)

Lectio. X.

Subſtantiæ dicuntur & ſimplicia corpora: ut ignis, terra, & aqua, & quæ ſunt ſimilis generis. Et corpora omnino. Et ea quæ hiſce conſtant, animalia inquam & dæmonia, parteſque iſtorum. Atque hæc omnia propterea dicuntur ſubſtantiæ, ꝙ non de ſubiecto dicuntur, ſed de his cætera dici ſolent. (Te.cõ.14.)

SVbſtantia dicitur, & ſimplicia corpora: ut terra, & ignis, & aqua, & quæcunq; talia. Et uniuerſaliter corpora Et ex his conſtantia, & animalia, & dæmonia, & partes hominum. Hæc autem omnia dicuntur ſubſtantia, quia non de ſubiecto dicuntur, ſed de his alia. (Te.cõ.15. Partic.a.)

I HIC oſtendit quot modis dicitur ſubſtantia, & circa hoc duo facit. Primo ponit diuerſus modos ſubſtantiæ. Secundo reducit omnes ad duos. ibi { Accidit itaq; } Circa primum ponit quatuor modos, quorum primus eſt ſm q ſubſtantiæ particulares dicuntur ſubſtantiæ, ſicut ſimplicia corpora, ut terra, ignis & aq̃ & huiuſmodi. Et uniuerſaliter omnia corpora etiam ſi non ſint ſimplicia, ſicut mixta ſimilium partium, ut lapis, ſanguis, caro, & huiuſmodi. Et iterum animalia quæ conſtant ex huiuſmodi corporibus ſenſibilibus, & partes eorum, ut manus & pedes & huiuſmodi, { & dæmonia, } id eſt idola quæ in templis poſita colebantur pro diis. Vel dæmonia dicit quædam animalia rationabilia ſm Platonicos, quæ Apuleus ſic diffinit. Dæmones ſunt animalia corpore aerea, mente rationalia, animo paſſiua, tempore æterna. Hæc enim omnia prædicta dicuntur ſubſtantia, quia non dicuntur de alio ſubiecto, ſed alia dicuntur de his. Et hæc ē deſcriptio pmæ ſubæ in pdicamētis. Scdm modū ponit ibi.

Inſ. pt. 5. — Quid dæmō ſecūdū Apuleum.

K Alio modo id ſubſtantia dicitur, quod cauſa eſt eſſendi, ineſtq; in talibus quæ de ſubiecto non dicũtur: qualis eſt anima animalium.

parte. 2. Alio uero modo quodcunq; fuerit cauſa exiſtẽdi inexiſtens in talibus quæcunq; nõ dicuntur de ſubiecto, ut anima in animali.

Dicit q alio modo dicitur ſubſtantia quæ eſt cauſa eſſendi prædictis ſubſtantiis quæ non dicuntur de ſubiecto, non quidem extrinſeca ſicut efficiens, ſed intrinſeca eis, ut forma. Sicut dicitur aīa ſubſtantia aīalis. Deinde cum dicit.

Preterea partes quæ ſunt in talibus definientes, atq; hoc aliquid ſignificantes, quæ ſi tollantur tollitur totum: ut ſi tollatur planum, corpus (ut quidam inquiunt) tollitur: & ſi linea, planum. Atque omnino numerus quibuſdam talis eſſe uidetur. Si tollatur enim nihil inquiunt eſſe, & ipſum inſuper definire omnia inducunt.

parte. 3. L Amplius quæcunque particulæ exiſtentes ſunt in talibus terminantes, & hoc aliquid ſignificãtes, quibus deſtructis deſtruitur totum: ut ſuperficie corpus, (ut quidam dicunt) & ſuperficies linea. Et totaliter numerus uidetur quibuſdam eſſe talis. Nam deſtructo nihil eſſe, & terminare omnia.

Supple uī eis.

Ponit tertium modum ſm opinionem Platonicorum & Pythagoricorum dicens, q quæcunq; particulæ ſunt in prædictis ſubſtantiis, quæ ſunt termini earum, & ſignificant hoc aliquid ſm opinionem eorum, in quibus deſtructis deſtruitur totum, dicuntur etiam ſubſtãtiæ. Sicut ſuperficie deſtructa deſtruitur corpus, ut quidam dicunt, & deſtructa linea, deſtruitur ſuperficies. Patet etiam q ſuperficies eſt terminus corporis, & linea terminus ſuperficiei. Et ſm dictorum poſitionem, linea eſt pars ſuperficiei, & ſuperficies pars corporis. Ponebant enim corpora componi ex ſuperficiebus, & ſuperficies ex lineis, & lineas ex punctis. Vnde ſequebatur, q M punctum ſit ſubſtãtia lineæ, & linea ſuperficiei, & ſic de aliis. Numerus autem ſm hanc poſitionem uidetur eſſe ſubſtantia totaliter omnium rerum, quia remoto numero nihil remanet in rebus: quod enim non eſt unum, nihil eſt. Et ſimiliter quæ non ſunt plura, non ſunt. Numerus etiam inuenitur terminare omnia, eo q omnia menſurantur per numerum. Iſte autem modus non eſt uerus. Nam hoc quod communiter inuenitur in omnibus, & ſine quo res eſſe non poteſt, nõ oportet q ſit ſubſtantia rei, ſed poteſt eſſe aliqua proprietas conſequens rei ſubſtantiam uel principium ſubſtantiæ. Prouenit etiam eis error ſpecialiter quantum ad unum & numerum, eo q non diſtinguebant inter unum quod conuertitur cũ ente, & unū q ē pncipiū numeri. Quartū modū ponit ibi.

Opinio platonicorum & Pythagoricorū de ſubã terum. — Reprobatio pdicta rū opinionum.

Præterea quidditas, ratio cuius eſt diffinitio, & hęc cuiuſq; ſubſtantia dicitur.

parte. 4. Amplius quod quid erat eſſe, cuius ratio eſt diffinitio, & hæc ſubſtantia uidetur uniuſcuiuſq;.

Dicit q etiam quidditas rei quam ſignificat diffinitio dicitur ſubſtantia uniuſcuiuſq;. Hæc autem quidditas ſiue rei eſſentia, cuius diffinitio eſt ratio, differt à forma quam dixit eſſe ſubſtantiam in ſecundo modo, ſicut differt humanitas ab anima. Nam forma eſt pars eſſentiæ uel quidditatis rei. Ipſa autem quidditas uel eſſentia rei includit omnia eſſentialia principia. Et ideo genus & ſpecies dicuntur eſſe ſubſtantia eorum de quibus prædicantur, hoc ultimo modo. Nam genus & ſpecies non ſignificant tantum formam, ſed totam rei eſſentiam. Deinde cum dicit. N

Fit igitur ut ſubſtantia modis duobus dicatur, ipſum inquam ſubiectum ultimum, quod non ulterius de alio dicitur: & id quod hoc aliquid ac ſeparabile ē. Tale aūt eſt uniuſcuiuſq; ſpēs, atq; ſorma.

Accidit itaq; ſm duos modos ſubſtantiam dici, ſubiectum ultimum, quod non adhuc de alio dr: & quodcunq; hoc aliquid ens, & ſeparabile fuerit. Tale uero uniuſcuiuſq; forma & ſpecies. parte. 5. O

Reducit dictos modos ſubſtantiæ ad duos dicens, q ex prædictis modis conſiderari poteſt q ſubſtantia duobus modis dicitur, quorum unus eſt ſm q ſubſtantia dicitur id qd ultimo ſubiicitur in propoſitionibus, ita q de alio non prædicetur, ſicut ſubſtantia prima. Et hoc eſt quod eſt hoc aliquid, quaſi per ſe ſubſiſtens, & quod eſt ſeparabile, quia eſt ab omnibus diſtinctum, & non communicabile multis. Et quantum ad hæc tria differt ſubſtantia particularis ab uniuerſali. Primo quidem, quia ſubſtantia particularis non prædicatur de aliquo inferiori, ſicut uniuerſalis. Secundo quia ſubſtantia uniuerſalis non ſubſiſtit niſi ratione ſingularis, quæ per ſe ſubſiſtit. Tertio quia ſubſtantia uniuerſalis eſt in multis, non autē ſingularis, ſed eſt ab omnibus ſeparabilis & diſtincta. Sed etiā forma & ſpecies uniuſcuiuſq; rei, { dicitur tale } id eſt ſubſtātia. In quo includit & ſecundum & quartum modum. Eſſentia enim & forma in hoc conueniunt q ſm utrunq; dicitur eſſe illud quod aliquid eſt. Sed forma refertur ad materiam quam facit eſſe in actu, quidditas autem refertur ad ſuppoſitum quod ſignificatur ut habens talem eſſentiam. Vnde ſub uno comprehenduntur { forma & ſpecies } id eſt ſub eſſentia rei. Tertium autem modum prætermittit, quia falſus eſt uel quia reducibilis eſt ad formam quæ habet rationem termini. Materia uero quæ ſubſtantia dicitur, prætermittit, quia non eſt ſubſtantia in actu. Includitur tamen in primo modo, quia ſubſtantia particularis non habet q ſit ſubſtantia, & q ſit indiuidua in rebus materialibus, niſi ex materia. Lect. XI.

In tribus differt ſubſtantia particularis ab uniuerſali. — P

Eadem alia per accidens dicũtur, alia per ſe. Per accidens, ut album & muſicum, propterea quod utrunq; eidem accidit, & homo & muſicum, ex eo ſane quia alterum alteri accidit. Muſicum item & homo, quia muſicum homini accidit. Hoc autem idem quod utrunq;, & horum utrũq; idem quod illud dicitur. Nam & muſicum idem quod homo muſicus, & hoc idem quod illa dicitur. Quapropter hæc omnia uniuerſaliter non dicuntur. Non enim uere dicere licet omnem hominem & muſicũ idem eſſe. Vniuerſalia nanq; per ſe rebus inſunt, accidentia non per ſe, ſed in ſingularibus ſimpliciter dici ſolent. Socrates enim ac Socrates muſicus idem eſſe uidetur. Socrates enim non de pluribus dicitur. Idcirco non ut omnis homo dicitur, ſic & Socrates dicitur omnis. Q

EAdem dicũtur, ſm accidens quidem: ut albũ & muſicũ idem, quia eidem accidunt. Et homo & muſicũ, quia alterũ alteri accidit. Sed et muſicũ homo, quia muſicum homini accidit. Et utriq; hoc. Et horum utrunq; illi. Etenim homini muſico, & homo & muſicus idem dicitur, & his illud. Quapropter & omnia ea uniuerſaliter non dicuntur. Non enim uerũ dicere, quia omnis hõ idē & muſicum. Nam ulia ſm ſe exiſtunt, & accidentia

T ſine cõ. ſj notabilis. parte. 1.

non

A non ſecundum ſe, ſed in ſingularibus ſimpliciter dicuntur. Idem enim uidetur Socrat. muſicus, & Socrat. eſſe: Nam Socrat. non in multis. Quapropter non omnis Socrat. dicitur, quemadmodum omnis homo. Et hæc quidem ſic dicuntur eadem.

POSTQVAM Philoſophus diſtinxit nomina quæ ſignificant ſubiectum huius ſcientiæ, hic diſtinguit nomina quæ ſignificant partes eorum quæ ſunt ſubiecta huius ſcientiæ, & diuiditur in partes duas. In prima diſtinguit nomina quæ ſignificant partes unius. In ſecunda nomina quæ ſignificant partes entis, & hoc ibi { Poteſtas dicitur. } Subſtãtia enim quæ etiam poſita eſt ſubiectum huius ſcientiæ, eſt unum ſolum prædicamentum non diuiſum in multa prædicamenta. Prima diuiditur in duas. Primo diſtinguit nomina quæ ſignificant partes unius. In ſecunda nomina quæ ſignificant aliquod conſequens ad rationem unius ſcilicet prius & poſterius. Nam unum eſſe, eſt principium eſſe, ut ſupra dictũ eſt, & hoc ibi { Priora & poſteriora dicuntur. } Prima diui-
B ditur in duas. In prima diſtinguit nomina quæ ſignificant primas partes unius & eius oppoſiti ſcilicet multitudinis. In ſecunda diſtinguit nomina quæ ſignificant quaſdam ſecundarias partes. ibi { Oppoſita dicuntur. } Partes autem unius ſunt idem, quod eſt unum in ſubſtantia: & ſimile, q̃d eſt unũ in qualitate: & æquale, quod eſt unum in quantitate Et econtrario partes multitudinis ſunt diuerſum, diſſimile, & inæquale. Circa primum duo facit. Primo diſtinguit hoc nomen, idẽ & ea quæ ei opponuntur. Secundo diſtinguit hoc nomen ſimile, & diſſimile oppoſitum eius. ibi { Similia dicuntur. } De æquali autem, & eius oppoſito, mentionem hic non facit quia in eis multiplicitas non eſt ita manifeſta. Circa primum tria facit. Primo diſtinguit hoc nomen idem. Secũdo hoc nomen diuerſum ibi. { Diuerſa uero dicũtur. } Tertio hoc nomen differens. ibi { Differẽtia uero. } Circa primum duo facit. Primo, ponit modos eiuſdem per accidens, ſecundo eiuſdem per ſe. ibi { Alia uero ſm ſe, } Dicit ergo q̃ aliqua dicũtur eadem per accidens tribus modis. Vno modo ſicut duo
C accidẽtia, ut album & muſicum dicuntur idem, quia accidũt eidem ſubiecto. Secundo modo quando prædicatum dicitur idem ſubiecto inquantum de eo prædicatur, ut cum dicitur homo eſt muſicus, quæ dicuntur idem, quia accidit { muſicũ homini } idest prædicatum ſubiecto. Tertio modo dicuntur idem per accidens, quando ſubiectum dicitur eſſe idem accidenti quaſi de eo prædicatum, ut cum dicitur muſicus eſt homo, ſignificatur q̃ homo ſit idem muſico: Quod enim prædicatur de aliquo, ſignificatur idem eſſe illi. Et hæc ratio identitatis eſt, quia ſubiectum accidit prædicato. Præter hos autẽ modos eiuſdem per accidens, in quibus ſumitur accidẽs per ſe & ſubiectum per ſe, ſunt alii modi in quibus accipitur accidens cum ſubiecto compoſitum. Et in hoc uariantur duo modi, quorum unus ſignificatur quando accidens ſimpliciter prædicatur de compoſito ex accidente & ſubiecto. Et tunc ſignificatur hoc. ſ. accidens eſſe idem utriq; ſimul accepto, ſicut muſico homini, muſicum. Alius modus ſignificatur quando cõpoſitum prædicatur de ſubiecto ſimplici, ut cum dicitur, ho-
D mo eſt homo muſicus. Tunc enim { illi } ideſt ſubiecto ſimplici ſignificatur eſſe idem horum utrunq; ſimul acceptum ſcilicet hoc quod dicitur homo muſicus Et ſimilis ratio eſt ſi accidens accipitur ut ſimplex, & ſubiectum cum compoſitione, ut ſi dicamus, muſicus eſt homo muſicus: aut econuerſo, quia & homini muſico, quod eſt compoſitum, dicuntur idẽ per accidens & homo & muſicum, quando hæc duo de illo prædicãtur & econuerſo. Ex hoc autem concludit ulterius conclusionem q̃ in omnibus prædictis modis prædicandi, in quibus idem per accidens prædicatur, non prædicatur aliq̃d nomen uniuerſaliter. Non enim eſt uerum dicere q̃ omnis homo ſit idem muſico, quod ſic patet. Ea enim ſola de uniuerſalibus prædicantur uniuerſaliter, quæ ſm ſe inſunt eidem. Propter hoc enim modos prædicandi qui eſt uniuerſaliter prædicari, conuenit cum conditione ſubiecti quod eſt uniuerſale, quia prædicatum, per ſe de ſubiecto prædicatur. Sed accidentia non prædicantur ſm ſe de uniuerſalibus, ſed ratione

ſingularium. Et ideo de uniuerſalibus non prædicantur uniuerſaliter. Sed de ſingularibus prædicantur ſimpliciter, quia idem uidetur eſſe ſubiecto Socrat. & Socrat. muſicus, non tamen prædicantur de ſingulari uniuerſaliter, quia de nullo poteſt prædicari aliquid uniuerſaliter quod non eſt uniuerſale. Socrat. autem non eſt uniuerſale Nam non eſt in multis. Et ideo non prædicatur uniuerſaliter aliquid de Socrate ut dicatur, omnis Socrat. ſicut omnis homo. Igitur quæ diximus ſic dicuntur eadem ſcilicet per accidens, ut dictum eſt. Deinde cum dicit. E

Per ſe uero eadem dicuntur, perinde atq; ipſum etiam unum. Nam ea quorum materies una eſt, aut ſpecie, aut numero, eadem dici ſolent: & ea ſimiliter quorum eſt ſubſtantia una. Quare patet ipſam identitatem, unitatem eſſendi quandam eſſe, aut plurium, aut cum quiſpiam uno uti pluribus utitur, ueluti cum quippiam idem quod ipſum eſſe dicit. Nam tunc uti duobus utitur ipſo. F

Alia uero ſecũdum ſe quemadmodum & unũ. Etenim quorum materia una aut ſpecie aut numero, eadem dicuntur, & quorum ſubſtantia una. Quare palam quia identitas unio quædam eſt plurium eſſendi, aut quando utitur uno ut pluribus, ueluti quando dicit idem eidem idem. Nam ut duobus utitur eodem.

Ponit modos eiuſdem per ſe, & dicit, q̃ aliqua dicuntur eadem ſm ſe eiſdem modis quibus dicitur unum per ſe. Omnes enim modi quibus aliqua unum per ſe dicuntur reducuntur ad duos, quorum unus eſt ſm q̃ dicuntur unum illa quorum materia eſt una, ſiue accipiamus, materiam eandem ſm ſpeciem, ſiue ſm numerum, ad quod pertinet ſecũdus & tertius modus unius. Alio modo dicuntur unum quorum ſubſtantia eſt una, uel ratione continuitatis, quod pertinet ad primum modum, uel propter unitatem & indiuiſibilitatem rationis, quod pertinet ad quartum & quintum. Vnde & his modis dicuntur aliqua eſſe idem. Ex hoc autem ulterius concludit q̃ identitas eſt unitas uel unio, aut ex eo q̃ illa quæ dicuntur idem ſunt plura ſm eſſe, & tamen dicuntur idem inquantum in aliquo uno conueniunt. Aut quia ſunt unum ſm eſſe, ſed intellectus utitur eo ut pluribus ad hoc q̃ relationẽ intelligat. Nam non poteſt intelligi relatio niſi inter duo extrema. Sicut cum dicitur aliquid eſſe idem ſibiipſi. Tunc. n. intellectus utitur eo quod eſt unũ ſm rem, ut duobus. Alias eiuſdem ad ſeipſum relationem deſignare non poſſet. Vnde patet q̃ ſi relatio ſemper requirit duo extrema, & in huiuſmodi relationibus non ſunt duo extrema ſm rem, ſed ſm intellectum ſolum, relatio identitatis non erit relatio realis, ſed rationis tantum, ſm q̃ aliquid dicitur idem ſimpliciter. Secus autem eſt quando aliqua duo dicuntur eſſe idem uel genere uel ſpecie. Si enim identitatis relatio eſſet res aliqua præter illud quod dicitur idem, res etiam quæ relatio eſt, cum ſit idem ſibi, pari ratione haberet aliam relationem quæ ſibi eſſet idem, & ſic in infinitum Non eſt autem poſſibile in rebus in infinitum procedere. Sed in his quæ ſunt ſm intellectum nihil prohibet. Nam cum intellectus reflectatur ſuper ſuum actum, intelligit ſe intelligere. Et hoc ipſum poteſt etiam intelligere, & ſic in infinitum. G H

Lectio. XII.

Diuerſa dicuntur ea quorum aut ſpecies ſunt plures, aut materies', aut ſubſtantiæ ratio, atque omnino diuerſum ipſum oppoſito modo eidem dicitur.

Diuerſa uero dicuntur quorum aut ſpecies plures, aut materia, aut ratio ſubſtantiæ: & omnino oppoſite eidem dicitur diuerſum.

HIC oſtendit quot modis dicitur diuerſum, & dicit q̃ diuerſa dicuntur aliqua tripliciter. Dicuntur enim aliqua diuerſa ſpecie, quorũ ſpecies ſunt plures, ſicut aſinus & bos. Quædam uero dicuntur diuerſa numero, quia differunt ſm

I materiam,ſicut duo indiuidua unius ſpeciei. Quædam uero dicuntur diuerſa ſm { rationem ſubſtãtiæ } ideſt ſm diffinitionem declarantem ſubſtãtiam rei. Contingit enim quædã eſſe idem numero ſcilicet ſubiecti, ſed diuerſa ratione, ſicut Socrates & hoc album. Et quia plures modi diuerſitatis accipi poſſunt, ſicut q dicatur diuerſum genere, & diuerſum propter continui diuiſionem, ideo ſubiungit q diuerſum dicitur oppoſitum totaliter ad idem. Cuilibet enim modo eius quod eſt idem, opponitur aliquis modus eius quod eſt diuerſum Et propter hoc quot modis dicitur idem, tot modis dicitur diuerſum. Et tamen alii modi unius, uel eius quod eſt idem, poſſunt reduci ad iſtos hic tactos, Diuerſitas.n. generis includitur in diuerſitate ſpeciei. Diuerſitas uero continuitatis in diuerſitate materiæ, eo q partes quantitatis ſe habent per modum materiæ ad totum. Deinde cum dicit.

Differentia uero dicuntur ea quę diuerſa ſunt & ſi aliquo modo eadem ſunt, modo non ſint eadẽ numero, ſed aut genere, aut ſpecie, aut ſimilitudine rationis. Inſuper ea quorum genus diuerſum eſt, & ipſa contraria, atque ea quę diuerſitatem in ſubſtantia habent.

Par.2. Oia q differũt cõueniunt. Differentia uero dicuntur quęcunque diuerſa ſunt, idem aliquid entia: & non ſolum in numero, ſed ſpecie, aut genere, aut proportione. Amplius quorum diuerſum genus. Et contraria quęcunq;
K habent in ſubſtantia diuerſitatem.

Hic diſtinguit quot modis dicitur hoc nomen differens. Aſſignat autem duos modos, quorum primus eſt q aliquid proprie dicitur differens ſm q aliqua duo quæ ſunt { aliquid idem entia, } ideſt in aliquo uno conuenientia, ſunt diuerſa, ſiue conueniant in aliquo uno ſm numerum, ſicut Socrat. ſedens a Socrat. non ſedente: ſiue conueniant in aliquo uno ſpecie, ſicut Socrat. & Plato in homine: ſiue in aliquo uno genere, ſicut homo & aſinus in animali: ſiue in aliquo uno
L ſm proportionem, ſicut quantitas & qualitas in ente. Ex quo patet q differens omne eſt diuerſum, ſed non conuertitur. Nam illa diuerſa quæ in nullo conueniunt non poſſunt proprie dici differentia, quia non differunt aliquo alio, ſed ſeipſis. Differens autem dicitur q aliquo alio differt. Secundus modus eſt prout differens communiter ſumitur pro diuerſo, & ſic differentia dicuntur etiam illa quæ habent diuerſum genus, & in nullo communicant. Docet autem quibus conueniat eſſe differens ſm primum modum qui eſt proprius. Cũ enim oporteat ea, quæ proprie dicuntur differentia in uno aliquo conuenire, ea uero quæ conueniunt in ſpecie non diſtinguuntur niſi per accidentales differentias, ut Socrat. albus uel iuſtus. Plato niger uel muſicus. Quæ uero conueniunt in genere & ſunt diuerſa ſm ſpeciem, differunt differẽtiis ſubſtantialibus, illa propriiſſime dicuntur differentia, quæ ſunt eadem genere & diuerſa ſecundum ſpeciem. Omne autem genus diuiditur in contrarias differentias. Non au-
M tem omne genus diuiditur in cõtrarias ſpecies. Coloris enim ſpecies ſunt contrariæ ſcilicet album, nigrum: & differentiæ etiam ſcilicet congregatiuum & diſgregatiuum. Animalis autem differentiæ quidem ſunt contrariæ ſcilicet rationale & irrationale, ſed ſpecies animalis, ut homo & equus &c. non ſunt contrariæ. Illa igitur quæ propriiſſime dicuntur differentia, ſunt quæ uel ſunt ſpecies contrariæ, ſicut album & nigrum: uel ſunt ſpecies unius generis non contrariæ, ſed habẽtia contrarietatem in ſubſtantia ratione contrarii dñiarum, quæ ſunt de ſubſtantia ſpecierum. Deinde cum dicit.

Similia dicuntur ea quę ſunt eodem affecta, & ea ſunt pluribus eiuſdem, aut diuerſis affecta, & quorum qualitas una eſt.

parte.3. Similia dicuntur quę idem ſunt paſſa. Et plura idem patientia aut diuerſa. Et quorũ qualitas una.

Oſtendit quot modis dicitur ſimile. Circa hoc autem duo
N facit. Nam primo aſſignat quod modis dicitur ſimile. Secundo quot modis dicitur diſſimile. ibi { Oppoſite uero. } Circa primum duo facit. Primo oſtendit quot modis dicitur ſimile. Secundo quomodo dicatur aliquid maxime ſimile. ibi { Et ſm quæ alterari. } Ponit autem tres modos ſimilitudinis. Conſtat enim q unum in qualitate facit ſimile. Paſſio autem eſt affinis qualitati, eo q præcipue paſſio in mutatione qualitatis quæ eſt alteratio, attenditur. Vnde & quædam ſpecies qualitatis eſt paſſio & paſſibilis qualitas. Et propter hoc ſimilitudo non ſolum attenditur ſm conuenientiam in qualitate, ſed ſm conuenientiam in paſſione. Quod quidem poteſt eſſe dupliciter, aut ex parte paſſionis, aut ex parte eius ad quod paſſio terminatur. Sic igitur tripliciter aliqua ſunt ſimilia. Vno modo quia patiuntur idem, ſicut duo ligna quæ comburuntur, poſſunt dici ſimilia. Alio modo ex hoc ſolo q patiuntur aliqua plura, ſimilia dicuntur, ſiue patiantur idem, ſiue diuerſa, ſicut duo homines, quorum unus fuſtigatur, & alter incarceratur, dicuntur ſimiles in patiendo. Tertio modo dicuntur ſimilia, quorum una eſt qualitas, ſicut duo albi, O
& duo ſydera in cœlo habentia ſimilem ſplendorem aut uirtutem. Deinde cum dicit.

Infra parte 4. ſt. par. 4. ſu. — Tripli aliq dic ſimilia

Et id inſuper quod ex hiſce contrariis habet plura aut pręcipua quibus alterari poteſt, hoc pacto ſimile dicitur. His oppoſito modo diſſimilia dici ſolent.

Et ſecundum quę alterari contingit horum cõtrariorum, quod plura habet, aut magis propriũ hoc eſt ſimile. Oppoſite uero ſimilibus, diſſimilia. Parte 4.

Oſtendit unde aliquid maxime dicatur ſimile. Quando enim ſunt pluses contrarietates ſm quas attenditur alteratio, illud quod ſm plures illarum contrarietatum eſt alicui ſimile dicitur magis proprie ſimile. Sicut allium quod eſt calidum & ſiccum dicitur magis proprie ſimile igni, quàm zuccharum q eſt calidum & humidum. Et idem eſt inter duo, quorum utrunq eſt ſimile alicui tertio ſecũdum unam qualitatem tantum, illud quod eſt ſimile ſecundum qualitatem P
magis ſibi propriam, magis proprie dicitur ſimile ei, ſicut aer magis proprie ſimilis eſt igni, quàm terra. Aer enim aſſimilatur igni in calore quæ eſt qualitas ſibi propria, magis quàm ſiccitas in qua aſſimilatur ſibi terra. Cõſequenter dicit, q diſſimilia dicuntur per oppoſitum ad ſimilia. Deinde cum dicit.

Oppoſita dicuntur contradictoria, contraria, relatiua, & priuatio atq; habitus.

Oppoſita dicũtur contraria, contradictio, & ad aliquid, & priuatio, & habitus. par. 5.

Hic diſtinguit ſecundarias partes pluralitatis, quæ ſcilicet continentur ſub differenti & diuerſo, quæ ſunt partes primæ & circa hoc tria facit. Primo oſtendit quot modis dicuntur oppoſita. Secundo quot modis dicuntur contraria, ibi: { Contraria dicuntur. } Tertio quot modis dicuntur diuerſa ſpecie, ibi: { Diuerſa uero ſpecie. } Circa primum duo facit. Primo enim dicit quot modis dicuntur oppoſita, quia quatuor modis ſcilicet contradictoria, contraria, priuatio & habitus, & ad aliquid. Aliquid enim contraponitur alteri uel opponitur aut ratione dependentiæ qua dependet ab ipſo, Q
& ſic ſunt oppoſita relatiue. Aut ratione remotionis, quia ſcilicet unum remouet alterum. Quod quidem contingit tripliciter. Aut enim totaliter remouet nihil relinquens, & ſic eſt negatio. Aut relinquit ſubiectum ſolum, & ſic eſt priuatio. Aut relinquit ſubiectum & genus. & ſic eſt contrarium. Nam contraria non ſunt ſolum in eodem ſubiecto, ſed etiam in eodem genere. Secundo ibi.

Infra p. 7. Infra p. 10 Modi oppõnis quatuor Prædica. vel modorũ ſufficiẽtia.

Et ea ex quibus & in quę ultima generationes corruptioneſque proficiſcuntur, & quę ſimul ad eſſe ſuſceptiuo, utrorumque non poteſt, ea opponi dicuntur, aut ipſa, aut ea ex quibus ſunt ipſa. Fuſcum.n.& album ſimul eidem nõ ſunt. Quapp & ea ex quibus ſunt ipſa media, bis opponuntur.

Et ex

A
part 6.

Et ex quibus & in quæ ultima, ut generationes & corruptiones. Et quęcunq; non contingunt ſimul adeſſe amborum ſuſceptibili, ea opponi dicuntur, aut ea ex quibus ſunt. Nam pallidum & album ſimul eidem non inſunt. Vnde ex quibus ſunt hęc opponuntur.

Alia d. bis opponunt.

Ponit duos modos ſm quos poteſt cognoſci quòd aliqua ſunt oppoſita, quorum primus eſt per comparationem ad motum. Nam in quolibet motu uel mutatione, terminus à quo, opponitur termino ad quem. Et ideo ex quibus eſt motus, & in quæ eſt motus, ſuot oppoſita, ut patet in generationibus. Nam generatio albi eſt ex non albo, & ignis ex non igne. Secundo modo per comparationem ad ſubiectum. Nã illa quæ non poſſunt ineſſe ſimul eidem ſ. ſceptibili, oportet ꝙ adinuicem opponantur, uel ipſa, uel ea ex quibus ſunt. Noo enim poteſt idem corpus ſimul eſſe album & nigrum, quia ſunt contraria. Homo uero & aſinus non poſſunt dr eodem diei, quia habẽt in ſuis rationibus differentias oppoſitas ſcilicet rationale & irrationale. Et ſimiliter pallidum & albũ, quia pallidum componitur ex nigro, quod eſt oppoſitum al-
B
bo. Et notandum ꝙ ſignanter dicit eidem ſuſceptibili, quia quædam non poſſunt alicui eidem ſubiecto ſimul eſſe, non propter oppoſitionem quam habeant adinuicem, ſed quia ſubiectum non eſt ſuſceptibile utriuſq;, ſicut albedo & muſica non poſſunt ſimul ineſſe aſino, poſſunt autem ſimul ineſſe homini.

Contraria dicuntur ea, quæ differentia genere ſimul eidem ineſſe non poſſunt. Et ea quæ inter ſeſe plurimum eorum omnium differunt quæ in eodem genere collocantur. Et item ea quæ inter ſeſe plurimum eorum omnium differunt, quæ in eodem ſuſceptiuo ſuſcipi poſſunt. Et ea etiam quæ inter ſeſe plurimum eorum omnium differunt, quæ ſub eandem potentiam cadunt. Et ea inſuper
C
quę maxime, aut ſimpliciter, aut genere, aut ſpecie differunt.

Parte .7.

Contraria dicuntur quæ non poſſunt ſimul adeſſe eidem differentium ſecundum genus. Et quæ plurimum differunt, eorum quæ ſunt in eodem genere. Et quæ plurimum differunt, eorum quæ ſunt in eodem ſuſceptibili. Et quę plurimum differunt, eorum quæ ſub eadẽ poteſtate. Et quorum differentia maxima aut ſimpliciter, aut ſecundum genus, aut ſecundnm ſpeciem.

Hic oſtendit quot modis contraria dicuntur, & circa hoc tria facit. Qoorum primum eſt, ꝙ aſſignat modos quibus aliqua principaliter dicuntur contraria, inter quos ponit unum primum improprium ſcilicet ꝙ aliqua dicuntur contraria quæ non poſſunt ſimol adeſſe eidem, licet differant ſm genos. Proprie enim contraria ſunt quæ ſunt unius generis, ſicut ſi diceretur ꝙ grauitas & motus circularis non ſunt in eodem ſubiecto. Alium modum ponit proprium ſecundũ
D
In tribus contraria conueniũt.
ꝙ contraria dicuntur in aliquo conuenientia. Conoeniunt enim contraria in tribus ſcilicet in eodem genere, & in eodem ſubiecto, & in eadem poteſtate. Et ideo notificat ſm iſta tria illa quæ ſunt uere contraria dicens, ꝙ illa quæ plorimum differunt eorum quæ ſunt in eodem genere dicuntur contraria, ſicut album & nigrum in genere coloris. Et iterum illa quæ plorimum differunt in eodem ſuſceptibili exiſtentia, ſicut ſanum & ægrum in animali. Et iterum quæ plurimum differunt in eadem poteſtate contenta, ſicut congruũ & incongruum in grammatica. Poteſtates enim rationabiles ad oppoſita ſunt. Dicit autem {plurimum} ad differentiam mediorum inter contraria, quæ etiam conueniunt in eodem genere, ſubiecto, & poteſtate, non tamen ſunt plurimum differentia. Vnde ſubiungit uniuerſalem rationem, ſm quam aliqua dicuntur contraria, quia ſcilicet eorum differentia eſt maxima, uel ſimpliciter, uel in eodem genere, uel in eadem ſpecie. Simpliciter quidem ſicut in motu locali extrema ſunt maxime diſtantia, ſicut punctus orientis & occidentis quæ ſunt extrema diametri totius orbis. In eodẽ genere ſicut ſpecificæ differentiæ quæ diuidunt genus. In eadem ſpecie ſicut accidentales differentiæ contrariæ, per quæ differunt indiuidua eiuſdem ſpeciei. Secundum ponit ibi.

Hic locũ ... An. ... impugnat uidere po... tes in .viij. ... B
(marginal note, partly illegible: "Hic locu(m) ... Auer. An. ... impugnat uidere potes in .viij. defen.")

Cætera uero dicuntur contraria, tum quia talia habent, tum quia ſunt talium ſuſceptiua, tum quia aut talibus afficere, aut affici poſſunt, aut afficiunt, aut afficiuntur, aut ſubiectiones ſunt talium, aut acceptiones, aut habitus, aut priuationes.

parte. 8.

Alia uero contraria dicuntur, hæc quidem taliũ habitu, alia talium ſuſceptione, alia exiſtendo aut actiua aut paſſiua talium, alia agentia, alia patiẽtia, aut expulſiones, aut acceptiones, aut habitus, aut priuationes talium.

Et oſtendit qualiter aliqua ſecundario modo dicuntur contraria, propter hoc ꝙ habent habitudinem ad ea quæ principaliter ſunt contraria ſcilicet quia uel habent contra-
F
ria in actu, ſicut ignis & aqua dicuntur contraria, quia alterũ eſt calidum & alterum frigidum. Vel quia ſunt ſuſceptibilia contrariorum in potentia, ſicut ſanatiuum & ægrotatiuum. Vel quia ſunt actiua uel paſſiua contrariorum in potentia, ut calefactiuum & infrigidatiuum, calefactibile & infrigidabile. Vel quia ſunt contrariorum agentia & patientia in actu ſicut calefaciens & infrigidans, calefactum & infrigidatum. Vel quia ſunt expulſiones, ſiue abiectiones, ſiue acceptiones contrariorum, uel etiam habitus aut priuationes eorum. Nam priuatio albi oppoſita eſt priuationi nigri, ſicut habitus habitui. Patet ergo ꝙ tangit triplicem habitudinem circa contraria Vna quæ eſt ſubiecti in actu uel in potentia. Alia quæ eſt actiui & paſſiui in actu & potentia. Tertia quæ eſt generationis & corruptionis uel ſm ſe, uel quantum ad eorũ terminos qui ſunt habitus & priuatio. Tertiom ponit ibi.

Cum autem ipſum unum & id quod eſt, multis modis dicantur, & cętera quæ per ipſa dicuntur
G
ſequatur neceſſe eſt. Quare & idem, & diuerſum, atq; contrarium ita ſeſe habent, ut aliud ſit atque aliud in unoquoq; prędicamento.

parte. 9.

Sed quoniam eius & unum multipliciter dicũtur, ſequi eſt neceſſe, & alia quęcunque ſecundum ea dicuntur. Quare idem, & diuerſum, & contrariũ, eſt diuerſum ſecũdũ unamquãq; categoriã.

Et oſtendit qua de cauſa prædicta dicuntur moltipliciter. Quia enim unum & ens dicuntur moltipliciter, oportet ꝙ ea quæ dicuntur ſm ea, moltipliciter dicantur, ſicut idem & diuerſum quæ conſequuntur unum & molta, & contrarium quod ſub dioerſo continetur. Et ita oportet ꝙ diuerſum diuidatur ſm decem prædicamenta, ſicut ens & unum.

Diuerſa uero ſpecie dicuntur, & quæ ſub eodẽ genere collocata, non ita ſeſe habent ut alterum ſub altero collocetur. Et quæ ſub eodem genere
H
collocata differentiam habent. Et quæ contrarietatem in ſubſtantia habent, & ipſa contraria diuerſa ſunt ſpecie, aut omnia, aut ea quæ primo dicũtur. Diuerſa ſpecie ſunt & ea quorum in generis ultima ſpecie diuerſæ ſunt ratiões: ut homo & equus, quæ genere quidem ſunt indiuidua, at ratiões habent diuerſas. Et quę in eadem ſubſtantia ſunt, & differentiam habent. Eadem uero ſunt ſpecie, quæ his oppoſito modo dicuntur.

Parte 10.
Alia 3. ſub inuicem.

Diuerſa uero ſpecie dicuntur quæcunq; eiuſdẽ generis exiſtentia non ſunt ſubalterna. Et quæcũq; ſub eodem genere exiſtentia differentiam habent. Et quæcunq; in ſubſtantia contrarietatẽ habent. Contraria .n. diuerſa ſunt ſpecie ab inuicẽ, aut oĩa, aut dicta primum. Et quorumcunq; in finali gene

I ris ſpecie rationes diuerſæ, ut homo & equus indiuidua genere, & rationes eorum diuerſæ. Et quæcunq; in eadem ſubſtantia differentiam habent. Eadem uero ſpecie oppoſite his dicta,

Diuerſa ſpẽ quinq; modis.

Hic oſtendit quot modis dicantur aliqua diuerſa ſpecie, & ponit quinq; modos, quorum primus eſt, qñ aliqua ſunt in eodem genere & non ſunt ſubalterna, ſicut ſcientia & albedo ſub qualitate, licet non contra ſe diuidantur oppoſitis differentiis. Secundus eſt quando ſunt in eodem genere, & diuiduntur contra inuicem per aliquam differentiam, ſiue differentiæ ſint contrariæ, ſiue non, ubi bipes & quadrupes. Tertius modus eſt quando ſua ſubiecta habent contrarietatem, utpote quæ diuiduntur per differentias contrarias, ſiue ipſa ſint contraria, ut album & nigrum, quæ diuiduntur per cõgregatiuum & diſgregatiuum: ſiue non, ut homo & aſinus, q̃ diuiduntur per rationale & irrationale. Cõtraria enim oportet eſſe diuerſa ſpecie, uel omnia, uel illa quæ principaliter
K dicuntur eſſe contraria. Quartus modus eſt quando ſunt diuerſæ ſpecies ultimæ, eædemq; ſpecialiſſimæ in aliquo genere, ut homo & equus. Magis enim proprie dicuntur ſpecie differre, quæ ſolum ſpecie differunt, q̃ quæ ſpecie & genere. Quintus modus eſt quando aliqua accidentia ſunt in eodem ſubiecto, & tamen differunt adinuicem, eo quod impoſſibile eſt plura accidentia unius ſpeciei in eodem ſubiecto eſſe. Eadẽ uero ſpecie dicuntur per oppoſitum ad prædicta. Lec. XIII.

Priora poſterioraue quædam ex eo dicuntur, quia quippiam primum in unoquoq; genere atq; principium eſt. Id enim eſt prius quod eſt propinquius cuidam primo, aut ſimpliciter naturaue, aut ad aliquid, aut loco, aut ab aliquibus iam definito.

Te.cõ.16. Parte.I.

PRiora & poſteriora dicuntur, quædam quidẽ tanquam exiſtente aliquo primo & principio in ſingulo genere, quod propinquius principio aliquo determinato, aut ſimpliciter & natura,
L aut ad aliquid, aut ad ubi, aut ab aliquibus.

Te.cõ.12. Parte ſeq. hui⁹ lect. Hic Mauritius carpit Tho. uerbis ſi rõne uidere potes I in. defin.

POSTQVAM diſtinguit nomina quæ ſignificant partes unius, hic diſtinguit nomina ſignificantia ordinẽ .ſ. prius & poſterius. Vnum enim quendam ordinem importat, eo q̃ uni eſſe eſt principium eſſe, ut ſupra dictum eſt. Et circa hoc duo facit. Primo aſſignat rationem cõem prioris et poſterioris. Secundo diſtinguit diuerſos modos prioris & poſterioris ſm cõem rõnem, ibi { Vt hoc quidem ſm locũ. } Dicit ergo primo, q̃ ſignificatio prioris dependet à ſignificatione principii. Nam principium in unoquoq; genere eſt id quod eſt primum in genere. Prius autem dicitur quod eſt propinquius alicui determinato principio. Huiuſmodi autem ordo principii, & eius quod eſt principio propinquum, poteſt attendi multipliciter. Aut enim aliquid eſt principium & primum ſimpliciter ſm naturam, ſicut pater eſt principium filii. Aut eſt principium { ad aliquid } .i. per ordinem ad aliquid extrinſecum, ſicut dicitur id quod eſt ſm ſe poſterius eſſe prius quantum ad aliquid, uel quantum ad cognitionẽ uel
M perfectionem uel dignitatem, uel aliquo tali modo. Vel etiã dicitur aliquid eſſe principium & prius quantum ad ubi. Aut ẽt aliquibus aliis modis. Deinde cum dicit.

Alia nanq; loco priora poſterioraque dicuntur, Priora quidem, quia propinquiora ſunt cuipiam, loco, aut natura, aut ipſi medio uel extremo, aut ad quoduis definito. Poſteriora uero quia longius diſtant.

Par.2.

Vt hoc quidem ſecundum locum in exiſtendo propinquius, aut natura alicui determinato loco, ut medio: aut ultimo, aut ſicut euenit. Quod uero remotius, poſterius.

Lect. I.

Diſtinguit modos diuerſos quibus dicitur aliquod prius & poſterius. Et quia prius & poſterius dicuntur in ordine ad principium aliquod, principium autem eſt (ut ſupra dictum eſt) quod eſt primum in eſſe, aut in fieri, aut in cognitione, ideo pars iſta diuiditur in partes tres. In prima dicit quomodo dicitur aliquid eſſe prius ſm motum & quãtitatem. Nam
N ordo in motu, ſequitur ordinem in quantitate. Per prius .n. & poſterius in magnitudine, eſt prius & poſterius in motu, ut dicitur in quarto phyſicorum. Secundo oſtendit quomodo aliquid dicitur prius altero in cognitione, ibi: { Alia uero modo. } Tertio quomodo dicitur aliquid altero prius in eſſendo, id eſt ſm naturam, ibi: { Alia uero ſm naturam. } Circa primum duo facit. Primo oſtendit quomodo aliquid ſit prius & poſterius ſm quantitatem in rebus continuis. Secundo quomodo in rebus diſcretis, ibi: { Alia ſm ordinẽ. } Et circa primum ponit tres modos. Primus modus attenditur ſm ordinem in loco, ſicut aliquid dicitur eſſe prius ſm locum in hoc q̃ eſt propinquius alicui loco determinato, ſiue ille locus determinatus accipiatur ut medium in aliqua magnitudine, ſiue ut extremum. Poteſt enim in ordine locali accipi ut principium, centrum mundi ad quod feruntur grauia ut ſic ordinemus elementa, dicentes terram eſſe primum, aquam ſecundum &c. Et poteſt etiam accipi ut principium etiam ipſum cœlum, ut ſi dicamus ignem eſſe primum, aerẽ ſecundum, & ſic deinceps. Propinquitas autem ad principiũ in loco, quicquid ſit illud poteſt eſſe dupliciter. Vno modo ſm ordinem naturalem, ſicut aqua propinquior eſt medio naturaliter quam aer, aer uero propinquior extremo .ſ. cœlo. Alio modo { ſicut euenit } .i. ſm q̃ ordinantur aliqua in loco à caſu, uel à quacunq; cauſa præter naturam, ſicut in lapidibus ſuperpoſitis inuicem in aceruo, ſupremus eſt prior uno ordine, & alio eſt prior infimus. Et ſicut id quod eſt propinquius principio, eſt prius: ita quod remotius à principio, eſt poſterius.

Lect. 19. Te.cõ.13 part.6. par.9.ſeq. pa.5.hui⁹ le.

Principiũ ordine localis duplex
O

Alia tempore. Partim enim ex eo priora dicuntur quia remotiora ſunt a temporis puncto præſente, ut in hiſce quæ fuerunt exacta. Troianum enim bellum, perſico bello prius ex eo dicitur eſſe, quia a præſenti puncto longius diſtat. Partim autem ex eo, quia ſunt inſtanti puncto propinquiora, ut in
P futuris. Priores enim propterea ludi Iouis ludis Apollinis eſſe dicuntur, quod puncto ſunt propinquiores inſtanti, ubi utimur ipſo temporis præſente puncto, perinde ut principio atq; primo.

parte.3.

Alia ſecundum tempus. Hæc quidem enim eo q̃ remotiora ab ipſo nunc, ut in factis. Priora namque troica medis, quia remotiora ab ipſo nunc. Alia affiniora ipſi nunc, ut in futuris. Prius enim Nemea Pythi n, quia propinquius nunc: & ipſo nunc ut principio & primo uſi ſunt.

Alia i. hic Hoc alii eo q̃ ppiqui nũc ut i futuris. Alia .i. ſed corrupta. Pri⁹ .n. Nemea⁹ pyrrho, ipſi ... in hac lit. Hæc litera Ant. ... oppoſit. Demarbis indefend.

Secundus modus attenditur ſm ordinem temporis, quẽ ponit dicens, q̃ alia dicuntur priora ſm tempus, & diuerſimode. Quædam nanq; dicuntur priora eo q̃ ſunt remotiora à præſenti nunc, ut accidit { in factis } id eſt in præteritis. Bella enim troiana dicuntur priora bellis medis & perſicis, quibus Xerſes Rex Perſarum & Medorum Græciam expugnauit, quia remotiora ſunt à præſenti nunc. Quædam uero dicuntur priora, quia ſunt affiniora uel propinquiora ipſi nũc, ſicut dicitur q̃ prius eſt Menelaus Pyrrho, quia propinquius
Q alicui nunc præſenti, reſpectu cuius utrunq; erat futurum. Videtur autem hæc litera falſa eſſe, quia utrunq; erat præteritum tempore Ariſto. quando hæc ſunt ſcripta. In Græco autem habetur q̃ prius eſt Nemea Pythion, quæ quidem erãt duæ nundinæ uel duo feſta, quorum unum erat propinquius illi nunc, quo hæc ſcripta ſunt, cum tamen utrunq; eſſet futurum. Patet autem q̃ in hoc utimur ipſo nunc, ut principio & primo in tempore, quia per propinquitatem uel remotionem reſpectu eius, dicimus aliquid eſſe prius uel poſterius. Et hoc neceſſarium eſt dicere ſm ponentes æternitatem temporis. Non enim poteſt accipi hac poſitione facta, aliquod principium in tempore, niſi ab aliquo nunc, quod eſt medium præteriti & futuri, ut ex utraque parte tempus in infinitum procedat.

Alia

A Alia motu. Quod enim propinquius eſt ei, qđ primo mouit, id prius eſt. Quo pacto puer prior eſt uiro, atq; & hoc principium quoddam eſt abſolute. Alia potentia. Quod enim potentia antecellit, quodq; potentius eſt, id prius dicitur eſſe. Tale autem eſt id, electione cuius, alterum ipſumq; poſterius obtemperet ſequaturq; neceſſe eſt, atq; adeo ut illo mouente moueatur, & non mouente non moueatur. Electionem autem uoluntatemq; principium eſſe conſtat.

Parte.4. Alia ſecundum motum. Propinquius .n. primo mouenti eſt prius. Vt puer uiro. Principium auté & id quoddam ſimpliciter eſt. Alia ſecundum poteſtatem. Excedens enim poteſtate, prius eſt, & qđ eſt potentius. Tale uero eſt cuius ſecúdum præuoluntatem ſequi eſt neceſſe alterum & poſterius, qa non mouente illo non moueatur, & mouente moueatur: & eſt prǫuoluntas principium.

B Tertius modus eſt ſm ordineio in moto, & hoc primo ponit quantum ad naturalia dicens, q aliqua dicuntur eſſe priora ſm ordinem in motu Illod enim quod eſt propinqus primo mouenti, eſt prius, ſicut puer eſt prius uiro, quia eſt propinquior primo. ſ. generanti. Et hoc etiam prius dicitur per propinquitatem ad aliquod principium. Id .n. ſ. mouens & generans eſt principium quodammodo, non qualitercunque, ſicut in loco accidebat, ſed ſimpliciter & ſm naturam. Secundo ponit hunc ordinem motus etiam in rebus oolunțariis dicens, q quædam priora dicuntur ſm poteſtatem, ſicuti homines qui ſunt in poteſtatibus conſtituti. Ille enim q excedit poteſtate, & qui eſt potentior, dicitur eſſe prior. Et hic eſt ordo dignitatis. Patet autem q hic ordo etiam eſt ſm motum, quia potencius & poteſtate excedens, eſt ſm { cuius præuoluntatem } .i. propoſitum neceſſe eſt ſequi aliquid quod eſt eo poſterius in mouendo, ita. ſ. q non mouente illo potentiori oel priori, non moueatur poſterius, & mouen-C te, moueatur. Sicut ſe habet princeps in ciuitate. Nã ex eius imperio mouentur alii ad exequendum imperata. Eo uero non imperante, non mouentur. Et patet q hoc etiam prius dicitur propter propinquitatem ad aliquod principium. Nã { præuoluntas } .i. propoſitum imperantis, hic accipitur ut principium, cui propinquiores ſunt, & per conſequens priores per quos propoſitum & imperium principiis ad ſubditos defertur. Deinde cum dicit.

Alia ordine. Hæc autem ea ſunt plane quę ad unum definitum quippiam ratione aliqua diſtãt: ut in ſaltatione ſecundus tertio prior eſt, & in fidibus penultima ultimam antecedit. Ibi enim iſte q caput chori obtinet, hic media principiũ eſt. Hoc igitur modo priora dicuntur.

Par.5. Alia ſecundum ordinem, & ea ſunt quæcunque ad aliquid unum determinatum diſtant ſecundũ D rõnem: ut paraſtata, & tricoſtata, & paranitæ nitis. Hic quidem .n. qui ſumitur, illic autem quę media principium. Ergo ea priora dicuntur hoc modo.

Ponit modum ſm ordinem in rebus diſcretis dicens, q alia dicuntur priora ſm ordinem qui inuenitur in aliquibus rebus tantummodo quodam ordine aſſociatis ſibi, non per continoitatem, ut in præcedentibus accidebat. Huioſmodi autem ſunt quæ diſtant ab aliquo uno determinato ſm aliquam rationem determinatam, ut paraſtata, tricoſtata. Fara ſtata eſt prius tricoſtata. Paraſtata dicitur ille qui ſtat iuxta aliquem, puta Regem. Tricoſtata autem eſt ille qui ſtat tertius ab eo Vnde alia litera habet. { Præſtans, tertio ſtante prius eſt. } Patet aotem q alia ratio diſtantiæ eſt diſtare, ut ſecundum, uel tertium. Et ſimiliter paranitæ ſunt priores nitis. In chordis enim Hypatæ dicuntur quæ ſunt graues, nitæ uero acutæ dicuntur, mediocres autem uocantur meſæ. Paranitæ autem dicuntur quæ ſont iuxta nitas meſis propinquiores. E Patet etiam q hic dicitur etiam eẽ aliquid prius per propinquitatem ad aliquod priocipium. Sed differenter in utroq; prædictorum exemplorum, quia in illis. ſ. paraſtata & tricoſtata, accipitur principium id quod eſt uerum initium & extremũ. i. ille qui eſt ſummus inter alios oel uertex aliorum, ut Rex uel aliquis alius talis. Sed in chordis accipitur ut principium, medium, & media chorda quæ dicitur meſa, cui propinquiores dicuntur paranitæ, & per hoc priores dicuntur nitis. Iſta ergo dicuntur priora per hunc modum. ſ. ſm ordinem quantitatis uel continuæ uel diſcretæ. Scđo ibi.

Alio uero modo id dicitur prius, quod antecedit cognitione, ut & ſimpliciter prius. Priorum autem hoc pacto, alia rõne quidem uniuerſalia, ſenſu autem ſingularia ſunt priora.

Alio uero modo quod cognitione eſt prius, ut ſimpliciter prius. Horum autem aliter & quę ſecũdum rationem, & quę ſecundum ſenſum. Nam ſecundum rationem uniuerſalia priora, ſecundum autem ſenſum ſingularia. parte.6. F

Oſtendit quomodo aliquid dicitur prius altero in cognitione. Illud autem prius eſt cognitione quod etiam prius eſt ſimpliciter, non ſm quid, ſicut erat in loco: nam res per ſua principia cognoſcitur. Sed cum cognitio ſit duplex. ſ. intellectus uel rõnis, & ſenſus, aliter dicimus aliqua priora ſm rationem, & aliter ſm ſenſum. Ponit autem tres modos ſm quos aliquid eſt prius ratione ſiue cognitione intellectiua, quorum primus eſt ſm q uniuerſalia ſunt priora ſingularibus, licet in cognitione ſenſitioa accidit econuerſo. Ibi enim ſingularia ſunt priora. Ratio enim eſt uniuerſaliom, ſenſus aotem ſingularium. Vnde ſenſus non cognoſcit uniuerſalia niſi per accidens, inquantum cognoſcit ſingularia, de quibus uniuerſalia prædicantur. Cognoſcit enim hominem inquantum cognoſcit. Socratem qui eſt homo. Econtrario autem intellectus cognoſcit Socratem inquantum cognoſcit hominem. Semper autem quod eſt per ſe eſt prius eo quod eſt per accidens. Secundum modum ponit ibi. G

prius ſcđm intellectum tribus modis

Rõne ẽt accidens prius eſt toto, ut muſicum hominem, muſico. Nõ erit .n. tota rõ ſine parte, q̃q̃ nõ fit ut muſicum ſit, ſi non quippiam muſicum ſit.

Et ſecundum rõnem accidens toto prius, ut muſicum, muſico hoie. Non eſt .n. rõ tota ſine parte, & nõ cõtingit muſicũ eſſe nõ exiſtẽte aliquo muſico. Part.7.

Dicit q ſm rõnem prius eſt { accidens quã totum } .i. q̃ compoſitum ex ſubiecto & accidente, & muſicus homo cognoſci non poteſt ſine rõne huius partis quod eſt muſicum. Eodem modo quæcunq; alia ſimplicia ſunt priora ſm rõnẽ compoſitis, cum in ſenſu ſit econuerſo. Nam ſenſui primo compoſita offeruntur. Tertium modum ponit ibi.

Pręterea priorum affectus, priores dicuntur: ut rectitudo, lęuitate. Nam illa lineę, hęc ſuperficiei p ſe eſt affectus. Quędam igitur hoc pacto priora poſterioraq; dicuntur. H

Amplius priora dicũtur priorum paſſiones, ut rectitudo lęuitate. Hoc enim lineę ſecundum ſe paſſio, illud uero ſuperficiei. Alia quidem ſic dicũtur priora & poſteriora. Part.8.

Dicit quod priora dicuntur etiam ſecundum rationem, paſſiones, ſicut rectitudo habetur prior læuitate. Rectitudo enim eſt per ſe paſſio lineæ, læuitas autem ſuperficiei, linea uero naturaliter eſt prior ſuperficie. Secundum autem ſenſum prior eſt ſuperficies linea, & paſſiones compoſitorum paſſionibus ſimplicium. Hæc igitur dicuntur priora per hũc modum. ſ. per ordinem cognoſcendi. Deinde cum dicit.

I Quædam uero natura ſubſtantiaue,quæcunq;
eſſe ſine aliis poſſunt,& ſine quibus alia nequeunt
eſſe.Qua diuiſione uſus eſt Plato. Cum aũt ipſum
eſſe pluribus modis dicatur. Primo quidem ſubie
ctum eſt prius,quapropter & ipſa ſubſtantia añce/
dit.Deinde alio mõ ea quæ ſunt potẽtia, & q̃ ſunt
actu. Alia nãq; potentia ſunt priora,alia actu.Ve/
luti potentia quidem prius eſt dimidia linea, tota:
& pars,toto:& materies,ſubſtantia ipſa. Poſterius
aũt actu:toto nanq; diſſoluto erũt(ut cõſtat) actu.

Par.5. Alia uero ſecundum naturam & ſecũdum ſub/
ſtantiam,quęcunq; contingit eſſe ſine aliis, & alia
non ſine illis.Qua diuiſione uſus eſt Plato. Et qm̃
eſſe multipl'r dicitur, primum quidem ſubiectum
prius,pp quod ſubſtantia prius. Deinde al'r q̃ ſunt
k poteſtate & perfectione.Nam alia poteſtate priora,
alia perfectiõe:ut ſm poteſtatem quidem dimidie/
tas,toto:& pars,toto:& materia, quam ſubſtantia.
Secundum perfectionem uero,poſterius. Nam diſ
ſoluta,ſecundum actum erunt.

Ponit modos quibus dicitur aliquid prius ſm ordinem in
eſſendo,& circa hoc duo facit.Primo ponit tres modos qui-
bus dicitur aliquid eſſe prius in eſſendo.Secundo reducit eos
Parte ſeq. ad unum,ibi: { Modo itaq; quodam. } Dicit ergo primo,φ
quædam dicuntur eſſe priora, { ſm naturam et ſubſtantiã }
.i.ſm naturalem ordinem in eſſendo.Et hoc tripl'r.Primo ra
tione cõitatis aut dependentiæ, ſm φ priora dicuntur quæ
pñt eſſe ſine aliis,& illa non pñt eſſe ſine eis. Et hoc eſt prius
a quo non conuertitur eſſendi conſequentia,ut dicitur in p̃-
In poſt p̃di camẽtis c. de priori. dicamentis.Et { hac diuiſione } .i.iſto modo prioris & poſte
rioris contra alios diuiſo uſus eſt Plato.Voluit.n.φ propter
hoc uniuerſalia eſſent priora in eſſendo quam ſingularia, &
ſuperficies quam corpora,& lineæ q̃ ſuperficies,& numerus
q̃ oĩa alia,Secundus modus attenditur ſm ordinem ſubſtan
L tiæ ad accidens.Quia.n.ens multipl'r dicitur,& non uniuoce
oportet φ oẽs ſignificationes entis reducantur ad unam pri-
mam,ſm quam dicitur ens quod eſt ſubiectum aliorum en-
tium per ſe exiſtens.Et propter hoc primum ſubiectum dici
tur eſſe prius.Vnde ſubſtantia prius eſt accidẽte. Tertius mo
dus attenditur ſm diuiſionem entis in actum & potentiam.
Nam uno modo dicitur aliquid eſſe prius ſm potentiam, &
alio modo ſm actum:ſm potentiam quidem dimidium rei
eſt prius re ipſa,& quælibet pars toto,& materia { q̃ ſubſtan
tia } .i.q̃ forma.Hæc.n.oĩa ſic comparantur ad ea, reſpectu
quorum ſic dicuntur priora ut potentia ad actum,ſm actum
uero dicuntur prædicta eſſe poſteriora. Nam prædicta nõ ef
ficiuntur in actu niſi per diſſolutionem. Reſoluto.n toto in
partes,incipiunt partes eſſe in actu. Deinde cum dicit.

Modo autem quodam,omnia quæ priora poſte
rioraq; dicuntur,ut hæc ipſa dicuntur. Quædam
enim per generationem ſine aliis eſſe poſſunt, quo
M pacto totum eſt partibus prius.Quædam per cor/
ruptionem,ut totum ipſum pars antecedit. Sil'r &
cætera ſeſe habere uidentur,

partic. Modo itaq; quodam,omnia prius & poſterius
dicta ſecundum hæc dicuntur. Alia nanq; ſecundũ
generationem quæ ſine aliis eſſe contingit,ut totũ
partibus. Alia ſecundum corruptionem,ut pars
toto.Similiter autem & alia.

Concludit φ omnes modi prioris & poſterioris poſſunt
reduci ad hos ultimos modos,& præcipue ad primum pro-
ut prius dicitur quod poteſt eſſe ſine aliis, & non econuerſo.
Quædam enim poſſunt eſſe ſine aliis ſm generationem, per
quem modum totum eſt prius partibus,quia quando iam to
tum generatum eſt,partes non ſunt in acto, ſed in potentiã.
Quædam uero contingit eſſe ſine aliis ſm corruptionem,ſi-
cut pars ſine toto,quando eſt iam totum corruptum & diſ-
ſolutum in partes.Et ſimiliter etiam alii modi prioris & po- N
ſterioris ad hunc modum reduci poſſunt. Conſtat enim φ
priora non dependent a poſterioribus,ſicut econuerſo. Vñ
oĩa priora aliquo modo pñt eſſe ſine poſterioribus, & non
econuerſo. Lectio. XIIII.

Potẽtia dicitur,alia quidem principium motus
mutationiſue,quod eſt in alio ut quippiam aliud
eſt,qualis eſt ædificandi facultas: quæ quidem po/
tentia,eſt atq; non eſt in eo quod ædificatur atque
extruitur. At medendi facultas potentia quidem
& ipſa eſt,eſſe tamen in eo poteſt qui medicamina
ſuſcipit atq; ſanatur,ſed non ut medicamina ſuſci/
pit atq; ſanatur. Alia igitur,uti diximus,principiũ
omnino mutationis aut motus, potentia dicitur q̃
eſt in alio,ut aliud quippiam eſt.

Poteſtas dicitur alia quidem principium mo/ Te.cõ.17. Parte 2.
tus aut mutationis in diuerſo inquantum di/ O
uerſum,ut ædificatiua poteſtas, quæ non eſt
& exiſtit in ædificato. Sed ars medicinalis eſt poten
tia,& exiſtit in ſanato,ſed non inquãtum ſanatum
eſt. Ergo totaliter principiũ permutationis aut mo
tus,dicitur poteſtas in diuerſo,inquantũ diuerſũ.

POSTQVAM diſtinxit nomina ſignificantia
partes unius,hic incipit diſtinguere nomina ſignificantia par
tes entis, & primo ſm φ ens diuiditur per actum & poten-
tiam.Secundo prout diuiditur ens in decem prædicamenta,
ibi: { Quantum uero,dicitur quod eſt diuiſibile. } Circa pri Hec ſecu. Auo.in l. pugnat ſi. dũ decho. rit ut habet l defenſa i. Lect. ſeq.
mum diſtinguit hoc nomen potentia uel poteſtas. Nomen
autem actus prætermittit,quia eius ſignificationem ſufficien
ter explicare non poterat,niſi prius natura formarum eſſet
manifeſta,quod faciet in octauo & nono. Vnde ſtatim in no
no ſimul determinat de potẽtia & actu.Diuiditur ergo pars
iſta in partes duas.In prima oſtendit quot modis dicitur po-
tentia. In ſecunda reducit omnes ad unum primum, ibi: Infra p.14.
{ Quæ uero ſm potentiam. } Circa primum duo facit,Pri- P
mo diſtinguit hoc nomen potentia. Secundo hoc nomen im Inſr.p.9.
potentia,ibi: { Impotentia autem. } Circa primum duo fa
cit.Primo ponit modos potentiæ. Secundo modos poſſibi-
lis,ibi: { Dicta uero poteſtate. } Ponit ergo in prima parte Infra p.5. Poteſta.4. modis d.
quatuor modos potentiæ uel poteſtatis.Quorum primus eſt
φ potentia dicitur principium motus & mutationis in alio
inquantum eſt aliud. Eſt enim quoddam principium motus
uel mutationis in eo φ mutatur,ipſa ſcilicet materia:uel ali-
quod principium formale ad quod conſequitur motus,ſicut
ad formam grauis uel leuis ſequitur motus ſurſum aut deor
ſum.Sed huiuſmodi principium non poteſt dici de potentia
actiua,ad quam pertinet motus ille. Omne enim quod mo- Hic expſo. al ipugnat Aue. ambo tis incõſi- derate mõe xii defen.
uetur,ab alio mouetur.Neq; aliquid mouet ſeipſum niſi per
partes,inquantum una pars eius mouet aliam, ut probatur
in octauo phyſicorum. Potentia igitur ſm φ eſt principium
motus in eo in quo eſt, non comprehenditur ſub potentia
actiua,ſed magis ſub paſſiua. Grauitas enim in terra non eſt Te.cõ.18
principium ut moueat,ſed magis ut moueatur. Potentia igi poſſiũ a- ctiua ma- quã ſi me- tu ut tale.
tur actiua motus oportet φ ſit in alio ab eo quod mouetur,
ſicut ædificatiua poteſtas non eſt in ædificato, ſed magis in
ædificante.Ars autem medicinalis quamuis ſit potentia acti- Q
ua,quia per eam medicus curat,contingit tamen φ ſit in ali-
quo ſanato,non inquantum eſt ſanatum, ſed per accidens
inquantum accidit eidem eſſe medicum & ſanatum. Sic igit
uniuerſaliter loquendo,poteſtas dicitur uno modo principiũ
mutationis aut motus in alio,inquantum eſt aliud. Secundũ
modum ponit ibi.

Alia uero dicitur ea qua ab alio ut eſt aliud pa/
ti quippiam dicitur.Qua enim potentia patiens ip
ſum quippiã patitur, ea ipſum dicimus pati poſſe,
interdum ſi quoduis pati poſſit: interdum non ſi
omni quauis paſſione, ſed ſi ad melius pati poſſit,
Alia diuerſo inquantum diuerſum. Nam ſm q̃ parte.3.
patiens

A patiens patitur aliquid, quádoq; quidem ſi quodcunq; pati ſit poſſibile, dicimus eſſe potens pati. Quandoq; uero non ſecundũ omnem paſſionem, ſed ſi ſm excellentiorem.

Alia litera habet. Hæc ſit ab altero ſquã eſt alterũ.

Dicit q quodam alio modo dicitur pñas principium motus uel mutationis ab altera inquantum eſt aliud. Et hæc eſt potentia paſſiua, ſm quam patiens aliquid patitur. Sicut.n. omne agens & mouens, aliud à ſe mouet, & in aliud a ſe agit ita omne patiens, ab alio patitur: & omne motum, ab aliô mouetur. Illud enim principium per quod alicui competit ut moueatur uel patiatur ab alio, dicitur potentia paſſiua. Poſſe autem pati ab alio dicitur dupliciter. Aliquando quidem, quicquid ſit illud quod aliquid poteſt pati, dicimus ipſum eſſe poſſibile ad illud patiẽdum, ſiue ſit bonum ſiue malum. Aliquando uero non dicitur aliquid potens ex eo q poteſt pati aliqood malum, ſed ex hoc q poteſt pati aliquod excellentius Sicut ſi aliquis poteſt uinci, non dicimus potentẽ: ſed ſi aliquis poteſt doceri uel adiuuari, dicimus eum potentem. Et hoc ideo quia poſſe pati aliquem defectum quandoq; attribuitur impotentiæ, & poſſe non pati idem, attribuitur potentiæ, ut infra dicetur. Alia tamen litera habet { Aliquãdo autem non ſm omnem paſſionem, ſed utiq; in contrarium } Quod quidem ſic debet intelligi Impropriе enim dicitur pati, quicquid recipit aliquam perfectionem ab aliquo, ſicut intelligere dicitur quoddam pati. Proprie aũtẽ pati dicitur quod recipit aliquid cum ſui tranſmutatione ab eo qđ eſt ei naturale. Vnde & talis paſſio dicitur eſſe abũciens a ſubſtantia. Hoc autem non poteſt fieri niſi per aliquod contrarium. Vnde quando aliquid patitur ſm quod eſt contrarium ſuæ naturæ uel conditioni, proprie pati dicitur. Secundum quod etiam ægritudines paſſiones dicuntur. Quando uero aliquis recipit id quod eſt ei conueniens ſm ſuam naturam, magis dicitur perfici q̃ pati. Tertium modum ponit ibi.

pati ab alio dupl.

B

In hac lec.

Præterea facultas benefaciendi, aut per uoluntatem electionemue potentia dicitur. Interdum.n. eos qui ambulauerint aut dixerint ſolum, ſed non bene, ant non ut uoluerint: nõ poſſe dicere, aut ambulare putamus ac dicimus. Idem euenire uſu uidetur & in ipſa potentia patiendi.

C

parte. 3.

Alia litera Adhuc aũt ut bñ hoc efficiat aut ſecũdũ uoluntatem. Quandoq; enĩ ſolũ uel quæ ambulites aut loquẽtes, nõ bñ aũt, aut non ut uelit, nõ dicimus poſſe loq; aut ambulare.

Amplius alia bene hoc perficiendi aut ſm præuoluntatem, id eſt electionem. Nam quandoq; ſolum progredientes aut dicentes, nõ bene uero, ant non ut maluerunt: non dicimus poſſe dicere, aut uadere. Similiter autem & in pati.

Dicit q alia poteſtas dicitur quæ eſt principium faciendi aliquid non quocunq; modo, ſed bene, aut ſm { præuoluntatem } .i. ſm q homo diſponit. Quãdo enim aliqui progrediũtur uel loquuntur, ſed non bene, aut non ſm quod uolũt dicuntur non poſſe loqui aut progredi. Et { ſimiliter eſt in pati. } Dicit enim aliquid poſſe pati illud, quod bene poteſt pati. Sicut dicuntur aliqua ligna combuſtibilia, quia de facili comburuntur, & incombuſtibilia quæ non poſſunt de facili comburi. Quartum modum ponit ibi.

D

Inſuper omnes habitus per quos ea quæ ipſos habent expertia ſunt paſſionis omnino, aut nõ mutabilia, aut non facile ad deterius ſunt mutabilia, potentiæ nimirum dicuntur. Etenim franguntur quædam, & conteruntur aut flectuntur, omninoque corrumpuntur: non ideo quia poſſunt, ſed quia non poſſunt, in aliquoue deficiunt. Expertia uero nonnulla talis ſunt paſſionis, aut uix talia parumque patiuntur, ob potentiam ſane & quia poſſunt modoq; aliquo ſunt diſpoſita.

parte. 4.

Amplius quicunq; habitus ſm quos impaſſibilia omnino & immutabilia, aut non facile in peius mobilia poteſtates dicuntur. Franguntur antem & conteruntur, curuantur & omnino corrumpũtur, non per potentiam, ſed per non potentiam & alicuius defectionem. Impaſſibilia uero taliũ quæ uix & paulatim patiũtur propter potẽtiam, & poſſe aliquo modo habere. E

Dicit q etiam poteſtates dicũtur omnes habitus ſiue formæ uel diſpoſitiones quibus aliqua dicuntur uel redduntur omnino impaſſibilia uel immobilia, aut non de facili mobilia in peius. Quod enim in peius mutentur, ſicut q frangantur uel curuentur uel conterãtur uel qualitercunq; corrumpantur, non ineſt corporibus per aliquam potẽtiam, ſed magis per impotẽtiam & defectum alicuius principii, quod corrumpẽti reſiſtere non poteſt. Nunquam enim corrumpitur aliquid niſi propter uictoriam corrumpentis ſupra ipſum. Quod quidem contingit ex debilitate propriæ uirtutis. Illis uero quæ non poſſunt tales defectus pati, aut { uix aut paulatim, } ideſt tarde uel modicũ patiũtur, accidit eis propter potentiam, & in eo q habent { aliquo modo poſſe } .i. cum quadam perfectione, ut non ſuperentur a contrariis. Et per hunc modũ dicitur in prædicamentis, quod durum uel ſanatiuum ſignificat potentiam naturalem non patiendi a corrumpentibus Molle autem & ægrotatiuum impotentiam. Deinde cum dicit. F

Cum autem potentia tot modis dicatur, poſſibile quoq; ac potens, uno quidem modo dicetur, id quod motus, aut mutationis pricipium habet. Etenim id a quo ſtatus quieſue pficiſci poteſt, poſſibile quippiam eſt in alio, ut aliud quippiam eſt.

Dicta uero poteſtate totiens, & poſſibile dicetur: uno quidem modo quod habet motus principium aut mutationis. Etenim ſtatiuum poſſibile quoddam in diuerſo, inquantum eſt diuerſum. Alio uero modo ſi quidem ab eo aliud poteſtatẽ habet talem. Alia litera potens. part. 5.

Ponit modos poſſibilis correſpondentes prædictis modis poteſtatis, primo autem modo poteſtatis reſpõdent duo modi poſſibilis. Secundum poteſtatem enim actiuam aliqd dicitur potens agere dupliciter. Vno modo quia ipſe per ſeipſum agit immediate. Alio modo quia agit mediante altero cui potentiam ſuam communicat, ſicut Rex agit per Balliuum. Dicit ergo q cum potentia tot modis dicatur, poſſibile etiam & potens pluribus modis dicatur. Vno quidẽ modo quod habet principium actiuum mutationis in ſeipſo { ſicut ſtatiuum uel ſiſtitiuum } ideſt id quod facit aliud ſtare, dicitur eſſe potens ad ſiſtendum aliquid aliud diuerſum ab eo. Alio uero modo quando ipſe non immediate operatur, ſed aliud habet ab eo talẽ poteſtatẽ ut poſſit imediate agere. poſſibile quot modis ſumiſ. G

Alio uero modo, ſi quippiam aliud ipſius talem potentiam habeat. Alio rurſus modo, ſi potentiam habeat ut ad quoduis ſiue ad deterius ſiue ad melius moueatur atq; mutetur. Nam id quod corrũpitur, & corrumpi poſſibile eſſe uidetur: uel non corruptionem ſubibit, ſi impoſſibile erat corrumpi. Nunc uero diſpoſitionem aliquã talis paſſionis, H & cauſam atq; principium habet. Tale igitur eſſe uidetur interdum propterea quod aliquid habet, interdum ex eo quia aliquo caret. Quod ſi priuatio aliquo modo ſit habitus, uniuerſa poſſibilia ꝓpterea quod habẽt, nimirum aliquid erunt. Sin uero non ſit, æquiuoce poſſibilia erunt. Quare poſſibile quippiam eſt, partim ex eo quia habitum aliquem atq; principium habet, partim ex eo quia priuationẽ habet huiuſce, ſi fit ut priuatio habeatur.

Alio ſi habet permutari in quolibet ſm poteſtatem ſiue in peius, ſiue in melius. Etenim corruptibile, eſſe uidetur poſſibile corrumpi: aut utiq; non corrumpi, ſi erat impoſſibile. Nunc autem quandã diſpoſitionem habet, & cauſam talis paſſionis & parte. 6.

I principium. Aliquando quidem igitur per habere aliquid uidetur, aliquando per priuari, tale eſse. Sed ſi priuatio eſt habitus aliquo modo in habendo, omnia utiq; erunt aliquid. Ens uero dictum æquiuoce. Quare in habendo priuationem aliquã & principium, eſt poſſibile: & habendo huiuſmodi priuationem, ſi contingit habere priuationem.

Secundo ponit ſm modum rñdentem ſecundo modo potentiæ ideſt potentiæ paſſiuæ dicens, ꝙ alio modo a prædicto dicitur poſſibile ſiue potens quod poteſt mutari in aliquid, quicquid ſit illud .ſ. ſiue poſſit mutari in peius ſiue in melius. Et ſm hoc, aliquid dicitur corruptibile, quia { poteſt corrumpi, } quod eſt in peius mutari, uel non corruptibile, quia poteſt non corrumpi, ſi ſit impoſſibile illud ipſum corrumpi. Oportet autem illud quod eſt poſſibile ad aliquid patiendum, habere in ſe quandam diſpoſitionem, quæ ſit cauſa & principium talis paſſionis. Et illud principium uocatur

K potentia paſſiua. Principium autem paſſionis poteſt ineſſe alicui paſſibili dupliciter. Vno modo per hoc ꝙ habet aliqd ſicut homo eſt poſſibilis pati infirmitatem propter abundantiam alicuius inordinati humoris in ipſo. Alio uero modo eſt aliquid potens pati per hoc quod priuatur aliquo quod poſſet repugnare paſſioni, ſicut ſi homo dicatur potens infirmari propter ſubtractionem fortitudinis & uirtutis naturalis.

Hic ſcipiũ paſſiuũ eſt rinc[ipi]ũ dupliciter.

Et hæc duo oportet eſſe in quolibet potente pati. Nunquam enim aliquid pateretur niſi eſset in eo ſubiectum quod eſſet receptiuum diſpoſitionis uel formæ quæ per paſſionem inducitur, & niſi eſſet debilitas uirtutis in patiente ad reſiſtendum actioni agentis. Hi enim duo modi principii patiendi poſſunt reduci in unum, quia poteſt priuatio ſignificari ut habitus. Et ſic ſequetur ꝙ priuari ſit habere priuationem. Et ita uterq; modus erit in aliquid habendo. Quod autem priuatio poſſit ſignificari, ut habitus, & ut aliquid habitum, ex hoc cõtingit, ꝙ ens æquiuoce dicitur. Et ſm unum modum & priuatio & negatio dicitur ens, ut habitum eſt in principio quarti. Et ſic ſequitur ꝙ etiam negatio & priuatio poſſunt ſignificari, ut habitus. Et ideo poſſumus uniuerſaliter di-

Priuatio põt ſignificari ut habitus. Lect. I.

L cere ꝙ aliquid poſſibile ſit pati ꝓpter hoc, ꝙ habet in ſe quẽdam habitum & quoddam principium paſſionis, cum etiã priuari ſit habere aliquid, ſi contingat priuationem habere.

Alio præterea dicitur modo, quia non habet potentiam uel principium in alio, ut eſt, aliud corrumpi poteſt.

Parte. 7. Alio in non habendo ipſius poteſtatẽ aut principium in alio, inquantum eſt aliud corruptiuum.

Tertium modum ponit hic, & reſpondet quarto modo potentiæ ſm ꝙ potentia dicebatur ineſse alicui, quod non poteſt corrumpi uel in peius mutari Dicit ergo ꝙ alio modo dicitur poſſibile uel potens, inquantum non habet poteſtatem uel principium aliquod ad hoc quód corrumpatur. Et hoc dico ab alio inquantum eſt aliud, quia ſm hoc aliquid dicitur potens & uirtuoſum, quod ab exteriori uinci non poteſt ut corrumpatur.

M Inſuper hæ: omnia poſſibilia dicũtur, aut quia ſolum poſſunt, aut quia bene poſſunt huiuſce potentiæ quos explicauimus modos. Nam & in hiſce quæ carent anima, potentia talis ineſt, uelut in inſtrumentis. Lyram enim aliam inquiut ſonũ emittere poſſe, aliam non poſſe ſi ſolum non ſit ſonora.

partic. 3. Amplius autem ea oĩa aut ex ſolo accidere fieri aut nõ fieri, aut bene. Nã in inanimatis eſt talis poteſtas ut in organis. Aliam.n. dicunt poſſe ſonare lyram, aliam non, ſi eſt non bene ſonans.

Quartum modum ponit qui rñdet tertio modo potentiæ, ſm quem dicebatur potentia ad bene agẽdum uel patiẽdum. Dicit ergo ſm prædictos modos qui pertinent ad agẽdum uel patiendum, poteſt dici aliquid potens uel ex eo ſolum ꝙ aliquid accidit fieri uel non fieri, uel ex eo ꝙ accidit etiam bene fieri. Sicut etiam dicitur potens agere, quia poteſt bene & faciliter agere, uel quia poteſt agere ſimpliciter. Et ſimiliter potens pati & corrumpi, quia de facili hoc pati poteſt. Et iſte modus poteſtatis etiã inuenitur in rebus inanimatis { ut in organis } .i. in lyra & muſicis inſtrumẽtis. Dicitur.n ꝙ aliqua lyra poteſt ſonare, quia bene ſonat: alia non põt ſonare, quia non bene ſonat. Deinde cum dicit. N

Impotentia autem eſt potentiæ priuatio ſublatioue quędam principii talis, quale iam diximus, aut omnino, aut ab eo quod aptitudinem habet ut habeat, aut & quando iam eſt aptũ habere. Non enim ſimiliter impoſſibile dixerint eẽ puerum generare, & uirum, atq; eunuchum.

Impotentia autem eſt priuatio potentiæ & talis principii ſublatio quædam, qualis dicta eſt, aut oĩno, aut in apto nato, aut quando aptum natum eſt iam habere. Non.n. ſimiliter dicuntur impoſſibile generare puerum, & uirum, & eunuchum. par. 9.

O

Oſtẽdit quot modis dicitur impotentia, & circa hoc duo facit. Primo diſtinguit hoc nomen impotẽtia. Secundo hoc nomen impoſſibile, ibi: { Impoſſibilia uero. } Circa primũ duo facit. Primo enim oſtendit cõmunem rationem huius nominis impotentia. Secundo oſtendit quot modis dicatur ibi: { Amplius autem } Dicit ergo, primo ꝙ impotentia eſt priuatio potentiæ. Ad rationem autem priuationis duo requiruntur, quorum primum eſt remotio habitus oppoſiti. Id autem quod opponitur impotentiæ eſt potentia. Vnde cum potentia ſit quodam principium, impotentia erit ſublatio quædam talis principii, qualis dicta eſt eſſe potentia. Secundum quod requiritur, etiam ꝙ priuatio proprie dicta ſit circa determinatum ſubiectum & determinatum tempus. Improprie autem ſumitur abſq; determinatione ſubiecti, & temporis. Non.n. cæcum proprie dicitur, niſi quod eſt aptũ natum habere uiſum, & quando eſt natum habere uiſum. Impotentia autem ſic dicta dicit remotionẽ potentiæ { aut omnino } .i. uniuerſaliter, ut .ſ. omnis remotio potentiæ impotentia dicatur, ſiue ſit aptum natum habere, ſiue non: aut dicitur remotio in eo quod eſt aptum natum habere quãdocunq;, aut ſolum tunc quando aptum natum eſt habere. Nõ enim ſimiliter accipitur impotentia, cum dicimus puerum non poſſe generare, & cum uirum & eunuchum ſimul. Puer enim dicitur impotens generare, quia ſubiectum eſt aptum ad generandum, non tamen pro illo tempore. Vir autem eunuchus dicitur impotens ad generandum, quia pro illo tempore eſſet quidem aptus, non tamen poteſt, quia caret principiis actiuis generationis. Vnde hic magis ſaluatur ratio priuationis Mulus autem uel lapis dicitur impotens ad generãdum, quia non poteſt, nec etiam habet aptitudinem in ſubiecto exiſtentem. Deinde cum dicit.

Potẽs agere uel pati dupliciter. Inſ. pt. II. Impoſſibile quid. Parte. 10. duo tẽpli. priuatio.

P

Pręterea in utraq; potentia eſt impotentia nimirum oppoſita, tam ei potentię quę motiua duntaxat eſt, q̃ ei quæ bene eſt motiua.

Q

Amplius autem ſecundum potentiam utranq; eſt impotentia oppoſita ei quę ſolum mobili, & ei quę bene mobili.

P. 11. Alia ſtrue motiua.

Dat intelligere impotentiæ modos per oppoſitum ad modos potentiæ. Sicut enim potentia eſt duplex .ſ. actiua & paſſiua: & iterum utraq;, aut ad agendum & patiendum ſimpliciter, aut ad bene agendum & patiendum, ita ſm utranque potentiam eſt impotentia oppoſita Et { ſolum mobili & bene mobili } .i. potentiæ actiuæ quæ eſt ad mouendum ſimpliciter, uel bene mouẽdum: & potentiæ paſſiuæ quæ eſt ad moueri ſimpľr, uel bene moueri. Deinde cum dicit.

Tot ſunt modi potentiæ quot potentiæ.

Impoſſibilia etiam partim hac impotentia, partim alio modo dicuntur, ueluti poſſibile ac impoſſibile. Impoſſibile quidem contrarium cuius neceſſario uerum eſt, uelut impoſſibile eſt diametrum commenſurabilem eſſe: propterea quod fal-

A ſum eſt iſtiuſmodi, ut contrarium eius non ſolum ſit uerum, ſed etiam neceſſario uerum, diametrũ in quã cõmenſurabilem eſſe. Cõmenſurabile ergo non ſolum eſt falſum, ſed etiam neceſſario falſum.

parte.11.

Impoſſibilia uero hæc quidem ſm impotentiã cam dicuntur. Alia alio modo, ut poſſibile & impoſſibile. Impoſſibile quidem cuius cõtrarium de neceſſitate eſt uerum, ut diametrum commenſurabilem eſſe: impoſſibile: quia falſum tale, cuius contrarium non ſolum uerum, ſed & neceſſe, non cõmenſurabile eſſe. Ergo commenſurabile non ſolũ falſum, ſed ex neceſſitate falſum.

Impoſſibile quid.

Oſtẽdit quod modis dicitur impoſſibile, & circa hoc duo facit. Primo diſtinguit modos impoſſibilis. Secundo reducit illos modos ad unum, ibi: { Quæ uero ſecundum } Circa primum tria facit. Primo dicit ꝙ uno modo dicuntur aliqua impoſſibilia ſm ꝙ habent impotentiam prædictam quæ B opponitur potentiæ. Et huiuſmodi modus in quatuor diuiditur, ſicut & impotentia, ideo cum dicit { Alio modo. } Ponit alium modum quo dicuntur aliqua impoſſibilia, non propter priuationem alicuius potentiæ, ſed propter repugnantiam terminorum in propoſitionibus. Cum enim poſſe dicatur in ordine ad eſſe, ſicut ens dicitur non ſolum quod eſt in rerum natura, ſed ſm compoſitionem propoſitionis, prout eſt in ea uerum uel falſum, ita poſſibile & impoſſibile dicitur non ſolum propter potentiam uel impotentiam rei: ſed propter ueritatem & falſitatem compoſitiõis uel diuiſionis in propoſitionibus. Vnde impoſſibile dicitur cuius contrariũ eſt uerum de neceſſitate, ut diametrum quadrati eſſe commenſurabilem eius lateri, eſt impoſſibile, quia hoc tale eſt falſum, cuius contrariũ non ſolum eſt uerum, ſed etiam neceſſarium, quod quidem eſt non commenſurabile eſſe. Et propter hoc eſſe commenſurabile eſt falſum de neceſſitate, & hoc eſt impoſſibile. Tertio ibi.

Infra.ſ.14. — parte.12.ſi. — Impoſſibile duplex & primũ quadruplex. — Impoſſibile logicũ.

Poſſibile autem eſt quod eſt contrarium huic, C cum non neceſſarium eſt contrarium falſum eſſe: ueluti poſſibile eſt hominem ſedere. Non.n.neceſſario falſum eſt hominem non ſedere. Poſſibile igitur uno quidem modo, ſicuti diximus, id ſignificat quod non eſt neceſſario falſum: alio uero modo, quod uerum eſt, dicere eſſe: alio rurſus modo, quod uerum iam eſſe poteſt.

parte.12.

Contrarium uero huic poſſibile, quando non neceſſe eſt contrarium falſum eſſe. Vt ſedere hominem poſſibile, non enim ex neceſſitate non ſedere falſum. Ergo poſſibile & uno modo ſic dictum eſt quod non ex neceſſitate falſum ſignificat. Alio mõ uerum eſſe, alio contingens uerum iam.

Manifeſtat quid ſit poſſibile oppoſitum impoſſibili ſecundo modo dictõ. Impoſſibile enim opponitur poſſibili ſecundo modo dicto, ſicut dictum eſt. Dicit ergo ꝙ poſſibile contrarium huic ſecundo impoſſibili, eſt cui contrarium de neceſſitate eſt falſum, ſicut ſedere hominem eſt poſſibile, quia non ſedere quod eſt eius oppoſitum, non eſt de neceſſitate D falſum. Ex quo patet ꝙ iſte modus poſſibilis in tres modos diuiditur. Dicitur enim uno modo poſſibile quod falſum eſt ſed non ex neceſſitate: ſicut hominem ſedere dum non ſedet quia eius oppoſitum non eſt uerum ex neceſſitate. Alio modo dicitur impoſſibile quod eſt uerum, ſed non de neceſſitate, quia eius oppoſitum non eſt falſum de neceſſitate, ſic Socratem ſedere dum ſedet. Tertio modo dicitur poſſibile, quia licet non ſit uerum, tamen contingit in proximo uerũ eſſe. Deinde cum dicit.

Poſſibile logicũ triplicitur dicitur.

Potentia autem ea quæ in geometria dicitur per tranſlationem potentia dicitur. Hęc igitur poſſibilia non per potentiam dicuntur.

parte.13.

Secundum metaphoram autem quæ in geometria dicitur potentia. Hæc quidem igitur poſſibilia non ſecundum potentiam.

E

Oſtendit quomodo potentia ſumatur metaphorice, & dicit ꝙ in geometria dicitur potentia ſm metaphoram. Potentia enim lineæ in geometria dicitur quadratum lineæ per hãc ſimilitudinem, quia ſicut ex eo ꝙ eſt in potentia, fit illud quod eſt in actu, ita ex ductu alicuius lineæ in ſeipſam reſultat quadratum ipſius. Sicut ſi diceremus ꝙ ternarius poteſt in nouẽnarium, quia nouennarius conſurgit ex ductu ternarii in ſeipſum. Nam ter tria ſunt nouem. Sicut autem impoſſibile ſecundo modo acceptum non dicitur ſm aliquam impotentiã ita & modi poſſibilis ultimo poſiti, non dicuntur ſm aliquã potentiam, ſed ſm ſimilitudinem, uel ſecundum modum ueri & falſi. Deinde cum dicit.

Potẽtia in mathematicis quæ & quid. — Hinc hẽt poſſibile potentiã optimã eſſe chimericam.

Ea uero quæ per potentiam dici ſolent, omnia ad potentiam unam primam dicuntur. Hæc autẽ eſt mutationis principium in alio, aut in aliud quippiam eſt. Cætera enim poſſibilia dicuntur, partim quia aliquid aliud talem ipſorum potentiam haber, partim quia nihil potentiam habet ipſorum, F partim quia ſic habet. Similiter & impoſſibilia ipſa. Quare propria diffinitio potentiæ primæ hæc erit, principium inquam mutandi in alio, aut ut aliud quippiam eſt.

Quæ uero ſecũdum potentia omnia dicuntur ad primam unam, & ea eſt principium mutationis in alio inquantum aliud. Alia nanque dicuntur poſſibilia, hęc quidem eorũ in habendo aliquid aliud talem potentiam, illa uero in non habendo, alia in ſic habendo. Similiter autem & impoſſibilia. Quare propria diffinitio primę potentię erit, principiũ permutationis in alio inquantum aliud.

part.14

Diffinitio potentiæ propria

Reducit omnes modos poſſibilis & impoſſibilis ad unum primum, & dicit ꝙ poſſibilia quæ dicuntur ſm potentiam, omnia dicuntur per reſpectum ad unam primam potentiam quæ eſt prima potentia actiua de qua ſupra dictum eſt, ꝙ eſt principium mutationis in alio inquãtum eſt aliud. Nam omnia alia poſſibilia dicuntur per reſpectum ad iſtam potentiã. G Aliquid enim dicitur poſſibile per hoc ꝙ aliquid aliud habet potentiam actiuam in ipſum, ſm ꝙ dicitur poſſibile ſm potentiam paſſiuam. Quædam uero dicuntur poſſibilia in non habendo aliquid aliud talem potentiam in ipſa, ſicut quæ dicuntur potentiam, quia non poſſunt corrumpi ab exterioribus agentibus. Quædam uero potentia { in ſic habendo } id eſt in hoc ꝙ habent potentiam, ut bene, aut faciliter agant uel patiantur. Et ſicut omnia poſſibilia quæ dicuntur ſm aliquam potentiam reducuntur ad unam primam potentiam, ita omnia impoſſibilia quæ dicuntur ſm aliquam impotentiam, reducuntur ad unam primam impotentiam, quæ eſt oppoſita primæ potentiæ. Patet igitur ꝙ propria diffinitio potentiæ primo modo dictæ, eſt principium permutationis in alio inquantum eſt aliud, quod eſt ratio potentiæ actiuæ.

Diffinitio potentiæ actiuæ.

Lectio. XV.

Quantum id dicitur quod diuiſibile eſt in ea quæ inſunt, quorum utrunque uel unumquodque unum quid & hoc aliquid aptum eſt eſſe. H

Quantum uero dicitur quod eſt diuiſibile in ea quæ inſunt, quorum utrunq; aut ſingulum, unum aliquid, & hoc aliquid, aptum natum eſt eſſe.

Te c6 18. parte.1.

QVONIAM ens non ſolum diuiditur in potẽtiam & actum, ſed etiam in decem prædicamẽta, poſtquam Philoſophus diſtinxit hoc nomen potentia: hic incipit diſtinguere nomina quæ ſignificant prædicamenta, & primo nomen quantitatis. Secundo nomen qualitatis, ibi: { Quale autem } Tertio diſtinguit modos ad aliquid, ibi: { Ad aliquid dicuntur. } Alia uero prædicamenta prætermittit, quia ſunt determinata ad aliquod genus rerum naturalium, ut patet præcipue de agere & pati, & de ubi & quando. Circa primũ

Lect ſeq. Lect. 7.

Diffinitio dĩis quid ſeu quanti tatis.

I tria facit. Primo ponit rationem quantitatis dicens, q quantum dicitur quod eſt diuiſibile in ea quæ inſunt. Quod quidem dicitur ad differentiam diuiſionis mixtorum. Nam corpus mixtum reſoluitur in elementa, quæ non ſunt actu in mixto, ſed uirtute tantum. Vnde non eſt ibi tantum diuiſio quantitatis, ſed oportet quod adſit aliqua alteratio per quam mixtum reſoluitur in elementa. Et iterum addit quòd utrunque aut ſingulum eſt natum eſſe { unum aliquid, } hoc eſt aliquid demonſtratum. Et hoc dicit ad remouendum diuiſionem in partes eſſentiales, quæ ſunt materia & forma. Nam neutrum eorum aptum natum eſt eſſe unum aliquid per ſe. Secundo ibi.

Quid magnitudo. Quid multitudo.

Multitudo igitur quantum eſt quoddam, ſi numerabilis ſit. Magnitudo etiam quãtum eſt quoddam, ſi menſurabilis ſit. Dicitur autem multitudo quidem, id quod in non continua: magnitudo uero, id quod in continua diuidi poteſt. Atqui magnitudinis ea quidem quæ una ex parte continua K eſt, longitudo eſt: ea uero quę duabus ex partibus latitudo, at ea quæ tribus ex partibus cõtinua eſt: altitudo nimirum eſt Horum igitur multitudo, quidem finita numerus eſt, longitudo uero linea, latitudo autem ſuperficies, & altitudo eſt corpus.

parte 2. Alia litera habet magnitudinis uero q̃ q. ē ad unũ cõtinua, lõgitudo, q̃ a ũt ad duo, latitudo, quę ũt ad tria, pfunditas. Duæ primæ ſpẽs quãtitatis. Multitudo quid. Magnitudo, quid. Tres ſpẽs magnitudinis.

Multitudo ergo quantum aliquid, ſi fuerit numerabilis. Magnitudo, ſi fuerit menſurabilis. Dicitur autem multitudo quidem quod eſt diuiſibile poteſtate in non continua. Magnitudo autem, qđ in continua. Menſura uero, alia in unum continuũ longitudine: alia in duo, latitudine: alia in tria, profunditate. Horum autem, pluralitas quidem finita, numerus: ſed longitudo, linea: latitudo, ſuperficies: & profundum, corpus.

Ponit ſpecies quantitatis, inter quas primæ ſunt duæ. ſ. multitudo, ſiue pluralitas, & magnitudo ſiue menſura. Vtrũque autem eorum habet rationem quanti, inquantum multitudo numerabilis eſt, & magnitudo eſt menſurabilis. Menſuratio enim proprie pertinet ad quantitatem. Diffinitur autem multitudo ſic Multitudo eſt, quod eſt diuiſibile ſm potentiam in partes nõ continuas. Magnitudo autem quod eſt diuiſibile in partes continuas. Quod quidem contingit tripliciter, & ſm hoc ſunt tres ſpecies magnitudinis. Nam ſi ſit diuiſibile ſm unam tantum dimenſionem in partes continuas erit longitudo. Si autem in duas, latitudo. Si autem in tres, profunditas. Vlterius autem quando pluralitas uel multitudo eſt finita, dicitur numerus. Longitudo autem finita, dicitur linea. Latitudo finita, corpus. Si enim eſſet multitudo infinita, non eſſet numerus, quia quod infinitum eſt, numeri non poteſt. Similiter ſi eſſet longitudo infinita, non eſſet linea. Linea enim eſt longitudo menſurabilis. Et propter hoc in ratione lineæ ponitur q eius extremitates ſunt duo puncta. Simile eſt de ſuperficie & corpore. Tertio ibi.

L

Præterea quædam per ſe, quædam per accidens M quanta dicuntur. Linea nãq; quantum eſt quoddã per ſe muſicum uero per accidens.

parte. 3.

Amplius autem alia dicuntur ſm ſe quãta, alia ſecundũ accidens: ut linea quantum aliquid ſecundum ſe, muſicum uero ſecundum accidens.

Sc̃da diuiſio quantitatis.

Diſtinguit modos quantitatis, & circa hoc tria facit. Primo diſtinguit quantum in id quod eſt quantum per ſe, ſicut linea: & in id quod eſt quantum per accidens, ſicut muſicum. Secundo ibi.

Eorum inſuper quæ per ſe quanta ſunt, alia per ſubſtantiam ſunt, quo pacto linea quantum quid eſt: in ratione enim quæ dicit quid eſt, quantum quid ineſt. Alia affectus atq; habitus talis ſubſtantię ſunt, ut multum ac paucum, & productum ac breue, & latum atque anguſtum, & altum ac humile, & graue ac leue, & iſtiuſmodi cętera. Sũt au- N tem & magnum & paruum, & maius & minus, et ſi per ſe & inter ſeſe dicantur, & ipſius quanti per ſe affectus. Hęc tamẽ nomina & ad alia trãsferũtur.

parte 4.

Eorum uero quæ ſunt ſecundum ſe, alia ſm ſubſtantiam ſunt, ut linea quantum quid. Nam in ratione quidem dicente, quantum quid exiſtit. Alia paſſiones & habitus talis ſunt ſubſtantię, ut multum & paucum, & productum & breue, & latum & ſtrictum, & profundum & humile, & graue & leue, & alia talia. Sunt autem magnum & paruũ, & maius & minus, & ſecundum ſe & ad inuicem dicta, quanti paſſiones ſecundum ſe. Transferuntur etiam & ad alia ea nomina.

Quantum p ſe duplicitr.

Diſtinguit quantũ per ſe, quod quidem duplex eſt Quædam enim ſignificantur per modum ſubſtantiæ & ſubiecti, ſicut linea uel ſuperficies uel numerus. Quodlibet enim iſtorum ſubſtantialiter eſt quantum, quia in diffinitione cuiuslibet, ponitur quantitas. Nam linea eſt quantitas continua ſm O longitudinem, diuiſibilis, finita, & ſimiliter eſt de aliis. Quædam uero per ſe pertinent ad genus quantitatis, & ſignificãtur per modum habitus uel paſſionis talis ſubſtãtiæ. ſ. lineæ quæ eſt ſubſtantialiter quantitas, uel aliarum ſimilium quantitatum, ſicut multum & paucum, ſignificantur ut paſſiones numeri: & productum & breue, ut paſſiones lineæ, & latum & ſtrictum, ut paſſiones ſuperficiei: & profundum & humile ſiue altum, ut paſſiones corporis: & ſimiliter graue & leue, ſm opinionem illorum qui dicebant multitudinem ſuperficierum uel atomorum, eſſe cauſam grauitatis in corporibus paucitatem uero eorũdem, cauſam leuitatis. Sed ſm ueritatem graue & leue non pertinent ad quantitatem, ſed ad qualitatem, ut infra ponet. Et ſimiliter eſt de aliis talibus. Quædam etiam ſunt quæ communiter cuiuslibet quantitatis continuæ paſſiones ſunt, ſicut magnum & paruum, maius & minus, ſiue hæc dicantur { ſm ſe } idest abſolute, ſiue dicantur { adinuicem, } ſicut aliquid dicitur magnum & paruũ reſpectiue, ſicut in prædicamentis habetur. Iſta autem nomina quæ ſignificant paſſiones quantitatis per ſe, transferuntur etiam ad alia quam ad quantitates. Dicitur enim albedo magna & parua, & alia huiuſmodi. Sciendum autem eſt q quantitas inter alia accidentia propinquior eſt ſubſtantiæ. Vnde quidam quantitates eſſe ſubſtantias putant. ſ. lineam & numerum & ſuperficiem & corpus. Nam ſola quantitas habet diuiſionem in partes proprias poſt ſubſtantiam. Albedo enim non poteſt diuidi, & per conſequens nec intelligitur indiuiduari, niſi per ſubiectum. Et inde eſt q in ſolo quantitatis genere aliqua ſignificantur ut ſubiecta, alia ut paſſiones. Tertio ibi.

Lectio 15.

P

Vnde eſt q in ſolo quãtitatis gñe aliq ſignificantur ut ſubiecta, alia ut paſſiones.

Eorum autem quę per accidens quanta dicuntur, alia ſic dicuntur ut diximus. Nam quia quantum eſt quiddam id cui muſicum ineſt ac album, ideo ipſa quanta dicuntur. Alia ut motus ac tempus. Etenim hęc quanta quędam continuaq; dicũtur, quia illa diuiſibilia ſunt, quorum ſunt iſta affectus. Atq; non dico id quod mouetur, ſed id ſuper quod efficitur motus. Quia enim quantum eſt il- Q lud, ideo motus etiam quantus eſt. Tempus etiam ideo quantum eſt, quia motus eſt quantus.

part. 5.

Secundum accidens uero dictarum quantitatũ alię ſic dicuntur ſicut dictum eſt, quia muſicum quantum eſt, & album per eſſe quantum aliquid cui inſunt. Alia ut motus & tempus. Etenim hæc quanta quędam dicuntur & continua, quia illa ſunt diuiſibilia, quorum ſunt hæ paſſiones, Dico autem non qđ mouetur, ſed quo motum eſt. Nam per eſſe quantum illud, & motus eſt quantus. Tẽpus uero per ipſum, ſcilicet motus.

A Diſtinguit modos quantitatis per accidens, & ponit duos modos quantitatis per accidens, quorum unus eſt ſm ꝙ aliqua dicuntur quanta per accidens, ex hoc ſolo ꝙ ſunt accidentia alicuius quãti, ſicut album & muſicum per hoc quod ſunt accidentia alicuius ſubiecti quod eſt quantum. Alio modo dicuntur aliqua quanta per accidens, non ratione ſubiecti in quo ſunt, ſed ex eo ꝙ diuiduntur ſm quantitatem ad diuiſionem alicuius quantitatis, ſicut motus & tempus, quæ dicuntur quædam quanta & continua, propterea ꝙ ea quorum ſunt, ſunt diuiſibilia, & ipſa diuiduntur ad diuiſionem eorum. Tempus enim eſt diuiſibile & continuum propter motum, motus autem propter magnitudinem, nõ quidem propter magnitudinem eius quod mouetur, ſed propter magnitudinem eius in quo aliquid mouetur. Ex eo enim ꝙ illa magnitudo eſt quanta, & motus eſt quantus. Et propter hoc ꝙ motus eſt quantus, ſequitur tempus eſſe quantum. Vnde hæc non ſolum per accidens quantitates dici poſſunt, ſed magis per poſterius inquantum quantitatis diuiſionem ab aliquo priori ſortiuntur.

Quãtum ſm accidẽs duplici.

B Sciendum eſt autem ꝙ Philoſophus in prædicamentis poſuit tempus quantitatem per ſe, cum hic ponat ipſum quantitatem per accidens, quia ibi diſtinxit ſpecies quantitatis ſm diuerſas rationes menſuræ. Aliam. n. rationem menſuræ habet tempus quod eſt menſura extrinſeca, & magnitudo quæ eſt menſura intrinſeca. Et ideo ponitur ibi ut alia ſpecies quantitatis. Hic autem conſiderat ſpecies quantitatis quantum ad ipſum eſſe quantitatis. Et ideo illa quæ non habent eſſe quantitatis niſi ex alio, nõ ponit hic ſpecies quantitatis ſed quantitates per accidens, ut motum & tempus. Motus autem non habet aliam rationem menſuræ q̃ tempus & magnitudo. Et ideo nec hic nec ibi ponitur quãtitatis ſpecies. Locus autem ponitur in ſpecies quantitatis, nõ hic, quia habet aliam rationem menſuræ, ſed non aliud eſſe quantitatis.

Tollitur contradictio quæ apparet in dictis Ariſt. hic & in prædicamẽtis.

Lectio. XVI.

Quale nanq; uno dicitur modo ipſa ſubſtantię differentia. Quale nanq; animal eſt homo, & quale equus, & qualis item figura eſt circulus, ſi interrogabimur, bipes accõmodate, quadrupes, carens

C angulis, reſpõdebimus. Quo patet ſubſtantię differentiam, qualitatem eſſe quandam, ut diximus.

Te. c. 19. Parte. 1.

QVale, uno quidem modo dicitur differentia ſubſtantię, ut quale quid homo? quia animal bipes, equus quadrupes: & circulus qualis? quia quędam figura, quia agonion, id eſt ſine angulis, quaſi differentia ſm ſubſtantiam qualitate exiſtente. Vno quidem itaq; modo hęc dicitur qualitas differentia ſubſtantię.

Modi qualitatis quatuor. Infra g. 5.

HIC DISTINGVIT modos qualitatis, & circa hoc duo facit. Primo ponit quatuor modos qualitatis. Secundo reducit eos ad duos, ibi: { Fere uero ſecundum duos modos. } Dicit ergo primo, ꝙ unus modus qualitatis eſt ſm ꝙ qualitas dicitur { differentia ſubſtantiæ } id eſt differentia per quam aliquid ab altero ſubſtantialiter differt: quæ intrat in diffinitionem ſubſtantiæ. Et propter hoc dicit ꝙ dĩa pdicat in quale quid. Vt ſi quæratur, quale animal eſt homo? reſpõdemus ꝙ bipes: & quale animal equus? reD ſpõdemus ꝙ quadrupes: & qualis figura eſt circulus? reſpondemus ꝙ agonion, id eſt ſine angulo, ac ſi ipſa differentia ſubſtantiæ qualitas ſit. Vno igitur modo ipſa differentia ſubſtantiæ qualitas dicitur. Hunc autem modum qualitatis Ariſ. in prædicamentis prætermiſit, quia nullo continetur ſub prædicamento qualitatis de quo ibi agebat. Hic autem agit de ſignificationibus huius nominis qualitas. Secundo ponit ibi.

Alio modo ut immobilia ipſa & mathematica, quo pacto numeri quales quidem eſſe uidentur: ueluti ipſi compoſiti, & non ii qui ſunt ſolum ad unum, ſed ii quorum eſt imitatio planum ipſum at ſolidum. Atq; hi ſunt illi, qui totiens quanti, aut quotiens quanti totiens ſunt, & omnino id quot pręter quantum ſubſtantię numeri ineſt. Subſtantia nanq; cuiuſq; eſt ipſum ſemel, ueluti ſubſtantia ipſorum ſex eſt, non ſi bis tria, aut ter duo, ſed ſi ſemel dicantur. Sex enim, ſemel ſunt ſex E

Alio uero modo ut immobilia & mathematica ſicut numeri quales quidem ſunt, quemadmodũ compoſiti, & non ſolum ad unum entes, ſed quorum imitatio ſuperficies & ſolidum. Hi uero ſunt quotiens quanti, aut quotiens quot quanti, & totaliter quod pręter quantitatem exiſtit ſubſtantia. Nam ſubſtantia cuiuslibet, quod ſemel. Vt ipſorũ ſex, non bis tres ſunt, ſed ſemel. Sex enim, ſemel ſex.

Part. 2.

Alia litera melior, ſecũdũ quantitatem.

Dicit ꝙ alius modus qualitatis uel qualis eſt ſecundum ꝙ immobilia & mathematica dicuntur qualia. Mathematicæ enim abſtrahunt a motu, ut in ſexto huius dicetur. Mathematica enim ſunt numeri & magnitudines, & in utriſq; utimur nomine qualis. Dicimus enim ſuperficies eſſe quales inquantum ſunt quadratæ uel triangulares. Et ſimiliter numeri dicuntur quales inquantum ſunt compoſiti. Dicuntur autem numeri compoſiti, qui cõicant ĩ aliquo numero menſurante eos, ſicut ſenarius numerus & nouennarius menſurantur ternario, & non ſolum ad unitatem comparationem habent ſicut ad menſuram communem. F Numeri autem incompoſiti uel primi in ſua proportione dicuntur, quos non menſurat alius numerus communis, niſi ſola unitas. Dicuntur ẽt numeri quales ad ſimilitudinem ſuperficiei { & ſolidi, } id eſt corporis. Secundum quidem imitationem ſuperficiei, in quantum numerus ducitur in numerum uel eundẽ uel aliũ ut cũ dicitur bis tria, uel ter tria. Et hoc eſt quod dicit { quotiens quanti. } Nam deſignatur quaſi una dimenſio in hoc quod dicitur { tria } quaſi uero ſecunda dimenſio, hoc quod dicitur { bis tria } uel etiam { ter tria. } Ad imitationem uero ſolidi quãdo eſt duplex ductus, uel eiuſdẽ numeri in ſeipſum, uel diuerſorum numerorum in unum, ut cum dicitur ter tria ter, uel bis tria bis, uel bis tria quater. Et hoc eſt quod dicit { Quotiens quot quanti. } Sic enim conſiderantur in numero quaſi tres dimenſiones ad modum ſolidi. G In hac autem numerorum ordinatione aliquid conſideratur per modum ſubſtantiæ, ſicut hoc quod dico tria, uel quicunq; numerus qui in alium ducitur. Aliquid uero per modum quantitatis, ſicut ipſe ductus unius numeri in alterum, uel in ſeipſum, ut cum dico bis tria, binarius ſignificatur per modum quantitatis menſurantis, ternarius uero per modum ſubſtantiæ. Id ergo ꝙ exiſtit in ſubſtantia numeri præter ipſam quãtitatem, quæ eſt numeri ſubſtantia, dicitur qualitas eius, ut hoc quod ſignificatur per hoc quod dicitur bis uel ter. Alia litera habet { ſm quantitatem } & tunc ſubſtantia numeri dicitur ipſe numerus ſimpliciter prolatus, ut quod dico tria. Quantitas autem ſm quam attenditur eius qualitas, dicitur ipſa multiplicatio numeri in numerum. Et huic concordat litera ſequens quæ dicit ꝙ ſubſtantia cuiuslibet numeri eſt id quod ſemel dicitur. Sicut ſubſtantia ſenarii eſt quod dicitur ſemel ſex, non quod dicitur bis tria, uel ter duo, ſed hoc pertinet ad eius qualitatem. Dicere enim numerum eſſe ſuperficialem uel ſolidum ſiue quadratum, ſiue cubitum ſignificat eum eſſe qualem. H Hic autem modus qualitatis eſt quarta ſpecies in prædicamentis poſita. Tertio ponit ibi.

Pręterea omnes ſubſtantiarum earum quæ mouentur affectus, ut caliditas, frigiditas, albedo, nigredo, grauitas, leuitas, & quę ſunt ſimilis generis quibus alterari dicuntur corpora quæ mutantur.

Amplius quæcunque paſſiones ſunt earum quæ mouentur ſubſtantiarum, ut calor & frigiditas, albedo & nigredo, grauitas & leuitas, & quęcunque talia ſecundum quę dicuntur mutari corpora permutantium.

Part. 3.

Dicit ꝙ etiam qualitates dicuntur paſſiones ſubſtantiarũ mobilium, ſecundum quas corpora per alterationem mutantur, ut calidum, & frigidum, & huiuſmodi. Et hic mo-

I dus pertinet ad tertiam ſpeciem qualitatis in prædicamentis poſitam. Quartum ponit ibi.

Inſuper uirtus ac uitium, & omnino bonum ac malum.

pam. 4. **Amplius ſecundum uirtutem & uitium, & omnino bonum & malum.**

Dicit ꝙ qualitas ſiue quale dicitur quarto modo ſm ꝙ aliquid diſponitur per uirtutem & uitium, uel qualitercunque per bonum & malum, ſicut per ſcientiam & ignorantiam, ſanitatem & ægritudinem, & huiuſmodi. Et hæc eſt prima ſpecies qualitatis in prædicamentis poſita. Prætermittit autem inter hos modos ſecundam qualitatis ſpeciem, quia magis comprehenditur ſub potentia, cum non ſignificetur niſi ut principium paſsioni reſiſtens, ſed propter modum denominandi ponitur in prædicamentis inter ſpecies qualitatis. Secundum autem modum eſſendi magis continetur ſub potentia, ſicut & ſupra poſuit. Deinde cum dicit.

(Quare ſecundã ſpecie qualitatis in prædicamentis aſſignatã hic prætermittit.)

K **Quale igitur modis fere dici duobus poteſt, & horum uno præcipuo maxime. Nam prima quidem qualitas, ſubſtantiæ eſt differentia. Huius autem pars eſt quædam, & ea quæ eſt in numeris qualitas. Eſt enim ſubſtantiarum differentia quædam. Verum eorum quæ aut non mouentur, aut nõ ut mouentur. Alia uero ſunt affectus eorum quæ mouentur ea ratione qua motum ſubeunt, & ipſorum motuũ differentiæ. Virtus autem & uitium quædam eſt affectuum pars. Differentias enim motus operationiſue ſignificant, quibus operãtur aut patiuntur bene uel parue ea quæ ſunt in motu. Id.n. quod hoc pacto moueri uel operari poteſt, eſt bonum. Id autem quod hoc pacto atq; contrario modo, paruum. Maxime uero bonum ac malum qualitatem in animalibus ipſis ſignificant, & horũ maxime in hiſce quæ habent electionem.**

L Alia litera & bene. Vno principaliſſimo. **Fere uero ſecundum duos modos dicitur quale, & horum quodam maxime ſm priorem. Nam prima qualitas, ſubſtantiæ differentia. Eius uero quædam & quæ in numeris qualitas pars. Nam differentia quædam ſubſtantiarum eſt, ſed aut non motorum, aut non inquantum mota. Hæ autem, paſsiones motorum inquantum ſunt mota, & motuum differentiæ. Virtus autem & uitium paſsionũ pars quædam eſt. Differentias enim oſtendunt motus & actus, ſecundum quos faciunt uel patiuntur bene, aut praue, quæ ſunt in motu. Poſsibile nanque ſic moueri aut agere, bonum: quod uero non ſic ſed contrarie, prauum. Maxime uero bonum & malum ſignificant quale in animatis, & horum maxime in habentibus proæreſim, id eſt electioné uel propoſitum.**

M Reducit quatuor poſitos modos ad duos dicens, ꝙ quale dicitur aliquid fere ſm duos modos, inquãtum alij duo de quatuor reducuntur ad alios duos. Horum autem unus principaliſsimus eſt primus modus ſm quem differentia ſubſtantiæ dicitur qualitas, quia per eum aliquid ſignificatur informatum & qualificatum Et ad hunc modum reducitur qualitas, quæ eſt in numeris & in mathematicis alijs ſicut quædã pars. Huiuſmodi enim qualitates ſunt quaſi quædam differẽtiæ ſubſtantiales mathematicorum. Nam ipſa ſignificantur per modum ſubſtantiæ potius quam alia accidentia, ut in capitulo de quantitate dictum eſt. Sunt autem huiuſmodi qualitates differentiæ ſubſtantiarum aut non motarum, aut nõ inquantum ſunt motæ. Et hoc dicit ut oſtendat quantum ad propoſitum non differre, utrum mathematica ſint quædam ſubſtantiæ per ſe exiſtentes ſm eſſe, ut dicebat Plato a motu ſeparatæ, ſiue ſint in ſubſtantijs mobilibus ſm eſſe, ſed ſeparatæ ſm rationẽ. Primo enim modo eſſent qualitates non N
motorum. Secundo autem motorum, ſed non inquantum ſunt mota. Secundus modus principalis eſt, ut paſsiones motorum inquantum mota, & etiam differentiæ motuum dicantur qualitates. Quæ quidem dicuntur differentiæ motuum, quia alterationes differunt ſm huiuſmodi qualitates, ſicut calefieri & infrigidari ſm calidum & frigidum. Et ad hũc modum reducitur ille modus ſm quem uitium & uirtus dicitur qualitas. Hic enim modus eſt quaſi quædam pars illius. Virtus enim & uitium oſtendunt quaſdam differentias motus & actus ſm bene & male. Nam uirtus eſt per quam ſe aliquis habet bene ad agendum & patiendum. Vitium autem ſm ꝙ male. Et ſimile eſt de alijs habitibus ſiue intellectualibus ut ſcientia, ſiue corporalibus ut ſanitas. Sed tamen bene & male maxime pertinet ad qualitatem in rebus animatis, & præcipue in habentibus { proæreſim } ideſt electionem. Et hoc ideo quia bonum habet rationem finis. Ea uero quæ agunt per electionem, agunt propter finem. Agere autem propter finem maxime competit rebus animatis. Res enim inanimatæ agunt uel mouentur propter finem, non O
tanquam cognoſcentes finem, neq; tanquam ſe agentes ad finem, ſed potius ab alio diriguntur, qui eis naturalem inclinationem dedit, ſicut ſagitta dirigitur in finem a ſagitante. Res autem irrationales animatæ, cognoſcũt quidem finem & appetunt ipſum appetitu animali, & mouet ſeipſa localiter ad finem tanquam iudicium habentes de fine, ſed appetitus finis, & eorum quæ ſunt propter finem determinatur eis ex naturali inclinatione. Propter quod ſunt magis acta quam agentia. Vnde nec in eis eſt iudicium liberum. Rationalia uero in quibus ſolum eſt electio, cognoſcunt finem & proportionem eorum quæ ſunt in finem ipſum. Et ideo ſicut ſe ipſa mouent ad finem, ita etiam ad appetendum finem, uel ea quæ ſunt propter finem, ex quo eſt in eis electio libera.

(Bene agere & male ſunt differentiæ motuum.)

Lectio XVII.

Ad aliquid alia dicuntur, ut duplum ad dimidium, & triplum ad tertiã partem, & omnino multiplex ad ſubmultiplex, & excedens ad id quod exceditur. Alia ut combuſtiuum ad combuſtibile, & diuiſiuum ad diuiſibile, atq; omnino actiuum ad ipſum paſsiuum. Alia ut menſurabile ad menſurã, & ſcibile ad ſcientiam, & ſenſibile ad ſenſum. P

AD aliquid dicuntur alia per ſe, ut duplum ad dimidium, & triplum ad tertiam partem & totaliter multiplicatum ad multiplicati partem, & continens ad contentum. Alia ut calefactiuum ad calefactibile, & ſectiuum ad ſecabile, & omne actiuum ad paſsiuum. Alia ut menſurabile ad menſuram, & ſcibile ad ſcientiam, & ſenſibile ad ſenſum. (Te. c. 20 pam.)

HIC DETERMINAT Philoſophus de ad aliquid, & circa hoc duo facit. Primo ponit modos eorum quæ ſunt ad aliquid ſm ſe. Secundo eorum quæ ſunt ad aliquid ratione alterius, ibi: { Illa uero quia ſua genera. } Q
Circa primum duo facit. Primo enumerat modos eorum, quæ ſm ſe ad aliquid dicuntur. Secundo proſequitur de eis, ibi: { Dicuntur autem prima. } Ponit ergo tres modos eorum quæ ad aliquid dicuntur, quorum primus eſt ſm numerum & quantitatem, ſicut duplum ad dimidium, & triplum ad tertiam partem, & { multiplicatum } ideſt multiplex ad partem { multiplicati } ideſt ad ſubmultiplex, { & continens ad contentum. } Accipitur autem continens pro eo ꝙ excedit ſm quantitatem. Omne enim excedens ſm quantitatem, continet in ſe illud quod exceditur. Eſt.n. hoc & adhuc amplius, ſicut quinq; continent in ſe quatuor, & tricubitum continet in ſe bicubitum. Secundus modus eſt prout aliqua dicuntur ad aliquid ſm actionem & paſsionem, uel potentiam actiuam & paſsiuam, ſicut calefactiuum ad calefactibile, quod pertinet ad actiones naturales, & ſectiuum ad ſectibile, quod pertinet ad actiones artificiales, & uniuerſali-

(Infra p. 6. — pam. 1. Primus modus. — Secundus.)

A ter omne actiuum ad paſſiuum. Tertius modus eſt, ſm ꝙ menſurabile dicitur ad menſuram Accipitur autem hic mẽſura & menſurabile, non ſm quantitatem. Hoc enim ad primum modum pertinet in quo utrunq; ad utrunq; dicitur. Nam duplum dicitur ad dimidium, & dimidium ad duplũ. Sed ſm menſurationem eſſe & ueritatis. Veritas enim ſcientiæ mẽſuratur a ſcibili. Ex eo enim ꝙ res eſt uel non eſt, oratio ſcita, uera uel falſe eſt, & non econuerſo. Et ſimiliter eſt de ſenſibili & ſenſu. Et propter hoc non mutuo dicuntur menſura ad menſorabile & econuerſo, ſicut in aliis modis, ſed ſolum menſurabile ad menſuram. Et ſimiliter etiam imago dicitur ad id cuius eſt imago, tanquam menſurabile ad menſuram. Veritas enim imaginis menſuratur ex re cuius eſt imago. Ratio autem iſtorum modorum hæc eſt Cum enim relatio quæ eſt in rebus conſiſtat in ordine quodam unius rei ad aliam, oportet tot modis huiuſmodi relationes eſſe, quot modis contingit unam rem ad aliam ordinari. Ordinatur autem una res ad aliam, uel ſm eſſe, prout eſſe unius rei depen-

Sufficiẽtia etiam modorũ relatiuorum.

B det ab alia, & ſic eſt tertius modus. Vel ſm uirtutem actiuã & paſſiuam, ſm ꝙ una res ab alia recipit, uel alteri confert aliquid, & ſic eſt ſecundus modus. Vel ſm quod quantitas unius rei poteſt menſurari per aliam, & ſic eſt primus modus. Qualitas autem rei inquantum huiuſmodi, non reſpicit niſi ſubiectum in quo eſt. Vnde ſcđm ipſam una res non ordinatur ad aliam, niſi ſm ꝙ qualitas accipit rationem potentiæ paſſiuæ uel actiuæ, prout eſt principium actionis uel paſſionis. Vel ratione quantitatis uel alicuius ad quantitatẽ pertinentis, ſicut dicitur aliquid albius alio: uel ſicut dicitur ſimile, quod habet unam aliquam qualitatem. Alia uero genera magis conſequuntur relationem, ꝗ poſſint relationem cauſare. Nam quando conſiſtit in aliquali relatione ad tempus. Vbi uero, ad locum. Poſitio autem ordinem partium importat. Habitus autem relationem habentis ad habitum.

Deinde cum dicit.

Atque prima quidem per numerum dicuntur aut ſimpliciter, aut definite ad ipſos, aut ad unum,
C **ueluti duplum quidem ad unum, numerus eſt definitus. Multiplex autem per numerum quidem ad unum eſt, non definitum tamen, ut hunc aut hunc. Sexquialterum autem ad ſubſexquialterum per numerum eſt ad numerum definitum. Ad id quod partes complectitur ad id quod ſub ipſo eſt pars, per indefinitum perinde atq; ad unum eſt ipſum, uti diximus multiplex. Excedens autem ad id quod exceditur, indefinitum omnino eſt numero. Numerus enim commenſurabilis eſt, hæc autẽ per non commenſurabilem numerum dicuntur. Excedens enim ad id quod exceditur, tantum quidem eſt & ultra; at hoc eſt indefinitum ut conſtat. Eſt enim utrũuis uel ęquale, uel non æquale. Hęc igitur omnia ad aliquid, uti diximus, per numerũ dicuntur, numeriq; affectus.**

parte.2

D **Dicuntur autem prima quidem ſm numerum aut ſimpliciter, aut determinate ad eos, aut ad unũ ut, duplum ad dimidium, ut numerus determinatus. Multiplex uero, ſm numerum ad unum, ſed non determinatum: ut hunc aut hunc. Sed hemiolum ad ſubhemiolũm, ſm numerum ad numerũ determinatum. Et ſuper particulare ad ſubparticulare ſecundum indeterminatos, ut multiplex ad numerum. Continens autem ad contentum omnino indeterminatum ſm numerum. Numerus enĩ commenſurabilis, Secundum non commenſurabilem autem numerum dicuntur. Continens enim ad contentum tantum quid eſt, & amplius, ſed hoc indeterminatum. Quodcunque enim euenit, aut æquale eſt, aut non æquale. Hæc igitur ad ali- quid omnia ſecundum numerum dicuntur, & numeri paſſiones.** E

PROSEQVITVR. tres modos enumeratos, & primo proſequitur primũ. Secundo proſequitur ſecundum, ibi: { Actiua uero & paſſiua. } Tertio tertium, ibi { Ergo ſecũdum numerum: } Circa primum duo facit. Primo ponit relationes quæ conſequuntur numerum abſolute, Secundo ponit relationes quæ conſequuntur unitatem abſolute, ibi: { Et amplius æquale. } Dicit ergo, ꝙ primus modus relationum qui eſt ſm numerũ diſtinguitur hoc modo, quia uel eſt ſecũdum comparationem numeri ad numeratum, uel numeri ad unum. Et ſecundum comparationem ad utrunq; dupliciter, quia uel eſt ſm comparationem numeri indeterminate ad numerum, aut ad unum determinate. Et hoc eſt quod dicit, ꝙ prima quæ dicuntur ad aliquid ſm numerum, aut dicuntur { ſimplicitet } ideſt uniuerſaliter uel indeterminate, aut determinate. Et utrolibet modos { ad eos } .ſ. numeros. { Aut ad unũ } ideſt ad unitatem. Scien- F

Infra pt.4
Infra pt.5
Infra pt.3

dum eſt autem ꝙ omnis menſuratio quæ eſt in quantitatibus continuis, aliquo, modo deriuatur a numero. Et ideo relationes quæ ſunt ſm quantitatem continuam, etiam attribuuntur numero. Sciendum eſt etiam ꝙ proportio numeralis diuiditur primo in duas .ſ. æqualitatis, & inæqualitatis. Inæqualitatis autem ſunt duæ ſpecies .ſ. excedens, & exceſſum, & magis, & minus. Inæquale autem excedens in quinque ſpecies diuiditur. Numerus enim maior quandoq; reſpectu minoris eſt multiplex, quando .ſ. aliquotiens continet ipſum, ſicut ſex continet duo ter. Et ſi quidem cõtineat ipſum bis, dicitur duplum, ſicut duo ad unum, uel quatuor ad duo. Si ter, triplum. Si quater, quadruplum. Et ſic inde. Quandoq; uero numerus maior continet totum numerum minorem ſemel, & inſuper unam aliquam partem eius. Et tunc dicitur ſuperparticularis. Et ſiquidem contineat totum & medium, uocatur ſexquialterum, ſicut tria ad duo. Si autem tertiam, ſexquitertius, ſicut quatuor ad tria. Si quartam, ſexquiquartus, ſicut quinq; ad quatuot Et ſic inde. Quandoq; numerus maior continet minorem totum ſemel, & inſuper non ſolum unam partem, ſed plures partes. Et ſic dicitur ſuperpartiens. Et ſi quidem contineat duas partes, dicitur ſuperbipartiens, ſicut quinq; ſe habent ad tria. Si uero tres, dicitur ſupertripartiens, ſicut ſeptem ſe habent ad quatuor. Si autẽ quatuor, ſic eſt ſuperquadripartiens, & ſic ſe habet nomen ad quinq;. Et ſic inde. Quandoq; uero numerus maior continet totum minorem pluties, & inſuper aliquam partẽ eius & tunc dicitur. Multiplex ſuperparticularis. Et ſi quidem contineat ipſum bis & mediam partem eius, dicitur duplum ſexquialterum, ſicut quinq; ad duo. Si autem ter & mediam partem eius, uocabitur triplum ſexquialterum, ſicut ſe habent ſeptem ad duo. Si autem quater & dimidiam partem eius, dicitor quadruplum ſexquialterum, ſicut nouẽ ad duo. Poſſent etiam ex parte ſuperparticularis huiuſmodi proportionis ſpecies ſumi, ut dicatur duplex ſexquitertius, quando maior numerus habet minorem bis & tertiam partem eius, ſicut ſe habent ſeptem ad tria: uel duplex ſexquiquartus, ſicut nouem ad quatuor, & ſic de aliis. Quandoq; etiam numerus maior habet minorem totum pluties, & etiam plures partes eius, & tunc dicitur. Multiplex ſuperpartiens. Et ſimiliter proportio poteſt diuidi ſecundum ſpecies multiplicitatis, & ſm ſpecies ſuperpartientis, ſi dicatur duplum ſuperbipartiens, quando habet maior numerus totum minorem bis & duas partes eius, ſicut octo ad tria. Vel etiam duplum ſuperbipartiens, ſicut undecim ad tres. Vel etiam duplum ſupertripartiens, ſicut undecim ad quatuor. Habet .n. totum bis, & tres partes eius. Et totidem ſpecies ſunt ex parte inæqualitatis eius qui exceditur. Nam numerus minor dicitur ſubmultiplex, ſubparticularis, ſubpartiens, ſubmultiplex ſubparticularis, ſubmultiplex ſubpartiẽs, & ſic de aliis.

Ois mẽſuratio i quãtitate cõti nua eſt aliquo mõ a numero.
Diuiſio ꝓportionũ
Quinq; ſpecies Inæqualitatis
Prima dicitur multiplex.
Scđa ſuperparticularis.
G
Tertia ſuperpartiens.
Quarta. multiplex ſuperparticularis.
H
Quinta multiplex ſuperpartiens.

Sciendum autem ꝙ prima ſpecies proportionis .ſ. multiplicitas conſiſtit in comparatione unius numeri ad unitatẽ. Quælibet enim eius ſpecies inuenitur primo in aliquo numero reſpectu unitatis. Duplum enim primo inuenitur in bina-

I rio reſpectu unitatis. Et ſimiliter proportio tripli in ternario reſpectu unitatis, & ſic de aliis. Primi autem termini in quibus inuenitur aliqua proportio, dant ſpeciem ipſi proportioni. Vnde in quibuſcunq; aliis terminis conſequenter inueniatur, inuenitur in eis ſm rationem primorum terminorum. Sicut proportio dupla primo inuenitur inter duo & unum. Vnde ex hoc proportio recipit rationem & nomen. Dicitur enim proportio dupla, proportio duorum ad unum. Et propter hoc ſi etiam unus numerus reſpectu alterius numeri ſit duplus, tamen hoc eſt ſm q minor numerus accipit rationẽ unius, & maior ratione duorum. Sex enim ſe habet in dupla proportione ad tria, inquãtum tria ſe habent ad ſex, ut unũ ad duo. Et ſimile eſt in tripla proportione, & in omnibus aliis ſpeciebus multiplicitatis. Et ideo dicit, q iſta relatio dupli, eſt per hoc q numerus determinatus. ſ. duo, { refertur ad unum } ideſt ad unitatem. Sed hoc q dico multiplex im-
K portat relationem numeri ad unitatem, ſed non alicuius determinati numeri, ſed numeri in uniuerſali. Si enim determinatus numerus accipiatur ut binarius uel ternarius, eſſet una ſpecies multiplicitatis, ut dupla uel tripla. Sicut autem duplũ ſe habet ad duo, & triplum ad tria quæ ſunt numeri determinati ita multiplex ad multiplicitatem, quia ſignificat numerum indeterminatum. Aliæ autem proportiones nõ poſſunt attendi ſm numerum ad unitatem. ſ. neq; proportio ſuperparticularis, neq; ſuperpartiens, neq; multiplex ſuperparticularis, neq; multiplex ſuperpartiens. Omnes enim hæ proportionum ſpecies attenduntur ſm q maior numerus continet minorem ſemel uel aliquotiens, & inſuper unam uel plures partes eius. Vnitas autem partem habere nõ poteſt. Et ideo nulla harum proportionum poteſt attendi ſm comparationem numeri ad unitatem, ſed ſm comparationẽ nu-
L meri ad numerum. Et ſic eſt duplex, uel ſm numerum determinatum, uel ſecundum numerum indeterminatum. Si autem ſm numerum determinatum, ſic { eſt hemiolum } ideſt ſexquialterum, aut { ſubhemiolum } ideſt ſuperſexquialterum. Proportio enim ſexquialtera primo conſiſtit in his terminis. ſ. ternario, & binario, & ſub ratione eorum in omnibus aliis inuenitur. Vnde q dicitur hemiolum uel ſexquialterum importat relationem determinati numeri ad determinatum numerum ſ. trium ad duo. Quod uero dicitur ſuperparticulare, refertur ad ſubparticulare, non ſm determinatos numeros, ſicut etiam multiplex refertur ad unum, ſed ſm numerum indeterminatum. Primæ enim ſpecies inæqualitatis ſuperius numeratæ accipiuntur ſm indeterminatos numeros, ut multiplex, ſuperparticulare, ſuperpartiens &c. Species uero iſtorũ accipiuntur ſm numeros determinatos ut duplũ, triplũ, ſexquialterũ, ſexquitertiũ, & ſic de aliis. Contingit enim aliquas quantitates continuas habere proportionem adinuicem, ſed non ſm aliquem numerum, nec determinatum, nec indeterminatum. Omnium enim quantitatũ continuarum eſt aliqua proportio, non tamen eſt proportio numeralis. Quorumlibet enim duorum numerorum eſt una menſura communis. ſ. unitas, quæ aliquotiens ſumpta, quemlibet numerum reddit. Non autem quarumlibet quantitatum continuarum inuenitur eſſe una menſura commu-
M nis, ſed ſunt quædam quantitates continuæ incommenſurabiles. Sicut diameter quadrati eſt incommenſurabilis lateri. Et hoc ideo, quia non eſt proportio eius ad latus, ſicut proportio numeri ad numerum, uel numeri ad unum. Cum ergo dicitur in quantitatibus q hæc eſt maior illa, uel ſe habet ad illã ut continens ad contentum, non ſolum hæc ratio non attenditur ſm aliquam determinatam ſpeciem numeri ſed nec etiam q ſit ſm numerum, quia omnis numerus eſt alteri commenſurabilis. Omnes enim numeri habent unam communem menſuram. ſ. unitatem. Sed continens & contentum non dicuntur ſm aliquam commenſurationem numeralem. Continens enim ad contentum dicitur, quod eſt tantum, & adhuc amplius. Et hoc eſt indeterminatum, utrũ ſit commenſurabile, uel non commenſurabile. Quantitas. n. qualiſcunq; accipiatur, uel eſt æqualis uel inæqualis. Vnde ſi non eſt æqualis, ſequitur q ſit inæqualis & continens, etiã ſi non ſit commenſurabilis. Patet igitur q omnia prædicta

Hemiolũ Subhemiolium.

Nõ ois proportio q̃titatis continuæ ẽ a numero, ut æquale & inæquale.

dicuntur ad aliquid ſm numerum, & ſecundum paſſiones numerorum, quæ ſunt commenſuratio, proportio, & huiuſmodi. Deinde cum dicit. N

Et inſuper æquale, ſimile, atq; idem alio modo. Ratione enim ipſius unius, uniuerſa dicuntur. Eadem enim, ſunt ea, quorũ eſt ſubſtantia una. Similia ſunt ea, quorum eſt qualitas una. Aequalia itẽ ſunt ea, quorum eſt quantitas una. At ipſum unũ principium eſſe numeri menſuramq; conſtat. Quare hęc uniuerſa ad aliquid per numerum quidem dicuntur, non tamen modo eodem.

Et amplius æquale, & ſimile, & idem ſecũdum alium modum. Hæc enim ſecundum unum dicũtur omnia. Eadem nanq;, quorum una eſt ſubſtantia. Similia uero quorum qualitas eſt una. Aequalia uero quorũ quantitas eſt una. Vnitas uero eſt numeri principium & metrum, id eſt menſura. Quare ea omnia dicũtur ad aliquid, ſm numerũ quidem non, tamen eodem modo. O

Parte. 31

Vnũ principium numeri.

Ponit relatiua quæ accipiuntur ſm unitatem, & non per comparationem numeri ad unum uel ad numerum, & dicit q alio modo a prædictis dicuntur relatiue, æquale, ſimile, & idem. Hæc enim dicuntur ſm unitatem. Nam eadem ſunt, quorum ſubſtantia eſt una. Similia, quorum qualitas eſt una. Aequalia, quorum quantitas eſt una. Cum autem unum ſit principium numeri & menſura, patet etiam q hæc dicuntur ad aliquid { ſm numerum } ideſt ſm aliquid ad genus numeri pertinẽs, non eodem modo tamen hæc ultima cum primis. Nam primæ relationes erant ſm numerum ad numerum, uel ſm numerum ad unum, hoc autem ſm unum abſolute. Deinde cum dicit.

Actiua uero atq; paſſiua per potentiam actiuã atq; paſſiuam operationeſq; potentiarum dicuntur, ut combuſtiuum ad combuſtibile, quia poſſunt. Et rurſus comburens dicitur ad id quod cõburitur, & diuidens ad id quod diuiditur, ut operantur. Eorum autem quæ per numerum dicuntur operationes non ſunt, niſi eo modo qui in aliis dictus eſt. Sed operationes per motũ illis non competunt. Ea præterea quæ dicuntur ad aliquid per potentiam, tempore etiam iam dicũtur, ut id quod fecit, ad id quod eſt factũ: & id qđ eſt facturũ, ad id quod eſt faciẽdũ. Sic enim pater, filii dicitur pater. Illud enim fecit, hoc quippiã paſſum eſt. Pręterea ſunt quæ per potentiæ priuationem dicuntur, ut impoſſe: & quæ ſimili mõ dicuntur: ut inuiſibile. P

Actiua uero & paſſiua ſecundũ potentiã actiuã & paſſiuam ſunt, & actiones potentiarum, vt calefactiuũ ad calefactibile: quia poteſt: & iterum calefaciens ad calefactum, & ſecans ad ſectum, tanq̃ agẽtia. Eorum vero quæ ſunt ſecundum numerũ, nõ ſunt actiones, niſi quemadmodum in aliis dictum eſt. Quæ autem ſecundũ motum actiones nõ exiſtunt. Iſtorum autem quæ ſecundũ potentiam: & ſecundũ tempus iam dicuntur ad aliquid, vt faciẽs ad quod fit: & facturũ ad faciendum. Sic enim pater, filii dicitur pater. Hoc quidem enim fecit, illud autẽ paſſum quid eſt. Amplius quædam ſecundum priuationem potentię, ut impoſſibile; & quęcunq; ſic dicuntur, vt inuiſibile. Q

part. 4.

Proſequitur de ſecundo modo relationum quæ ſunt in actiuis & paſſiuis, & dicit q huiuſmodi relatiua ſunt relatiua dupliciter. Vno modo ſm potentiam actiuam & paſſiuam, & ſecundo modo ſm actus harum potẽtiarum, qui ſunt agere & pati, ſicut calefactiuum dicitur ad calefactibile ſm potẽtiã actiuam & paſſiuam. Nam calefactiuum eſt, quod põt calefacere.

A lefacere. Calefactibile uero, quod poteſt calefieri. Calefaciēs autem ad calefactum, & ſecans ad id quod ſecatur, dicuntur relatiue ſm actus prædictarum potentiarum. Et differt iſte modus relationum à præmiſſis. Quæ enim ſunt ſm numerum, non ſunt aliquæ actiones niſi ſm ſimilitudinem, ſicut multiplicare, diuidere, & huiuſmodi, ut etiam in aliis dictum Te. cō. 18. eſt. ſ. in. 2. phyſi. Vbi oſtendit q mathematica abſtrahunt à motu, & ideo in eis eſſe non poſſunt huiuſmodi actiones quæ ſm motum ſunt. Sciendum etiam eſt q eorum relatiuorum quæ dicuntur ſm potentiam actiuam & paſſiuam, attenditur diuerſitas ſm diuerſa tempora. Quædam enim horum dicū tur relatiue ſm tempus præteritum, ſicut quod fecit ad illud quod factum eſt, ut pater ad filium, quia ille genuerit, ille genitus eſt, quæ differunt ſm feciſſe, & paſſum eſſe. Quædam uero ſm tempus futurum, ſicut facturus, refertur ad faciendum. Et ad hoc genus relationum reducuntur illæ relatiōes, quæ dicuntur ſecundum priuationem potentiæ, ut impoſſi- B bile & inuiſibile. Dicitur enim aliquid impoſſibile huic uel illi, & ſimiliter inuiſibile. Deinde cum dicit.

Ea igitur quę ad aliquid per numerum dicunt atq; potentiam, oia hoc ipſo ſunt ad aliquid, q unū quodq; ipſum quod eſt cuiuſpiam dicitur eſſe: ſed non hoc ipſo quod ad illud, aliud dicitur. At menſurabile, & ſcibile, & intelligibile ad aliquid ex eo dicuntur, quia ad quodq; ipſorum aliud dicitur. Intelligibile nāq; intellectum ipſius eſſe ſignificat. At intellectus non eſt ad id cuius eſt intellectus. Id enim bis dictum erit. Similiter & uiſus cuiuſpiam eſt uiſus, non cuius eſt uiſus, q̄q̄ uere hoc dici pōt; ſed ad colorem, aut aliud quippiam tale. Illo uero modo bis idem diceretur eſſe in quam uiſum eius C cuius eſt uiſus. Ea igitur quę per ſe ad aliquid dicuntur, partim hoc modo dicuntur.

parte. 5. Ergo ſecundum numerum & potentia dicta ad aliquid, oia ſint ad aliquid, eo q ipſum quod eſt alterius dicitur id quidē, ſed nō eo q aliud ad aliud. Menſurabile uero, & ſcibile, & intellectuale, eo q aliud dicitur ad ipſum ad aliquid dicuntur, ſed nō eo q illa ad aliud. Nam intellectuale ſignificat qđ ipſius eſt intellectus. Non eſt autem ad hoc cuius eſt intellectus. Bis enim idem diceretur. Et ſimiliter alicuius uiſus eſt uiſus, & non cuius eſt uiſus, (quáuis ſit, uerum hoc dicere) ſed ad colorem, aut ad aliquid tale. Illo uero modo bis diceretur, quia eſt uiſus cuius eſt uiſus. Ergo ſecundum ſe dicta ad aliquid, ſic dicuntur.

Proſequitur de tertio modo relationum, & dicit q in hoc differt iſte tertius modus à præmiſſis, q in præmiſſis unumquodq; dicitur relatiue, ex hoc q ipſum ad aliud refertur, non ex eo q aliud referatur ad ipſum. Duplum enim refert ad dimidium, & econuerſo: & ſimiliter pater ad filium, & D econuerſo. Sed hoc tertio modo aliquid dicitur relatiue, ex eo ſolum q aliquid refertur ad ipſum, ſicut patet q ſenſibile & ſcibile uel intelligibile dicuntur relatiue, quia alia referuntur ad illa. Scibile enim dicitur aliquid, propter hoc q habet ſcientia de ipſo. Et ſimiliter ſenſibile dicitur aliquid quod poteſt ſentiri. Vnde non dicitur relatiue propter aliquid q ſit ex eorum parte, q ſit qualitas, uel quātitas, uel actio, uel paſſio, ſicut in præmiſſis relationibus accidebat, ſed ſolum pp actiones aliorum, quæ tamen in ipſa non terminantur. Si. n. uidere eſſet actio uidentis perueniens ad rem uiſam, ſicut calefactio peruenit ad calefactibile, ſicut calefactibile refertur ad calefaciens, ita uiſibile referretur ad uidentem. Sed uide- Te. cō. 55. re & intelligere & huiuſmodi actiones, ut in nono huius dicetur, manent in agentibus & non tranſeunt in res paſſas, unde uiſibile & ſcibile non patitur aliquid, ex hoc quod intelligit uel uidetur. Et propter hoc non ipſamet referuntur ad alia, ſed alia ad ipſa. Et ſimile eſt in omnibus aliis in quibus relatiue aliquid dicitur propter relationē alterius ad ipſum, ſicut dextrum & ſiniſtrum in columna. Cum enim dextrum & E ſiniſtrum deſignent principia motuum in rebus animatis, columnæ & alicui inanimato attribui non poſſunt, niſi ſecundum quod animata aliquo modo ſe habeant ad ipſam, ſicut columna dicitur dextra, quia homo eſt ei ſiniſter. Et ſimile eſt de imagine reſpectu exemplaris, & denario quo fit pretium emptionis. In omnibus autem his tota ratio referendi i duobus extremis, pēdet ex altero. Et ideo oia huiōi quodā modo ſe habent, ut menſurabile & mēſura. Nam ab eo quælibet res menſuratur à quo ipſa dependet. Sciendum eſt autē q quamuis ſcia ſm nomen uideatur referri ad ſciētem & ad ſcibile, dicitur. n. ſcia ſcientis, & ſcia ſcibilis, & intellectus ad intelligentem & intelligibile, tñ intellectus ſm q ad aliquid dicitur, non ad hoc cuius eſt ſicut ſubiecti dicitur. Sequeretur. n. q idem relatiuum bis diceretur, conſtat. n. qñ intellectus dicitur ad intelligibile, ſicut ad obiectum. Si autem diceretur F ad intelligentem, bis diceretur ad aliquid. Et cum eſſe relatiui ſit ad aliud quodammodo ſe habere, ſequeretur q idem haberet duplex eſſe. Et ſimiliter de uiſo patet q non dicitur ad uidentem, ſed ad obiectum quod eſt color { uel aliq: id aliud tale. } Quod dicit propter ea quæ uidentur in nocte Lectio. 1. non per proprium colorem, ut habetur in ſecundo de aīa. Quamuis & hoc recte poſſet dici. ſ. q uiſus ſit uidentis. Refertur autem uiſus ad uidentem, non inquantum eſt uiſus, ſed inquantum eſt accidens uel potentia uidentis. Relatio. n. reſpicit aliquid extra, non autē ſubiectum, niſi inquantum eſt accidens. Et ſic patet q iſti ſunt modi quibus aliqua dicuntur ſm ſe ad aliquid. Deinde cum dicit.

Partim ſi genera ipſorum talia ſint. Medicina. n. eſt ad aliquid, propterea q ſcia quę quidem ipſius eſt genus, ad aliquid eſſe uidetur. Et inſuper ea quibus ad aliquid dicuntur, ea q̄ ipſa habent: ut æqualitas ad aliquid eſt, quia æquale ad aliquid eſt. Et ſimilitudo ēt, quia ſimile ad aliquid. At. n. ſunt q̄ per accidens dicuntur ad aliquid, ut homo ad aliquid dicitur, propterea q accidit ipſi eſſe duplum: hoc autem eſt ad aliquid, & album ſimili modo, ſi G eidem accidat duplum ac album eſſe.

parte. 6. Illa uero quia ſua genera ſunt talia, ut medicina ad aliquid, quia ſuum genus ſcia uidetur ad aliqd eſſe. Amplius quæcunq; ſm habentia dicuntur ad aliquid, ut æqualitas, quia ęquale: & ſimilitudo, qa ſimile. Alia uero ſm accidens, ut homo ad aliquid, quia ei accidit duplum eſſe: & hoc eſt ad aliquid, ut album, quia ei accidit album & duplum.

Ponit tres modos, quibus aliqua dñr ad aliquid, nō ſm ſe, ſed ſm aliud. Quorum primus eſt, qñ aliqua dñr ad aliquid pp hoc, q ſua genera ſunt ad aliquid: ſicut medicina dr ad aliquid, qa ſcia eſt ad aliquid. Dr. n. q medicina eſt ſcia ſani & ægri. Et iſto mō refertur ſcia per hoc quod eſt accidens. Secundus modus eſt, qñ aliqua abſtracta dñr ad aliquid, qa cōcreta habentia illa abſtracta, ad aliud dñr, ſicut æqualitas & ſimilitudo dñr ad aliquid, quia ſiſe & æquale ad aliquid ſunt. Aequalitas aũt & ſiſitudo ſm nomē non dñr ad aliquid. Tertius modus eſt, qñ ſubiectum dr ad aliquid, rōne accñtis, ſicut H homo uel album dr ad aliquid, quia utriq; accidit duplū eſſe. Et hoc mō caput dr ad aliquid, eo q eſt pars. Lec. XVIII.

Perfectum dicitur id cuius nulla pars extra accipi pōt, ut tps id cuiuſcunq; perfectum dicitur eſſe, extra quod nullū accipi tps pōt, quod ſit huiuſce temporis pars. Et id quod eſt affectu, uirtute, atq; bene ſe habet, non habens ad genus exuperationē: ut medicus perfectus quiſpiā dicitur, modulatorque perfectus, cum nihil ipſis in ſpecie ſuæ uirtutis deeſt. Hoc pacto ēt per tranſlationem & in malis dicere conſueuimus calumniatorem perfectum furemq; perfectum: quando quidem & bonos etiā ipſos dicimus, ut furem bonum calumniatoremque bonum. Atqui ipſa uirtus perfectio quędam

I eſt. Vnumquodq; enim tunc eſt perfectum, ſubſtã tiaq; omnis tunc eſt perfecta, cum in ſpecie propriæ uirtutis nulla pars eius magnitudinis, quæ ſecundum naturam competit, deeſt.

Te. cõ. 21. Parte. 1. PErſectum uero dicitur, unum quidem extra quod non eſt accipere, ullam quidem particulam: ut tempus perfectum ſingulorum, extra quod nõ eſt accipere tempus aliquod, quod ſit huius temporis pars. Et quæ ſunt ſm uirtutem & eius quod bene, non habentia hyperbolem ad genus: ut perfectus medicus, & perfectus fiſtulator, quando ſecũdum ſpeciem propriæ uirtutis in nullo deficiunt. Calumniatorem. Sic autem transferentes ad mala dicimus ſycophantam perfectum, & latronem perfectum: quoniam & bonos dicimus eos, ut latronẽ

k bonum, ſycophantam bonum. Eſt enim uirtus pfectio quædam. Quodlibet enim perfectum, & ſubſtantia omnis tunc perfecta, quando ſecundum ſpeciem propriæ uirtutis in nulla deficit parte ſecundum naturam menſuræ.

POSTQVAM Philoſophus diſtinxit nomina quæ ſignificant cauſas, & ſubiectum, & partes ſubiectorũ huius ſcientiæ, hic incipit diſtinguere nomina quæ ſignificãt ea quæ ſe habent per modum paſſionis, & diuiditur in duas partes. In prima diſtinguit nomina ea quæ pertinent ad perfectionem entis. In ſecunda diſtinguit nomina quæ pertinent ad entis defectũ, ibi: { Falſum dicitur vno modo. } Inf. le. xxii. parte 3. Circa primum duo facit. Primo diſtinguit nomina ſignificãtia ea quæ pertinent ad perfectionem entis. Secundo pertinentia ad totalitatem. Perfectum enim & totum aut ſunt idem aut fere

L idem ſignificant, ut dicitur in. 3. phyſico. ſecunda ibi. { Ex aliquo eſſe dicitur. } Inf. le. xxii. Te c. liiii. Lec. ſeq. Circa primũ duo facit. Primo diſtinguit hoc nomen perfectum. Secundo diſtinguit quædam nomina quæ ſignificant quaſdam perfectiones perfecti, ibi: { Terminus dicitur. } Circa primum duo facit. Primo ponit modos quibus aliqua dicuntur perfecta ſm ſe. Secundos modos quibus aliqua dicuntur perfecta per reſpectum ad alia, ibi: { Alia uero. } Infra hac. Lec. par. 4 Circa primũ duo facit. Primo ponit modos quibus aliquid ſm ſe dicitur perfectum. Secũdo oſtendit qõo ſm hos modos aliqua diuerſimode perfecta dicuntur, ibi: { Sm ſe dicta quidẽ igitur. } Infr. par. 3 Dicit ergo primo, ꝙ perfectum uno modo dicitur, extra quod non eſt accipere aliquam eius particulam, ſicut homo dicitur perfectus qñ nulla deeſt ei ps. Perfectum tribus modis dicitur. Et dicitur tps perfectum, qñ non eſt accipere extra aliquid quod ſit tpis pars: ſicut dicitur dies, perfectus qñ nulla pars diei deeſt. Alio modo dicitur aliquid perfectum ſm uirtutẽ & ſic dicitur aliquid perfectum quod non habet { hyperbolem } .i. ſuperexcellentiam uel ſuperabundantiam ad hoc ꝙ aliquid bene fiat ſm genus illud. Et ſilr nec defectum, hoc. n. dicimus bene ſe habere, ut dicitur i. 2. ethi. ꝙ nihil habet nec plus nec minus q̃ debet habere. Le. ſe. vi.

M Et ſic dicitur perfectus medicus, & perfectus fiſtulator, qñ non deficit ei aliquid quod ptineat ad ſpẽm propriæ uirtutis, ſm quam dicitur ꝙ hic eſt bonus medicus, & ille bonus fiſtulator. Virtus. n. cuiuslibet eſt quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit. Secũdum autem hunc modum utimur translatiue noíe pfecti ẽt in malis, dicimus. n. perfectum { ſycophantam } .i. calumniatorem, & perfectum latronem, qñ in nullo deficit ab eo quod competit eis inquantum ſunt tales. Perfectũ dr ẽt i malis ſecũdũ metaphoram. Nec eſt mirum ſi in iſtis quæ magis ſonant defectum utimur noíe perfectionis, quia ẽt cum ſint mala, utimur in eis noíe bonitatis per q̃dã ſilitudinem. Dicimus. n. bonum furem, & bonum calumniatorem, quia ſic ſe habent in ſuis operationibus, licet malis, ſicut boni in bonis. Et ꝙ aliquid dicatur perfectum per comparationem ad uirtutem propriã, prouenit quia uirtus eſt quædam perfectio rei. Vnumquodq;. n. tunc eſt perfectum. q̃do nulla pars magnitudinis naturalis quæ competit ei ſm ſpẽm propriæ uirtutis, deficit ei. Sicut autẽ quælibet res naturalis habet determinatam menſuram naturalis magnitudinis ſm Te. cõ. 41. quantitatem continuam, ut dicitur in. 2. de aía, ita ẽt quælibet res habet determinatam quantitatem ſuæ uirtutis naturalis. N Equus enim habet quantitatem dimenſiuam determinatam ſm naturam cum aliqua latitudine. Eſt enim aliqua quantitas ultra quam nullus equus protenditur in magnitudine. Et ſimiliter eſt aliqua quantitas quam non tranſcendit in paruitate. Ita etiam ex utraq; parte determinatur aliquibus terminis quantitas uirtutis equi. Nam aliqua eſt uirtus equi, qua maiori in nullo equo inuenitur. Et ſimiliter eſt aliqua tam parua, qua nulla eſt minor. Sicuti igitur primus modus perfecti accipiebatur ex hoc ꝙ nihil rei deerat de quantitate dimenſiua ſibi naturaliter determinata, ita hic ſecundus modus accipitur ex hoc ꝙ nihil deeſt alicui de quantitate uirtutis ſibi debitæ ſm naturam. Vterq; autem modus perfectionis attenditur ſm interiorem perfectionem.

Præterea in quibus ſtudioſus ineſt finis, ea perfecta dicuntur. Ex eo nanq; quia finem habent, perfe- O cta ſunt & dicuntur. Quare cum finis extremum Finis quid. ſit quiddam, & ad praua etiam transferentes, perfecte periſſe quippiam dicimus, perfecteq; corruptũ eſſe, cum nihil prorſus corruptiõis deficit atq; mali, ſed in ipſo extremo eſt cõſtitutum. Quapropter & obitus finis dicitur per translationẽ, quia utraq; ſunt extrema. Finis uero & id gratia cuius cætera fiunt, extremum eſt.

Amplius cuius eſt finis ſtudioſus, ea dicuntur parte 2. perfecta. Etenim ſecundum habere finem perfecta: Quare quoniam finis ultimorum aliquis eſt, & ad praua transferentes dicimus perfecte perdi, & perfecte corrumpi, quando nihil deeſt corruptioni in malo, ſi in ultimo eſt. Quapropter mors ſecundũ metaphoram dicitur finis, quia ambo ultima: P Finis autem & cuius cauſa ultimum.

Tertium modum ponit per reſpectum ad exterius dicẽs ꝙ illa dicuntur tertio modo perfecta { quibus ineſt finis } .i. quædam conſecuta ſunt ſuum finem. Si tñ ille finis fuerit { ſtudioſus } .i. bonus, ſicut homo qñ iam conſequitur beatitudinem Qui aũt conſequitur finem ſuum in malis, magis dicitur deficiens q̃ perfectus, quia malum eſt priuatio perfectionis debitæ. In quo patet ꝙ mali qñ ſuam perficiunt uolũtatem, non ſunt feliciores, ſed miſeriores. Quia uero omnis finis eſt quoddam ultimum, ideo per quandam ſimilitudinẽ transferimus nomen perfectum, ad ea quæ perueniunt ad ultimum, licet illud ſit malum. Sicut dicitur aliquid perfecte perdi uel corrumpi, qñ nihil deeſt de corruptione uel perditione rei. Et per hanc metaphoram, mors dicitur finis, quia eſt ultimum. Sed finis non ſolum habet ꝙ ſit ultimum, ſed ẽt ꝙ ſit cuius cauſa ſit aliquid. Nõ eſt ultimũ ꝗ̃ ꝑpie finis. Quod non contingit morti uel corruptioni. Deinde cum dicit.

Ea igitur quę per ſe perfecta dicuntur, tot modis dicuntur. Alia propterea quod in bene ſeſe habendo nil ipſis deficit, neq; exuperationem habent, Q neq; quicquam eſt extra. Alia omnino ex eo quia i unoquoq; genere exuperationem non habẽt, neq; quicquam eſt extra.

Secundum ſe dicta quidem igitur perfecta totiens dicuntur. Parte 3. Alia quidem, quia ſecundum bene in nullo deficiunt, nec hyperbolem. i. exceſſum hñt: nec extra aliquid accipiunt. Alia omnino ſm ꝙ nõ habent hyperbolem. i. exceſſum in unoquoq; genere, nec aliquid eſt extra.

Oſtendit qõo aliqua diuerſimode ſe habeant ad prædictos modos perfectionis, & dicit ꝙ quædam dicuntur ſm ſe pfecta, & hoc dupliciter. Alia quidem uniuerſaliter perfecta, q̃a nihil oíno deficit eis abſolute, nec aliquam habent { hypbolem } .i. excedentiam, quia à nullo uidelicet penitus in bonitate excedunt, nec aliquid extra accipiunt, quia nec indigent

A exteriori bonitate. Et hæc eſt conditio primi principii. ſ. Dei, in quo eſt perfectiſſima bonitas, cui nihil deeſt de omnibus perfectionibus in ſingulis generibus inuentis. Alia dicuntur perfecta in aliquo genere, ex eo q᷑ quantum ad illud genus pertinet, nec { habent hyperbolem } ideſt excedentiam, quaſi aliquid eis deficiat eorum quæ illi generi debentur, nec aliquid eorum quæ ad perfectionem illius generis pertinent eſt extra ea, quaſi eo careant, ſicut homo dicitur perfectus, Tex.cõ.3. quando iam adeptus eſt beatitudinem. Et ſicut fit hæc diſtinctio quantum ad ſecundum modum perfectionis ſupra poſitum, ita poteſt fieri quantum ad primum, ut tãgitur in principio cœli & mundi. Nam quodlibet corpus particulare eſt quantitas perfecta ſecundum ſuum genus, quia habet tres dimenſiones quibus non ſunt plures. Sed mundus dicitur perfectus uniuerſaliter, quia omnino nihil extra ipſum eſt.

B Deinde cum dicit.

Cætera uero iam per hæc ipſa, perfecta dicuntur, quia aut tale quid faciunt, aut habent, aut talibus accommodantur, aut aliquo alio modo dicuntur ad ea quæ perfecta primo dicuntur.

parte.4. Alia uero iam ſm ipſa, aut in faciendo aliquid tale, aut habendo, aut cognoſcendo tali, aut in aliqua liter dici at primo dicta perfecta.

Ponit modum ſm quem aliqua dicuntur perfecta per reſpectum ad aliud, & dicit, q᷑ alia dicuntur perfecta { ſm ipſa } ideſt per comparationem ad perfecta quæ ſunt ſm ſe perfecta. Vel ex eo q᷑ faciunt aliquid perfectum aliquo priorum modorum, ſicut medicina eſt perfecta, quæ facit ſanitatem perfectam. Aut ex eo q᷑ habent aliquid perfectum, ſicut homo dicitur perfectus, qui habet perfectam ſcientiam. Aut repræſentando tale perfectum, ſicut illa quæ habent ſimilitudinem ad perfecta, ut imago dicitur perfecta, quæ repræſentat C hominem perfecte. Aut qualitercunq; aliter referãtur ad ea quæ dicuntur per ſe perfecta primis modis. Lec. XIX.

Modi quo aliq̃ dicuntur pfecta per aliud.

Extremum id dicitur quod eſt uniuſcuiuſq; ultimum, & ultra quod primi nihil accipi poteſt, & citra quod primi omnia collocantur.

Te. cõ. 22 parte.5. TErminus dicitur quod eſt cuiuſlibet vltimũ, & extra quod nihil eſt accipere primi, & infra quod omnia primi.

HIC proſequitur de nominibus quæ ſignificant conditiones perfecti. Perfectum autem, ut ex præmiſſis patet, eſt terminatum & abſolutum, non dependens ab alio, & nõ priuatum, ſed habens ea quæ ſibi ſm ſuum genus competũt. Et ideo primo ponit hoc nomen terminus. Secundo hoc q̃d dicitur per ſe, ibi: { Et ſecundum quod dicitur. } Tertio hoc nomẽ habitus, ibi: { Habitus uero dicitur. } Circa primum tria facit. Primo ponit rationem termini dicens, q᷑ terminus dicitur quod eſt ultimum cuiuſlibet rei: ita q᷑ nihil de primo terminato eſt extra ipſum terminũ, & omnia quæ ſunt eius, continentur intra ipſum. Dicit autem { primi } quia contingit q᷑ id quod eſt ultimum primi, eſſe principium ſecundi, ſi- D cut nunc quod eſt ultimum præteriti, eſt principium futuri.

Perfectum quid.

Infra ſ.4. Lect. ſeq. parte 2. Terminum quid.

Et id quod eſt magnitudinis, aut magnitudinẽ habentis forma, & uniuſcuiuſq; finis. Tale autem eſt id, ad quod per motum itur, actionemq;, & non id ex quo fit profectio. Interdum autem ambo, & id ex quo, & id ad quod profectio fieri ſolet. Et id gratia cuius cætera fiunt. Et cuiuſq; ſubſtantia, & quidditas item cuiuſq;. Cognitionis enim hæc extremum. Quod ſi eſt cognitionis, eſt eſſe & ipſius rei extremum.

parte.2. Et quæcunq; fuerit ſpecies magnitudinis, aut habẽtis magnitudinem & finis cuiuſq;. Tale uero ad quod motus & actus, & non a quo. Et quandoque ambo, & a quo & in quod. Et cuius cauſa. Et ſubſtantia cuiuſlibet, & quid erat cuiq;. Cognitionis enim hic terminus. Sed ſi cognitionis & rei.

Secundo ponit quatuor modos, quibus dicitur terminus, quorum primus eſt ſm q᷑ in qualibet ſpecie magnitudinis, finis magnitudinis uel habentis magnitudinem, dicitur terminus, ſicut punctus dicitur terminus lineæ, & ſuperficies corporis, uel etiam lapidis habentis quantitatem. Secundus modus eſt ſimilis primo, ſm q᷑ ultimum extremum motus uel actionis, dicitur terminus, hoc ſcilicet ad quod eſt motus, & non à quo, ſicut terminus generationis eſt eſſe, non autem non eſſe, quamuis quandoq; ambo extrema motus, dicantur terminus largo modo ſcilicet à quo, & in quod prout dicimus q᷑ omnis motus eſt inter duos terminos. Tertius modus dicitur terminus, cuius cauſa fit aliquid: hoc enim eſt ultimum intentionis, ſicut terminus ſecundo modo dictus eſt ultimum motus uel operationis. Quartus modus eſt ſm q᷑ ſubſtantia rei quæ eſt eſſentia & diffinitio ſignificans q᷑ quid eſt res, dicitur terminus. Eſt enim terminus cognitionis. Incipit enim cognitio rei ab aliquibus ſignis exterioribus, quibus peruenitur ad cognoſcendam rei diffinitionem. Quo cũ peruentum fuerit, habetur perfecta cognitio de re. Vel dicitur terminus cognitionis diffinitio, quia infra ipſam continẽtur ea per quæ ſcitur res. Si autem una differentia uel addat uel ſubtrahatur, iam non erit eadem diffinitio. Si autem eſt terminus cognitionis, oportet q᷑ ſit rei terminus, quia cognitio fit per aſſimilationem cognoſcentis ad rem cognitam. E

Terminus. Primus dicit quatuor modis. Secundus. Tertius. Quartus. F

Quare patet tot modis ipſum extremum dici, quot modis ipſum principium dicitur, & inſuper pluribus. Principium enim extremum eſt quoddã at non omne extremum principium eſt, ut patet.

Quare palam quia quotiens principia dicuntur totiens terminus, & adhoc amplius. Principium enim terminus quidem eſt, ſed terminus non omnis principium. parte.3.

Concludit comparationem termini ad principium dicẽs, q᷑ quotiens dicitur principium, totiens dicitur terminus, & adhuc amplius: quia omne principium eſt terminus, ſed non terminus omnis, eſt principium. Id enim ad quod motus eſt, terminus eſt, & nullo modo principium eſt. Illud uero à quo eſt motus ẽ principiũ & terminus, ut ex prædictis patet. G

Et ipſum quod pluribus dicitur modis. Atque uno modo dicitur forma ſubſtantiaq; cuiuſq;, ueluti quo bonus eſt bonus, idipſum eſt bonum. Alio modo id in quo primo aptum eſt quippiam fieri: ut color in ſuperficie. Id igitur quod primo dicitur quo, forma eſt ipſa: ſecundo uero, id quod eſt ut materia cuiuſq; ſubiectumq; cuiuſq; primum. Omnino autem ipſum quo atq; cauſa paribus modis dicuntur. Id enim quo quiſpiam acceſſit, id eſſe dicitur gratia cuius uenit. Et item id quo vitioſam quiſpiam rationem aut ratiocinationem extruxit, id eſt quod ratiocinationis eſt, aut uitioſæ cauſa rationis. Præterea ipſum quo poſitionem ſignificat, ueluti quo ſtetit aut quo pergit. Hæc enim omnia poſitionem locumue ſignificant.

H Et ſm quod, dicitur multipliciter. Vno quidem modo ſpecies & ſubſtantia cuiuſq; rei, ut ſm q̃ bonum, per ſe bonum. Alio uero in quo primum aptum natum eſt fieri, ut color in ſuperficie. Primo quidam ergo dictum ſm q̃, ſpecies eſt. Secundo autem, ut materia cuiuſq;, & ſubiectum cuiuſq; primum. Omnino uero ipſum ſm q̃, pariter & cauſa exiſtit. Nam ſm q̃ uenit, aut cuius cauſa uenit dicitur, & ſm q̃ paralogizatum eſt, aut ſyllogizatum eſt, aut qua cauſa ſyllogiſmi ſunt, aut paralogiſmi. parte 4. Te.cõ.23

Amplius ſm q̃, ſm poſitionem dicitur, ut ſm q̃ ſtetit, aut ſm q̃ uadit. Ea nanq; omnino poſitionem ſignificant & locum.

I Hic determinat de per ſe, & circa hoc tria facit. Primo determinat de hoc quod dicitur ſm q, quod eſt communius q̃ ſm ſe. Secundo concludit modos eius, quod dicitur ſm ſe, ibi: { Quare ſm ſe. } Tertio, quia utrunq; dictorum modorum ſm aliquem modum ſignificat diſpoſitionem, determinat de nomine diſpoſitionis, ibi: { diſpoſitio. } Circa primũ ponit quatuor modos eius quod dicitur ſm q, quorum primus eſt, prout { ſpecies, } id eſt forma, & { ſubſtantia rei } id eſt eſſentia, eſt id ſm quod aliquid eſſe dicitur, ſicut ſm Platonicos, { per ſe bonum } id eſt idea boni eſt illud ſm quod aliquid bonum dicitur. Secundus modus eſt, prout ſubiectũ in quo primo aliquid natum eſt fieri dicitur ſm q, ſicut color primo fit in ſuperficie, & ideo dicitur q corpus eſt coloratum ſm ſuperficiem. Hic autem modus differt a prædicto, quia prædictus pertinet ad formam, & hic pertinet ad materiam. Tertius modus eſt, prout uniuerſaliter quælibet cauſa dicitur ſm q. Vnde totiens dicitur ſm q, quotiens & cauſa. Idem enim eſt quærere ſm q uenit, & cuius cauſa uenit: ſimiliter ſm q paralogizatur, aut ſyllogizatum eſt, & quæ cauſa facti ſunt ſyllogiſmi. Quartus modus eſt, prout ſm q ſignificat poſitionem & locum, ſicut dicitur, iſte { ſtetit ſm hunc, } .i. iuxta hunc: & ille { uadit ſm hunc } .i. iuxta hũc, quæ oia ſignificant poſitionem & locum. Et hoc manifeſtius in græco idiomate apparet. Deinde cum dicit.

parte ſeq. Lec. ſeq. Parte 1. Modi quatuor ſecundum q. Primus. Secundus. Tertius. K Quartus.

Quare neceſſe eſt & ipſum per ſe multipliciter dici. unum eſt enim per ſe quidditas uniuſcuiuſq;, ut Callias & quidditas ipſius Calliæ. Aliud id omne quod ineſt in ratione, ueluti Callias per ſe animal eſt. In ratione enim ipſius, animal ineſt. Callias enim animal quoddam eſt. Præterea ſi in ſeipſo primo aut in aliqua ſui parte ſuſceperit, quo pacto ſuperficies eſt per ſe alba, & homo uiuens per ſe. Anima nanq; pars quædam eſt hominis, in qua prima eſt ipſum uiuere. Preterea id cuius non eſt alia cauſa ulla. Hominis enim ſunt cauſæ multæ, animal bipes, attamen ipſe homo per ſe homo eſt. Inſuper ea quæ ſoli inſunt, & ut eſt ſolum, quocirca per ſe eſt id quod eſt ſeparatum.

L

Quare ſm ſe, dici multipliciter eſt neceſſe. Vnũ enim ſm ſe quod quid erat eſſe unicuiq;, ut Callias & quod quid erat eſſe Calliam. Alia uero quæcunq; in eo quod quid eſt exiſtunt, ut animal Callias ſecundum ſe. Nam in ratione ineſt animal. Animal enim quoddam eſt Callias. Amplius autem ſi in ipſo oſtenſum eſt primo, aut in eius aliquo, ut ſuperficies alba ſecundum ſe, & uiuum ſecundum ſe homo. Anima nanq; pars eſt quędam hominis, in qua prima eſt ipſum uiuere. Amplius cuius non eſt alia cauſa. Hominis enim multę ſunt cauſę, animal bipes. Attamen ſecundum ſe, homo eſt homo.

parte. 5.

M Amplius quęcunq; ſoli inſunt, & inquantum ſoli, eo q ſeparatum, ſecundum ſe.

Concludit ex prædictis quatuor modos dicendi per ſe uel ſm ſe, quorum primus eſt, qñ diffõ ſignificans quid eſt eſſe uniuſcuiuſq; dicitur ei ineſſe ſm ſe, ſicut Callias { & quod quid erat eſſe Calliam } .i. & eſſentia rei, ita ſe habent q unũ ineſt ſm ſe alteri. Nõ aũt ſolum tota diffõ dr de diffinito ſm ſe, ſed aliquo modo ẽt quæcũq; inſunt in diffõne dicente qd eſt, prædicantur de diffinito ſm ſe, ſicut Callias eſt aĩal ſm ſe. Aĩal.n. ineſt in rõne Calliæ. Nam Callias eſt quoddam aĩal, & poneretur in eius diffõne, ſi ſingularia diffõnẽ habere poſſent. Et hi duo modi ſub uno comprehenduntur. Nam eadẽ rõne, diffõ & pars diffõnis per ſe de unoquoq; prædicantur. Eſt.n. hic primus modus per ſe qui ponitur in lib. poſteriorũ & reſpondet primo modo eius quod dicitur ſm quod, ſuperius poſito. Secundus modus eſt, qñ aliquid oſtenditur eſſe in aliquo, ſicut in primo ſubiecto, cum ineſt ei per ſe. Quod quidem contingit dupl͛r, quia uel primum ſubiectum accidentis eſt ipſum totum ſubiectum de quo prædicatur. Sicut ſuperficies dicitur colorata uel alba ſm ſeipſum. Primum.n. ſubiectum coloris eſt ſuperficies, & ideo corpus dicitur coloratum rõne ſuperficiei. Vel ẽt aliqua pars eius, ſicut homo dicitur uiuens ſm ſe, quia aliqua pars eius eſt primum ſubiectũ uitæ, ſ. aia. Et hic eſt ſecundus modus dicendi per ſe in poſterioribus poſitus, qñ. ſ. ſubiectum ponitur in diffõne prædicati. Subiectum.n. primũ, & proprium, ponitur in diffõne accidentis proprii. Tertius modus eſt prout ſm ſe eſſe dicitur, illud cuius non eſt aliqua alia cauſa, ſicut oẽs propoſitiones immediatæ, quæ. ſ. per aliquod medium non probantur. Nam medium in demonſtrationibus pp quid eſt cauſa q prædicatum inſit ſubiecto. Vnde licet homo habeat multas cauſas, ſicut aĩal & bipes quæ ſunt cauſæ formales eius, tñ huius ꝓpoſitionis, homo eſt homo, cum ſit immediata, nihil eſt cauſa. Et pp hoc homo eſt homo ſm ſe. Et ad hunc modum reducitur quartus modus dicendi per ſe in poſterioribus poſitus, qñ effectus prædicatur de cauſa, ut cum dicitur interfectus interiit pp interfectionem, uel infrigidatũ infriguit uel refriguit pp refrigerium. Quartus modus eſt, prout illa dicuntur ſm ſe ineſſe alicui quæ ei ſoli inquantum ſoli inſunt. Quod dicit ad differentiam priorum modorum, in quibus non dicebatur ſm ſe ineſſe ex eo quod eſt ſoli ineſſe. Quãuis ẽt ibi aliquid ſoli ineſſet, ut diffõ. Hic aũt ſm ſe dicitur rõne ſolitudinis. Nam hoc quod dico ſm ſe, ſignificat aliquid ſeparatum ſicut dicitur homo ſm ſe eſſe, qñ ſolus eſt. Et ad hunc reducitur certus modus in poſterioribus poſitus, & quartus modus dicendi ſm q, qui põnem importabat. Lec. XX.

Quatuor modi dicendi per ſe. Primus. Secundus. N Tertius. O Quartus.

Diſpoſitio ordo dicitur eius eſſe, quod partes habet, aut loco, aut potentia, aut forma. Põnem.n. quandam eſſe oportet, ut & nomẽ etiam ipſum diſpoſitio inquam, declarat.

Diſpõ dicitur habentis partes ordo, aut ſecundum locum, aut ſecundum potentiam, aut ſecundum ſpẽm. Põnem.n oportet quandam eſſe, ſicut & ipſum hoc nomen diſpõ oſtendit.

Te. cõ. 1. Parte 2. P

QVIA uno modo ſm q põnem ſignat, ideo conſequenter Philoſophus proſequitur de noĩe diſpõnis: & põnit rõnem cõem huius noĩs diſpõ, dicens. Quod diſpõ nihil eſt aliud q̃ ordo partium in habente partes. Ponit aũt modos quibus dicitur diſpõ, qui ſunt tres. Quorum primus eſt ſm ordinem partium in loco. Et ſic diſpõ, ſiue ſitus eſt quoddam prædicamentum. Secundus modus eſt, prout ordo partiũ attenditur ſm potentiam ſiue uirtutem. Et ſic diſpõ ponitur in prima ſpẽ qualitatis. Dicitur.n. aliquid hoc modo eſſe diſpoſitum, utputa ſm ſanitatem uel ægritudinem, ex eo q partes eius habent ordinem in uirtute actiua uel paſſiua. Tertius modus eſt, prout ordo partium attenditur ſm ſpẽm & figuram totius, & ſic diſpõ ſiue ſitus ponitur dña in genere q̃titatis. Dr q q̃titas alia eſt hñs põnem, ut linea, ſuperficies, corpus & locus. Alia non hñs, ut numerus & tempus. Oſtendit ẽt q hoc nomen diſpõ, ordinem ſignificet. Significat n. põnem ſicut ipſa noĩs impoſitio demonſtrat. De rõne autem poſitionis eſt ordo.

Diſpõ dr tribus modis. Primus. Secundus. Tertius. Q

Habitus aũt, uno quidem dicitur modo, quaſi operatio quædam habentis, eiuſq; quod habetur, perinde atq; actio quædam uel motus. Cum.n. alterum efficit, alterum efficitur, tunc eſt effectio media: ſic & inter habentem tunicam, & tunicam quę habetur, habitus eſt. Atq; patet fieri nõ poſſe, quo hic habitus habeatur. Erit.n. infinita profecto, ſi fiet ut eius quod habetur habitus habeatur. Alio modo dicitur habitus diſpõ, quia id quod afficitur bene uel male diſpõitur, aut per ſe, aut ad aliquid, qualis eſt ſanitas, habitus quidam. Eſt enim diſpoſitio talis. Inſuper habitus dicitur, ſi diſpoſitionis talis ſit pars. Quapropter & uirtus partium, habitus quidam eſt.

A T.cõ.25. parte.2. Habitus uero dicitur, uno quidem modo tanquam actio quędam habentis & habiti, ut actus quidam, aut motus. Nam qñ hoc quidem facit, illud uero fit, eſt factio intermedia. Et ita inter habentē indumentum, & habitum indumentum, intermedius eſt habitus. Ergo palam quia non conuenit habere habitum. In infinitum.n. uadit ſi habiti fuerit habere habitum. Alio uero modo habitus diſpoſitio dicitur ſm quam bene & male diſponitur diſpoſitum, & aut ſm ſe, aut ad aliud, ut ſanitas eſt habitus quidā, & diſpõ eſt talis. Amplius habitus quidem dicitur ſi eſt pars diſpõnis talis. Quapropter & partium uirtus habitus eſt quidam.

Parte ſeq. Habitus dr̃ dupliciter. Hic proſequitur de nomine habitus, & primo diſtinguit ipſum nomen habitus. Secundo quædam nomina quæ hñt B propinquam conſiderationem ad hoc nomen. ibi { Paſſio dicitur. } Ponit ergo primo duos modos, quibus hoc nomen dicitur. Quorum primus eſt aliquid medium inter habentē & habitum. Habere enim licet non ſit actio, ſignificat tamen per modum actionis. Et ideo inter habentem & habitum intelligitur habitus eſſe medius, & quaſi actio quædam, ſicut calefactio intelligitur eſſe media inter calefactum & calefaciēs, ſiue illud medium accipiatur ut actus, ſicut quādo calefactio accipitur actiue: ſiue ut motus, ſicut quando calefactio accipitur paſſiue. Quando enim hoc facit, & illud fit, eſt media factio. In græco habetur poiēſis, quod factionem ſignificat. Et ſiquidem ulterius procedatur ab agente in patiens, eſt medium factio actiua, quæ eſt actus facientis. Si uero procedat à facto in faciētem, ſic eſt medium factio paſſiua, quæ eſt motus facti. Ita etiam inter hominem habentem ueſtem, & ueſtem habitam, eſt medius habitus, quia ſi conſideretur procedendo ab homine ad ueſtem, erit ut actio, prout ſignificatur C in hoc quod dicitur habere. Si uero econuerſo, erit ut paſſio motus, prout ſignificatur in hoc quod dicitur haberi. Quāuis autem habitus intelligatur eſſe medius inter hominem & ueſtem, inquantum habet eam, tamen manifeſtum eſt q̃ nō contingit inter ipſum habitum & habentem, eſſe aliud medium, quaſi adhuc ſit alius habitus medius inter habentem & ipſum medium habitum. Sic enim procederetur in infinitum, ſi dicatur q̃ conuenit habere habitum { habiti, } ideſt rei habitæ. Homo enim habet { rem habitam, } ideſt ueſtē. Sed illum habitum rei habitæ non habet homo, alio medio habitu. Sicut homo faciens, facit factum factione media, ſed ipſam mediam factionem non facit aliqua alia factione media. Et propter hoc etiam relationes quibus ſubiectum refert ad aliud, non referuntur ad ſubiectum aliqua alia relatione media, nec etiam ad oppoſitum, ſicut paternitas, neq; ad patrem, neq; ad filium refertur aliqua alia relatione media, & ſi aliquæ relationes mediæ dicantur, ſunt rationis tantum, & non rei. Habitus autem ſic acceptus eſt unum prædicamentum. Secundo modo dicitur habitus diſpoſitio ſm quam aliquid diſponitur bene & male, ſicut ſanitate aliquid diſponit bene, ægritudine male. Vtroq; autem. ſ. ægritudine & ſanitate D aliqd diſponitur bene uel male dupliciter ſ. aut ſm ſe, aut per reſpectum ad aliquid. Sicut ſanum eſt, quod eſt bene diſpoſitum ſm ſe: robuſtum autem, quod eſt bene diſpoſitum ad aliquid agendum. Et ideo ſanitas eſt habitus quidam, quia eſt talis diſpoſitio qualis dicta eſt. Et non ſolum habitus dicit diſpoſitio totius, ſed etiam diſpoſitio partis, quæ eſt pars diſpoſitionis totius, ſicut bonæ diſpõnes partium aĩalis, ſunt partes bonæ habitudinis in toto aĩali. Et uirtutes ēt partium aĩæ, ſunt quidam habitus, ſicut temperantia concupiſcibilis, & fortitudo iraſcibilis, & prudentia rõnalis.

Paſſio dicitur uno modo qualitas qua ſit ut qppiam alteretur, ut album & nigrum, dulce & amarum, grauitas atq; leuitas, & quę ſunt iſtiuſmodi. Alio modo operationes horum & iam alterationes. Præterea magis eſſe alterationes, motioneſue quæ detrimentum afferunt: et maxime læſionum ę quę dolore afficiunt. Inſuper magnitudines calamitatum rerumque afferentium dolorem paſſiones dicuntur. E

T cõ 26. parte. 3. Paſſio dicitur uno quidem modo qualitas ſm quam alterari contingit, ut album & nigrum, dulce & amarum, grauitas & leuitas, & quæcũq; ſunt talia. Alia uero modo horum actiones & alterationes. Amplius horum magis nociuę alterationes & motus. Et maxime lamentabiles & nociuę. Amplius magnitudines exultationum & lamentationum paſſiones dicuntur.

Hic proſequitur de illis quæ conſequuntur ad habitum, & primo de his quæ ſe habent ad ipſum per modum oppoſitionis. Secundo de eo quod ſe habet ad ipſum per modum effectus. ſ. de habere quod ab habitu denominatur. ibi { Habere multipliciter dicitur. } Habitum autem opponitur aliquid Lec. ſe. pñ. .ſ. paſſio, ſicut imperfectum perfecto. Priuatio autem oppoſitione directa. Vnde primo determinat de paſſione. Secun- F do de priuatione. ibi { Priuatio dicitur. } Ponit ergo primo quatuor modos, quibus paſſio dicitur. Vno modo dicitur Paſſionis modi ſunt quatuor. Primus. qualitas ſm quam fit alteratio, ſicut album & nigrum & huiuſmodi. Et hæc eſt tertia ſpēs qualitatis. Probatum enim eſt in. 7. phyſi. q̃ in ſola tertia ſpecie qualitatis poteſt eſſe alteratio. Te cõ 14 Secundus. Secundus modus eſt, ſm & huiuſmodi actiones qualitatis & alterationis quæ fiunt ſm eas, dicuntur paſſiones. Et ſic paſſio eſt unum prædicamentum, ut calefieri & infrigidari & huiuſmodi. Tertio modo dicuntur paſſiones, non quælibet Tertius. alterationes, ſed quæ ſunt nociuæ, & ad malum terminatæ, & quæ ſunt lamentabiles ſiue triſtes. Non enim dicitur aliquid pati ſm hunc modum, quod ſanatur, ſed quod infirmatur, uel etiam cuicunq; aliquod nocumentum accidit. Et hoc rationabiliter. Patiens enim per actionem agentis ſibi contrarii, trahitur à ſua diſpoſitione naturali, in diſpoſitionē ſimilem agenti. Et ideo magis proprie dicitur pati cum ſubtrahitur aliquid de eo quod ſibi congruebat, & dum agitur Qui perſ. uiſ; pati dr̃ ſi ipproprie in ipſo contraria diſpoſitio, quàm quādo fit econtrario. Tūc enim magis dicitur pfici. Et quia illa quæ ſunt modica, quaſi Quartus. nulla reputantur, ideo. Quarto modo dicuntur paſſiones, G non quæcunq; nociuæ alterationes, ſed quæ habent magnitudinem nocumenti, ſicut magnæ calamitates, & magnæ triſtitiæ. Quia etiam excedens letitia fit nociua, cum qñcunque propter exceſſum letitiæ aliqui mortui ſint & infirmati, & ſimiliter ſuperabundantia proſperitatis in nocumentum uertitur his qui ea bene uti neſciunt, ideo alia litera habet { Magnitudines lamentationum & exultationum paſſiones dicuntur } Cui concordat alia litera quæ dicit. Magnitudines dolorum & proſperorum. Sciēdum eſt autem, q̃ quia hæc tria .ſ. diſpoſitio, habitus, & paſſio non ſignificant genus prædicamenti niſi ſm unum modum ſignificationis, ut ex præhabitis patet, Ideo non poſuit ea cum aliis partibus entis ſcilicet quantitate, qualitate & ad aliquid. In illis enim uel omnes uel plures modi ad genera prædicamenti, ſignificata per illa nomina pertinebant.

Priuatio dicitur, uno modo ſi quippiam nō habeat eorum aliquid quæ ut habeantur ſunt apta, H & ſi ipſum non eſt aptum ad illud habēdum, quo pacto plāta dicitur oculis eſſe priuata. Alio modo, ſi aptum ſit ad habendum, aut ipſum, aut genus, & nō habeat. Nam alio modo cæcus homo priuatus eſt uiſu, ac talpa. Hæc.n. genere, ille per ſe uiſu caret. Præterea ſi aptum ſit ad habendum, atq; nō habeat quando eſt aptum ut habeat. Cæcitas enim priuatio quædam eſt. At cæcus non eſt omni ætate, ſed ea in qua eſt aptus ad uiſum habendum, atque non habet. Similiter & ſi in eo in quo, & quo, & ad quod, & quemadmodum aptum ſit ad habēdum, & non habeat. Pręterea ui cuiuſque ablatio, priuatio dicitur.

I Priuatio dicitur, vno quidem modo ſi non habet aliquid aptorum natorum haberi, & ſi non ſit id natum habere, ut oculis priuari dicitur planta. Alio uero ſi aptum natum habere, aut ipſum, aut genus, non habet: ut aliter homo cœcus uiſu priuari dicitur, & talpa. Hoc quidem ſm genus, illud uero ſm ſe. Amplius ſi aptum natum, & quando aptum natum eſt habere, & non habet. Cœcitas.n. priuatio quędam eſt: ſed cœcus non eſt ſm omnẽ ętatem, ſed in qua aptum natum eſt habere, ſi non habet. Similiter autem & in quo, & ſm quid, & ad quod, & ut, ſi non habet aptum natum. Amplius cuiuſq. per uim ablatio, priuatio.

Te.c6.27. parte.4.

Hic diſtinguit modos quibus dicitur priuatio, & quia priuatio includit in ſua rõne negationem, & aptitudinem ſubiecti, ideo primo diſtinguit modos priuationis ex parte aptitudinis. Secundo ex parte negõnis. ibi {Et quotiens.} Et circa primum ponit quatuor modos. Primus modus eſt ſm q aptitudo conſideratur ex parte rei priuatæ, non ex parte

K ſubiecti. Dicitur.n. hoc modo priuatio, qñ ab aliquo non habetur id quod natum eſt haberi, licet hoc quod ipſo caret nõ ſit natum habere, ſicut planta dicitur priuari oculis, quia oculi nati ſunt haberi, licet non à planta. In his uero quæ à nullo nata ſunt haberi non põt dici aliquid priuari, ſicut oculus uiſu penetrante per corpora opaca. Secundus modus attendit ſm aptitudinem ſubiecti. Hoc.n. modo dicitur priuari hoc ſolum quod natum eſt illud habere, aut ſm ſe, aut ſm genus ſuum. Secundum ſe ſicut homo cœcus dicitur priuari uiſu, quem natus eſt habere ſm ſe. Talpa aũt dicitur priuari uiſu, nõ quia ipſa ſm ſe ſit nata habere uiſum, ſed quia genus eius .ſ. aĩal natum eſt habere uiſum. Multa.n. ſunt à quibus aliqd non impeditur rõne generis, ſed rõne differentiæ. Sicut homo non impeditur, quin habeat alas rõne generis, ſed rõne differentiæ. Tertius modus attenditur ex parte circunſtan-

L tiarum. Vnde hoc modo dicitur aliquid priuari aliquo, ſi non habet ipſum habitum cum natum ſit habere. Sicut cœcitas quæ eſt quædam priuatio, & tñ aĩal non dicitur cœcum ſm oẽm ætatem, ſed ſolum ſi non habet uiſum in illa ætate in qua natum eſt habere. Vnde canis non dicitur cœcus ante nonum diem. Et ſicut eſt de hac circunſtantia qñ, ita eſt & de aliis circunſtantiis.ſ. {in quo} ut in loco, ſicut nox dicitur priuatio lucis in loco ubi nata eſt eſſe lux, non in cauernis, ad quas lumen ſolis peruenire non põt. {Et ſm quid.} Sicut homo non dicitur edentulus ſi non habet dentes in manu, ſed ſi non habet ſm illam partem ſm quam natus eſt habere. {Et ad quod} ſicut homo non dicitur paruus uel deficientis ſtaturæ, ſi non eſt magnus reſpectu montis, uel reſpectu cuiuſcunq; alterius rei, ad cuius comparationem non eſt natus habere magnitudinem. Et ſic homo nõ dicitur tardus eſſe motu, ſi non currat ita uelociter ſicut lepus uel uentus: uel ignorans, ſi non intelligit ſicut Deus. Quartus modus eſt ſm quod ablatio cuiuſlibet rei per uiolentiam, dicitur priua-

M tio. Violentum.n. eſt contra impetũ naturalẽ, ut habitũ eſt ſupra. Et ita ablatio per uiolentiã eſt reſpectu eius quod quis natus eſt habere. Deinde cum dicit,

Modi priuatiõis ex parte aptitudinis ſũt quatuor parte ſeq.

Primus.

Secundus.

Tertius

Quartus. Lec.6.

Atq; quot modis eę negationes dicuntur, quę ab hac parte.a emergunt, tot modis & priuationes ipſe dicuntur. Inęquale enim quippiam ideo dicit, qui ad habendum ęqualitatem eſt aptum atq; non habet. Et inuiſibile, quia colorem non habet, & q̃a praue. Et immemor, & quia nihil penitus memorię habet, et quia parum, hoc eſt quia praue quodã modo eam habet. Et indomitum non ſolum quia non domatur, ſed etiam quia non facile, aut nõ bene domatur. Pręterea priuatum aliquo quippiam ideo dicitur, quia penitus illo caret. Cœcus enim dicitur, non qui eſt luſcus, ſed qui neutro in oculo uiſum habet. Idcirco non omnis homo bonus eſt aut malus, neq; iuſtus, aut iniuſtus, ſed & id quod inter hęc medium collocatur. N

Et quotiens ab eo q̃. a. priuatiua particula negationes dicuntur, totiens & priuationes dicuntur. Nam inęquale, nõ habere ęqualitatem aptum quidem natum dicitur. Inuiſibile uero, & eo quod nõ habere omnino colorem, & eo quod turpiter. Et ſine pede, & non habere omnino pedes, & ex eo q̃ turpes. Amplius & eo q̃ parum habeat, ut non ignitum. Hoc autem eſt turpitur aliquo modo habere. Amplius non facile, aut non bene, ut inſecabile, non ſolum quia non ſecatur, ſed quia non facile, aut quia non bene. Amplius non habere omnino. Cœcus enim non dicitur monoculus, ſed qui in ambobus non habet uiſum. Propter quod non omnis homo bonus, aut malus, aut iuſtus, aut iniuſtus eſt, ſed eſt medium. O

parte.5.

Diſtinguit modos priuationis ex parte negationis. Græci enim utuntur hac præpoſitione.a. in compoſitiõ.bus ad deſignandas negationes & priuationes, ſicut nos utimur hac præpoſitione in. Dicit ergo, q quotiens dicuntur negationes deſignatæ ab hac præpoſitione .a. poſita in principio dictionis per compoſitionem, totiens dicuntur etiam priuationes. Dicitur enim inæquale uno modo, quod non habet æqualitatem ſi aptum natum eſt habere. & inuiſibile q non habet colorem, & ſine pede quod non habet pedes. Secundo modo dicuntur huiuſmodi negationes non per hoc quod eſt omnino non habere, ſed per hoc quod eſt praue uel turpiter habere, ſicut dicitur non habere colorem, quia habet malum colorem uel turpem: & non habere pedes, quia habet prauos uel turpes. Tertio modo ſignificatur aliquid priuatiue uel negatiue, ex hoc quod eſt parum habere, ſicut dicitur in græco Apyron ideſt non ignitum, ubi eſt modicum de igne. Et hic modus quodammodo continetur ſub ſecundo, quia parum habere, eſt quodammodo praue uel turpiter habere. P
Quarto modo dicitur aliquid priuatiue uel negatiue, ex eo quod non eſt facile, uel non bene, ſicut aliquid dicitur inſecabile, non ſolum quia non ſecatur, ſed quia non facile, aut non bene. Quinto modo dicitur aliquid negatiue uel priuatiue, ex eo q eſt omnino non habere. Vnde monoculus non dicitur cœcus, ſed ille qui in ambobus oculis caret uiſu. Ex hoc inducit quoddam corollarium.ſ. q inter bonum & malum, iuſtum & iniuſtum, eſt aliquid medium. Non enim ex quocunq; defectu bonitatis efficitur aliquis malus, ſicut ſtoici dicebant ponentes omnia peccata eſſe paria. Sed quando multum à uirtute recedit, & in contrarium habitum inducitur. Vnde in 2.ethi. dicitur, ex eo q homo recedit parum à medio uirtutis, non uituperatur.

Modi priuationis ex parte negationis ſunt quinque.

Habere multipliciter dicitur, atque uno dicitur modo ducere ſuapte natura, aut ſuopte motu ac appetitu Idcirco febris hominem, tyranni ciuitates, Q
induti ueſtimentum habere dicuntur. Alio modo id in quo quippiam eſt, tanquam in ſuſceptiuo: ut ęs ſtatuę formam, & corpus ęgritudinem habet. Alio modo ut id quod continet ea quę continentur. Id enim quod in quopiam continetur, habere ab illo dicitur. Hoc pacto uas aquam, urbem homines, nauem nautas, habere dicere conſueuimus. Totum etiam habere partes hoc dicitur modo. Id pręterea quod prohibet quippiam ſuopte nutu moueri ac agere, habere hoc ipſum dicitur. Sic & columnę dicuntur ea habere pondera, quę ſuper ipſa ſunt poſita. Sic & a poetis Athlas cœlum habere dicitur, quod ni eſſet, rueret (ut inquiunt) atque in terram caderet cœlum: ut & quidam aſſerũt naturales. Hoc quidem modo cõtinens habere dicit

ea quæ

A ea quę continet, quia niſi id eſſet ſuopte nutu, quęq; ſeparata diſſipataq; eſſent. In aliquo et eſſe ſilibus dicitur modis; ipſumq; comitatur habere.

Te.cō.28 Parte.1.

Habere multipliciter dicitur. Vno quidē modo ducere ſm ſuam naturam, aut ſm ſuū impetum. Propter quod febris dicitur habere hominem, & tyranni ciuitatem, & ueſtimentum induti. Alio in quo vtiq; aliquid extiterit vt ſuſceptibili, vt æs habet ſpeciem ſtatuæ, & infirmitatem corpus. Alio vt continens contentū. Nam in quo eſt, contentum haberi ab hoc dicitur, ut lagenam habere humidum dicimus, & ciuitatem homines, & naues nautas. Sic autem & totū habere partęs. Amplius & prohibens ſm ſuum impetum aliquid C mouere aut operari, habere dicitur hoc ipſum: ut columnæ ponderoſa ſuperpoſita, ut poetę Athlan B tem faciunt habere cœlum tanquam caſurum ſuper terram, quemadmodum phyſiologorum quidam dicunt. Hoc autem modo, continens dicitur quę continet habere, quaſi ſeparata ſm ſuum impetum ſingula Et in aliquo eſſe ſimili modo dicitur & conſequenter ipſi habere.

Hic d quatuor modis. Primus. O. H I. C ponit quatuor modos eius, qđ eſt habere, quorum primus eſt, ſm q; habere aliquid eſt ducere illud ſm ſuā naturam in rebus naturalibus, aut ſm ſuum impetum in rebus uoluntariis. Et hoc modo febris dicitur habere hominē, quia homo traducitur à naturali diſpoſitione in diſpoſitionē febrilem. Et hoc modo habent tyranni ciuitates, quia ſm uoluntatem & impetum tyrannorum res ciuitatum aguntur. Et hoc etiam modo induti dicuntur habere ueſtimentum, quia ueſtimentum coaptatur induto ut accipiat figuram eius. Et ad hunc modum reducitur etiam habere poſſeſſionem; quia Secundus. homo re poſſeſſa utitur ſm ſuam uoluntatem. Secundus modus eſt prout illud in quo exiſtit aliquid, ut in proprio ſuſceptibili dicitur habere illud, ſicut æs habet ſpēm ſtatuæ, & cor C pus habet infirmitatem. Et ſub hoc modo comprehenditur habere ſciam, quantitatem, & quodcunq; accidens, uel quā Tertius. cunq; formam. Tertius modus eſt, ſm q; continens dicitur habere contentum, & contentum haberi à continente, ſicut dicimus q; lagena ſ habet humidum. ſ. aliquem humorem aliquē ut aquam uel uinum, & q; ciuitas habet hoies, & nauis nautas. Et ſm hunc modum etiam dicitur q; totum habet partes, Totum. n. cōtinet partem ſicut & locus locatum. In hoc enim differt locus à toto, quia locus eſt diuiſus à locato, non aūt totum a partibus. Vnde locatum eſt ſicut pars diuiſa, ut T.cō.34. Quartus. hī in. 4 phyſi. Quartus modus eſt ſm q; aliquid dicitur habere alterum, ex eo q; prohibet ipſum operari uel moueri ſm ſuum impetum, ſicut columnæ dūr habere corpora ponderoſa impoſita ſuper eas, quia prohibent ea deſcendere deor D ſum ſm inclinationem. Et hoc etiā modo poetæ dixerunt q; Fictio poetica de Athlante q; celū ſuſtineat Athlas habet cœlum. Fingūt. n. poetæ q; Athlas eſt quidam gigas, qui ſuſtinet cœlum ne cadat ſuper terram. Quod etiā quidam naturales dicunt, qui ponebant q; cœlum quandoq; corrumpetur, & reſolutum cadet ſuper terram. Quod patet præcipue ex opinione Empedocl. qui poſuit mundum infinities corrumpi & infinities generari. Habuit aūt poetica fictio ex ueritate originem. Athlas quidem magnus aſtrologus, ſubtiliter motus cœleſtium corporum perſcrutatus eſt. Ex quo fictio proceſſit q; ipſe cœlum ſuſtineret. Differt autē hic modus à primo Nam in prima hñs, habitū cogebat ſeq ſm ſuum impetum, & ſic erat cauſa motus uiolenti. Hic aūt hñs, prohibet habitum moueri motu naturali, unde eſt cauſa quietis uiolentæ. Ad hunc aūt modum reducitur tertius modus quo continens dicitur habere, contenta, aſr proprio impetu ſingula ſepararentur abinuicem niſi continens prohiberet, ſicut patet in lagena cōtinente aquam quæ prohibet partes abinuicem ſeparari. Dicit aūt in fine q; eſſe in aliquo ſilr dicitur ſicut & habere, & modi eſſendi in aliquo conſequunt ad modos habēdi. Octo aūt modi eſſendi in aliquo in. 4. phy. E T.cō. 23. poſiti ſunt, quorum duo. ſ. ſm quod totum integrale eſt in partibus & econuerſo, duo et. ſ. ſm q; totum vle eſt in partibus & econuerſo, & alius modus ſm q; locatum eſt in loco, conſequuntur ad tertium modum habendi, ſm q; totum habet partes, & locus locatum. Modus aūt ſm q; aliquid dicit eſſe in aliquo, ut in efficiente uel mouente, ſicut quæ ſunt regni in rege, conſequitur primum modum habendi hic poſitum. Modus autem eſſendi ſm q; forma eſt in materia, reducitur ad ſecundum modum habendi hic poſitum. Modus aūt quo aliquid eſt in fine, reducitur ad modum habendi quartum hic poſitum, uel et ad primum, quia ſm finem mouent & quieſcunt ea quæ ſunt ad finem. Lec. X X I.

Ex aliquo eſſe pluribus dicitur modis. Atque vno modo ex eo ex quo, ut ex materia eſt. Idq; dupliciter, aut ipſo genere primo, aut vltima forma. Omnia nanq; liquida ſunt ex aqua, ſtatua uero ex ære. Alio modo ex principio quod primum mouit, veluti, ex quo orta eſt pugna? ex contumelia: F propterea q; hæc principium fuit pugnæ. Alio modo ex compoſito ex materia atq; forma, ſicut ex toto ſunt partes, & ex iliade carmen, atq; ex domo lateres atq; ſaxa. Nam forma quidem eſt finis, perfectum autem eſt id quod finem habet. Alio modo vt ex parte eſt ipſa forma, uelut homo ex bipede, ſyllabaq, ex elemento. Alio enim modo hæc ſunt ex illis, & alio modo ſtatua eſt ex ære. Compoſita nanq; ſubſtantia ex ſenſibili materia eſt. Sed ipſa et forma, ex ipſius formæ materia conſtat. Quædam igitur hoc modo dicuntur Quædam autem ſi horum modorum quippiam fit per partem, vt eſt ex patre ac matre proles, & plantæ ex terra. Propterea q; ſunt ex aliqua parte ipſorū. Alio modo id poſt quod tempore fit, vt ex die nox eſt, & ex tranquillitate tempeſtas, propterea quod poſt illud fit hoc. G Horum autem alia ſic ideo dicuntur, quia mutationem inter ſeſe mutuam habent, vt ea quę modo ſunt dicta. Alia propterea quod tempore ſunt ſolū deinceps, ut ex æquinoctio nauigatio, & ex ſaturnalibus bacchanalia fuere: propterea q; poſt æquinoctium illa, hæc poſt ſaturnalia facta ſunt.

T.cō.29. parte.

Ex aliquo eſſe dicitur vno quidem modo ex quo eſt vt materia. Et hoc dupliciter, aut ſm genus primum, aut ſm vltimam ſpeciem, vt ſunt quædam tanquam omnia liquabilia ex aqua, eſt autem veluti ex ære ſtatua. Alio vero ex primo mouente principio, vt, ex quo pugna? ex conuitio. Id enim eſt principium pugnæ. Alio ex compoſito ex materia & forma, vt ex toto partes, & ex Iliade uerſus, & ex domo lapides. Finis enim eſt forma, perfectum vero habens finem. Hoc autem tanquā ex parte ſpeciei ſpecies: vt homo ex bipede, & ſyllaba ex elemento. Aliter enim hoc, & ſtatua ex ære. H Nam ex ſenſibili materia eſt compoſita ſubſtantia. Sed & ſpecies, ex ſpeciei materia. Hęc quidem igitur ſic dicuntur. Alio uero ſi ſm partem aliquam horum aliquis exiſtit modorum: vt ex patre & matre puer, & ex terra plantę, quia ex aliqua parte eorum. Alia uero prius quidem tempore, ut ex die nox, ex ſerenitate hyems, quia hoc poſt hoc. Horū autem, alia quia habent tranſmutationem adinuicem, ita dicuntur, ut quę nunc ſunt dicta. Alia quia ſm tempus ſolum, ut ex æquinoctio fit nauigatio: quia poſt ęquinoctium. Sic feſtiuitates ſunt, ut ex Dionyſiis thargelia, quia poſt Dionyſia.

I Infra pt. 3 parte ſeq.

HIC incipit proſequi de his quæ pertinent ad rõnem totius & partis, & primo de his quæ pertinent ad partem. Secundo de his quæ pertinent ad totum. ibi { Totum dicit. } Et quia ex partibus conſtituitur totum, ideo circa primũ duo facit. Primo oſtendit quot modis dicitur aliquid eſſe ex aliquo. Secundo quot modis dicitur pars. ibi { Pars dicitur uno quidem modo. } Circa primum tria facit. Primo ponit modos quibus aliquid ex aliquo fieri dicitur proprie & primo. Secundo quo modo fit aliquid ex aliquo, ſed non primo. ibi { Alia uero ſi ſm partem. } Tertio quo modo fit aliquid ex aliquo non proprie. ibi { Alia uero. } Circa primum ponit quatuor modos. Quorum primus eſt ſm ꝙ aliquid dicitur eſſe ex aliquo ut ex materia. Quod quidem contingit dupl'r. Vno modo ſm ꝙ accipitur { materia primi generis } .i. cõmunis, ſicut aqua eſt materia oium liquabilium, & oia dicũtur eſſe ex aqua. Alio modo { ſm ſpẽm ultimam } .i. specialiſſimam, ſicut hæc ſpẽs quæ eſt ſtatua dicitur fieri ex ære.

Hæc pt. ibi ſuperius. Modi eſſendi ex aliquo pprie ſūt quatuor. Primus.

K Secundus. Secũdo modo dicitur aliquid fieri ex aliquo ut { ex primo principio mouente } ſicut pugna ex conuitio, quod eſt principiũ mouens aium conuiciati ad pugnandum. Et ſic ẽt dicitur ꝙ domus eſt ex ædificante, & ſanitas ex medicina.

Tertius. Tertio modo dicitur fieri ex aliquo, ſicut ſimplex, { ex compoſito ex materia & forma. } Et hoc eſt in uia reſolutionis, ſicut dicimus ꝙ partes fiunt ex toto, & { uerſus ex Iliade } .i. ex toto tractatu Homeri de Troia. Reſoluitur enim Ilias in uerſus ſicut totum in partes. Et ſimiliter dicitur ꝙ lapides fiunt ex domo. Ratio aũt huius eſt, quia forma eſt finis in generatione. Perfectum enim dicitur quod habet finem, ut ſupra habitum eſt. Vnde patet ꝙ perfectum eſt quod habet formam. Qñ igitur ex toto perfecto fit reſolutio partium, eſt motus quaſi à forma ad materiam, ſicut econuerſo qñ partes componuntur, eſt motus à materia in formam. Et ideo hæc præpoſitio Ex, quæ principium deſignat utrobiq; competit, & in uia compoſitionis, quia determinat principiũ materiale: & in uia reſolutionis, quia ſignat principium formale.

L Quartus. Quarto modo dicitur aliquid fieri ex aliquo ſicut { ſpẽs ex parte ſpeciei. } Pars aũt ſpeciei põt accipi dupl'r, aut ſm rõnem, aut ſm rem. Secundum rõnem, ſicut bipes eſt pars hoĩs, quia eſt pars diffõnis eius, quis ſm rem nõn ſit pars, quia al'r non prædicaretur de toto. Toti.n. homini competit habere duos pedes. Secundum rem uero ſicut { ſyllaba eſt ex elemento, } .i. ex litera ſicut ex parte ſpẽi. Hic aũt quartus modus differt à primo. Nam ibi dicebatur aliquid eſſe ex parte materiæ, ſicut ſtatua ex ære. Nam ex ſubſtantia quæ eſt ſtatua eſt compoſita ex ſenſibili materia tanq̃ ex parte ſubæ. Sed hæc ſpẽs componitur ex parte ſpeciei. Sunt.n. partium, quædam partes ſpeciei, & quædam partes materiæ.

Partiũ q. dã ſunt ſpẽi ptes, quædam materiæ.

Partes quidem ſpeciei dicuntur à quibus dependet perfectio ſpẽi, & ſine quibus eſſe non põt ſpẽs. Vnde & tales partes in diffõne totius ponuntur, ſicut aia & corpus in diffõne aialis, & angulus in diffõne trianguli, & litera in diffõne ſyllabæ. Partes uero materiæ dicuntur ex quibus ſpẽs non dependet, ſed quodammodo accidunt ſpẽi, ſicut accidit ſtatuæ ꝙ fiat ex ære, uel ex quacunq; materia. Accidit ẽt circulo ꝙ diuidatur in

M duos ſemicirculos: & angulo recto, ꝙ angulus acutus ſit eius pars. Vnde hmõi partes non ponuntur in diffõne totius ſpẽi,

T. 33. 34 ſed potius econuerſo, ut in ſeptimo huius erit manifeſtum. Sic ergo patet ꝙ ſic quædam dicuntur ex aliquo fieri primo

Ex aliquo ſecũdũ partẽ dr dupliciter. Primo. & proprie. Aliqua uero dicuntur ex aliquo fieri non primo, ſed ſm partem. Et hoc ſm { quæcunq; prædictorum modorum, } ſicut puer dicitur fieri ex patre, ſicut principio motiuo, & matre ſicut ex materia, quia quædam pars patris mouet .ſ. ſperma, & quædam pars matris eſt materia .ſ. mẽſtruũ. Et plantæ fiunt ex terra, non tñ quidem ex toto, ſed ex aliqua eius parte.

Secundo. Alio uero modo dicitur fieri aliquid ex aliquo non proprie .ſ. ex hoc ipſo ꝙ importat ſolum ordinem, & ſic aliquid fieri dicitur ex aliquo, poſt quod fit, ſicut { nõ fit ex die } .i. poſt diem: & { hymber ex ſerenitate } id eſt poſt ſerenitatẽ. Hoc aũt dicitur dupl'r. Qñq;.n. inter ea quorum unum dicitur fieri ex altero attenditur ordo ſm motũ, & nõ ſolum ſm tẽps, quia uel ſunt duo extrema eiuſdem motus, ut cum dicitur ꝙ album fit ex nigro: uel conſequuntur aliqua extrema motus, ſicut nox & dies conſequuntur diuerſa ubi ſolis. Et ſil'r hyems & æſtas. Vnde in quibuſdam dicit hoc fieri poſt hoc, quia hñt tranſmutationem adinuicem, ut in prædictis patet. Qñq; uero attenditur { ordo ſm tempus tñ } ſicut dicitur ꝙ { ex æquinoctio fit nauigatio, } .i. poſt æquinoctium. Hæc.n. duo extrema non ſunt duo extrema unius motus, ſed ad diuerſos motus pertinent. Et ſil'r dicit ex Dionyſiis fiunt Thargelia, quia fiunt poſt Dionyſia. Hæc aũt ſunt quædam feſta quæ apud gentiles celebrabantur, quorum unum erat prius & aliud poſterius.

N Dionyſia, erãt bacchanalia. Thargelia erãt feſta Apollinis & Dianæ, teſte Suida græco.

Pars uno modo dicitur, id in quod ipſum quantum quoquomodo diuidi poteſt. Id enim quod à quanto, ut quantum eſt, aufertur, pars illius dicitur ſemper. Veluti duo, pars quodammodo trium dicuntur. Alio modo quanti pars id ſolum dicitur, quod ipſum ſolum menſurat. Quapropter duo tum pars, tum non pars trium dici nimirum poſſunt. Et præterea in quæ forma ſine quantitate diuidi poteſt, partes etiam huiuſce dicuntur. Idcirco ſpecies partes generis inquiunt eſſe. Inſuper ea in quæ totum, aut forma, aut id quod formam habet diuiditur, aut ex quibus componitur: ut æneæ pilæ, aut æneæ teſſeræ, & æs ipſum, quod quidem eſt materies, in qua forma ſuſcipitur. Et angulus etiam pars eſſe uidetur. Præterea quæ in ratione ſumuntur, ea quæ vnumquodq; declarant, ea quoq; totius ſunt partes. Idcirco genus pars etiam dicitur ſpeciei. Speciem tamen alio modo partem generis eſſe conſtat.

O

Pars dicitur quidem vno modo in quam diuiditur vtiq; quantum quocunq; modo. Semper.n. ablatum a quanto vt quantum eſt, pars dicitur illius: vt trium duo pars quodammodo dicuntur. Alio uero modo quæ talia menſurant ſolum. Propter quod trium, duo ſunt ut dicitur pars, ſunt autem ut non. Amplius & in quæ diuiditur utique ſpecies ſine quantitate, & ea partes huius dicũtur. Quare ſpecies, generis dicuntur eſſe partes. Amplius in quæ diuiditur aliquid, aut ex quibus cõponitur totum, aut ſpecies, aut habens ſpeciem: vt ſphæræ æreæ, aut cubi ærei, æs pars eſt. Hoc autẽ eſt materia in qua ſpecies. Et angulus pars. Amplius quæ ſunt in ratione unumquodq; oſtendente, & ea partes ſunt totius. Propter quod & genus ſpẽi pars dicitur: aliter aũt ſpecies, generis pars.

4. c. 30. parte 2. P

Hic ponit quatuor modos quibus aliquid dicitur eſſe pars. Primo modo pars dicitur in quam diuiditur aliquid ſm quantitatem, & hoc dupl'r. Vno.n. modo quantumcunq; fuerit quantitas minor, in quam quantitas maior diuiditur, dicitur eius pars. Semper.n id quod aufertur à quantitate dicitur pars eius, ſicut duo aliquo modo ſunt partes trium. Alio modo dicitur ſolum pars quantitas minor, quæ menſurat maiorem. Et ſic duo non ſunt pars trium, ſed ſic duo ſunt pars quatuor quia bis duo ſunt quatuor.

Pars dr quatuor modis. Primus. Q

Secundus. Secundo modo dñr partes in quæ diuiditur aliquid ſine quantitate. Et per hunc modum ſpecies dñr eſſe partes generis. Diuiditur.n. in ſpẽs, non ſicut quantitas in partes quantitatis. Nam tota quantitas non eſt in una ſuarum partium. Genus aũt eſt in qualibet ſpẽrum.

Tertius. Tertio modo dicũtur partes in quas diuiditur aut ex quibus componitur aliquod totum, ſiue ſit ſpẽs ſiue aliquid habens ſpẽm .ſ. indiuiduũ. Sunt enim (ſicut dictum eſt) quædam partes ſpeciei, & quædam partes materiæ quæ ſunt partes indiuidui. Aes enĩ eſt pars ſphæræ æreæ cubi ærei ſicut materia in qua ſpecies eſt recepta. Vnde æs non eſt pars ſpeciei, ſed pars habentis ſpeciem. Eſt autem cubus corpus contentum ex ſuperficiebus quadratis. Angulus autem eſt pars triãguli ſicut ſpeciei, ſicut ſupra dictum eſt.

Quartus. Quarto modo dicuntur partes quæ

A tes quæ ponuntur in diffinitione cuiuſlibet rei, quæ ſunt partes rationis, ſicut anima, & bipes ſunt partes hominis. Ex quo patet ꝙ genus quarto modo eſt pars ſpeciei, aliter uero ſ. ſecundo modo ſpecies eſt pars generis. In ſecundo. n. modo ſumitur pars pro parte ſubiectiua totius uniuerſalis. In aliis autem tribus pro parte integrali. Sed in primo ꝓ parte quantitatiua, in aliis autem duobus pro parte ſubſtantiæ. Ita tamen ꝙ pars ſm̃ tertium modum eſt pars rei, ſiue ſit pars ſpeciei, ſiue pars indiuidui. Quarto autem modo eſt pars rationis.

Genus eſt pars ſpẽi. & econtra diuerſimode tamen.

Totum dicitur id a quo nulla prorſus pars abeſt earum, ex quibus natura dicitur totum: & id quod continet ea quę continẽtur, ut illa ſint quippiam unum.

Te cõ. 31. parte. 3.

B **Totum dicitur cuius nulla partium abeſt, ex quibus dicitur totum natura, & continens contenta; unde unum aliquid ſunt illa.**

Hic proſequitur de his quæ pertinent ad totum, & primo de toto in communi. Secundo de toto quodam. ſ. de genere, ibi { Genus dicitur. } Circa primum duo facit. Primo proſequitur de ipſo nomine totius. Secundo de eius oppoſito. ſ. de Colobon, ibi { Colobon autem dicitur. } Circa primum tria facit. Primo ponit rationẽ cõmunem totius quæ conſiſtit in duobus. Primo in hoc ꝙ perfectio totius integratur ex partibus. Et ſignificat hoc cum dicit ꝙ { totum dicitur cui nulla ſuarum partium deeſt, ex quibus } . ſ. partibus { dicitur totum natura } idest totum ſm̃ ſuam naturam cõſtituitur. Secundum eſt, ꝙ partes uniuntur in toto. Et ſic dicit ꝙ totum { continens eſt contenta } . ſ. partes, ita ꝙ illa contenta ſunt aliquid unum in toto. Secundo ibi.

Lec. ſeq. parte. 1. Infra ꝑ 9

Atq; id dupliciter. Aut enim ita vt vnumquodque ſit vnũ, aut ita vt ex his ipſm̃ unum emergat.

Parte. 4.

C **Hoc autem dupliciter. Aut enim vt vnumquodque vnum, aut vt ex his vnum.**

Ponit duos modos totius dicens ꝙ totum dicitur dupliciter, aut ita ꝙ unumquodq; contentorum a toto continente ſit { ipſum unum } ſcilicet ipſum totum continens, quod eſt in toto uniuerſali de qualibet ſuarum partium prædicato. Aut ex partibus conſtituatur unum, ita ꝙ non quælibet partium ſit unum illud. Et hæc eſt ratio totius integralis, quod de nulla ſuarũ partium integraliũ prædicatur. Tertio ibi.

Totum dupliciter.

Nam ipſum uniuerſale, atq; id quod omnino dicitur, ut quippiam totum hoc pacto eſt uniuerſale: quia plura continet, hoc ipſo quod de unoquoque prædicatur: & illa omnia vnum ſunt, vt vnumquodq; eſt tale, ut homo, equus, Deus, propterea ꝙ animalia ſunt uniuerſa.

Vniuerſale quidem enim, & quod totaliter, dicitur ut aliquid ens unũ ſicut uniuerſale, quaſi multa continens quia prędicatur de unoquoq;, & unũ

parte. 5.

D **omnia ſũt & unumquodq; : vt homo, & equus, & Deus, quia omnia animalia.**

Exponit prædictos modos totius, & primo primum, dicens ꝙ uniuerſale { & ꝙ totaliter, } id eſt quod communiter prædicatur, dicitur quaſi ſit aliquod unum totum ex hoc quod ꝑdicatur de uno quolibet, ſicut uniuerſale, quaſi multa continens ut partes, in eo quod prædicatur de unoquoq;. Et omnia illa ſunt unum in toto uniuerſali, ita ꝙ unumquodq; illorum eſt illud unum totum. Sicut animal continet hominem & equum & deum, quia { omnia ſunt animalia } idest quia animal prædicatur de unoquoq;. Deum autem hic dicit aliquod corpus cœleſte, ut ſolem uel lunam, quæ antiqui animata corpora eſſe dicebant, & deos putabant. Vel animalia quædam aerea, quæ Platonici dicebat eſſe dæmones, & ꝓ diis colebantur a gentibus. Secundo ibi.

Quos antiqui deos appellarit.

Continuum autem atq; finitum eſt totum, cum vnum quid ex pluribus conſtat quæ maxime quidem potentia inſunt; ſi uero non, ita actu.

E **Continuum uero & finitum, quando unum aliquid ex pluribus eſt quæ inſunt, maxime quidem poteſtate. Sin autem & energia.**

parte. 6.

Exponit modum ſecundum totius qui pertinet ad totum integrale, & circa hoc duo facit. Primo ponit rationem cõmunem huius totius, & præcipue de toto quod diuiditur in partes quantitatiuas, quod eſt manifeſtius dicens, ꝙ aliquid dicitur { continuum & finitum, } id eſt perfectum & totũ. Nam infinitum non habet rationem totius, ſed partis, ut dicitur in. 3. phyſi. quãdo. ſ. unum aliquod ſit ex pluribus quæ inſunt toti. Et hoc dicit ad remouẽdum modum quo aliquid fit ex aliquo ſicut ex contrario. Partes autem ex quibus cõſtituitur totum dupliciter poſſunt eſſe in toto. Vno modo in potentia, alio modo in actu. Partes quidem ſunt in potentia in toto continuo, actu uero in toto non continuo, ſicut lapides actu ſunt in aceruo. Magis autem eſt unum, & per conſequens magis totum, continuum, quam non continuum. Et ideo dicit ꝙ oportet partes ineſſe toti, maxime quidem in potentia, ſicut in toto continuo. Et ſi non in potentia, ſaltem { energia } idest in actu. Dicitur eni energia, interior actio. Licet autem magis ſit totum quando partes ſunt in eo in potentia, quam quando ſunt actu, tamen ſi reſpiciamus ad partes, magis ſunt ipſe partes, quando ſunt actu, quam quando ſunt in potentia. Vnde alia litera habet { maxime quidem perfectione & actu. Sin autem, & poteſtate. } Et ſubiungit etiam quod prius dictum eſt. Et maxime poteſtate. Sin autẽ & energia. Vnde uidetur ꝙ tranſlator duas inuenit literas, & utranq; tranſtulit, & errore factũ eſt, ſic ut coniungantur ambæ quaſi una litera. Et hoc patet ex alia tranſlatione quæ non habet niſi alterum tantum. Sic enim dicit. { Continuũ autem & finitum eſt cuius unum aliquod ſit ex pluribus inhærentibus, maxime quod potentia. } Si autem non, actu ſunt. Secundo ibi.

T. cõ. 66.

Duplex totũ & totaliũ partes.

F

Horum autem ipſorum ea quę natura conſtãt, magis talia ſunt, ꝗ ea quę conficiuntur ab arte: quẽ admodum & in ipſo dicimus uno. Totalitas enim eſt vnitas quædam.

G

Horum vero eorũdem magis quę ſunt natura, ꝗ arte talia: quemadmodum & in uno dicimus, tã quam exiſtente totalitate vnione aliqua.

parte. 7.

Oſtendit duas diuerſitates in iſto ſecundo modo totius, quarum prima eſt, ꝙ continuorum quædam ſunt continua per artem, quædam per naturam. Et illa quæ ſunt continua per naturam, magis ſunt { talia, } idest tota, ꝗ quæ ſunt per artem. Sicut de uno dictum eſt ſupra. ſ. ꝙ illa quæ ſunt continua per naturam, magis ſunt unum, ac ſi totalitas ſit aliqua unio. Ex quo patet ꝙ, quod eſt magis unum eſt magis totũ.

Præterea cum quantum principium medium, atq; vltimum habeat, quorum quidẽ poſitio differentiam non facit, in iis uniuerſum dicitur: quorũ autem facit, in hiſce dicitur totum. In quibus autẽ vtrunq; fieri poteſt, in iis dicitur & totum & uniuerſum. Hęc autem ea ſunt, quorum natura quidem eadem manet in tranſpoſitione, forma autem non manet: ut cera ac ueſtimẽtum. Nam & totum dicitur, ac etiam uniuerſum habet enim vtrũq;. At qua, & humida quęq;, & numerus uniuerſum quidem dicuntur: totus autem numerus, & tota aqua non dicitur, niſi tranſlatione. De quibus autem uniuerſum uti de uno dicitur, de hiſce dicuntur uniuerſa ut de diuiſis: uniuerſus hic numerus, uniuerſę hę vnitates.

H

Amplius quanto habente principium & mediũ & vltimum quorum quidem nõ facit poſitio differentiam, omne dicitur: quorum vero facit totũ, & quæcunq; ambo dicuntur, & omne & totum. Sunt autem ea quorum natura quidem eadem

parte. 8.

I manet tranſpoſitione, forma vero non, vt cera & veſtis. Etenim omne & totum dicuntur. Habent eni ambo. Aqua uero, & quæcunq; ſunt humida, & numerus, omne quidem dicuntur: totus uero numerus, & tota aqua non dicitur, niſi metaphorice. Omnia uero dicuntur in quibus omne, vt in vno: in his omnia, vt in diuerſis, omnis hic numerus, omnes hæ vnitates.

In quibus oẽ & totũ ẽbos dicã tur ſeorſũ & ſimul.

Totũ ſe habet tripl[r] ad põnem partium.

Secundam diuerſitatem ponit. Cum enim ita ſit q in q[ua]ñtitate ſit ordo partium, quia eſt ibi principium, medium & ultimum, in quo ratio poſitionis conſiſtit, oportet q omnia tota iſta cõtinuam habeant poſitionem in ſuis partibus. Sed appoſitionem partium totum continuum tripliciter ſe inuenitur habere. Quædam enim tota ſunt in quibus diuerſa poſitio partium non facit diuerſitatem, ſicut patet in aqua. Qualitercunq; enim tranſponantur partes aquæ nihil differũt. K Et ſimiliter eſt de aliis humidis, ſicut de oleo, uino, & huiuſmodi. In his autem ſignificatur totum per hoc quod dicitur omne, nõ autem ipſo nomine totius. Dicimus enim omnis aqua, uel omne uinum, uel omnis numerus, non autem totus, niſi ſm metaphoram. Et hoc forte eſt ſm proprietatem græci idiomatis. Nam apud nos dicitur proprie. Quædã uero ſunt in quibus poſitio differentiam facit, ſicut in homine, & in quolibet animali, & in domo, & huiuſmodi. Non.n. eſt domus qualitercunq; partes ordinentur, ſed ſm determinatum ordinem partium. Et ſimiliter nec homo animal. Et in his dicimus totum, & non omne. Dicimus enim de uno ſolo animali loquentes, totum animal, non omne animal. Quædam uero ſunt in quibus contingunt ambo, quia poſitio quodammodo facit differentiam in eis. In his autem dicimus utrunq;. ſ. & omne & totum. Et iſta ſunt in quibus ſa-L cta tranſpoſitione partium manet eadem materia, ſed non eadem forma ſiue figura, ut patet in cera, cuius qualitercunque tranſponantur partes, nihilominus eſt cera, licet nõ eiuſdem figuræ. Et ſimiliter eſt de ueſtimẽto, & de omnibus quæ ſunt ſimilium partium, retinentium diuerſam figuram. Humida enim, & ſi ſunt ſimilium partium, non tamen figuram poſſunt habere propriam, quia non terminantur terminis proprìis, ſed alienis. Et ideo tranſpoſitio in eis nihil uariat quod ſit ex parte eorum. Ratio autem huius diuerſitatis eſt, quia omne diſtributiuum eſt. Et ideo requirit multitudinem in actu, uel in potentia propinqua. Et quia ea ſunt ſimilium partium, diuiduntur in partes conſimiles toti, fitq; ibi multiplicatio totius. Nam ſi qualibet pars aquæ eſt aqua, in unaquaque aqua ſunt multæ aquæ, licet in potentia, ſicut in uno numero ſunt multæ unitates in actu. Totum uero ſignificat collectionem partium in aliquo uno. Et ideo in illis proprie dicitur totũ in quibus ex omnibus partibus acceptis ſimul, fit unum perfectum, cuius perfectio nulli partium competit, ſicut domus, & animal. Vnde omne animal, non dicitur de uno animali, ſed de pluribus. Et ideo in fine dicit q in illis totis in quibus dicitur omne, ut de uno referente ad totum, poteſt dici omnia in plurali, ut in diuerſis referendo ad partes; M ſicut dicit omnis hic numerus, & omnes hæ unitates, & omnis hæ aqua, demonſtrato toto, & omnes hæ aquæ, demonſtratis partibus.

Diminutum dicitur non quoduis quantum, ſed partibile ipſum eſſe, totumq; oportet. Duo.n. non ſunt diminuta, ſi alterum vnum auferatur. Non enim vnquam id cuius ablatione diminutũ quippiam fit, & id quod reſtat, æqualia ſunt: neque omnino quiſquam numerus eſt diminutus. Nam ſubſtantia permaneat oportet. Si cantharus enim eſt diminutus, oportet ipſum adhuc cantharum eſſe. At numerus non eſt vlterius idem, parte ſublata. Nec inſuper ea omnia diminuta dici poſſunt, q̃ partes diſſimiles habent. Numerus enim aliquo modo diſſimiles partes habet, ut dualitatem & trinitatem. Sed nihil prorſus eorum eſt diminutum N quorum differẽtiam poſitio nullam facit, vt aqua aut ignis, & quæ ſunt ſimilis generis: ſed ſunt talia oportet vt poſitionem per ſubſtantiam habeant. Præterea continua ſint oportet. Concentus enim & ex diſſimilibus conſtat, & poſitionem habet. Diminutus uero non fit.

Colobon uero ideſt diminutum dicitur, quantum non quodlibet, ſed partibile oportet illud eſſe, & totum. Nam duo non ſunt coloba ideſt diminuta altero ablato vno. Non enim æquale colobonion ideſt diminutum & reliquum vnquã eſt. Nec totaliter numerus vllus. Etenim ſubſtãtiam oportet manere. Si calix colobos ideſt diminutus adhuc oportet eſſe calicem. Sed numerus non eſt idem parte ſublata. Adhuc & quæ ſunt partium diſſimilium. Nec hæc omnia. Numerus enim eſt vt diſſimiles habeat partes, ut dualitatem & trinitatem. O Sed & totaliter, quorum poſitio non facit differentiam, nullum enim colobon ideſt diminutum vt aqua aut ignis: ſed oportet talia eſſe, quæ in ſubſtãtia poſitionem habeant. Amplius continua. Nam harmonia eſt ex his quæ ſunt diſſimilium partiũ, & poſitionem habent, ſed colobon non eſt.

part. 9 Te cõ 32. Al a textu. Diminutũ. Alia vero obtruncatũ ſeu truncatum.

Hic determinat de eo quod eſt oppoſitum toti, quod eſt colobon, pro quo alia tranſlatio habet diminutum membro ſed non uſquequaq; conuenienter. Nam colobon non dicitur ſolum in animalibus, in quibus ſolis ſunt membra. Videtur autem eſſe colobon quod nos dicimus truncatum. Vnde Boethius tranſtulit mancum ideſt defectiuum. Eſt ergo intentio Philoſophi oſtẽdere quid requiratur ad hoc q aliquid dicatur colobon. Et primo quid requiratur ex parte totius. Secundo quid requiratur ex parte partis deficientis, ibi P { Adhuc autem neq; qualibet. } Ad hoc autem q aliquod totum dici poſſit colobon, ſeptem requiruntur. Primum eſt ut illud totum ſit quantum, habens partes in quas diuidantur ſm quantitatem. Non enim totum uniuerſale poteſt dici colobon, ſi una ſpecies eius auferatur. Secundum eſt q non quodlibet quantum poteſt dici colobon, ſed oportet q { ſit partibile, } id eſt diſtinctionem habens, & { totum } ideſt ex diuerſis ptib[us] itegratũ. Vnde ultimæ partes in quas aliquod totum reſoluitur, licet habeant quantitatem non poſſunt dici colobæ, ſicut caro uel neruus. Tertium eſt q duo non ſunt coloba, uel aliquid habens duas partes, ſi altera earum auferatur. Et hoc ideo quia nunquã { coloboniũ } id eſt quod aufertur a colobon eſt æquale reſiduo, ſed ſemper oportet reſiduum eſſe maius. Quartum eſt q numerus nullus poteſt eſſe colobus quotcunq; partes habeat, quia ſubſtantia colobi manet parte ſubtracta, ſicut ſi calix truncetur adhuc manet calix. ſed numerus non manet idem, ablata quæcunq; parte. Q Quælibet enim unitas addita uel ſubtracta, uariat numeri ſpeciem. Quintum eſt, quia oportet q habeat partes diſſimiles. Ea.n. quæ ſunt ſimilium partium non poſſunt dici coloba, quia ratio totius ſaluatur in qualibet parte. Vnde ſi auferatur aliqua partium, altera pars non dicitur coloba. Nec tamen omnia quæ ſunt diſſimilium partium poſſunt dici coloba. Numerus enim non poteſt dici colobus, ut dictum eſt, quamuis quodammodo habeat diſſimiles partes, ſicut duodenarius habet pro partibus dualitatem & trinitatem. Aliquo tamen modo omnis numerus habet partes ſimiles, prout omnis numerus ex unitatibus conſtituitur. Sextum eſt q nullum eorum poteſt dici colobon, in quibus poſitio non facit differentiam, ſicut aqua aut ignis. Oportet enim coloba talia eſſe, q in ſuæ ratione ſubſtantiæ habeant determinatam poſitionem, ſicut homo, uel domus. Septimum eſt q oportet eſſe continua coloba. Harmonia enim muſicalis non poteſt dici coloba uoce uel chorda ſubtracta, licet ſit diſſimilium partium, quia cõſtituitur ex uocibus gra

Colob oñ ſeptem requirunt. parte ſup. Primum Secũdum. Tertium. Quartum. Quintum. Sextum. Septimum.

A uibus & acutis. Et licet partes eius habeant determinatā poſitionem. Non enim qualitercunq; uoces graues & acutæ ordinatæ, talem conſtituunt harmoniam. Deinde cum dicit,

Inſuper neq; ea quę tota diminuta ſunt, priuatione cuiuſuis partis fiunt. Non enim aut ſi præcipuę ſubſtantię partes, aut quæuis cęteræ, & vbi vis ſunt, auferantur, diminutum faciunt id quod reſtat. Ceu ſi perforatus fuerit cantharus, non dicitur diminutus, ſed ſi anſa fuerit, aut aliqua pars extrema ſublata. Et homo ſimiliter diminutus truncatuſq; dicitur, non ſi caro aut ſplen, ſed ſi extrema pars, non quæuis. & ipſa ſublata fuerit, ſed quę tota ſublata rurſus oriri, generariq; non pōt: idcirco calui diminuti, neq; ſunt, neq; dicuntur.

Parte 10. B Adhuc autem nec quęlibet tota, nec cuiuſq; particulę priuatione coloba. i. diminuta. Nō enim hęc quę ſunt propria ſubſtantię, nec quę ſunt vbiq; entia: ut ſi perforaretur calix, non colobon. i. diminutum, ſed ſi auris calicis, aut extremitas aliqua. Et homo non ſi carnem, aut ſplenem, ſed ſi extremitatem. Et hanc non omnem, ſed quę non habet generationem ablata a toto. Quapropter calui nō ſunt colobi ideſt truncati, ſeu diminuti.

Tria requirunt ad colobō ex parte partis diminutæ. Oſtendit quæ ſunt conditiones colobi ex parte partis diminutæ, & ponit tres dicens, q̄ ſicut non quælibet tota poſſunt dici coloba, ita nec cuiuſlibet particulæ ablatione poteſt aliquid dici colobon. Oportet enim primo q̄ pars ablata nō ſit pars ſubſtantiæ principalis, quæ. ſ. rei ſubſtantiam conſtituit, & ſine qua ſubſtantia eſſe non poſſit, quia ut ſupra dictū eſt, colobon oportet manere ablata parte. Vnde homo non poteſt dici colobus capite abſciſſo. Secundo ut pars ſubtracta non ſit ubiq;, ſed ſit in extremitate. Vnde ſi perforatur calix, circa medium aliqua parte eius ablata, non poteſt dici colobus. Sed ſi accipiatur { auris calicis } ideſt particula quæ C eſt ad ſimilitudinem auris, aut quæcunq; alia extremitas. Et ſimiliter homo non dicitur colobus ſi amittat aliquid de carne uel in tibia uel in brachio uel circa medium corporis, aut ſi amittens ſplenem uel aliquam eius partem, ſed ſi amittat aliquam eius extremitatem, ut manum aut pedem. Tertio uero ut non omni particula in extremitate exiſtēte ablata, aliquid dicatur colobum, ſed ſi ſit talis pars quæ non regeneratur iterum, ſi tota auferatur, ſicut manus aut pes. Capillus autem totus inciſus iterum regeneratur. Vnde per eorū ſubtractionem, licet in extremitate ſint, non dr colobus. Et propter hoc calui non dñr colobi. Lec. XXII.

Genus dicitur partim, ſi eorū quæ ſub eadem ſpecie collocantur generatio continua ſit, quo pacto dicitur, quo uſq; genus hominū ſit, id eſt quouſq; ſit ipſorum cōtinua generatio. Partim ſi quippiam a primo aliquo profluxerit, quo modo alii D græci genere, alii pelopide nūcupantur: quod illi a Græco, hi a Pelopide qui primus genuit, profluxerunt. Atq; potius ab eo qui genuit, quam a materia dici ſolent. Dicuntur enim & a fœmella genere vt ii qui a Pyrra ſunt orti. Præterea vt planū figurarum planarum, & ſolidum ſolidarum dicitur genus. Figurarum enim alia eſt plana talis, alia ſolida talis. Hoc autem eſt id quod differentiis ipſis ſubiicitur. Pręterea vt id quod in rationibus ineſt primum, atque hoc ipſo quid eſt pręcicatur, cuius qualitates differentiæ nuncupantur. Genus igitur tot dicitur modis. Aliud enim per eiuſdem ſpeciei continuam dicitur generationem. Aliud per id qđ primū mouit ſpeciei eiuſdem. Aliud vt materies. Cuius enim differētia atq; qualitas eſt, id eſt ſubiectum quod materiam appellamus.

E Genus dicitur hoc quidem ſi ſit generatio cōtinua ſpeciem habentium eandem: vt dicitur donec utiq; genus hominum ſit, quia dum eſt generatio eorum continua. Illud uero a quo ſunt primo mouente ad eſſe. Sic enim dicūtur Hellines genere & Iones, quia illi ab Helline, illi ab Ione generante. Et magis qui a generante quam qui a materia. Dicuntur enim & a fœmina genere, vt a Pyrrha. Amplius autem, vt ſuperficies figurarū genus ſuperficialium, & ſolidum ſolidorum. Figurarum enim unaquæque hæc ſuperficies quidem talis, hoc autem ſolidum tale. Hoc autem eſt ſubiectum differentiis. Amplius vt in rationibus quod primum ineſt, & dicitur in eo quod quid eſt, hoc genus: cuius differentiæ dicuntur qualitates. Genus igitur totiens dicitur aliud qdem ſm generationem continuam ſpeciei, aliud qdem ſm primum mouens eiuſdem ſpeciei, aliud vt materia. Cuius enim differentia & qualitas eſt, hoc eſt ſubiectum quod dicimus materiam. (Te cō. 33 parte.) F

Genus dr quatuor modis: parte ſeq. HIC Determinat de quodam tot. ſ. de genere, & primo oſtendit quot modis dicitur genus. Secūdo quot modis dicuntur aliqua diuerſa, ibi { Diuerſa uero genere. } Dicit ergo primo, q̄ genus dicitur quatuor modis. Primo generatio continua aliquorum habentium eandem ſpeciem. Sicut dicitur, dum erit { genus hominum } ideſt dum durabit generatio continua hominum. Iſte eſt primus modus poſitus in Porphyrio. ſ. multitudo habentium relationem adinuicē & ad unum principium. Secundo modo dicitur genus illud a quo { primo mouente ad eſſe } ideſt a generante procedunt aliqua ſicut dicuntur Hellines genere, quia deſcendunt a quodam Helline nomine, & aliqui dicuntur Iones genere, quia deſcendunt a quodam Ione, ſicut a primo generante. Magis autem denominantur aliqui a patre qui eſt generans, quam a matre quæ dat materiam in generatione: & tamen aliqui denominantur genere a matre ſicut a quadā fœmina nomina Pleia, dicuntur aliquæ pleiades. Et iſte eſt ſecūdus modus generis in Porphyrio poſitus. G (Alia litera Pyrrha, ut his græ.) Tertio modo dicitur genus, ſicut ſuperficies eſt genus figurarum ſuperficialium, { & ſolidum } ideſt corpus dicitur eſſe genus figurarum ſolidarum ideſt corporearum. Genus autem hoc non eſt quod ſignificat eſſentiam ſpeciei, ſicut animal eſt genus hominis, ſed quod eſt proprium ſubiectum, ſpecie differentium accidentium. Superficies enim eſt ſubiectum omnium figurarum ſuperficialium. Et habet ſimilitudinem cum genere, quia proprium ſubiectum ponitur in diffinitione accidentis, ſicut genus in diffinitione ſpeciei. Vnde ſubiectum proprium de accidente prædicatur ad ſimilitudinem generis. (Quaſi ſimilitudinē habeat ſubiectū cū genere.) Vnaquæq; { enim figurarum hæc quidem } ideſt ſuperficialis eſt talis ſuperficie. { Hoc autem, } ideſt figura ſolida, eſt tale ſolidum, ac ſi figura ſit differentia qualificans ſuperficiē, uel ſolidum. Superficies enim ſe habet ad figuras ſuperficiales, & ſolidum ad ſolidas, ſicut genus quod ſubiicitur contrariis. Nam differētia prædicatur in eo quod quale. Et propter hoc, ſicut cum dicitur animal rationale ſignificatur tale animal, ita cum dicitur ſuperficies quadrata ſignificatur talis ſuperficies. H Quarto modo genus dicitur q̄ primo ponitur in diffinitione, & prædicatur in eo quod quid, & differentiæ ſunt eius qualitates. Sicut in diffinitiōe hominis primo ponitur animal, & bipes ſiue rationale, quod eſt quædam ſubſtantialis qualitas hominis. Patet ergo q̄ tot modis dicitur genus. Vno modo ſm generationem continuam in eadem ſpecie, quod pertinet ad primum modum. Alio modo ſm primum mouens, quod pertinet ad ſecundum. Alio modo ſicut materia, quod pertinet ad tertium & quartum modū. Hoc enim modo ſe habet genus ad differentiam ſicut ſubiectum ad qualitatem. Et ideo patet q̄ genus prædicabile & genus ſubiectum, quaſi ſunt uno modo comprehenduntur, & utriq; ſe habet per modum materiæ. Licet enim genus prædi

I cabile non ſit materia, ſumitur tamen a materia, ſicut differentia a forma. Dicitur.n. aliquid animal ex eo q͏ habet naturam ſenſitiuam. Rationale uero ex eo q͏ habet rationalẽ naturã, quæ ſe habet ad ſenſitiuam ſicut forma ad materiã.

Diuerſa uero genere ea dicuntur, quorum ſubiectum primum diuerſum eſt, & neq; alterum in alterum, neq; in idem utrunq; reſoluitur, vt forma & materia diuerſa genere ſunt. Et ea quæ per figuram prædicationis eius quod eſt, diuerſa dicũtur. Eorum enim quæ ſunt, alia quid eſt ſignificãt alia quale quid, alia aliud vt antea eſt diuiſum. Neq; enim hæc, aut in ſeſe viciſſim, aut in unum quid reſoluuntur.

parte. 2. Diuerſa uero genere dicuntur, quorum diuerſum primum eſt ſubiectum, & non reſoluitur alterum in alterũ, nec ambo in idem: vt ſpecies & materia diuerſum genere. Et quæcunq; ſm diuerſam figuram categoriæ entis dicuntur. Alia nanq; qd ſignificant entium. Alia quale quid. Alia aliud, vt diuiſum eſt prius. Nec enim ea reſoluuntur nec in inuicem, nec in unum aliquod. K

Diuerſa genere dicuntur dupl. Hic oſtendit quot modis dicuntur aliqua diuerſa genere & ponit duos modos reſpondentes ultimis duobus modis generis. Primi enim duo modi non multum pertinent ad philoſophicam conſiderationem. Primo igitur modo ad dicuntur aliqua genere diuerſa, quia eorum primum ſubiectũ eſt diuerſum. Sicut primum ſubiectum colorem eſt ſuperficies, primum autem ſubiectum ſaporum eſt humor. Vnde quantum ad genus ſubiectum, ſapor & color ſunt diuerſa genere. Oportet autem q͏ duo diuerſa ſubiecta, talia ſint, quorum unum non reſoluatur in alterum. Solidum enim quodammodo reſoluitur in ſuperficies. Vnde figuræ ſolidi, & figuræ ſuperficiales non ſunt diuerſorum generum. Et iterum L oportet q͏ ambo non reſoluantur in aliquod idem. Sicut ſpecies & materia ſunt diuerſa genere, ſi ſm ſuam eſſentiam cõſiderentur, q͏ nihil eſt commune utriq;. Et ſimiliter corpora cæleſtia & inferiora ſunt diuerſa genere, inquantum non habent materiam communem. Alio modo dicuntur diuerſa genere quæ dicuntur { ſm diuerſam figurã categoriæ } ideſt prædicationis entis. Alia nanq; entia ſignificant quid eſt, alia quale, alia aliis modis, ſicut diuiſum eſt prius, ubi tractauit de ente. Iſte enim categoriæ nec reſoluuntur inuicem quia una non continetur ſub alia. Nec reſoluuntur in unum aliquid, quia non eſt unum aliquod genus commune ad oĩa prædicamenta. Patet autem ex dictis q͏ aliqua continentur ſunt uno prædicamento, & ſunt unum genere hoc modo ſecundo, quæ tamen ſunt diuerſa genere primo modo. Sicut corpora cœleſtia, & elementaria, & colores, & ſapores. Primus autem modus diuerſitatis ſm genus conſideratur magis a naturali, & etiam a philoſopho, quia eſt magis realis. Secundus autẽ modus conſideratur a logico, quia eſt rationis.

M Falſum uno modo dicitur, vt res falſa. Atq; huius aliud ex eo quia non componitur, aut fieri nõ poteſt, ut componatur, quemadmodum dicitur diametrum eſſe commenſurabilem coſtæ, aut te ſedere. Horum enim alterum ſemper, alterũ interdum eſt falſum. Sic enim hęc nõ entia ſunt. Aliud ex eo quia eſt quidem, eſt tamen aptum, aut non tale eſſe quale eſt, aut id eſſe quod haud eſt videri ac apparere, vt pictura ac ſomnia. Hæc enĩ aliquid quidem ſunt. At non ea quorum imaginationem efficiunt. Res igitur hoc pacto falſæ dicuntur, aut quia nõ ſunt ipſæ, aut quia imaginatio quæ ab ipſis emergit, entis non eſt.

Te.co. 34 parte 3. Falſum dicitur vno modo ut res falſa, & huius hoc quidem per non componi, aut per impoſſibile eſſe componi. Sicut dicitur diametrum eſſe commenſurabilem, aut te ſedere. Horum enim falſum hoc quidem ſemper, illud uero quãdoq;. Sic enim non entia hæc. Alia uero quæ ſunt quidem entia, & apta nata ſunt uideri, aut non qualia ſunt, aut quæ non ſunt, ut ſchiagraphia ideſt umbrarum conſcriptio, & ſomnia. Ea nanq; ſunt aliquid quidem, ſed non quorum faciunt phantaſiam. Res ergo falſæ dicuntur, aut quia non ſunt, aut quia ab eis phantaſia non entis eſt. N

Falſum dicitur in rebus. Hic diſtinguit nomina quæ ſignificant defectum entis uel ens incompletum, & primo hoc nomen falſum. Secũdo hoc nomen accidens. Circa primum tria facit. Primo oſtendit quomodo dicatur falſum in rebus. Secundo quomodo in diffinitionibus, ibi { Ratio uero falſa. } Tertio quomodo ſit falſum in hominibus, ibi { Sed & homo falſus. } Dicit ergo primo q͏ falſum dicitur uno modo in rebus, per hoc q͏ oratio ſignificans rem non congrue componitur. Quod quidẽ contingit dupliciter. Vno modo per hoc q͏ aliquid componitur quod non debet componi, ſicut eſt in falſis contingentibus. Aliq modo per hoc q͏ eſt impoſſibile componi, ſicut eſt in falſis impoſſibilibus. Si enim dicamus diametrum eſſe commenſurabilem quadrati lateri, & eſt falſum impoſſibile quia impoſſibile eſt commenſurabile componi diametro. Si autem dicatur te ſedere, te ſtante, eſt falſum contingens, q͏ prædicatum non ineſt ſubiecto, licet non ſit impoſſibile ineſſe. Vnde unum iſtorum. ſ. impoſſibile, eſt falſum ſemper: ſed aliud. ſ. contingens, non eſt falſum ſemper. Sic igitur falſa dicuntur quæ omnino ſunt non entia. Non oratio tunc eſſe falſa dicitur, quando nõ eſt id quod oratione ſignificatur. Secundo modo dicitur falſum in rebus ex eo q͏ aliqua quidem ſunt entia in ſe, ſed tamen ſunt apta nata uideri, aut qualia non ſunt, aut quæ non ſunt, ſicut { ſchiagraphia } ideſt umbroſa deſcriptio. Vmbræ enim quandoque uidentur res quarum ſunt umbræ, ſicut umbra hominis uidetur homo. Et eadem ratio eſt de ſomniis quæ uidentur res ueræ, tamen non ſunt niſi rerum ſimilitudines. Et ſimiliter dicitur aurum falſum, quod habet ſimilitudinem auri ueri. Differt autem hic modus a primo, quia in primo dicebatur aliquid falſum, ex eo q͏ non erat. Hic autem dicuntur aliqua falſa quæ quidem in ſe ſunt aliquid, ſed non ſunt illa { quorũ faciunt phantaſiam } .i. quorum habent apparentiam. Patet ergo q͏ res dicuntur falſæ, aut quia non ſunt, aut quia ab eis eſt apparentia eius quod non eſt. Deinde cum dicit.

parte ſeq. parte. 5. O Falſum de rebus dupliciter. T

Ratio uero falſa eſt, ea quæ eſt eorum quę non ſunt ea ratione qua falſa eſt. Quapropter omnis ratio cuiuſuis uera, falſa eſt ſi præter illud alii attribuatur. Circuli nanq; ratio falſa nimirum eſt, ſi de triangulo diceretur. Vniuſcuiuſq; autem ratio, tũ una eſt, ea qua quidditas explicatur: tum plures: quippe cum idem ſit aliqua ex parte ipſum, & ipſum atq; affectum, ueluti Socra. & Socra. muſicus aut albus. Falſa autem ratio nullius eſt ratio abſolute. Quapropter Antiſthenes ſtulte putabat, nihil dici cenſens, niſi propria ratione unum de uno. Ex quibus efficiebatur neminem contradicere poſſe, fere etiam neq; dicere falſum. Fit aũt ut quodq; dicatur non ſolum propria, ſed diuerſi quoq; ratione, & penitus falſo, & aliqua etiam ex parte uere: quemadmodum octo dupla, dualitatis ratione dicuntur, quędam igitur hoc modo falſa dicũtur. Q

parte. 4. Ratio uero falſa eſt quæ non entium inquantũ falſa. Vnde omnis ratio falſa, alterius q̃ cuius eſt uera, vt quæ circuli, falſa trigoni. Cuiuſlibet autem ratio, eſt quidẽ quaſi una quæ eſt eius quod quid erat eſſe, eſt & quaſi multæ, qm̃ idem aliqualiter ipſum & ipſum paſſum, ut Socra. & Socra. muſicus. Sed falſa ratio nullius eſt ſimpliciter rõ. Qua

A propter Antiſthenes opinatus eſt ſatue, nihil dignatus dici niſi propria ratione ſemper unum de vno. Ex quibus accidit non eſſe contradicere. Fere autem nec mentiri. Eſt autem unumquodque dicere non ſolum ſua ratione, ſed & ea quæ alterius. Falſo quidem & omnino. Eſt autem & uere, ſicut octo dupla, dualitatis ratione. Hæc igitur ita dicuntur falſa.

Rõ falſa dupliciter. Oſtendit quomodo eſt falſum in diffinitionibus, & dicit ꝙ {ratio,} id eſt diffinitio inquantum eſt falſa, eſt non entium. Dicit autem inquantum eſt falſa, quia diffinitio dicitur falſa dupliciter. Aut ſm ſe, & ſic non eſt diffinitio alicuius, ſed eſt penitus non entis. Aut eſt diffinitio uera in ſe, ſed falſa eſt prout attribuitur alteri quam proprio diffinito. Et ſic dicitur falſa inquantum non eſt eius. Vnde patet ꝙ omnis diffinitio quæ eſt uera diffinitio alicuius rei eſt, falſa diffinitio alterius, ut diffinitio quæ eſt uera de circulo, eſt falſa de triangulo.

B Diffinitio autem cuiuſlibet rei ſignificãs quod quid eſt, quodam modo eſt una tãtum unius, & quodam modo ſunt multæ unius. Aliquo enim modo ipſum ſubiectũ per ſe ſumptum, & {ipſum paſſum} id eſt cum paſſione ſumptum, eſt idem, ſicut Socra. & Socra. muſicus. Aliquo modo non. Eſt enim idem per accidens, ſed non per ſe. Patet autem ꝙ eorum ſunt diffinitiones diuerſæ. Alia enim eſt diffinitio Socra. & Socra. muſici, & tamen ambæ ſunt quodammodo eiuſdem. Sed illa diffinitio quæ eſt falſa ſm ſe, non poteſt eſſe diffinitio alicuius rei. Diffinitio autem falſa ſm ſe uel ſimpliciter, dicitur ex eo ꝙ una pars diffinitionis non poteſt ſtare cũ altera, ſicut ſi diceretur animal inanimatum. Patet autem ex hoc ꝙ ſtulta fuit opinio Antiſthenis. Volebat enim ꝙ quia uoces ſunt ſigna rerum, ꝙ ſicut res non habet aliam eſſentiã niſi propriam, ita in propoſitione nihil poſſet prædicari de aliquo, niſi propria eius diffinitio, ut ſimpliciter uel ſemper de uno ſubiecto dicatur unum prædicatum. Et ex hoc ſequitur ꝙ non ſit contradictio, quia ſi de homine prædicatur animal, quod eſt in eius ratione, non poterit de ipſo prædicari

C non animal, & ita non poterit formari negatiua propoſitio. Et ex hac poſitione etiam ſequitur ꝙ non contingit aliquem mẽtiri, quia propria diffinitio rei ueræ prædicatur de re. Vnde ſi de nullo poteſt prædicari niſi propria diffinitio, nulla ꝓpoſitio erit falſa: Eſt autem eius opinio falſa, quia contingit prædicari de unoquoq; non ſolum ſuam diffinitionem, ſed etiam alterius. Quod quando fit uniuerſaliter & omnino, eſt falſa prædicatio. Aliquo tamen modo poteſt eſſe uera ꝓdicatio, ſicut octo dicuntur dupla, inquantum habent rationem dualitatis, quia ratio dupli eſt, ut ſe habet ſicut duo ad unum. Octo autem inquantum ſunt duplum, ſunt quodam modo duo, quia diuiduntur in duo æqualia. Hæc ergo dicitur falſa modo prædicto. Deinde cum dicit.

Homo autem falſus dicitur, qui facilis electiuusue propẽſior eſt ad tales rationes, non ob aliud quicquam, ſed ob idipſum dicendas. Et qui ta-

D lium rationum in alijs eſt effector, quemadmodum & res falſas dicere conſueuimus, quæ falſam imaginationem efficiunt.

parte. 5. Sed & homo falſus, quia talium rationum electiuus, non propter aliud aliquid, niſi propter idipſum. Et in alijs talium factor rationum, ſicut res dicimus eſſe falſas quæcunque falſam faciunt phantaſiam.

Hõ falſus duob⁹ modis dicitur primus. Oſtendit quomodo falſum dicatur de homine, & circa hoc duo facit. Primo ponit duos modos quibus homo dicitur falſus, quorum primus eſt ꝙ homo dicitur falſus qui eſt promptus uel gaudens in huiuſmodi rationibus. ſ. falſis, & qui eſt electiuus talium rationum nõ propter aliquod aliud ſed propter ſe. Vnicuiq; enim habenti habitum fit delectabilis, & in promptu operatio quæ eſt ſm habitum illum. Et ſic habens habitum, operatur ſm habitum illum, non propter

Secundus aliquod extrinſecum. Sicut luxurioſus fornicatur propter delectationem coitus. Si autem fornicetur propter aliquid aliud. puta ut furetur, magis eſt fur, quam luxurioſus. Similiter & qui eligit falſum dicere, propter lucrum, magis eſt auarus quam falſus. Secundus modus eſt prout homo dicitur falſus, qui facit alias falſas rationes, quaſi conſimili modo ſicut ſupra dicebamus res eſſe falſas quæ faciunt falſam phantaſiam. Patet autem ex præmiſſis quod falſum pertinet ad non ens, ex quo homo dicitur falſus per reſpectũ ad rationes falſas: & ratio dicitur falſa, inquantum eſt non entis. Secundo dicit. E

Quapropter ea ratio quę fit in Platonis hippia decipit, eundem hominem falſum eſſe dicens ac verum. Eum enim accipit falſum, qui mẽtiri poteſt. Is autem eſt ille, qui ſcit & qui eſt prudens.

Quare in hippia oratio refutatur, quæ eadem vera & falſa. Potentem enim mẽtiri accipit falſum hic autem ſciens & prudens. part 6

F Excludit duas opi. & hoi dicto. Excludit ex præmiſſis duas falſas opiniones, de quarum prima concludit ex prædictis dicens, ꝙ ex quo falſus homo eſt electiuus & factiuus falſarum opinionum, rationabiliter refutatur & reprobatur in hippia, qui eſt liber quidam Platonis, oratio quædam, quæ dicebat eandem rationem eſſe ueram & falſam. Hæc enim opinio accipiebat illum hominem eſſe falſum qui poteſt mentiri, & ſic cum idem homo poſſit mentiri & uerum dicere, idem homo eſſet uerus & falſus. Similiter eadem oratio eſſet uera & falſa, quia eadem oratio uera & falſa poteſt eſſe, ut hæc, Socra. ſedet, eo ſedente eſt uera non ſedente, eſt falſa. Conſtat autem ꝙ hic inconuenienter accipit, quia etiam homo ſciens & prudens poteſt mentiri, non tamen eſt falſus, quia non eſt factiuus uel electiuus falſarum rationum uel opinionum, ex qua ratione dicitur homo falſus, ut dictum eſt.

Preterea meliorem eum eſſe dicit, qui ſua ſponte res prauas facit. Hoc autem per inductionem accipit falſo. Qui nanque ſua ſponte claudicat, is & ſtabilior eſt eo qui id facit inuitus, claudicare dicẽs imitari claudicãtem. Nam ſi quiſpiam eſt claudus ſua ſponte, deterior eſt eo fortaſſe, qui nõ ſua ſpõte claudus eſt, quemadmodum idipſum etiam & da ipſos mores accommodatur. I G

Amplius volentem turpia meliorem, & hoc falſum accipit per inductionem. Nam voluntate claudicans non voluntarie dignior, claudicantem imitari dicimus. Qm̃ ſic claudus volũtarie, indignior forſan ſicut in more & hoc. parte. 7.

Secundam falſam opinionem excludit. Dicebat hæc opinio ꝙ homo qui facit turpia & praua uolens; melior eſt eo qui facit nolens, quod eſt falſum. Nam quilibet uicioſus ex hoc diffinitur ꝙ eſt promptus uel electiuus malorum. Et tamen hoc falſum uult accipere per quandam inductionem ex ſimili. Ille enim qui claudicat uoluntarie, melior & dignior eſt eo qui claudicat non noluntarie. Et ita dicit ꝙ praua agere imitatur hoc ꝙ eſt claudicare, ut. ſ. ſit eadẽ ratio de utroque. Et hoc quodammodo uerum eſt. Nam claudicans uoluntarie, deterior eſt quãtum ad morem, licet ſit perfectior quantum ad uirtutem greſſiuam. Et ſimiliter qui agit praua uoluntarie deterior eſt quantum ad morem, licet forte non ſit deterior quantum ad aliquam aliam potentiam. Sicut ille qui dicit falſum uoluntarie, licet ſit peior ſm morem, eſt tamen intelligentior eo qui credit ſe uerum dicere, cum falſum dicat non uoluntarie. H

Accidens dicitur id quod ineſt quidem cuipiam atq; uere dici de illo poteſt, non tamen aut neceſſario aut plerũq;: ueluti ſi quiſpiam ſcrobem ob plãtam effodiens theſaurum inuenit. Hoc igitur accidit ei qui ſcrobem effodiebat, theſaurum inquam inueniſſe. Neq; enim hoc ex hoc, aut poſt hoc neceſſario euenire ſolet, neq; plerunq; fit, vt ſi quiſ-

I piam plantet, theſaurum offendat atque inueniat. Fuerit etiam & quiſpiam muſicus albus, ſed cum non neceſſario id fiat, neq; plerunq;, accidẽs ipſum dicimus eſſe. Quare cum aliqua inſint & aliquibus, atq; horum nonnulla, & aliqua in parte: atq; quandoq; quicquid ineſt quidem, at non propterea quod hoc erat, aut nunc, aut hoc loco: id omne accidens erit. Neq; igitur vlla determinata, ſed quæuis cauſa eſt accidentis. Hæc autem eſt indefinita. Accidit enim cuipiam in Eginam ueniſſe, ſi non eſt ob idipſum profectus ut illuc ueniret, ſed a tempeſtate expulſus, aut a prædonibus captus. Ortum eſt igitur ipſum accidens, atq; eſt, ſed non ut ipſum, ſed ut aliud ortum eſt. Tempeſtas enim
K cauſa fuit, ut eum ad locum ueniret, ad quem non nauigabat. Hic autem erat Egina. Dicitur etiam accidens alio modo quicquid per ſe cuiq; competit, non tamen eſt in eius ſubſtantia. Quo pacto triangulo competit angulos æquales duobus rectis habere. Atque hæc quidem perpetua eſſe poſſunt, illorum autem nullum perpetuũ eſſe poteſt. Huius autem ratio talis in locis eſt explicata.

Te.cõ.15. parte.3. Accidens eſt quod ineſt alicui, & eſt uerum dicere, non tamen ex neceſſitate, nec ſm magis: ut ſi quis fodiens plantæ foſſam theſaurum inueniat. Hoc quidem accidens fodienti foueam inuenire theſaurum. Nec enim ex neceſſitate hoc ex hoc, aut poſt hoc, nec ut ſecundum magis ſi quis plantat inueniet theſaurum. Et quis utiq; muſicus eſt albus, ſed quoniam nec ex neceſſitate, nec ut ſecun
L dum magis hoc fit, accidens eſſe dicimus. Sed quoniam ineſt aliquid alicui, & horum quædam & alicubi, & quandoq;, quodcunq; extiterit quidem, ſed nõ quia nunc, aut hoc, accidens erit. Nec eſt aliqua cauſa determinata accidens, ſed contingens, uel quia forte. Hoc autem indeterminatum. Accidit enim alicui Eginam uenire, ſed ſi non propter hoc aduenit, vt illuc veniat: ſed ab hyeme expulſus, aut a latronibus captus, euenit quidem: & eſt accidẽs. At non inquantum ipſum, ſed inquantum alterũ. Hyems enim eſt cauſa non quo nauigabat ueniendi & hoc erat Egina. Dicitur & aliter accidens, & quæcunq; in vnoquoq; ſecundũ ſe non in ſubſtantia entia. Veluti in triangulo duos rectos habere. Et eadem quidem contingit ſempiterna eſſe. Illorum uero nullum. Huius autem ratio in aliis.

Accidẽs dupliciter. Hic ultimo diſtinguit nomen accidentis, & ponit duos modos, quibus dicitur hoc nomẽ accidens, quorum primus
M eſt quod accidens dicitur id quod ineſt alicui, & ꝙ contingit uere affirmare, non tamen ex neceſſitate, nec { ſm magis } idest ut in pluribus, ſed ut in paucioribus. Sicut ſi aliquis fodiens aliquam foſſam ad plantandum aliquam plantam, inueniat theſaurum. Hoc ergo quod eſt fodientem foſſam inuenire theſaurum, eſt quoddam accidens. Neq; enim unum eſt cauſa alterius ex neceſſitate, ut hoc ſit ex ho neceſſario. Neq; etiam de neceſſitate, ſe comitantur, ut hoc ſit poſt hoc ſicut dies conſequitur noctem, quamuis unum non ſit cauſa alterius. Neq; etiam ſm magis hoc cõtingit, ſiue ut in pluribus hoc contingit, ut ille qui plantat inueniat theſaurum. Et ſimili modo muſicus dicitur eſſe albus, ſed tamen hoc nõ eſt ex neceſſitate, nec fit ut in pluribus, ideo dicimus hoc p accidens. Differt autem hoc exemplum a primo. Nam in primo exemplo ſumebatur accidens quantum ad fieri, in ſecũdo uero quantum ad eſſe. Quia ergo ſicut aliquid ineſt alicui ſubiecto determinate, ita & aliquid conſideratur { eſſe alicubi } idest in aliquo loco determinato, & { quandoq; } idest in aliquo tempore determinato, in omnibus contingit N ineſſe per accidens, ſi non inſit ſm ꝙ huiuſmodi. Sicut ſi album dicitur de muſico, hoc eſt per accidens, quia non ineſt muſico inquantum huiuſmodi. Et ſimiliter ſi ſit abundantia pluuiæ in æſtate, hoc eſt per accidens, quia non accidit in æſtate, inquantum eſt æſtas. Et ſimiliter ſi graue ſit ſurſum hoc eſt per accidens. Non enim eſt in tali loco ſm ꝙ talis locus eſt, ſed per aliquam cauſam extraneam. Et ſciendum ꝙ accidentis hoc modo dicti non eſt aliqua cauſa determinata, { ſed contingens } idest qualiſcunq; contingat, uel { quia forte, } id eſt cauſa fortuita quæ eſt cauſa indeterminata. Sicut accidit alicui ꝙ { ueniat Eginam, } id eſt ad illam uillã ſi non propter hoc aduenit { ut illuc ueniat, } id eſt ſi non propter hoc incepit moueri ut ad hunc terminum perueniret, ſed ab aliqua extranea cauſa illuc adductus eſt, ſicut quia impulſus eſt ab hyeme concitante tempeſtatem in mari, aut etiam captus eſt a latronibus, & illuc perductus præter intentionem. Vnde patet ꝙ hoc eſt per accidens, & cauſari poteſt ex diuerſis cauſis. Sed tamen ꝙ iſte nauigans ad O hunc locum perueniat non eſt { inquantum ipſum, } id eſt inquantum erat nauigans, cum intenderet ad alium locum nauigare, ſed hoc contingit { inquantum alterum } idest ſecundum aliquam aliam cauſam extraneam. Hyems enim eſt cauſa ueniendi { quo non nauigabat } idest ad Eginam, aut latrones, aut aliquid aliud huiuſmodi. Secundo modo dicitur accidens, quod ineſt alicui ſm ſe, & tamen non eſt de ſubiecta eius. Et hic eſt ſecundus modus dicendi per ſe, ut ſupra dictum eſt. Nam primus erat prout ſm ſe dicitur de aliquo quod in eius diffinitione ponitur, ut anima de homine, quod nullo modo eſt accidẽs. Sed triãgulo ineſt per ſe duos rectos habere, & non eſt de ſubſtantia eius. Vnde eſt accidens. Differt autem hic modus a primo, quia accidentis hoc ſecundo modo contingit eſſe ſempiterna. Semper enim triãgulus habet tres angulos æquales duobus rectis. Accidentium uero ſm primum modum, nullum contingit eſſe ſempiternum, quia ſunt ſemper ut in paucioribus. Et huius ratio habetur in aliis ſicut infra in. 6. huius, & in. 2. phyſi. Accidens ergo ſm primũ modum opponitur ad ſcdm ſe. Accidẽns uero ſecundo modo opponitur ad ſubſtantialiter. Et hæc de quinto. Lectio. 1. Lectio. 9. Te cõ. 48 P

ARISTOTELIS STRAGYritæ Tex. libri ſexti Metaphyſicæ.

EOrum quæ ſunt principia hac in facultate, cauſæue quæruntur, atq; vt patet ea ſane ratione qua entia ſunt. Eſt enim quippiam ſanitatis bonæq; ualitudinis cauſa, & mathematicorum ſunt itidem principia, & elementa, & cauſæ. Atq; omnino ſcientia omnis intellectiua, aut aliquomodo particeps intellectus circa pricipia cauſaſue, aut exactiores, aut ſimpliciores verſatur. Q

PRincipia & cauſę quęrũtur entium, palam aũt quia inquãtum entia. Eſt enim aliqua cauſa ſanitatis & conualeſcentiæ. Sunt autem & mathematicorum principia & elementa & cauſę, & totaliter oĩs ſcientia intellectualis participans aliquid intellectus circa cauſas & principia eſt, aut certiora, aut ſimpliciora. T.cõ. 1. parte. 1.

POſtquam Philoſophus in quarto huius oſtẽdit, ꝙ hæc ſcientia conſiderat de ente & de uno, & de his quæ conſequuntur ad ens inquantum huiuſmodi, & ꝙ omnia iſta dicuntur multipliciter, & in quinto huius eorum multiplicitatem diſtinxit, hic incipit de ente determinare, & de aliis quæ conſequuntur ad ens Diuiditur autem pars. Iſta in duas. In prima oſtendit per quem modum hæc ſcientia debet determinare de ente. In ſecunda in

A cipit de ente determinare. ſ. in principio ſeptimi, ibi { Ens di- (Le. 3. g. 7.) citur multipliciter. } Prima pars diuiditur in duas. In prima oſtendit modum tractādi de entibus, qui competit huic ſcientiæ per differentiam ad alias ſcientias. In ſecundo remouet a conſideratione huius ſcientiæ ens aliquibus modis (Infra tex. ſeq.) dictum, ſm quos modos ens non intenditur principaliter in hac ſcientia, ibi { Sed quoniam ens ſimpliciter. } Prima autem pars diuiditur in duas. In prima parte oſtendit differentiam huius ſcientiæ ad alias per hoc ꝙ conſiderat princi- (Inf. gl. 3.) pia entis inquantum eſt ens. Secundo quantum ad modum tractandi de huiuſmodi principiis, ibi { Quoniam uero phyſica. } Circa primum duo facit. Primo oſtendit quomodo hæc ſcientia conuenit cum aliis in conſideratione principio- (Lectio 2.) rum dicens, ꝙ ex quo ens eſt ſubiectum in huiuſmodi ſcientia, ut in quarto oſtenſum eſt, & quælibet ſcientia debet inquirere principia & cauſas ſui ſubiecti quæ ſunt eius inquantum huiuſmodi, oportet ꝙ in iſta ſcientia inquirantur prin-

B cipia & cauſæ entium, inquantum ſunt entia. Ita enim eſt & in aliis ſcientiis. Nam ſanitatis & conualeſcentiæ eſt aliqua cā quam quærit medicus. Et ſimiliter etiam mathematicorum ſunt principia & elementa & cauſæ, ut figuræ & numeri & aliarum huiuſmodi quæ perquirit mathematicus Et uniuerſaliter omnis ſcientia intellectualis qualitercunq; participet intellectum, ſiue ſit ſolum circa Intellegibilia, ſicut ſcientia diuina: ſiue ſit circa ea quæ ſunt aliquo modo imaginabilia uel ſenſibilia in particulari, in uniuerſali autem intelligibilia prout de his eſt ſcientia, ſicut in mathematica & in naturali. Siue etiam ex uniuerſalibus principiis ad particularia procedant in quibus eſt operatio, ſicut in ſcientiis practicis: ſemper oportet ꝙ talis ſcientia ſit circa cauſas & principia. Quæ quidem principia aut ſunt certiora quo ad nos, ſicut in naturalibus, quia ſunt propinquiora ſenſibilibus: aut ſimpliciora & priora ſm naturam, ſicut eſt in mathematicis. Cognitiones autem quæ ſunt ſenſitiuæ tantum, non ſunt per principia & cauſas, ſed per hoc ꝙ ipſum ſenſibile obiicitur ſenſui. Diſcurrere enim a cauſis in cauſata uel econtrario, non eſt

C ſenſus, ſed ſolum intellectus. Vel certiora principia dicit ea quæ ſunt magis nota & exquiſita. Simplicia autem ea quæ magis ſuperficialiter exquiruntur: ſicut eſt in ſcientiis moralibus, quorum principia ſumuntur ex his quæ ſunt ut in pluribus. Secundo ibi.

Verum hæ oēs unum quid genuſq; quippiam exceptum ſumētes, de hoc ſane, ſed nō de ente ſimpliciter, neque ut eſt ens conſiderationes ſuas efficiunt. Neq; ullam de ipſo quidem rationem omnino faciunt. Sed ex hoc partim dilucido per ſenſum facto, partim ut ſuppōne ſumpto ea deinceps hoc pacto quæ per ſe competunt ei generi, circa ꝙ ipſe uerſantur, aut exactius, aut mollius ſane demonſtrant. Idcirco patet tali ex inductione, ſubſtātiæ atq; ipſius quid eſt, demōſtrationem non eſſe, ſed quendam declarationis alium eſſe modum. Si

D mili modo neq; ſi ſit, an nō ſit genus idcirca quod uerſantur, dicere quicquam uidentur, propterea quod eiuſdem eſt mētis quid eſt, & ſi eſt quippiam declarare.

(poste. 2.) Sed & omnes illæ circa unum quid & genus aliquod circumſcriptæ de hoc tractant, ſed non de ente ſimpliciter, nec inquantum eſt ens. Nec de ipſo quodquideſt ullam faciunt mentionē. Sed ex hoc aliæ quidem ſenſu facientes ipſum manifeſtum, aliæ per ſuppoſitionem accipientes quodquideſt, ſic ſecundum ſe quæ inſunt generi circa quod ſunt, demōſtrant, aut magis neceſſarie, aut infirmius. Quapropter palam quia non eſt demonſtratio ſubſtantiæ nec eius quodquideſt, ex tali inductione, ſed alius modus eſt oſtenſionis. Similiter autem nec ſi eſt, aut non eſt, genus circa quod uerſantur nihil dicunt propter eiuſdē eſſe ſciētiæ ipſum quod quideſt manifeſtum facere, & hoc ſi eſt. E

Oſtendit differentiam aliarum ſcientiarum ad iſtam quātum ad conſiderationem principiorum & cauſarum dicens ꝙ omnes iſtæ ſcientiæ particulares, de quibus nunc facta eſt mētio, ſunt circa unum aliquod particulare genus entis, ſicut circa numerum, uel magnitudinem, aut aliquid huiuſmodi. Et tractat unaquæq; circunſcripta de { ſuo genere ſubiecto, } id eſt it. de iſto genere ꝙ non de alio, ſicut ſcientia quæ tractat de numero nō, tractat de magnitudine. Nulla enim earum determinat { de ente ſimpliciter } ideſt de ente in communi, nec etiā de aliquo particulari ente inquantum eſt ens. Sicut arithmetica non determinat de numero inquantum eſt ens, ſed inquantum eſt numerus. De quolibet enim ente inquantum eſt ens proprium eſt metaphyſici conſiderare. Et quia eiuſdem eſt conſiderare de ente inquantum eſt ens { & de eo quodquideſt } ideſt de quidditate rei quia unumquodq; habet eſſe per ſuam quidditatem, ideo ēt F aliæ ſcientiæ particulares { nullam mētionem } ideſt determinationem faciunt, de eo { quodquideſt } .i. de quidditate rei, & de diffinitione quæ ipſam ſignificat. Sed { ex hoc } ideſt ex ipſo quodquideſt ad alia procedunt, utentes eo quaſi demonſtrato principio ad alia probanda. Ipſum autem quodquideſt ſui ſubiecti aliæ ſcientiæ faciunt eſſe manifeſtū per ſenſum, ſicut ſcientia quæ eſt de animalibus, accipit quid eſt animal per id quod { apparet ſenſui } .i. per ſenſum & motum, quibus animal a non animali diſcernitur. Aliæ uero ſcientiæ accipiunt quodquideſt ſui ſubiecti per ſuppoſitionē ab aliqua alia ſcientia, ſicut geometria accipit quid eſt magnitudo a pʰo primo. Et ſic ex ipſo quodquideſt noto p ſenſum vel per ſuppoſitionem, demonſtrant ſcientiæ proprias paſſiones quæ ſm ſe inſunt generi ſubiecto circa quod ſunt. Nam diffinitio eſt medium in demōſtratione propter quid. Modus autem demonſtrationis eſt diuerſus, quia quædam demonſtrant magis neceſſarie, ſicut mathematicæ ſcientiæ. Quædam { uero infirmius } .i. non de neceſſitate, ſicut ſciētiæ naturales, in quibus multæ demonſtrationes ſumuntur ex his quæ non ſemper inſunt ſed frequenter. Alia tranſlatio habet loco ſuppoſitionis, conditionem. Et eſt idem ſenſus. Nam quod ſupponitur, quaſi ex conditione accipitur. Et quia principium demonſtrationis eſt diffinitio, palam eſt ex tali inductione, ꝙ demonſtratione { non eſt de ſubſtantia rei } .i. de eſſentia eius, nec de diffinitione quæ ſignificat quid eſt res, ſed eſt aliquis alios modus quo diffinitiones oſtēduntur. ſ. diuiſione, & aliis modis qui ponuntur in. 2. poſteriorum. Et ſicut nulla ſcientia particularis determinat quod quideſt, ita etiam nulla earum dicit de genere ſubiecto circa quod uerſatur eſt, aut non eſt. Et hoc rationabiliter accidit, quia eiuſdem ſcientiæ eſt determinare quæſtionem an eſt, & manifeſtare quid eſt. Oportet enim quodquideſt, accipere ut medium ad oſtendendum an eſt. Et utraq; eſt conſideratio philoſophi qui conſiderat ens inquantum ens. Et iō quælibet ſcientia particularis ſupponit de ſubiecto ſuo, quia eſt, & quid eſt, ut dr in primo poſteriorū. Et hoc eſt ſignum ꝙ nulla ſcientia particularis determinat de ente ſimpliciter, nec de aliquo ente inquantum eſt ens. Deinde cum dicit. H

(Mathematicus excedit phyſicū in certitudine demonſtrationis.) G

(Te. cō. 4. & inde.) (T. cō. 2. & inde.)

Cum autem & naturalis ſcientia circa genus ꝗppiam eius quod ē uerſetur, circa nāq; ſubſtantiam uerſari talem uidetur, in qua principium ipſum motionis ineſt, atq; quietis: patet neq; actiuam neque effectricem ipſam ſcientiam eſſe. Nam efficiendarum quidem rerum principium, ſiue ſit mens, ſiue ars, ſiue potentia quædam, in ipſo eſt ut patet in efficiente. Agendarum autem rerum in ipſo agēte ipſa inquā electio. Res enim eſt eadem quæ ſub actionem electionemq; cadit. Quare ſi mens omnis, aut actiua eſt, aut effectiua, aut contemplatiua naturalis profecto facultas cōtemplatiua quędam ſcientia eſt, ſed circa ens tale contemplatiua, quod

motu cieri poteſt, & circa ſubſtantiam eam plerunque quę ad rõnem accommodatur inſeparabilem,

part. 3.

Quoniam uero phyſica ſcientia eſt circa genus quoddã entis, nã circa talẽ eſt ſubſtantiam in qua eſt principium motus & quietis in ea, palam quia nec actiua nec factiua eſt. Factiuarũ enim in faciente principium, aut intellectus, aut ars, aut potentia quædam. Actiuarum uero in agente prohæreſis ideſt electio. Idem enim agibile, & eligibile. Quare ſi omnis ſcientia, aut actiua, aut factiua, aut theorica: phyſica theorica quędam eſt. Sed theorica circa tale ens, quod eſt poſſibile moueri: & circa ſubſtantiam, quæ eſt ſecundum rationem, ut ſm magis non ſeparabile ſolum.

Oſtendit differentiam huius ſcientiæ ad alias, quantum K ad modum conſiderandi principia entis inquantum eſt ens. Et quia ab antiquis ſcientia naturalis credebatur eſſe prima ſcientia, & quæ conſideraret ens inquantum eſt ens, ideo ab ea quaſi a manifeſtiori incipiens, primo oſtendit differentiã ſcientiæ naturalis a ſcientiis practicis. Secundo differentiam eius a ſcientiis ſpeculatiuis, in quo oſtenditur modus proprius conſiderationis huius ſciẽtiæ, ibi { Oportet autem qđ quid erat eſſe. } Dicit ergo primo ꝙ ſcientia naturalis non eſt circa ens ſimpliciter, ſed circa quoddam genus entis. ſ. circa ſubſtantiam naturalem, quæ habet in ſe principium motus & quietis. Et ex hoc apparet ꝙ neq; eſt actiua neq; factiua. Differunt enim agere & facere. Nam agere eſt ſm operationem manentem in ipſo agente ſicut eſt eligere, intelligere, & huiuſmodi. Vnde ſcientiæ actiuæ, dicuntur ſcientiæ morales. Facere autem eſt ſm operationem quæ tranſit exterius ad materiæ tranſmutationem, ſicut ſecare, urere, & huiuſmodi. Vnde ſcientiæ factiuæ, dicũtur artes mechanicæ. Quod autem ſcientia naturalis non ſit factiua, patet quia pn̄cipium ſcientiarum factiuarum eſt in faciente, non in facto L quod eſt artificiatum, ſed principium motus rerum naturalium eſt in ipſis rebus naturalibus. Hoc autem principium rerum artificialium quod eſt in faciente, eſt primo intellectus qui primo artem adinuenit, & ſecundo ars quæ eſt habitus intellectus, & tertio aliqua potentia exequens ſicut potentia motiua, per quam artifex exequitur conceptionem artis Vnde patet & ſcientia naturalis non eſt factiua. Et per eandem rationem patet ꝙ non eſt actiua. Nam principium actiuarum ſcientiarum eſt in agente, non in ipſis actionibus ſiue moribus. Hoc autem principium { eſt prohæreſis } ideſt electio. Idem enim eſt agibile & eligibile. Sic ergo patet ꝙ naturalis ſcientia non ſit actiua neq; factiua. Si igitur omnis ſcientia eſt aut actiua, aut factiua, aut theorica, ſequitur ꝙ naturalis ſcientia, theorica ſit. Ita tamen { eſt theorica } ideſt ſpeculatiua circa determinatum genus entis, quod. ſ. eſt poſſe moueri. Ens enim mobile ſubiectum naturalis philoſophiæ. Et eſt ſolum circa { talem ſubſtantiam } .i. quidditatem & eſſentiam rei, quæ ſm rationem non eſt ſeparabilis a materia, ut in pluribus. Et hoc dicit propter intellectũ qui aliquo modo cadit ſub cõſideratione naturalis philoſophiæ, & tamẽ ſubſtantia eius eſt ſeparabilis. Et ſic patet ꝙ natura- M lis ſcientia eſt circa determinatum ſubiectum, quod eſt ens mobile, & habet determinatum modum diffiniendi. ſ. cum materia. Deinde cum dicit.

Differẽtia inter agere et face.

Infert aliquid aię immortalitas ex Ariſto. dictis.

Non lateat autem oportet quomodo quidditas atque ratio ſeſe habet in naturalibus rebus. Nam abſq; hoc talium rerum quærere, rationem perinde eſt, atq; ſi nihil prorſus agatur. Diffiniendarum enim rerum & quarũ ipſum quid eſt aſſignamus, aliæ uti ſimum, aliæ uti concauum eſſe uidentur. Hæc autem differunt, propterea ꝙ ſimum ſiquidem cum materia eſt comprehenſum: eſt enim ſimum concauus naſus, at concauitas ſine ſenſibili materia eſt. Quod ſi naturales res omnes perinde atq; ſimum dicuntur: ut naſus, oculus, facies, os, caro, omnino animal. Folium, radix, cortex, omnino planta: nullius enim ipſorũ ratio motionis eſt expers, ſed materiam ſemper habet: patet quonam patet naturalibus in rebus ipſum quid eſt quærere diffinireq; oportet: & quamobrem ad naturalẽ phm pertinet de aliq̃ anima contemplari, quę non ſine materia eſt. Naturalem igitur facultatem contemplatricem eſſe, ex hiſce quę dicimus innoteſcit. N

Oportet autem quodquideratesse, & rationem quomodo eſt, non latere: quia ſine hoc quærere, nihil eſt facere. Diffinientium autem & ipſorum quodquideſt, hoc quidem ita ſit ut ſimum, illa uero ut concauum. Differunt autem ea, quia ſimum conceptum eſt cum materia, eſt enim ſimus naſus concauus, concauitas uero ſine materia ſenſibili. Sed omnia phyſica ſimiliter ſimo dicuntur: ut naſus, oculus, facies, caro, os, totaliter animal. Folium radix, cortex, totaliter plãta. Nullius enim ſine motu ratio eorum, ſed ſemper habet materiam. Palam quomodo oportet in phyſicis ipſum quideſt, quęrere, diffinire. Ideoq; & de anima aliqua ſpeculari eſt phyſici, quęcunq; non ſine materia eſt. Ergo quia phyſica theorica, manifeſtum eſt ex his. O

Tex. cõ. 5. part. 4.

Hic oſtendit differentiam naturalis ſcientiæ ad alias ſpeculatiuas quantum ad modum diffiniendi, & circa hoc duo facit. Primo oſtendit differentiam prædictam. Secundo concludit numerum ſcientiarum theoricarum, ibi { Quare. } Circa primum tria facit Primo oſtendit modum proprium diffiniendi naturalis philoſophiæ, dicens, ꝙ ad cognoſcendum differentiam ſcientiarum ſpeculatiuarum adinuicem, oportet non latere quidditatem rei, & { rationem } ideſt diffõnem ſignificantem ipſam, qũo eſt aſſignanda in unaquaque ſcientia. Quærere enim differentiam prædictam { ſine hoc } .i. ſine cognitione modi diffiniendi, nihil facere eſt. Cũ enim diffõ ſit medium demonſtrationis, & per conſequens principium ſciendi, oportet ꝙ ad diuerſum modum diffiniẽdi, ſequatur diuerſitas in ſcientiis ſpeculatiuis. Sciendum eſt P autem ꝙ eorum quæ diffiniuntur, quædam diffiniuntur ſicut diffinitur ſimum, quædam ſicut diffinitur concauum. Et hæc duo differunt, quia diffõ ſimi eſt accepta cum materia ſenſibili. Simum enim nihil aliud eſt q̃ naſus curuus uel concauus. Sed concauitas diffinitur ſine materia ſenſibili. Non enim ponitur in diffõne concaui uel curui aliquod corpus ſenſibile, ut ignis aut aqua, aut aliquod corpus huiuſmodi. Dicitur enim concauum cuius medium exit ab extremis. Omnia autem naturalia ſimili modo diffiniuntur ſicut ſimũ, ut patet in partibus animalis tam diſſimilibus, ut ſunt naſus oculus & facies, q̃ ſimilibus ut ſunt caro & os, & etiam in toto animali. Et ſimiliter in partibus plantarum quæ ſunt folium, radix & cortex, & ſimiliter in tota planta. Nullius. n. prædictorum diffõ poteſt aſſignari ſine motu, ſed quodlibet eorum habet materiam ſenſibilem in ſui diffõne, & per conſequens motum. Nam cuilibet materiæ ſenſibili competit Q motus proprius In diffõne enim carnis & oſſis oportet ꝙ ponatur calidum & frigidum aliquo modo contemperatum, & ſimiliter in aliis. Et ex hoc palam eſt quis eſt modus inquirendi quidditatem rerum naturalium, & diffiniendi in ſcientia naturali, quia. ſ. cum materia ſenſibili. Et propter hoc & de anima quædam ſpeculatur naturalis, quæcunq;. ſ. non diffinitur ſine materia ſenſibili. Dicitur enim in. 2. de anima, ꝙ anima eſt actus primus corporis phyſici organici potentia uitam habentis. Anima autem ſm ꝙ non eſt actus talis corporis non pertinet ad conſiderationem naturalis, ſi qua anima poteſt a corpore ſeparari. Manifeſtum eſt ergo ex prædictis ꝙ phyſica eſt quædam ſcientia theorica, & ꝙ habet determinatum modum diffiniendi. Secundo ibi.

Variantur ſciẽ ex uario modo diffiniẽdi.

Modus diffiniẽdi phyſici.

Tex. cõ. 6. De immortalitate animę ut ſupra.

At ipſam mathematicã contẽplatiuã ſcientiam eſſe cõſtat. Sed ſi eſt immobilium ſeparabiliumue nũc obſcurũ eſſe uidetur. Tamẽ eſſe aliqua mathematica,

A matica, quæ quidem ut mobilia atq; ut ſeparabilia contemplatur ſcientia mathematica, patet.

Parte. 5

Sed eſt mathematica theorica. Sed ſi immobilium & ſeparabilium adhuc non manifeſtum Quia tamẽ mathematica inquantum ſunt immobilia, & inquãtum ſeparabilia ſpeculatur, palam.

Oſtendit modom proprium mathematicæ dicens, q etiant mathematica eſt quædam ſcia theorica. Conſtat.n. q neq; eſt actioa neq; factiua, cũ mathematica conſideret ea quæ ſunt ſine motu ſine quo actio & factio eſſe nõ poſſunt. Sed otrum illa de quibus cõſiderat mathematica ſcia ſint mobilia & ſeparabilia a materia ſm ſuum eſſe, adhuc non eſt manifeſtum. Quidã enim poſuerunt magnitudines & alia mathematica eſſe ſeparata & media inter ſpẽs & ſenſibilia.ſ. Platonici, ot in Primo & tertio lib. habitum eſt, cuius q̃onis ueritas nõdũ eſt ab eo perfecte determinata. Determinabiſ autẽ infra. Sed tñ hoc eſt manifeſtũ, q ſcientia mathematica ſpeculaſ quædã inquãtũ ſunt ſeparata a materia ſenſibili, licet ſm eſſe non ſint imobilia oel

Plo 1.c8.6 c.1.c. 18.1 13.& 14 Modus diffinitionũ mathematicã.

B ſeparabilia. Rõ.n.eorũ eſt ſine materia ſenſibili, ſicut rõ concaui oel curui. In hoc ergo differt mathematica phyſica, qa phyſica conſiderat ea quorum diffõnes ſunt cum materia ſenſibili. Et ideo conſiderat nõ ſeparata, inquantum ſunt non ſeparata. Mathematica oero conſiderat ea quorum diffinitiones ſunt ſine materia ſenſibili. Et ideo & ſi ſunt non ſeparata ea quæ conſiderat, tamen conſiderat ea inquantum ſunt ſeparata. Tertio ibi.

Quod ſi quippiã ſit in rõne rerum imobile ſempiternũ ac ſeparabile, patet ad cõtemplatricem quidem ſcientiam illius cognitionẽ ſpectare: non tñ ad naturalem. Quippe cũ naturalis facultas circa mobilia quedã uerſetur. Neq; ad mathematicam, ſed ad aliam his utriſq; priorem. Naturalis enim circa inſe-

C parabilia quidem, ſed non immobilia uerſatur. Mathematicę uero nonnullæ circa imobilia quidem, at non fortaſſe ſeparabilia, ſed ut in materia ſunt uerſantur. At prima circa ſeparabilia ac immobilia ſane uerſatur. Vniuerſales autem cauſas, ſempiternas eẽ, neceſſe eſt. Maxime autem iſtas. Sunt enim cauſæ diuinorum hiſce quę ſunt manifeſta.

parte. 6

Si uero eſt immobile aliquid & ſempiternum & ſeparabile, palam quia eſt theoricę id noſſe, non tñ phyſicę. Nam de mobilibus quibuſdam eſt phyca. Sed nec mathematicę, ſ; prioris ambagæ. Phyca nãq; circa inſeparabilia forſan quidem, ſed nõ immobilia. Mathematicæ autem quędam circa imobilia, ſed & inſeparabilia forſan, uerum quaſi in materia. Prima uero circa ſeparabilia & immobilia. Neceſſe uero cõmunes quidem cauſas ſempiternas, & maxime has. Hę nanq;, cauſæ manifeſtis ſenſibilium ſunt.

D Modus diffinĩdi metaphyſici.

Oſtendit modum propriũ ſciæ huius dicens, q ſi eſt aliquid imobile ſm eſſe, & per p̃ñs ſempiternũ & ſeparabile a materia ſm eſſe, palã eſt q eius conſideratio eſt theoricæ ſciæ, non actiuæ uel factiuæ, quarum conſideratio eſt circa aliquos motus Et tñ conſideratio talis entis non eſt phyca. Nã phyca conſiderat de quibuſdã entibus.ſ. de mobilibus. Et ſimiliter conſideratio hmõi non eſt mathe. quia mathe. non cõſiderat ſeparabilia ſm eſſe, ſed ſm rõnẽ, ut dictum eſt. Sed oportet q cõſideratio huius entis ſit alterius ſciæ prioris ambabus p̃dictis.ſ. phyca & mathe. Phyca.n. eſt circa inſeparabilia & mobilia. Et mathe. quædã circa imobilia, quæ tñ non ſunt ſeparata a materia ſm eſſe, ſed ſolum ſm rõnẽ, ſm uero eſſe ſunt in materia ſenſibili. Dicit aũt forſan quia hæc ueritas nondũ eſt determinata. Dicit aũt quaſdã mathematicas eſſe circa imobilia ſicut geometriam & arithmeticã, quia quædã mathe. applicanſ ad motum ſicut aſtrologia. Sed prima ſcia eſt circa ſeparabilia ſm eſſe, & quæ ſunt oino immobilia. Neceſſe uero eſt cões cauſas eſſe ſempiternas. Primas.n. cãs entium generatiuorũ oportet eſſe ingenitas, ne generatio in infinitũ procedat, & maxime has q̃ ſunt

Mathematica duplex

oino imobiles & imateriales. Hæ nãq; cãæ imateriales & immobiles ſunt cauſæ ſenſibilibus manifeſtis nobis, quia ſunt maxime entia, & per p̃ñs cãæ aliorũ, ut in.2. lib. oſtenſum eſt. Et per hoc patet q ſcia quæ hmõi entia pertractat, prima eſt inter oẽs, & conſiderat cões cauſas oium entiũ. Vnde ſunt cauſæ entium ſm quod ſunt entia quæ inquiruntur in prima phia, ut n primo propoſuit. Ex hoc aũt apparet manifeſte falſitas opinionis illorum qui poſuerunt Ari. ſenſiſſe q Deus non ſit cauſa ſubſtantiæ cœli, ſed ſolum motus eius. Aduertendũ eſt aũt q licet ad conſiderationẽ primæ phiæ pertineant ea quæ ſunt ſeparata ſm eſſe & rõnẽ a materia & moto, nõ tamen ſolũ ea, ſed ẽt de ſenſibilibus inquãtum ſunt entia Phs perſcrutaſ. Niſi forte dicamus ut Auicẽ. dicit, q hmõi cõia de quibus hæc ſcientia perſcrutatur dicuntur ſeparata ſm eſſe, nõ quia ſemper ſit ſine materia, ſed quia non de neceſſitate habent eſſe in materia, ſicut mathematica. Deinde cum dicit.

E Te c8.4 Lec.2 Senſit Ari. Deum cãm ... ſed nõ ſolum cãm motus.

Quapropter philoſophię tres erunt contemplatrices, Mathematica, naturalis, theologia.

Quare tres erunt philoſophię theoricę. Mathematica, Phyſica, & Theologia.

Parte 7

Concludit numerum ſciẽtiarum theoricarum, & circa hoc tria facit, primo concludit ex Præmiſſis q tres ſont partes philoſophiæ theoricæ, ſcilicet mathematica, phyca, & theologia, quæ eſt philoſophia prima.

Tres ſunt ptes phiæ theoricæ. F

Non eſt enim obſcurum ſi uſpiam ipſum diuinũ eſt, in tali eſſe natura.

Non enim immanifeſtum ſi alicubi diuinum exiſtit, in tali exiſtit natura.

part. 8

Secũdo aſſignat duas rationes quare hæc ſcia dicaſ theologia. Quarum prima eſt quia { manifeſtum eſt q ſi alicubi, } id eſt in aliquo genere rerom exiſtit aliquod diuinum, q exiſtit in tali natura.ſ. entis imobilis & a materia ſeparati, de quo conſiderat iſta ſcientia.

Cur metaphyſ. recte theologia uocetur.

Atq; prę̃ſtabiliſſimam facultatem maximeq; honorabilẽ, circa id quod eſt prę̃ſtabiliſſimũ maximeq; honorabile genus uerſari oportet. Cõtẽplatrices igitur ſciæ cęteris facultatibus ſunt expetibiliores, ut patet. Hęc autem expetibilior cõtemplatricibus eſt.

Et honorabiliſſimam ſcientiarum oportet circa honorabiliſſimum genus eẽ, ergo theoricæ aliis ſciẽtiis deſiderabiliores ſunt.

G parte. 9

Secundam rõnem ponit, quæ talis eſt Honorabiliſſima ſcia eſt circa honorabiliſſimũ genus entiũ, in quo continenſ res diuinæ. Ergo cum hæc ſcia ſit honorabiliſſima inter oẽs, quia eſt honorabilior theoricis, ut prius oſtenſum eſt, quæ quidẽ ſunt honorabiliores practicis, ut in primo lib. habitum eſt manifeſtum eſt q iſta ſciẽtia eſt circa res diuinas. Et ideo dicitur theologia quaſi ſermo de diuinis.

Lec. 3 Leca

Dubitauerit aũt quiſpiã utrũ uniuerſalis ſit ipſa prima philoſophia, aut circa genus quippiã unamq; naturã uerſeſ. Neq;.n. in ipſis mathematicis ſcientus idem eſt modus. Sed geometria q̃dem atq; aſtrologia, circa naturam quandam uerſantur, illa uero eſt uniuerſalis, omnium ſane communis.

Dubitabit autem aliquis utrum prima philoſophia ſit uniuerſalis, aut circa aliquod genus, aut naturam unam. Non.n. idẽ modus nec in mathematicis, quia geometria & aſtrologia circa aliquã naturam ſunt, illa uero uniuerſaliter omnium eſt cõis.

Te c8.3 Pa. 10.

Tertio mouet quãdam q̃õnem circa p̃determinata, & primo mouet eam dicens, q aliquis põt dobitare utrum prima philoſophia ſit vlis quaſi conſiderans ens vlr, aut eius conſideratio ſit circa aliquod genus determinatum & naturã vnã. Et hoc non vƚ. Non.n. eſt vnus modus huius ſciæ & mathematicarum, quia geometria & aſtrologia quæ ſunt mathe. ſunt circa aliquam naturam determinatã. Sed philoſophia pria eſt vlr cõis oium. Et tñ econuerſo vƚ q ſit alicuius determinatæ natu

Dubiũ an metha. ſit ſcia vlis.

I ræ, propter hoc ꝙ eſt ſeparabiliũ & imobiliũ, ut dictum eſt.

Si igitur nulla ſit alia ſubſtãtia præter eas q̃ natura conſtant, naturalis ſane facultas prima ſciarũ erit. Sin uero ſubã ſit in rõne rerum q̃dam imobilis, hęc erit ꝑfecto prior philoſophiaq; prĩa & uniuerſalis hoc pacto. Et qa eſt prĩa, atq; de eo qđ eſt, ut ens eſt, & quidnã ſit, & & ea quę ipſi competunt ut ens eſt: & ad hanc profecto ſcientiam pertinet contemplari.

Tex. co. 4 parte. 11 Si igitur non eſt aliqua diuerſa ſubſtantia pręter natura conſiſtentes, phyſica erit prima ſcĩa. Sed ſi eſt aliqua ſubã imobilis, ea prior, & philoſophia prima, & uniuerſalis ſit. Et quia prima, & de ente inquantum eſt ens, eius utiq; eſt ſpeculari, & quodquideſt, & quę inſunt inquantum ens.

K Secundo ſoluit dicens, ꝙ ſi non eſt aliqua alia ſubſtãtia præter eas, quæ cõſiſtunt ſm naturã de quibus eſt phyſica, phyſica erit prĩa ſcĩa. Sed ſi eſt aliqua ſubſtãtia imobilis, iſta erit prior ſubſtãtia naturali, & per ꝯñs phĩa conſiderans hmõi ſubam, erit phĩa prima. Et quia eſt prima, ideo erit vlis. Et erit eius ſpeculari de ente inquãtum eſt ens, & de eo quodquideſt, & de his quæ ſunt entis inquãtũ eſt ens. Eadẽ.n. eſt ſcĩa primi entis, & entis cõis, ut in principio quarti habitum eſt. Lec. II.

Verum enim cũ id quod eſt, quod ſimpliciter dicitur, multis dici ſoleat modis. Nam & id quod eſt per accidens, & id quod eſt uerum, ens dicitur, cui non ens opponitur uti falſum. Pręterea prædicamẽti figurę. Aliud.n. eſt qd, aliud quale, aliud quãtum, aliud ubi, aliud qñ, & ſiqd eſt iſtiuſmodi. Inſup pręter hęc omnia id quod eſt potentia atq; actu.

part. 1 L SEd quoniam ens ſimpliciter dictũ dicitur multipliciter, quorum unũ quidem accidens, & aliud quaſi uerum, & non ens quaſi falſum. Pręter hęc autem ſunt figuræ categorię, ut quid, quale, quantum, ubi, quando, & ſi qd aliud ſignãt hoc mõ. Amplius præter ea omnia, quod eſt poteſtate & actu.

HIC oſtendit de quibus entibus principalr̃ hæc ſcĩa tractare intendit, & circa hoc tria facit. Primo repetit modos quib⁹ aliquid dr̃ ens. Secũdo determinat naturã entis ſm duos modos de quibus principalr̃ non intẽdit. ibi { Qm̃ itaq; multiplr̃ dr̃ ens. } Tertio oñdit ꝙ de his modis entis principalr̃ nõ intẽdit. ibi { Qm̃ aũt cõplexio. } Dicit ergo primo ꝙ ens ſimplr̃, id eſt vlr̃ dictũ, dr̃ multiplr̃, ut in quinto eſt habitũ. Vno modo dr̃ aliquid ens ſm accidens. Alio modo dr̃ ens, idẽ quod uerum ꝓpõnis, & non ens, idẽ quod falſum. Tertio modo dr̃ ens qđ continet ſub ſe figuras ꝑdicamẽtorũ, ut quid, quale, quãtũ &c. Quarto modo præter prædictos omnes quod diuiditur per potentiam & actum. Deinde cum dicit.

part. ſeq. l. ultra te. 4 part. 4 Ens quadrupliciter vide l. 5 c. de ente

M Cum igitur id quod eſt multis modis dicat̃, primo de eo quod eſt per accidẽs, id dicamus oportet, nullã contemplationem circa ipſum uerſari. Cuius illud indiciũ eẽ uidet̃. Nulli nãq; ſcię prorſus eſt curę, neq; actiuę, neq; effectrici, neq; contẽplatrici de ipſo qcq̃ conſiderare. Neq;.n hiſce q domum extruit, ea quę ſimul accidũt extruẽdę domui cõficit. Quippe cum infinita ſint. Quibuſdã.n. gratã, qbuſdã moleſtam, qbuſdam utilem eam nihil ꝓhibet eſſe, atq; oino a rebus oibus eẽ diuerſam, quorũ nullius eſt effectrix ędiũ extruendarũ facultas. Neq; geometrię profeſſor, ea q̃ hoc pacto figuris accidũt: neq; ſi triangulus ligneus, & triangulus duobus rectis angulos habens æquales, diuerſi ſint contemplatur.

par. 1. Quoniam itaq; multipliciter dicit̃ ens, primum de eo quod ſm accidens eſt, dicendum eſt, qa nulla eſt circa id ſpeculatio. Signũ aũt. Nulla.n. ſcĩa ſtudioſa eſt de eo, nec practica, nec theorica. Non.n. faciens domum, facit q̃cunq; ſimul accidũt domui factę. Infinita.n. ſunt. His.n. uoluptuoſam, illis uero nociuã, aliis utilem, nihil.n. prohibet factam, & alterã ut eſt dicere ab oibus entibus, quorũ nullius eſt ędificatiua factiua. Eodem uero modo nec geometer ſpeculat̃ ſic accidentia figuris, nec ſi alterum eſt trigonũ, & trigonum duos rectos habens. N

Infra le. 14 prin. Determinat de modis entis quos prætermittere intendit, & primo de ente per accidens. Secũdo de ente quod eſt idẽ quod uerũ. ibi { Qđ aũt ut uerũ &c. } Circa primũ duo facit. Primo oñdit ꝙ de ente ꝑ accidens nõ põt eſſe aliqua ſcĩa. Secundo determinat ea quæ ſunt cõſideranda circa ens per accidens ibi. { Attamẽ dicẽdum eſt &c. } Dicit ergo primo ꝙ cũ ens multiplr̃ dicat̃, ut dictũ eſt, primo dicendũ eſt de ente per accidens, ut quod minus hẽt de rõne entis, primo a cõſideratione huius ſciæ excludatur. Hoc autẽ dicendum eſt de eo, ꝙ nulla ſpeculatio cuiuſcũq; ſciæ põt eẽ circa ipſum. Et hoc probat dupliciter. Primo per ſignum dicens, ſignũ eſſe huius ꝙ de ente ꝑ accidens non poſſit eẽ ſpeculatio, quia nulla ſcĩa { quãtũcũq; ſit ſtudioſa, } aut meditatiua, ut alia trãſlatio hẽt .i. diligenter inquiſitiua eorũ quæ ad ipſam pertinent, inuenit̃ eſſe de ente per accidens. Sed nec ẽt practica quæ diuiditur per actiuam & factiuã, ut ſupra dictum eſt, neq; ſcĩa theorica. Et hoc manifeſtat primo in practicis ſcientiis, quia ille qui facit domũ, ſi facit eã, non facit ea quæ inſunt domui factæ niſi per accidens, cũ illa ſint infinita, & ſic non pñt cadere ſub arte. Nihil.n. prohibet domũ factã eſſe iſtis { voluptuoſam } .i. delectabilẽ, illis. ſ. qui in ea proſpere uiuunt, Aliis aũt { nociuã } qui. ſ. occaſione domus aliquod detrimẽtum incurrunt. Et aliis { utilem } qui in domo aliquod emolumentum conquirunt, & ẽt eſſe alterã & diſſimilem oibus entibus. Nullius aũt eorũ quæ per accidens inſunt domui, factiua eſt ars ædificatiua, ſed ſolum eſt factiua domus, & eorũ quæ per ſe inſunt domui. Et deinde oñdit idẽ in ſcientiis ſpeculatiuis, quia ſimili modo nec geometria ſpeculat̃ ea quæ ſunt accidentia { figuris ſic } .i. per accidens, ſed ſolũ illa quæ accidũt figuris per ſe. Speculat̃.n. hoc ꝙ triangulus eſt hñs { duos rectos } .i. tres angulos æquales duobus rectis. Sed non ſpeculat̃ ſi aliquid alterũ, utpote lignũ uel aliquid hmõi eſt trigonũ. Hæc.n. ꝑ accñs cõueniunt triãgulo. Secundo ibi.

Inf. par. 6 O De ente ꝑ accñs nulla eſt ſcĩa ꝓbat̃ dupl.

Tex. co. 5

P

Atq; idipſum recte fieri cũ rationeq; uidet̃. Accidens enim ipſum q̃ſi nomine tantum eſt.

parte. 3 Et hoc rationabiliter accidit. Quemadmodum enim nomine ſolum accidens eſt.

Probat idẽ per rõnẽ, dicens, ꝙ rõnabiliter hoc accidit ꝙ ſcĩa nõ ſpeculat̃ de ente per accñs, quia ſcĩa ſpeculat̃ de his quæ ſunt entia ſm rem. Ens aũt ſm accñs eſt ens quaſi ſolo noĩe, inquãtum vnũ de alio ꝑdicat̃. Sic.n. vnumquodq; eſt ens inquantũ vnum eſt. Ex duobus aũt quorũ vnũ accidit alteri, non fit vnũ niſi ſecũdum nomen, prout. ſ. vnũ de altero ꝑdicat̃, ut cũ muſicum dicit̃ eſſe album, aut econuerſo. Nõ autẽ ita ꝙ aliqua res vna conſtituatur ex albedine & muſico. Q

Idcirco Plato aliq̃ ex parte nõ male id quod non eſt, facultati ſophiſticę tribuit. Rõnes.n. ſophiſtarũ circa accidẽs maxime oĩum uerſari uidẽtur. Interrogant.n. eſt ne idem, an nõ eſt idẽ muſicũ atq; grãmaticũ, & item Coriſcus muſicus atq; Coriſcus. Percũctãtur pręterea ſi id omne factũ eſt, quod eſt qdẽ, ſed nõ perpetuo eſt. Quare ſi muſicus grãmaticus muſicus factus eſt. Et alias afferũt iſtiuſmodi rõnes. Id enim quod accidit, ei ſane quod haud eſt, propinquum quippiam eſſe uidetur.

parte. 4 Vnde Plato modo quodã non male ſophiſtica circa nõ ens ordinauit. Sũt.n. ſophiſtarũ rõnes circa accidens, ut eſt dicere maxime oĩum. Vtrũ diuerſum, aut idem muſicũ & grãmaticũ, & muſicus Coriſcus, & Coriſcus. Et ſi omne quod eſt, & non ſemper, factum eſt. Quare ſi muſic⁹ ens grãmaticus eſt factus,

& grãmaticus

A & grãmaticus ens muſicus, & q̃cunq; alię rõnũ tales ſunt. Videtur.n.accidens propinquum non enti.

Par.ſeq. Quod autem ens per accidens ſit quaſi ſolo noĩe ens, ꝓbat dupliciter. Primo per authoritatẽ Platonis. Secundo per rõnẽ. Secunda ibi. { Palam aũt &c. } Dicit ergo ꝙ ꝓꝑ hoc ꝙ ens ꝑ accñs quodãmodo eſt ens ſolo nomine, ideo Plato quodãmodo non male fecit cũ ordinãdo diuerſas ſcias circa diuerſa ſubſtantia, ordinauit ſciam ſophiſticam circa non ens. Rões.n. ſophiſticorum maxime ſunt circa accidens. Secũdum.n.fallaciam accñtis fiunt maxime latentes paralogiſmi. Et ideo dr in primo elenchorũ, ꝙ ſm accñs faciunt ſylloſ contra ſapientes, ut patet in iſtis paralogiſmis, in quibus dubitatur utrum diuerſum an idẽ ſit muſicum & grãmaticum. Vt ſi fiat talis paralogiſmus. Muſicum eſt aliud a grãmatico, muſicum aũt eſt grãmaticũ, ergo muſicum eſt alterum a ſe. Muſicum .n. eſt aliud a grãmatico, per ſe loquẽdo, ſed muſicus eſt grãmaticus per accidens. Vnde non eſt mirũ ſi ſequit inconueniens, nõ diſtincto B quod eſt per accidens ab eo quod eſt per ſe. Et ſilr ſi ſic dicatur. Coriſcus eſt alterũ a Coriſco muſico, ſed Coriſcus eſt Coriſcus muſicus, ergo Coriſcus, eſt aliud a ſe. Hic etiã non diſtinguitur quod eſt ꝑ accidens ab eo quod eſt per ſe. Et ſimiliter ſi dicat. Omne quod eſt & non fuit ſemper, eſt factum, ſed muſicus ens grãmaticus & non fuit ſemper, ergo ſequitur ꝙ muſicus ens grãmaticus ſit factus & grãmaticus ens muſicus. Quod quidẽ eſt falſum, quia nulla generatio terminatur ad hoc ꝙ eſt grãmaticũ eſſe muſicũ ſed vna ad hoc quod eſt grãmaticũ eſſe, alia ad hoc ꝙ eſt muſicum eſſe. Patet ẽt ꝙ in hac rõne, prima eſt uera de eo quod eſt per ſe, ſed in ſecũda aſſumitur quod eſt ens per accidẽs. Et ſilr eſt in oĩbus talibus rõnibus, quæ ſunt ſm fallaciam accidentis. Videt.n. ens per accidens, eſſe propinquum non enti. Et ideo ſophiſtica quæ eſt circa apparens & non exiſtens, eſt præcipue circa ens per accidens.

Patet inſuper idipſum & per tales etiam rationes.

C Eorum enim quę alio modo ſunt, generatio eſt atq; corruptio. At eorum quæ ſunt per accidens, non eſt generatio atque corruptio.

par.5 Palam autem & ex his rationibus. Nam alio modo entium, generatio eſt & corruptio. Eorum uero quę ſunt ſm accidens, non eſt.

Secundo probat idem per rõnẽ, dicens, ꝙ etiã ex his rõnibus quibus vtuntur ſophiſtæ palam eſt ꝙ ens per accidens, eſt propinquum non enti. Nã eorum quæ ſunt entia alio modo q̃ per accidens, eſt generatio & corruptio. Sed entis per accidens non eſt neq; generatio neq; corruptio. Muſicum.n. vna generatione fit, & grãmaticum alia. Non eſt autem vna generatio grãmatici muſici ſicut aialis bipedis, uel ſicut hoĩs riſibilis. Vñ patet ꝙ ens ꝑ accñs non uere dr ens. Deinde cum dicit.

Attamen ulterius de accidente dicẽdum eſt quo ad dici põt, q̃ nã ſit ipſius natura & quã ob cãm eſt. Simul.n.& cur nulla eſt ipſius ſcia, fortaſſe patebit.

Tex.com.5 parte.6 Attamẽ dicẽdũ eſt amplius de accñte inquãtũ contingit quę eius natura, & ꝓꝑ quã cauſam eſt. Simul D enim forſan palã erit, & quare eius nõ eſt ſcientia.

Determinat de ente ꝑ accidens ſm ꝙ eſt poſſ de eo determinatio. Quãuis.n.ea quibus conuenit eſſe per accidens nõ cadant ſub cõſideratione alicuius ſciæ, tñ rõ huius quod eſt eſſe per accidens, per aliquam ſciam conſiderari põt. Sicut ẽt licet id quod eſt infinitum, ſm ꝙ eſt infinitum ſit ignotũ, tamen de infinito ſm ꝙ eſt infinitum aliqua ſcia tractat. Et circa hoc duo facit. Primo determinat ea quæ ſunt conſiderãda circa ens per accidens. Secundo excludit quãdam opinionem per quam remoueri ens per accidens. ibi { Quod autem ſint principia & eſſe &c. } Circa primum duo facit. Primo dicit ꝙ eſt dicẽdum de ente per accidens inquantum contingit de ipſo tractare tria ſcilicet quæ eſt eius natura, & quæ eſt eius cauſa, & ex his erit tertium manifeſtum, quare eius non poteſt eſſe ſcia.

Cum igitur in hiſce q̃ ſunt, alię ſemp eodẽ modo ſeſe habeãt neceſſarioue, non neceſſitate qdẽ ea quæ E per uiolentiam dicũtur, ſed ea quę rẽ aliter ſeſe habere nõ poſſe dicimus. Alia neceſſario quidem non ſint neq; ſemper, ſed ſint plerunq;, hoc eſt principiũ ſane, & hæc eſt cauſa, ut ſit accidens ipſum.

Parte.7 Quoniam igitur in entibus ſunt hęc quidẽ ſemp ſimiliter ſe habentia, & ex neceſſitate, nõ ſm uim dicta, ſed ſm ꝙ dicimus in non contingere aliter: illa uero ex neceſſitate quidem non ſunt, nec ſemper, ſed quaſi ſm magis, hoc pricipium, & hęc cauſa eius eſt, quod eſt accidens eſſe.

Proſequitur tria ꝓdicta, & primo quæ ſit cã entis per accñs, dicens ꝙ quia in entibus quædam ſunt ſemper ſimiliter ſe habentia ex neceſſitate, non quidem ſm ꝙ neceſſitas ponitur ꝓ uiolẽtia, ſed prout neceſſitas dr ſm quam non contingit aliter ſe habere, ut hoiem eẽ aial. Quædam uero non ſunt ex neceſſitate, nec ſemper, ſed ſunt { ſm magis } .ſ. ut in pluribus. Et { hoc } .ſ. ens ut in pluribus, eſt cã & principium ꝙ aliquid ſit per accñs. In rebus.n. quæ ſunt ſemper, non põt eẽ aliquid per accidens, quia ſolum quod eſt per ſe põt eſſe neceſſariũ & ſemF piternum, ut ẽt in quinto habitum eſt. Vnde relinquitur ꝙ ſolum in cõtingentibus põt eſſe ens per accidens. Contingens autem ad utrumlibet, non põt eſſe cã alicuius inquantum hmõi. Secundum .n. ꝙ eſt ad utrumlibet, hẽt diſpõnẽ materiæ quæ eſt in potentia ad duo oppoſita. Nihil.n. agit ſm ꝙ eſt in potẽtia. Vnde oportet ꝙ cã quæ eſt ad utrumlibet, ut uoluntas, ad hoc ꝙ agat, inclinetur magis ad vnam partem, per hoc ꝙ mouetur ab appetibili, & ſic ſit cã ut in pluribus. Contingens autẽ ut in paucioribus eſt ens per accidens, cuius cauſa quærit. Vnde relinquitur ꝙ cã entis per accñs ſit contingens ut in pluribus, quia eius defectus eſt ut in paucioribus. Et hoc eſt ens per accidens. Secundo ibi.

Quod enim neq; ſemper eſt, neq; plerũq;, id accidẽs dicimus eſſe. Veluti ſi cum ſol eſt in cane, hyems fuerit atq; frigus, id dicimus accidiſſe: ſed nõ ſi calor fuerit atq; ęſtus, propterea ꝙ hoc ſemp aut plerũq;, G illud nõ ſemper neq; plerũq; fieri ſolet. Hoiem etiã accidit eẽ album, neq;.n. ſemper neq; plerũq; homo eſt albus: at nõ per accidẽs homo aial eſt. Aedificatorem quoq; facere ſanitatem per accidẽs eſt, ꝓpterea quod non eſt aptus ędificator idipſum efficere, ſed medicus: ſed accidit ędificatorẽ medicũ eẽ. Epularũ etiam effector uoluptatẽ coniectis, ſalubre quippiã fecerit, ſed nõ epularũ cõficiendarũ facultatis officio rõneue: quapropter dicimus accidiſſe. Atq; aliqua quidem ex parte facit, abſolute uero nõ facit. Nam cęterorum qdẽ aliæ potẽtię interdũ ſunt effectrices, at hoꝝ nulla ꝓrſus ẽ ars, nulla potẽtia definita. Eoꝝ enim q̃ per accñs ſunt uel fiũt, & cã per accidẽs eſt.

part.8 Quod enim nec ſemper, nec quaſi ſecũdũ magis eſt, hoc dicimus eſſe accidens: ut ſub cane ſi fuerit hyems & frigus, hoc accidere dicim⁹. Sed nõ ſi ęſtuatio & calor, quia hoc qdẽ ſemp, aut ſm magis: illud H uero nõ Et hoiem album eẽ, accidit: nec.n. ſemper, nec ſm magis. Aial uero nõ ſm accidẽs. Et ædificatorem ſanitatẽ facere, accidẽs: quia nõ eſt natus hoc facere ędificator, ſed medicus: ſed accidit medicũ eſſe ędificatorem. Et opſopios, id eſt cocos uoluptatem Cocus. coniectãs, faciet utiq; alicui ſalubre, ſed nõ ſm opſopoeticã. Quapropter accidens dicim⁹ & eſt ut facit, ſimpliciter aut nõ: aliorum enim alię quãdoq; potẽtię factiuę ſunt: horum uero nulla eſt ars, nec potentia determinata. Nam ſm accidens entium aut factorum, cauſa eſt ſecundum accidens.

Oſtendit naturam entis per accidens dicens, ideo dico ꝙ id quod eſt in pluribus, eſt cauſa entis per accidens, quia quod non eſt ſemper, neq; ſm magis, hoc dicimus eſſe per accidens.

Ens ꝑ accidens quid.

I Et hoc eſt defectus eius qđ eſt in pluribꝰ, ut ſi { fuerit hyems } .i. tpſ pluuioſum & frigus { ſub cane } .i. in diebus canicularibus, hoc dicimus eẽ per accidens. Non tamen ſi tunc { fuerit æſtuatio } .i. ſiccitas & calor. Hoc.n. eſt ſemp ut in pluribus, ſed illud nõ. Et ſimiliter dicimus hoiem eẽ album per accidẽs, quia hoc non eſt ſemper nec in pluribus. Hoiem uero per ſe dicimus eſſe aial, non per accñs, quia hoc eſt ſemper. Et ſimiliter ædificator facit ſanitatẽ per accidens, quia ædificator non eſt aptus natus facere ſanitatem inquantum hmõi, ſed ſolus medicus. Aedificator aũt facit ſanitatẽ, inquantum accidit eum eſſe medicum, { & ſimiliter opſopios } .i. cocus { coniectãs } .i. intendens facere { uoluptatem } .i. delectationem in cibo, faciendo aliquem cibum bene ſaporatum, facit aliquid ſalubre. Cibus.n. bonus & delectabilis qñq; eſt utilis ad ſanitatem. Sed hoc non eſt ſm { artem opſopœeticam } .i. pulmentariã, qđ faciat ſalubre, ſed q faciat delectabile. Et pp hoc dicimus hoc accidere. Et notandum q in primo exẽplo fuit ens per accidens ſm concurſum in eodẽ tpe. In ſecũdo per concurſum in eodem ſubiecto, ſicut album cum hoie. In tertio ſm concurſum in eadẽ cauſa agente, ſicut ædificator & medicus. In quarto ſm concurſum in eodẽ effectu, ſicut in pulmento ſalubre & delectabile. Quãuis aũt cocus faciat pulmentum delectabile, tñ hoc fit per accidens ſalubre. Cocus quidẽ facit mõ quodam ſalubre ſm quid, ſed ſimpliciter non facit, quia ars operaſ per intentionem. Vnde quod eſt præter intentionem artis, nõ fit ab arte per ſe loquendo. Et ideo ens per accidẽs, quod eſt præter intentionem artis, non fit ab arte. Aliorum.n. entium quæ ſunt per ſe, ſunt qñq; aliquæ potentiæ factiuæ determinatæ. Sed entium per accidens nulla ars neq; potentia determinata eſt factiua. Eorum.n. quæ ſunt aut fiunt ſm accidens, oportet eſſe cauſam ſm accidẽs, & non determinatã. Effectus.n. & cauſa ꝑportionantur adinuicem, & ideo effectus per accidens habet cauſam per accidens, ſicut effectus per ſe, cauſam per ſe. Et quia ſupra dixerat q ens, ut in pluribus eſt cauſa entis per accidens. Conſequenter cum dicit.

Ens p accidens quaſi dupliciter

K

L

Quare cum non omnia neceſſario ſemperq; ſint aut fiant, ſed plura plerũq; ſint aut fiant, id quod eſt per accidẽs, tale eẽ neceſſe eſt qualis ipſe. Albus muſicus eſt, qui quidem neq; ſemper eſt neq; plerũq;. Cum autem aliquando fiat, per accidens erit. Alioquin omnia neceſſario erunt. Quare materies erit ipſa, quæ contingens eius eſt cauſa accidentis quod aliter euenit prẽter id quod plerũq; fieri ſolet. Principium autem hoc eſt ſumendum, utrum nihil ſit prorſus in ratione rerum, quod neq; ſemp eſt, neq; plerũq;: an idipſum fieri nequeat. Eſt ergo quippiã prẽter iſta quod æque alq; per accidens, & eẽ & non eẽ poteſt. At eſt ne id quod plerũq; fieri ſolet, quod autem ſemper ſit in ratione rerum, non eſt: an ſunt aliqua quẽ perpetuo ſunt? De his igitur poſterius conſiderandum eſſe uidetur.

M

Tex.co. 6 part. 9

Quare quoniam quidem nõ omnia ex neceſsitate ſunt & ſemper, aut entia, aut quẽ fiunt, ſed plurima ſm magis: neceſſe eſt quod ſm accidens ens, ut nec ſemper, nec ſm magis, Albus muſicus eſt. Quoniam uero fit aliquando, ſm accidens erit. Si autem non, omnia erũt ex neceſsitate. Quare materia erit cauſa contingens prẽter quàm ut in pluribus aliter accidentis. Principium autem hoc oportet ſumere, utrum nihil eſt nec ſemper, nec ſecundum magis. Aut hoc impoſsibile. Eſt igitur aliquid prẽter hoc quod utrũq; cõtingit & ſecũdum accidẽs. Sed utrũ hoc quod in pluribus & q ſemper, nulli inſunt, aut ſunt quẽdam ſempiternæ de his quidem igitur poſterius perſcrutandum eſt.

Oſtendit qualiter ex eo quod eſt in pluribus, eſt ens per accidens dicens, q quia non oia ex neceſsitate & ſemper exiſtũt & fiunt, ſed { plurima ſunt ſm magis } .i. ut in pluribus, ideo neceſſe eſt eẽ quod eſt ſm accidens, quod neq; eſt ſemper, neq; ſm magis, ut hoc quod dico, Albus eſt muſicus. Quia tñ aliqñ fit, licet non ſemper, nec ut in pluribus, ſequitur q fit per accidens. Si.n. non fieret aliqñ id quod eſt in paucioribus, tunc id quod eſt in pluribus nunquã deficeret, ſed eẽt ſemper & ex neceſsitatẽ. Et ita oia eẽnt ſempiterna & neceſſaria, quod eſt falſum. Et quia defectus eius quod eſt, ut in pluribus eſt propter materiam, quæ non ſubditur perfectæ uirtuti agenti ut in pluribꝰ, ideo materia eſt cauſa accñtis aliter { q̃ ut in pluribꝰ } .ſ. accidentibus ut in paucioribus, cauſa inquam non neceſſaria, ſed contingens. Habito aũt q non oia ſunt neceſſaria, ſed aliquid eſt nec ſemper, nec ſm magis, principiũ hoc oportet hĩc ſumere, utrum nihil ſit nec ſemper nec ſm magis. Sed hoc patet eẽ impoſſe, quia cum id quod eſt ut in pluribus ſit cauſa entis per accidens, oportet eẽ & id quod eſt ſemper, & id qđ eſt ut in pluribus. Igitur quod eſt præter utrũq; dictorum, eſt ens ſm accidens. Sed utrum iterum id quod eſt ut in pluribꝰ ineſt alicui, quod autem eſt ſemper nulli ineſt, aut etiam ſunt aliqua ſempiterna, cõſiderãdũ eſt poſterius in duodecimo ubi oñdat quaſdam ſubſtantias eẽ ſempiternas. Sic igitur per primã qõnẽ quæritur, utrum omnia ſint per accidens. Per ſecundã uero, utrum omnia poſsibilia, & nihil ſempiternum.

N

Nõ ſola entia p accidens, nec cia ſunt poſsibilia.

O

Te. co. 19 & inde.

Scientiam autem accidentis non eẽ, patet. Omnis enim ſcientia eſt aut eius quod eſt ſemper, aut eius quod eſt plerũq;. Quonã.n. pacto quiſpiã aut diſcet aut docebit? Definitũ.n. id eẽ oportet quod de ſcia eſt, aut hoc ipſo quod ſemper eſt, aut hoc ipſo quod eſt plerũq;: ueluti conducẽtem eẽ febricitãti plerũq; aquam mulſam, aut quippiam tale. Id aũt quod prẽter hoc eſt, dicere non poterit, ueluti calendis. Aut enim ſemper aut plerũq;, calendis etiam dicat prodeſſe illud oportet. Ad accidens eſt præter hec ipſa. Quid igitur eſt ipſum accidens, & quam ob cauſam eſt, ac ſcientiam ipſius non eſſe, ſatis iam per eã quẽ dicta ſunt, innoteſcit.

P

Tex.co. 6 part. 10

Quod autem ſcientia non eſt accidentis, palam. Scientia nãq; omnis, aut eſt eius quod ſemper, aut eius quod ſm magis. Etenim quomodo docebitur aut docebit alium? Oportebit enim diffiniri, aut p ſemper, aut per magis: ut qa utile mellicratum febricitanti, ut ſm magis. Quod autem prẽter hoc, non habebit dicere. Quando puta noua luna. Aut enim ſemper, aut in pluribus, & q noua luna. Accidẽs autem eſt prẽter hoc. Quid quidem igitur eſt accidẽs, & pp quam cãm, & qa ſcia non eſt eius, dictũ eſt.

Tex.co. 7

Oſtendit tertium præmiſſorũ .ſ. q ſcia nõ ſit de ente per accidens. Quod quidem dicit eſt palam, ex hoc q oĩs ſcia eſt aut eius quod eſt ſemper, aut eius quod eſt in pluribus. Vnde cũ ens per accidens nec ſit ſemper, nec ſic in pluribus, de eo non poterit eſſe ſcia. Primam ſic ꝓbat. Non.n. põt aliquis doceri ab alio, uel docere alium de eo quod nec eſt ſemper nec ut frequẽter. Hoc.n. de quo eſt doctrina oportet eẽ diffinitum, aut per hoc q eſt ſemper, aut per hoc q eſt in pluribus. Sicut q { mellicratum } .i. mixtum ex aqua & melle, utile eſt febricitantibus, determinatum eſt ut in pluribus. Sed quod { eſt præter hoc } .i. præter id quod eſt ſemper & magis, non poteſt dici quãdo fiat, ſicut q fiat in tẽporeꝰ nouilunii. Quia quod determinaſ fieri in tempore nouilunii, uel eſt ſemper, uel ut in pluribus. Vel poteſt eſſe hoc quod dicitur de noua luna aliud exẽplum, eius .ſ. q determinatur ſemper. Et quod addit, aut in pluribus fit, addit propter differentiã eius per accidens, quod nec ſic nec ſic eſt. Vnde ſubdit { q accidẽs ſit præter hoc } .ſ. præter ens ſemper & ens ut magis. Et hæc minor eſt rationis principalis ſuperius poſitæ. Vlterius autem epilogando dicit quod dictum eſt, quid eſt ens per accidens, & quæ eſt cauſa eius, & q de eo non poteſt eſſe ſcia. Lectio. II.

Q

De ente p accidens non eſt ſcientia

Eſſe uero principia & cauſæ ſuẽ tales, ut oriantur

ac occidant

A ac occidant ſine generatione corruptioneue, patet. Si enim res nõ ita ſeſe habeat, omnia neceſſario erũt, ſi eius quod fit atq; corrumpitur non per accidens cãm aliquam eẽ neceſſe eſt. Erit ne hoc, an non erit? Si hoc fiet, erit. Si nõ fiet, nõ erit. Id aũt erit ſi aliud fiet, atq; hoc pacto ſi tempus ſemper auferatur, ad id demũ perueniet in quo nunc eſt. Quare hic homo morietᷣ morbo aut ui, ſi egreſſus fuerit urbẽ. Hoc autẽ erit, ſi aliud fiet: atq; hoc pacto ad id demũ perueniet in quo nũc eſt, aut in quippiam eorum quæ facta ſunt, ueluti ſi ſitierit. Hoc aũt erit ſi comedit ſalſa. Aut hoc eſt, aut non eſt. Quare neceſſario decedet uel nõ decedet. Eadẽ etiã erit ratio, & ſi qſpiã ad ea quę ſunt facta ſaltauerit. Eſt.n. iam idipſum in aliquo, atq; dico id quod eſt factũ. Vniuerſa ergo fu
B tura neceſſario erũt, ueluti morietur iſte qui uiuit. Iam enim quippiam factum eſt, ceu contraria fuere corpore in eodem. Sed morbo ne an ui morietur, nondum emergit: ſed ſi hoc fuerit factum.

parti. 1 QVod autem ſint principia & cauſæ generabilia & corruptibilia ſine generari & corrũpi, palã. Si enim non hoc, ex neceſsitate oĩa erũt, ſi eius quod fit & corrũpitur, non ſm accidens cãm aliquam neceſſe eſt eẽ. Vtrum.n. erit hoc, aut non? Si hoc fiat, erit. Si autem non, nõ. Hoc autẽ, ſi aliud. Et ita manifeſtum qa ſemper tpe ablato a finito tempore, uenit uſq; ad nũc. Quare hic moritur infirmitate aut ui, ſi exit, aut ſi facit: ſed hoc, ſi aliud: & ita uenict ad quod nũc eſt. Aut in factorũ aliquid, ut ſi ſitit. Hoc autem, ſi comedit mordicãtia. Sed hoc, aut eſt, aut non. Quare ex neceſſitate morietur, aut
C non moritur. Similiter aũt & ſi superſiliat aliqs ad facta, eadem ratio. Iam enim eſt hoc in aliquo, dico autem factũ. Ex neceſsitate ergo oĩa erũt, quæ ſunt futura: ut moriturum fore uiuẽtem. Iam.n. aliquid factum eſt, ut contraria in eodẽ corpore: ſed ſi infirmitate aut ui, nondum: niſi hoc factum fuerit.

POSTQVAM Philoſophus determinauit de ente per accidens, hic excludit quandam opinionem per quam tollitur totum ens per accidens. Quidam enim poſuerunt ꝙ quicquid fit in mundo, habet aliquam cauſam per ſe: & iterum ꝙ qualibet cauſa poſita, neceſſe eſt ſequi effectum eius. Vnde ſequebatᷣ ꝙ per quandam cõnexionem cauſarum omnia ex neceſsitate acciderent, & nihil eſſet per accidens in rebus. Et ideo hanc
parte. ſeq. opinionem Philoſophus intendit deſtruere, & circa hoc tria facit. Primo enim deſtruit prædictam opinionem. Secundo infert quãdam concluſionem ex prædictis, ibi: { Palam ergo qa
Infra. §ec. 3 uſq; ad aliquod &c. } Tertio mouet quãdam qõnem, quæ ex prædictis occaſionatur, ibi: { Sed ad principium quale. } Dicit ergo primo ꝙ palam erit ex ſequentibus, ꝙ pricipia cauſæ
D generationis & corruptionis aliquorum { ſunt generabilia & corruptibilia } .i. contingit generari & corrumpi, ſine generatione & corruptione, id eſt ſine hoc ꝙ ſequatᷣ generatio & corruptio. Non.n. oportet ꝙ ſi generatio alicuius rei uel corruptio, eſt cauſa generationis aut corruptionis rei alterius, ꝙ poſita generatione uel corruptione cauſæ, de neceſsitate ſequatur generatio uel corruptio effectus, quia quædam cauſæ ſunt agẽtes ut in pluribus. Vnde eis poſitis, adhuc põt impediri effectus per accidens, ſicut propter indiſpoſitionem materiæ, uel propter occurſum contrarii agentis, uel propter aliquid huiuſmo
Principium Aui. de neceſſitate rerum. di. Sciendum tñ ꝙ Auicenna probat in ſua metaphyſica ꝙ nullus effectus ſit poſsibilis in comparatione ad ſuam cauſam, ſed ſolum neceſſarius. Si enim poſita cauſa, poſsibile eſt effectũ non poni, id autem quod eſt in potentia inquantum huiuſmodi reducitur in actum per aliquod ens actu, oportebit ergo ꝙ aliquid aliud a cauſa faciat ibi ſequi effectum in actu. Cauſa igitur illa non erat ſufficiens. Et hoc uidetur contra id quod Phs

E hic dicit. Sed ſciendum ꝙ dictum Auicẽ. intelligi debet ſuppoſito ꝙ nullum impedimentum cauſæ adueniat. Neceſſe eſt.n. cauſa poſita ſequi effectum, niſi ſit impedimẽtum, quod quandoq; contingit eſſe per accidens. Et ideo Phs dicit ꝙ nõ eſt neceſſarium generationem ſequi uel corruptionem, poſitis cauſis generationis uel corruptionis. Si enim non eſt uerum hoc quod dictum eſt, ſequetur ꝙ omnia erunt ex neceſsitate, ſi tñ cum hoc quod dictum eſt, ꝙ poſita cauſa neceſſe eſt ſequi effectum, ponatur etiam alia poſitio. ſ. ꝙ cuiuſlibet quod fit & corrumpitur, neceſſe ſit eẽ aliquam cãm per ſe & non per accidẽs. Ex his.n. duabus ꝓpõnibus, ſequitur omnia eẽ de neceſsitate. Quod ſic probat. Si enim quæratur de aliquo utrum ſit futurũ uel non, ſequitur ex prædictis, ꝙ alterum ſit de neceſsitate uerum, quia ſi omne quod fit habet cauſam per ſe ſuæ factionis, qua poſita neceſſe eſt ipſum fieri, ſequetᷣ ꝙ res illa de qua quæritur utrum ſit futura, fiat, ſi fit hoc quod ponitur cauſa eius: & ſi illud non fuerit, ꝙ non fiat. Et ſimiliter oportet dicere ꝙ iſta cauſa erit futura, ſi aliquod aliud quod eſt cauſa eius, erit futurum. Conſtat autem quod tp̃s quantũcunq; futurum ac-
F cipiatur, ſiue poſt centum annos, ſiue poſt mille eſt finitum, incipiendo a præſenti nunc vſq; ad illum terminum. Cum autẽ generatio cauſæ præcedat tpe generationem effectus, oportet ꝙ procedendo ab effectu ad cãm auferamus aliquid de tẽpore futuro, & appropinquemus magis ad præſens. Omne autem finitum conſumitur aliquotiens ablato quodam ab ipſo. Et ita ſequitur ꝙ procedendo ab effectu ad cãm, & iterum ab illa cauſa ad eius cauſam, & ſic deinceps, auferatur totum tp̃s futurũ cum ſit finitum, & ita perueniatur ad ipſum nunc. Quod quidem patet in hoc exẽplo. Si enim oĩs effectus hẽt aliquam cauſam per ſe, ad quam de neceſsitate ſequitur, oportet ꝙ iſte de neceſsitate moriatur, uel per infirmitatem, uel per uiolentiam, ſi exit domum ſuam. Exitus enim a domo eius inuenitur cauſa eſſe mortis eius, uel uiolẽtiæ, puta ſi exiens domum inuenitur a latronibus & occiditur. Vel per infirmitatem, puta ſi exiens de domo ex æſtu incurrit febrem & moritᷣ. Et eodem
G modo hoc erit ex neceſsitate. ſ. ꝙ exeat domum ad hauriendum aquam ſi ſitit. Nam ſitis inuenitur eſſe cauſa ut exeat domum ad hauriendum aquã. Silr per eandem rationẽ hoc erit de neceſsitate. ſ. ꝙ ſitiat, ſi aliquid aliud erit quod eſt cauſa ſitis. Et ita ſic procedens de effectu ad cãm perueniet ad aliquod { quod nunc eſt } .i. in aliquod præſens, uel in { aliquod factorum } id eſt in aliquod præteritorum. Sicut ſi dicamus ꝙ ſitis erit ſi comedit mordicantia uel ſalſa quæ faciunt ſitim. Hoc autem. ſ. ꝙ comedat ſalſa uel non comedat, eſt in præſenti. Et ita ſequitur ꝙ { prædictum futurum } . ſ. ꝙ iſte moriatᷣ uel non moriatur ex neceſsitate erit. Cum enim quælibet conditionalis uera ſit neceſſaria, oportet ꝙ ex quo añs eſt poſitũ, ꝙ ꝯñs ex neceſsitate ponatur. Sicut hæc eſt uera, ſi Socrat. currit, mouetur. Poſito ergo ꝙ currat, neceſſe erit ipſum moueri, dum currit. Si autem quilibet effectus habet cãm per ſe, ex qua de neceſsitate ſequitur, oportet ꝙ ſit illa conditionalis uera, cuius añs eſt cã, & ꝯñs effectus. Et licet inter cãm quæ nunc eſt præſens, & effectum qui erit futurus, qñq; ſint plurima media, quorum vnumquodq; eſt effectus reſpũ præcedentium, &
H cauſa reſpectu ſequentium, tñ ſequitur de primo ad ultimum, ꝙ conditionalis ſit uera cuius añs eſt p̃ſens, & eius ꝯñs qñq; futurum. Sicut hic, Si comedit ſalſa, occidetur. Añs autem ponitᷣ, ex quo p̃ñs eſt, ergo de neceſsitate erit ꝙ occidatur. Et ita oĩa alia futura erunt neceſſaria, quorum cauſæ proximæ uel remotæ, ſunt præſentes. Et ſimilis ratio eſt ſi aliquis procedens ab effectibus ad cauſas, ſuperſiliat { ad facta } .i. ad præterita, hoc eſt dicere ſi reducat effectus futuros in aliquã cauſam præteritam nõ præſentem, quia hoc quod præteritum eſt, iam eſt ſm aliquem modum. Hoc autem dico inquantum eſt factum uel præteritum. Licet.n. uita Cæſaris non ſit nunc or in præſenti, eſt tamẽ in præterito. Verum enim eſt Cæſarem uixiſſe. Et ita nunc eſt ponere uerum eẽ añs cõditionalis, in cuius añte eſt cauſa præterita, & in ꝯñte eſt cauſa futura. Et ſic ſequetur eum omnes effectus futuros oportere redigere in tales cauſas præſentes uel præteritas, ꝙ omnia futura ex neceſsitate eueniant. Sicut nos dicimus ꝙ uiuentem fore moriturum eſt neceſſariũ abſolute, quia ſequitur de neceſsitate ad aliquid quod

I iam factum eſt.ſ.duo contraria eſſe in eodẽ corpore per commixtionem. Hæc.n. conditionalis eſt uera. Si aliquod corpus eſt compoſitum ex contrariis, corrumpetur. Hoc autẽ eſt impoſsibile, q omnia futura ex neceſsitate eueniãt. Ergo illa duo ſunt impoſsibilia, ex quibus hoc ſequebatur.ſ. q quilibet effectus habeat cãm per ſe, & q cã poſita neceſſe ſit effectũ poni. Quia ex hoc ipſo ſequeretur quod iam dictum eſt, q quorũlibet effectuum futurorũ eſſent aliquæ cauſæ iã poſitæ. Sicut corruptionis animalis, iam ſunt aliquæ cauſæ poſitæ. Sed q iſte homo moriatur per infirmitatem, uel uiolentiam, nondũ habet aliquam cauſam poſitam ex qua de neceſsitate ſequatur. Deinde cum dicit.

Patet igitur uſq; ad aliquod principiũ reductionem hanc proficiſci, quod quidem non ulterius in aliud proficiſcitur. Atq; illud principium eius erit
K quod fit per accidens, & eſſe atq; non eſſe poteſt, cauſaq; generationis illius non erit ulla.

part. 2 Palam ergo q̃ uſq; ad aliquod uadit principium, hoc autẽ non adhuc ad aliud. Erit ergo eius quodcũq; euenit ipſum, & cauſa ipſi⁹ generationis nulla.

Infert quãdam concluſionem ex p̃dictis dicẽs, ergo ex quo non quodlibet quod fit habet cãm per ſe, palam q in futuris contingentibus, effectus futuri reductio ad cauſam per ſe, uadit uſq; ad aliquod principium, quod quidem principium non reducitur in aliquod principiũ adhuc per ſe, ſed ipſum erit cuius cauſa {erit quodcunq; euenit}.i. caſualis, & illius cauſæ caſua
Lec. 2 li non erit aliqua alia cauſa, ſicut iam p̃dictum eſt q ens per accidens non habet cauſam neq; generationem. Verbi gratia, q iſte occidatur a latronibus habet cãm per ſe quia vulneratur, & hoc etiam habet cauſam per ſe, quia a latronibus inuenitur. Sed hoc non habet niſi cauſam per accidens. Hoc enim q iſte ad negotium uadens inter latrones incidat, eſt per accidens, ut ex prædictis patet. Vnde eius non oportet ponere aliquã cauſam. Ens enim per accidens, ut ſupra dictum eſt, non habet generationem, & ita eius generationis cauſam per ſe quærere
L non oportet. Deinde cum dicit

At conſiderandum eſt ad quod principium atq; cauſam talis reductio proficiſcitur. Vt materiã, ne, an ut ad id gratia cuius cætera fiunt, an ut ad id potius a quo motio profluit. Sed contemplationẽ eius quidem quod eſt per accidens ommittamus De ipſo nanq; iam ſatis eſt defiuitum.

Te. c. 8 parte. 3 Sed ad principium quale & cauſam qualem reductio talis, utrum ut ad materiam, aut ad quod cuius gratia, aut ut ad mouens, maxime perſcrutandum. Ergo de ente ſecundum accidens pretermittatur. Determinatum eſt enim ſufficienter.

Mouet quandam quæſtionem occaſionatam ex dictis. Dixit enim ſupra imediate q cauſæ entium per accidens reducunt
M uſq; ad aliquod principium, cuius non eſt ponere aliam cãm. Et ideo hic inquirit de hac reductione, uel anagoge, quod idẽ eſt, ad {quale principium & ad qualem cauſam debeat fieri}.i. ad quod genus cauſæ uel principii.ſ. utrum ad aliquam cauſam primam quæ ſit cauſa ſicut materia, aut ad aliquam quæ ſit cauſa ſicut finis, cuius gratia aliquid fit, aut ad aliquam quæ ſit cauſa ſicut mouens. Prætermittit autem de cauſa formali, quia quæſtio hic habet de cauſa generationis rerum quæ fiunt per accidens. In generatione autem, forma non habet cauſalitatem, niſi per modum finis. Finis.n. & forma in generatione incidunt in idem numero. Hanc autem q̃onem hic motã non ſoluit, ſed ſupponit eius ſolutionem ab eo quod eſt determina
Te. c. 65 tum in. 2. phyſico. Ibi.n. oſtenſum eſt q fortuna & caſus, quæ ſunt cauſæ eorum quæ fiunt per accidens, reducũtur ad genus cauſæ efficientis. Ergo concludit ex præmiſsis, quod prætermittendum eſt loqui de ente per accidens, ex quo determinatum eſt ſufficienter ſm id quod de eo determinari põt. Attendendum eſt autem q ea quæ Phs hic tradit, uidẽtur remouere quædam quæ ſm p̃biam ab aliquibus ponuntur.ſ. fatũ & pro-

Dubi. an q̄ i. Phs hic dixit, tollant fatũ & prouidentiam.

uidentiam. Vult.n. hic Phs q non oia quæ fiunt, reducant in N
aliquam cãm per ſe ex qua de neceſsitate ſequãtur, alias ſequeretur q omnia eẽnt ex neceſsitate, & nihil per accidẽs eſſet in rebus. Illi autem qui ponunt fatum, dicunt cõtingẽtia quæ hic fiunt, quæ uidentur per accidens, eẽ reducibilia in aliquam uirtutem corporis cœleſtis, per cuius actionem ea quæ ſm ſe cõſiderata per accidens fieri uidentur, cum quodam ordine producantur. Et ſilr illi qui ponunt prouidẽtiam, ea quæ aguntur hic, dicũt eẽ ordinata ſm ordinem p̃uidentiæ. Ex vtraq; igitur poſitione duo uident ſequi, quæ ſunt cõtraria his quæ hic Phs determinat, quorum primum eſt, in rebus nihil fit per accidẽs neq; a fortuna neq; a caſu. Quæ.n. ſm aliquem ordinem, procedunt, non ſunt per accidẽs. Sunt.n. uel ſemper uel in maiori parte. Secundum autem eſt, q oia ex neceſsitate eueniant. Si enim oia ex neceſsitate eueniunt quorum cã uel ponit in p̃nti, uel iam eſt poſita in præterito, (ut ratio Phi p̃cedit, eorum autem quæ ſunt ſub p̃uidẽtia uel fato cã ponit in p̃nti, & iam po O
ſita eſt in præterito, eo q prouidẽtia eſt imutabilis & æterna, motus etiam cœli eſt inuariabilis) uidetur ſequi q ea quæ ſunt ſub prouidentia uel fato, ex neceſsitate cõtingant. Et ita ſi oia quæ hic agunt, fato & prouidentiæ ſubduntur, ſequitur q oia ex neceſsitate p̃ueniant. Vt ergo q ſm intentionẽ Phi nũ ſit
S. ad q̄ones ponere neq; prouidẽtiam neq; fatum. Ad horum autem euidentiam cõſiderandum eſt q quãto aliqua cauſa eſt altior, tanto eius cauſalitas ad plura ſe extẽdit. Habet.n. cauſa altior, p̃prium cauſarum altius, quod eſt cõius & in pluribus inuẽtum. Sicut in artificialibus patet q ars politica quæ eſt ſupra militarem, ad totum ſtatum cõitatis ſe extẽdit. Militaris aũt ſolum ad eos qui in ordine militari continent. Ordinatio autem quæ eſt in effectibus ex aliqua cauſa, tantum ſe extendit, quantum extendit ſe illius cauſæ cauſalitatis. Ois.n. cauſa p ſe, habet determinatos effectus, quos ſm aliquem ordinem p̃ducit. Manifeſtum igitur eſt q effectus relati ad aliquam inferiorem cãm nullium ordinẽ habere uidentur, ſed per accidens ſibiipſis coincidũt. Qui ſi referantur ad ſuperiorẽ cãm & cõem, ordinati inueniuntur, & non per accidens coniuncti, ſed ab vna per ſe cauſa ſimul p̃ducti ſunt. Sicut floritio huius herbæ uel illius, ſi referatur ad particularem uirtutem quæ eſt in hac plãta, uel in P
illa, nullum ordinem habere vr, imo vr eſſe per accidẽs q hac herba florente, illa floreat. Et hoc ideo, quia cã uirtutis huius plantæ extendit ſe ad floritionem huius, & non ad floritionẽ alterius. Vnde eſt quidem cauſa q hæc planta floreat, non autem q ſimul cum altera. Si autem ad uirtutem corporis cœleſtis quæ eſt cauſa cõis referatur, inuenitur hoc non eſſe per accidens, q hæc herba florente illa floreat, ſed eẽ ordinatũ ab aliqua prima cauſa hoc ordinante, quæ ſimul mouet utranq; herbam ad floritionem. Inuenit autem in rebus triplex cauſarũ

Triplex cãrũ gradus in rebus.

gradus. Eſt.n. primo cã incorruptibilis & imutabilis ſ. diuina. Sub hac ſecundo eſt cauſa incorruptibilis, ſed mutabilis.ſ. corpus cœleſte. Sub hac tertio ſunt cauſæ corruptibiles & mutabiles. Hæ igitur cauſæ in tertio gradu exiſtentes ſunt particulares, & ad proprios effectus ſm ſingulas ſpẽs determinatæ. Ignis.n. generat ignem, & homo generat hominem, & plãta plantã. Cã autẽ ſecundi gradus eſt quodãmodo vlis, & quodã Q
modo particularis. Particularis quidem quia ſe extendit ad aliquod genus entium determinatum.ſ. ad ea quæ per motum ineſſe producũtur. Eſt.n. cã mouens & mota. Vlis aũt, quia nõ ad vnam tantum ſpẽm mobilium ſe extẽdit cauſalitas eius, ſed ad omnia quæ alterantur & generant & corrũpũtur. Illud.n. quod eſt primo motũ, oportet eẽ cauſam oium p̃ſr mobiliũ. Sed cauſa primi gradus eſt ſimplr vlis. Eius enim effectus proprius eſt eſſe. Vnde quicquid eſt & quocunq; modo eſt, ſub cauſalitate & ordinatione illius cauſæ proprie continet. Si igit ea quæ hic ſunt contingentia reducamus in cauſas proximas particulares tñ, inueniuntur multa fieri per accidens. Tum p̃pter concurſum duarum cauſarum, quarum vna ſub altera nõ continetur. Sicut cum præter intentionẽ occurrũt mihi latrones. Hic.n. concurſus cauſat ex duplici uirtute motiua.ſ. mea & latronum. Tum etiam p̃pter defectum uirtutis agentis cui accidit debilitas ut non poſsit peruenire ad finem intentum, ſicut cum aliquis cadit in uia propter laſsitudinem. Tũ etiam propter indiſpoſitionem materiæ quæ non recipit formam inten

Effectus p̃prius primæ cãe eſt eſſe

tam

A tam ab agente, ſed alterius modi, ſicut accidit in monſtruoſis partibus animalium. Hæc autem contingentia ſi ulterius in cauſam cœleſtem reducantur, multa horum inuenientur non eſſe per accidens: quia cauſæ particulares & ſi non continētur ſub ſeinuicem, continentur tamen ſub vna cauſa cōi cœleſti. vnde concurſus earum poteſt habere aliquam vnam cauſam cœleſtem determinatam. Quia etiam uirtus corporis cœleſtis & incorruptibilis eſt & impaſſibilis, non poteſt exire aliquis effectus ordinem cauſalitatis eius propter defectum uel debilitatem ipſius uirtutis. Sed quia agit mouēdo, & omne tale agēs requirit materiam determinatam & diſpoſitam, poteſt contingere ꝙ in rebus naturalibus uirtus cœleſtis non conſequatur ſuum effectum propter materiæ indiſpoſitionem. Et hoc erit per accidens. Quāuis igitur multa quæ uidērur eē per accidēs, reducendo ipſa ad cauſas particulares inueniantur non eſſe per accidens reducendo ipſa ad cauſam cōem vlem. ſ. uirtutē cœleſtem, tamen etiam hac reductione facta, inueniuntur eē aliqua

B per accidens, ſicut ſuperius eſt habitum a Pho. Qñ. o. agens aliquod inducit effectum ſuum ut in pluribus, & nō ſemper, ſequetur ꝙ deficiat in paucioribus, & hoc per accidens eſt. Si igitur corpora cœleſtia effectus ſuos inducunt in inferiora corpora, ut in pluribus, & non ſemper, ꝓpter materiæ indiſpoſitionem, ſequetur ꝙ ipſum ſit per accidens ꝙ uirtus cœleſtis effectum ſuum non conſequatur. Licet etiam ex hoc inueniantur aliqua per accidens facta reductione ad corpus cœleſte, quia in iſtis inferioribus ſunt aliquæ cauſæ agentes, quæ poſſunt per ſe agere abſq; impreſſione corporis cœleſtis. ſ. aiæ rōnales, ad quas non pertingit uirtus corporis cœleſtis, cum ſint formæ corporibus non ſubiectæ, niſi forte per accidens, inquantum. ſ. ex impreſſione corporis cœleſtis fit aliqua imutatio in corpore, & per accidens in uiribus animæ quæ ſunt actus quarundam partium corporis, ex quibus anima rationalis inclinatur ad agendum, licet nulla neceſſitas inducatur, cum habeat liberū dominium ſuper paſſiones, ut eis diſſentiat. Illa igitur quæ in

C his inferioribus, inueniuntur per accidens fieri reducendo ad has cauſas. ſ. aias rationales prout non ſequuntur inclinationē quæ eſt ex impreſſione cœleſti, non inuenientur per ſe fieri ꝑ reductionē ad uirtutem corporis cœleſtis. Et ſic patet ꝙ poſitio fati quæ eſt quædam diſpoſitio inhærens rebus inferiorib⁹ ex actione corporis cœleſtis, non remouet omnia eā quæ ſunt per accidens. Sed ſi ulterius iſta contingentia reducantur in cauſam altiſſimam diuinam, nihil inueniri poterit ꝙ ab ordine eius exeat, cum eius cauſalitas extendat ſe ad omnia inquātum ſunt entia. Non pōt igitur ſua cauſalitas impediri per indiſpoſitionem materiæ, quia & ipſa materia & eius diſpoſitiones nō exeunt ab ordine illius agentis, quod eſt agens per modum dantis eſſe, & non ſolum per modum mouētis & alterantis. Non. n. pōt dici ꝙ materia præſupponatur ad eē, ſicut præſupponitur ad moueri ut eius ſubiectum, quinimmo eſt pars eſſentiæ rei. Sicut igitur uirtus alterantis & mouentis nō impedit ex eſſentia motus, aut ex termino eius, ſed ex ſubiecto quod præſupponitur, ita uirtus dantis eſſe nō impeditur a materia uel a quocunq; quod adueniat qualitercunq; ad eſſe rei.

Fatū nō remouet contingentiam a rebus.

D Ex quo etiam patet ꝙ nulla cauſa agēs pōt eſſe in illis inferioribus, quæ eius ordini non ſubdatur. Relinquitur igitur ꝙ oīa quæ hic fiunt, prout ad primam cauſam diuinam referuntur, inueniuntur ordinata & nō per accidens exiſtere. Licet per cōparationem ad alias cauſas, per accidens eſſe inueniantur. Et ꝑꝑ hoc ſecūdum fidē catholicā dicitur ꝙ nihil fit temere ſiue fortuito in mundo, & ꝙ omnia ſubduntur diuinæ prouidentiæ. Ariſ. autem hic loquitur de cōtingentibus quæ hic fiunt in ordine ad cauſas particulares, ſicut per eius exemplum apparet. Nunc autem reſtat uidere quomodo poſitio fati & prouidentiæ non tollit a rebus contingētiam, quaſi omnia ex neceſſitate eueniant. Et de fato quidem manifeſtum eſt per ea quæ dicta ſunt. Iam enim eſt oſtenſum, ꝙ licet corpora cœleſtia & eorum motus & actiones quantum in ipſis eſt neceſſitatem habeant, tamen effectus eorum in iſtis inferioribus poteſt deficere, uel propter indiſpoſitionem materiæ, uel propter animam rationalem quæ habet liberam electionem ſequēdi inclinationes, quæ ſunt ex impreſſione cœleſti uel non ſequendi. Et ita relinquitur ꝙ huiuſmodi effectus nō ex neceſſitate, ſed contingenter proueniant. Non enim poſitio cauſæ cœleſtis eſt poſitio cauſæ talis, ad quam de neceſſitate ſequatur effectus, ſicut ad compoſitionem ex contrariis ſequitur mors animalis, ut in litera tangitur.

An fatū & prouidētia tollāt cōtingētiā a rebus

Infra. pt. 4

E Sed de prouidentia maiorem habet difficultatem. Prouidentia enim diuina falli non poteſt. Hæc enim duo ſunt incōpoſſibilia ꝙ aliquid ſit ꝓuiſum a Deo, & non fiat. Et ita uidetur ꝙ ex quo prouidentia iam ponitur, ꝙ eius effectum neceſſe ſit ſequi. Sed ſciendum eſt ꝙ ex eadem cauſa depēdet effectus, & omnia quæ ſunt per ſe accidentia illius effectus. Sicut enim homo eſt a natura, ita & omnia eius per ſe accidētia, ut riſibile, & mētis diſciplinæ ſuſceptibile. Si autem aliqua alia cauſa non faciat hominē ſimpliciter, ſed hominem talem, eius non erit conſtituere ea quæ ſunt per ſe accidentia hominis, ſed ſolum uti eis. Politicus enim facit hominem ciuilem, non tamē facit eum mentis diſciplinæ ſuſceptibilem, ſed hac eius proprietate utitur ad hoc ꝙ homo fiat ciuilis. Sicut autem dictum eſt, ens inquantum ens eſt, habet cauſam ipſum Deum. Vnde ſicut diuinæ prouidentiæ ſubditur ipſum ens, ita etiam omnia

F accidentia entis inquantum eſt ens. Inter quæ ſunt neceſſariū & contingens. Ad diuinam igitur prouidentiam pertinet non ſolum ꝙ faciat hoc ens, ſed ꝙ det ei contingentiam uel neceſſitatem. Secundum enim ꝙ vnicuiq; dare uoluit contingentiam uel neceſſitatem, præparauit ei cauſas medias ex quibus de neceſſitate ſequatur uel cōtingenter. Inuenitur igitur vniuſcuiuſq; effectus ſecūdum ꝙ eſt ſub ordine diuinæ prouidētiæ, neceſſitatem habere. Ex quo contingit ꝙ hæc cōditionalis eſt uera, ſi aliquid eſt a Deo prouiſum, hoc erit. Secundum autem ꝙ effectus aliquis conſideratur ſub ordinem cauſæ proximæ, ſic non omnis effectus eſt neceſſarius, ſed quidam neceſſarius & quidam contingens ſecundum analogiam ſuæ cauſæ. Effectus enim in ſuis naturis ſimilantur cauſis proximis, non autē remotis, ad quarum conditionem pertingere non poſſunt. Sic ergo patet ꝙ cum de diuina prouidentia loquimur, non eſt dicendum ſolum, hoc eſt prouiſum a Deo ut ſit, ſed hoc eſt prouiſum a Deo ut contingēter ſit, uel ut neceſſario ſit. Vnde non

G ſequitur ſm rationem Ariſ. hic inductam ꝙ ex quo diuina prouidentia eſt poſita, ꝙ omnes effectus ſint neceſſarii, ſed neceſſarium eſt effectus eē contingenter uel de neceſſitate. Quod quidem eſt ſingulare in hac cauſa. ſ. in diuina prouidētia. Reliquæ enim cauſæ non conſtituunt legem neceſſitatis uel contingentiæ, ſed conſtituta a ſuperiori cauſa, utuntur. Vnde cauſalitati cuiuſlibet alterius cauſæ ſubditur ſolum ꝙ eius effectus ſit. Qđ autem ſit neceſſario uel contingenter, dependet ex cauſa altiori quæ eſt cauſa entis inquantum eſt ens, a qua ordo neceſſitatis & contingentiæ in rebus prouenit.

Lectio. IIII.

Quoniam autem id quod ut uerum, eſt ens, & id quod ut falſum, eſt non ens: in compoſitione diuiſioneue, atq; in cōtradictionis omnino partitione cōſiſtit. Nā uero quidem affirmatio ob id quod adiungitur, negatio ob id quod ſeiungitur: falſo autē huiuſce contradictio partitionis accommodatur.

H **QVod autem ut uerum, ens: & non ens, ut falſum: quoniam ſm cōpoſitionem & diuiſionem: totaliter autem circa partitionem contradictionis. Verum quidem enim affirmationem contradictionis in cōpoſito habet, negationē uero in diuiſiōe. Sed falſum hui⁹ partitionis cōtradictionē.**

POSTQVAM determinauit Philoſophus de ente per accidens, hic determinat de ente quod ſignificat ueritatem propoſitionis, & circa hoc duo facit. Primo determinat qualiter dicatur huiuſmodi ens. Secundo remouet ipſum a principali conſideratione huius ſcientiæ, ibi: { Quoniam autem cōplexio &c. } Circa primum tria facit. Primo oſtendit qualiter huiuſmodi ens dicatur. Secundo reſpondet cuidam quæſtioni, ibi: { Quomodo autem quod ſimul &c. } Tertio manifeſtat quoddam quod dixerat, ibi: { Non eſt autem uerum & falſum in rebus &c. } Dicit ergo { ꝙ ens quoddam dicitur quaſi uerum } .i. quod nihil aliud ſignificat niſi ueritatem. Cū enim interrogamus ſi homo eſt animal, reſpondetur ꝙ eſt, ꝑ quod ſignificatur propoſitionem præmiſſam eſſe ueram. Et

Infra. pt. 4

parte. 2

parte. 3

Cōditiōes uerī & falſi

I eodem modo non ens ſignificat quaſi falſum. Cum enim reſpondetur non eſt ſignificatur ꝙ propoſita oratio ſit falſa. Hoc autem ens quod dicitur quaſi uerum, & non ens qood dicitur quaſi falſum conſiſtit circa cõpoſitionem & diuiſionem. Voces enim incomplexæ neqꝫ uerum neqꝫ falſum ſignificant. Sed uoces complexæ, per affirmationem aut negationem, ueritatem aut falſitatem habent. Dicitur autem hic affirmatio cõpoſitio, quia ſignificat prædicatum ineſſe ſubiecto. Negatio uero dicit hic diuiſio, quia ſignificat prædicatum a ſubiecto remoueri. Et cum uoces ſint ſigna intellectuum, ſimiliter dicendum eſt de conceptionibus intellectus. Quæ enim ſunt ſimplices, non habent ueritatem neqꝫ falſitatem, ſed ſolom illæ quæ ſunt complexæ per affirmationem uel negationem. Et quia prædictum ens & non ens. ſ. uerum & falſum conſiſtit in compoſitione & diuiſione, ideo ſimiliter conſiſtit circa partitionem contradictionis. Vnaquæqꝫ enim contradictionum partiuntur ſibinui
K cem uerum & falſum, ita ꝙ altera pars eſt uera & altera pars eſt falſa. Cum enim contradictio ex affirmatione & negatione cõſtituatur, utraqꝫ autem harum ex prædicato ſit & ſubiecto, prædicatum & ſubiectum dupliciter ſe poſſunt habere. Aut. n. ſunt cõiuncta in rerum natura, ſicut homo & animal: aut ſunt diſiuncta, ut homo & aſinus. Si ergo formantur duæ contradictiones, vna ex terminis coniunctis, ut homo eſt animal, & homo non eſt animal. alia ex terminis diſiunctis, ut homo eſt aſinus, homo non eſt aſinus, utranqꝫ contradictionem inter ſe cõdiuidunt uerum & falſum, ita ꝙ uerum pro parte ſua { habet affirmationem in compoſito } .i. in terminis cõiunctis, & { negationem in diſioncto } .i in terminis diſiũctis. Hæ enim duæ ſunt ueræ, homo eſt animal, & homo non eſt aſinus. Sed falſum pro ſua parte habet { contradionem partitionis } .i. contradictoria eorum quæ cedunt in parte ueri. Habet enim falſum pro ſua parte negationem in conioncto, & affirmationẽ in diſiuncto. Hæ enim duæ ſunt falſæ, homo non eſt animal, & homo eſt aſinus. Deinde cum dicit.

L Atq; quonam pacto fit ut ſimul quędam ac ſeorſum intelligantur, alia ratio eſt. Dico autem ſimul ſeorſumqꝫ, non ut ſint aut non ſint deinceps. Sed ut unum quid fiant aut non fiant.

part. 2 Quomodo autem quod ſimul aut quod ſeparatim intelligere accidit, alius ſermo. Dico autẽ quod ſimul & ſeparatim, non ut eo conſequenter, ſed in unum aliquid fieri.

Remouet quandam dubitationem quæ poſſet occaſionari ex dictis. Dixerat enim ꝙ uerum & falſum conſiſtunt in compoſitione & diuiſione, uocum quidem ſecundario, intellectua autem primo & principaliter. Omnis autem compoſitio uel diuiſio plurium eſt, & ideo poteſt eſſe dubium quomodo iſta quæ componuntur & diuiduntur, intellectus intelligat, utrum ſcilicet ſimul aut ſeparatim. Sed dicit ꝙ hoc pertinet ad alium ſermonem. ſ. ad librum de anima. Et quia ſimul dupliciter dicitur. Quandoqꝫ enim ſignificat vnitatem, ſicut dicimus ſimul eſſe ſm tempus, quæ ſunt in vno & eodem inſtanti. Quandoqꝫ
M uero ſignificat coniunctionem & vicinitatem eorum quæ conſequenter ſe habent, ſicut dicimus duos homines eſſe ſimul ſm locum, quorum loca ſunt coniuncta, & conſequenter ſe habentia, & ſm tempus, quæ ſe tempore conſequuntur. Ideo exponit quæſtionem motam, qua quæſiuit utrum ſimul aut ſeparatim intelligat intellectus ea quæ componuntur & diuiduntur dicens, ꝙ non intelligit ſimul, ſm ꝙ aliqua dicuntur eſſe ſimul ut conſequenter ſe habent, ſed ſm ꝙ aliqua dicuntur eẽ ſimul in eo ꝙ fit aliquid vnum. Et in hoc innuitur ſolutio quæſtionis. Si enim intellectus intelligat hominem & animal vnumquodqꝫ ſm ſe, ut ſunt duo quædam intelligit ea conſequenter duabus conceptionibus ſimplicibus, non formans ex eis affirmationem neqꝫ negationem. Cum autem ex eis format compoſitionem uel diuiſionem, intelligit ambo ut vnum, inquantum. ſ. ex eis aliquod vnum fit. Sicut etiam partes cuiuſlibet totius intelligit intellectus ut vnum, intelligendo ipſum totum. Non enim intelligit domum intelligendo prius fundamẽtum, & poſtea parietem, & poſtea tectum. Sed omnia iſta intelligit

Quomodo poſsit itellectus pl'a ſil intelligere.

ſimul, inquantum ex eis fit vnum. Similiter intelligit prædicatum & ſubiectum ſimul, inquantum ex eis fit vnum. i. affirmatio & negatio. Deinde cum dicit. N

Verum enim falſumqꝫ non ſunt in rebus, ut bonum quidem ſit uerum, malum autem falſum: ſed ſunt in mente. Circa uero ea quæ ſunt ſimplicia, ipſumqꝫ quid eſt; neqꝫ in ipſa ſunt mente. Ea quidem quę de eo quod ens atqꝫ non ens hoc dicitur pacto, nos contemplari oportet poſteriusq; conſideranda eſſe uidentur.

Non eſt autem uerum & falſum in rebus, ut qđ bonum uerum, quod autem malum falſum: ſed in mente. Circa uero ſimplicia, & quid eſt, nec in mente eſt. Igitur quęcũqꝫ oportet ſpeculari circa ſic ens & non ens, poſterius perſcrutandum eſt. parte 3

Q Manifeſtat quoddam quod dixerat. ſ. ꝙ uerum & falſum ſint in compoſitione & diuiſione. Quod quidem probat ꝑ modum cuiuſdam diuiſionis. Eorum enim quæ dicunt uoce, quædam ſunt in rebus extra animam, quædam autem ſunt in anima tantum. Album enim & nigrum ſunt extra animam, ſed rationes horum ſunt in anima tantum. Poſſet autem aliquis credere ꝙ uerum & falſum ſint etiam in rebus ſicut bonum & malum, ita ꝙ uerum ſit quoddã bonũ, & falſum ſit quoddã malum. Hoc enim oporteret ſi uerum & falſum eſſent in rebus. Verum enim quandam perfectionem naturæ, ſignificat. Falſum uero defectum. Omnis autem perfectio in rebus exiſtens, ad perfectionem, & bonitatem naturæ pertinet. Defectus uero & priuatio ad malitiam. Sed ipſe hoc negat dicens, ꝙ uerum & falſum nõ ſunt in rebus, ita ꝙ uerum rationis ſit quoddam bonum naturæ, & falſum ſit quoddam malum, ſed { ſunt tantum in mente } .i. in intellecto. Intellectus autem habet duas operationes, quarum vna uocatur indiuiſibilium intelligentia: per quam intellectus format ſimplices conceptiones rerum intelligendo quodquideſt vniuſcuiuſqꝫ rei. Alia eius operatio eſt, per quam componit & diuidit. Verum autem & falſum, & ſi ſint in mente, non tamen ſunt circa illam operationem mentis qua intellectus format ſimplices conceptiones, & quodquideſt rerum. Et hoc eſt quod dicit, ꝙ { uerum & falſum, circa ſimplicia, & quodquideſt, nec in mente eſt. } Vnde relinquitur per locum a diuiſione, ꝙ ex qoo non eſt in rebus, nec eſt in mente circa ſimplicia, & quodquideſt, ꝙ ſit circa cõpoſitionem & diuiſionem mentis, primo & principaliter, & ſecundario uocis, quæ ſignificat conceptionem mentis. Et ulterius concludit ꝙ quæcunqꝫ oportet ſpeculari circa ens & non ens ſic dictum. ſ. prout ens ſignificat uerum, & nõ ens falſum, { poſterius perſcrutandum eſt } . ſ. in fine. ix. & etiam in lib. de Anima, & in logicalibus. Tota enim logica uidetur eſſe de ente & non ente ſic dicto. Sciendum eſt autem ꝙ cum quælibet cognitio perficiatur per hoc ꝙ ſimilitudo rei cognitæ eſt in cognoſcente, ſicut perfectio rei cognitæ cõſiſtit in hoc ꝙ habet talem formam per quam eſt res talis, ita perfectio cognitionis conſiſtit in hoc, ꝙ habet ſimilitudinẽ formæ prædictæ. Ex hoc autem ꝙ res cognita habet formam ſibi debitam, dicitur eſſe bona. Et ex hoc ꝙ aliquem defectum habet, dicitur eſſe mala. Et eodem modo ex hoc ꝙ cognoſcens habet ſimilitudinem rei cognitæ, dicitur habere uerã cognitionem: ex hoc uero ꝙ deficit a tali ſimilitudine, dicitur falſam cognitionem habere. Sicut ergo bonum & malum deſignant perfectiones, quæ ſunt in rebus, ita uerum & falſum deſignant perfectiones cognitionum. Licet autem in cognitione ſenſitiua poſsit eſſe ſimilitudo rei cognitæ, non tamen rationem huius ſimilitudinis cognoſcere ad ſenſum pertinet, ſed ſolom ad intellectum. Et ideo licet ſenſus de ſenſibili poſsit eẽ verus, tamen ſenſus ueritatem non cognoſcit, ſed ſolum intellectus. Et propter hoc hic dicitur ꝙ uerum & falſum ſunt in mente. Intellectus autem habet apud ſe ſimilitudinem rei intellectæ ſm ꝙ rationes incomplexorum concipit. Non tamen propter hoc ipſam ſimilitudinem diiudicat, ſed ſolum cum cõponit uel diuidit. Cum enim intellectus concipit hoc quod eſt animal rationale mortale,

Verum & falſum ſunt in mẽte, bonũ atqꝫ malũ in rebus.

O

P

Te. c. 4 & lecto.

Q

apud

A apud ſe ſimilitudinem hominis habet, ſed propter hoc cognoſcit ſe hanc ſimilitudinem habere, quia iudicat hominem eſſe animal rationale & mortale. Et ideo in hac ſola ſecunda operatione intellectus eſt ueritas & falſitas, ſm quam non ſolum intellectus habet ſimilitudinem rei intellectæ, ſed etiam ſuper ipſam ſimilitudinem reflectitur, cognoſcendo & diiudicando ipſam. Ex his igitur patet ꝙ ueritas non eſt in rebus, ſed ſolum in mente, & etiam in compoſitione & diuiſione. Et ſi res dicatur aliquando falſa, uel etiam diffinitio, hoc erit in ordine ad affirmationem & negationem. (Lect. 6) Dicitur enim res falſa, ut in fine quinti habitum eſt, aut quæ non eſt omnino, ſicut diametrum cõmenſurabilem: aut quia eſt quidem, ſed eſt apta nata uideri aliter q̃ ſit. Et ſimiliter diffinitio dicitur falſa, aut quia nullius, uel quia aſsignatur alteri q̃ ei cuius eſt. In omnibus enim his modis patet ꝙ falſum in rebus uel in diffinitionibus, dicitur ratione falſæ enunciationis de ipſis. Et ſimiliter patet de uero. Nã res dicitur uera, quando habet propriam formã quæ ei oſtenditur ineſſe. Et diffinitio uera, quæ uere competit ei cui aſsignatur. B Patet etiam ꝙ nihil prohibet uerum eſſe quoddam bonũ, ſecundum ꝙ intellectus cognoſcens accipitur ut quædam res. Sicut enim quælibet alia res dicitur bona ſua perfectione, ita intellectus cognoſcens, ſua ueritate. Apparet etiam ex his quæ hic dicuntur ꝙ uerum & falſum, quæ ſunt obiecta cognitionis, ſunt in mẽte. Bonum uero & malum, quæ ſunt obiecta appetitus, ſunt in rebus. Item ꝙ ſicut cognitio perficitur per hoc ꝙ res cognitæ ſunt in cognoſcente, ita appetitus quicunq; perficiẽ per ordinẽ appetentis ad res appetibiles. Deide cũ dicit.

Cum autem complexio diuiſioq; non in rebus ſit ſed in mẽte, id autem quod hoc pacto eſt ens, diuerſum ſit ab hiſce quę proprie entia ſunt: mens enim aut ſubſtantiam, aut qualitatem, aut quantitatem, aut quippiam aliud coniungit, aut ſeiugit: id quidem ens quod eſt ut accidens, & qd eſt ut uerum, omittendum eſt ſane. Nam cauſa illius quidem indefinita eſt. Huius autem affectus eſt quidam mẽtis: atq; C utraq; circa reliquum genus ipſius ſunt entis, & nõ quicquam extra naturam ipſi⁹ entis eẽ ſignificant. Quapropter hęc quidem omittamus. Ipſius autem quod eſt, ut ens eſt, cauſas principiaq; cõſideremus oportet. Patet autem per ea quę dicta ſunt eo in loco, quo quot modis dicitur unumquodq; declarabamus, id qd eſt nõ uno mõ, ſed plurib⁹ modis dici.

(gr. 4.) Quoniam autem complexio & diuiſio eſt in mẽte & non in rebus. Quod autem ita ens, alterũ ens a propriis: aut enim qa quid eſt, aut qa quale, aut qa quãtum, aut ſi qd aliud copulat, aut diuidat mens. Quod qdem ut accidẽs, & quod ut uerum ens, prętermittendum. Cauſa enim huius qdem indefinita, illius uero mentis aliqua paſsio: & utraq; circa reliD quum genus entis, & non extra oſtendunt entem aliquam naturam entis. Quapropter ea qdem prætermittantur. Perſcrutando uero ſunt ipſius entis cauſę & principia, inquantum ens. Palam autem in qbus determinauimus de quotiens unumquodq; dicitur, qa multipliciter dicitur ens.

(De ente uero eſt ſcīa real.) Excludit ens uerum, & ens per accidens à principali conſideratione huius doctrinæ dicens, ꝙ cõpoſitio & diuiſio in quibus eſt uerum & falſum, eſt in mente & non in rebus. Inuenitur ſiquidem & in rebus aliqua compoſitio, ſed talis compoſitio efficit unam rem, quam intellectus recipit ut unum ſimplici conceptione. Sed illa compoſitio uel diuiſio qua intellectus coniungit uel diuidit ſua concepta, eſt tantum in intellectu, nõ in rebus. Conſiſtit enim in quadam duorum comparatione conceptorum, ſiue illa duo ſint idem ſm rem, ſiue diuerſa. Vtitur enim intellectus quandoq; uno, ut duobus compoſitionẽ formans, ſicut dicitur, homo eſt homo. Ex quo patet ꝙ talis compoſitio eſt ſolum in intellectu, non in rebus. Et ideo illud quod eſt ita ens ſicut uerum in tali compoſitione cõſiſtens, eſt E alterum ab his quæ proprie ſunt entia, quæ ſunt res extra animam, quarum unaquæq; eſt { aut quod quid eſt } .i. ſubſtantia, aut quale, aut quantum, aut aliquod aliud complexum, quod mens copulat uel diuidit. Et ideo utrunq; eſt prætermittendum. (Te. com. 4 & 6. huius) .ſ. & ens per accidens, & ens ꝙ ſignificat uerum, quia hui⁹ .ſ. entis per accidens cauſa eſt indeterminata. Et ideo non cadit ſub arte, ut oſtenſum eſt. Illius uero .ſ. entis ueri cauſa eſt { aliqua paſsio mentis } .i. operatio intellectus componẽtis & diuidentis. Et ideo pertinet ad ſcientiam de intellectu. Et alia ratio eſt, quia { utrunq; } .ſ. ens uerum, & ens per accidens ſunt circa aliquod genus entis, non circa ens ſimpliciter per ſe quod eſt in rebus, & non oſtendunt aliquam aliam naturam entis exiſtentem extra per ſe entia. Patet enim ꝙ ens per accidens eſt ex concurſu accidentaliter entium extra animam, quorum unumquodq; eſt per ſe. Sicut grammaticum muſicũ licet ſit per accidens, tamẽ & grammaticũ & muſicum eſt per ſe ens, quia utrunq; per ſe acceptum, habet cauſam determinatam. Et ſimiliter intellectus compoſitionem & diuiſionem facit circa res, quæ ſub prædicamentis continentur. F Vnde ſi determinetur ſufficienter illud genus entis quod continetur ſub prædicamento, manifeſtum erit & de ente per accidens, & de ente uero. Et propter hoc huiuſmodi entia prætermittuntur. Sed perſcrutandæ ſunt cauſæ & principia ipſius entis per ſe dicti, inquantum eſt ens. De quo palam eſt ex his quæ determinauimus in .v. lib. ubi dictum eſt, quotiẽs unumquodq; talium nominum dicitur, ꝙ ens dicitꝰ multipliciter, ſicut infra in principio ſeptimi ſequetur. Lectio. I.

ARISTOTELIS STRAGYritæ Tex. libri ſeptimi Metaphyſicæ.

ID quod eſt multipliciter dicitꝰ, uti prius in hiſce quę dicta ſunt de unoquoq; quot modis dicatur diſtinximus. G (Te. cõ. 3. & inde.) Partim enim quod eſt, & hoc aliqd: partim quale, aut quãtum, aut cęterorum quodq; quę hoc prædicantur pacto ſignificat. Cum autem id quod eſt tot modis dicatur, patet horum primum ens eẽ ipſum qd eſt, quod qdẽ ſubſtãtiam ipſam ſignificat.

ENs dicitur multipliciter, ſicut diximꝰ (Te. cõ. 1 par. 1.) in his quæ de quotiẽs. Significat enim hoc quid eſt, & hoc aliquid: illud uero quod quale, aut quantum, aut aliorum unumquodq; ſic prædicamentorum. Totiens autem de ente dicto palam, quia horum primum ens eſt quodquideſt quod ſignificat (Te. cõ. 2) ſubſtantiam.

POSTQVAM Philoſophus remouit a principali conſideratione huius ſcientiæ ens per accidens, & ens ſm ꝙ ſignificat uerum, hic incipit determinare de ente per ſe, quod eſt extra animam, de quo eſt principalis cõſideratio huius ſcientiæ. H Diuiditur autem pars iſta in duas partes. Hæc enim ſcientia & determinat de ente inquantũ eſt ens, & de primis principiis entium, ut in .vi. lib. eſt habitum. In prima ergo parte determinatur de ente. In ſecunda de primis principiis entis in .xii. lib ibi: { De ſubſtantia quidem &c. } Quia uero ens & unum ſe conſequuntur, & ſub eadem conſideratione cadunt, ut in principio quarti eſt habitum, ideo prima pars diuiditur in partes duas. (Lib. 4. Lec. 4) In prima determinat de ente. In ſecunda de uno & de his quæ conſequuntur ad unum in x. lib. ibi: { Vnum quia multis dicitur. } Ens autem per ſe, qd eſt extra animã, dupliciter diuiditur, ut in .v. lib. eſt habitum. (Libro Lec. 1 Te. cõ. 13) Vno modo per decem prædicamenta, alio modo per potentiam & actum. Diuiditur ergo prima pars in duas. In prima determinat de ente ſecũdũ ꝙ diuidiẽ per decem ꝑdicamẽta. (Lec. 7 Tex. cõ. 47) In ſecũda determinat de ente ſecũdũ ꝙ diuidiẽ ꝑ potẽtiã & actum,

K

in.ix.libro, ibi: Ergo de primo ente &c. } Prima autē pars diuiditur in duas. In prima oſtēdit ꝙ ad determinandū de ente, prout in decem prædicamenta diuiditur, oportet determinare de ſola ſubſtantia. In ſecunda incipit de ſubſtantia determinare, ibi: { Dicitur aūt ſubſtantia & ſi non multiplicius &c. } Circa primom duo facit. Primo oſtendit ꝙ de ſobſtantia eſt determinandom. Secundo oſtendit quid de ea ſit tractandum, ibi: { Videtor autem ſubſtantia. } Circa primum duo facit. Primo oſtendit ꝙ inteadens tractare de ente, de ſola ſobſtantia debet tractare, per rōnē. Secundo per conſuetudinem aliorū, ibi: { Et ꝙ olim & nunc &c. } Intendit ergo in prima parte talem rationem ponere. Illod quod eſt primum inter entia quaſi ens ſimpliciter & non ſm quid, ſufficienter demrat naturā entis, ſed ſubſtantia eſt hmōi, ergo ſufficit ad cognoſcendum naturam entis determinare de ſubſtantia. Circa hoc autem duo facit. Primo oſtendit, ꝙ ſubſtantia ſit primū ens. Secundo oſtēdit quō dicatur primum, ibi: { Multipliciter quidem igit̃ dicit̃ primum &c. } Circa primum duo facit. Primo proponit intētum ꝙ ens dicitur multipliciter, ut dictum eſt in.v.lib. in quo diuiſerat quotiens dñr hmōi nomina, quia quoddā ens ſignificat { quid eſt & hoc aliquid } .i. ſubſtantiam, ut per quid, intelligatur eſſentia ſubſtantiæ, per hoc aliquid ſuppoſitum, ad quæ duo omnes modi ſubſtantiæ reducuntur, ut in quinto eſt habitum. Illod uero ſignificat qualitatem uel quātitatem, aut aliquid aliorum prædicamentorum. Et cum ens tot modis dicat̃. palam eſt ꝙ inter omnia entia, primum eſt quódquideſt, id eſt ens quod ſignificat ſubſtantiam. Secundo ibi.

Lib. 9 Lec. 1 — Inf. de ſeq. — Inf. p̃te. 6. part. 5 — Metap. hīt tcō de ſubſtātia pctractare principaliter. — Te. cō. 1 Lec. 9 — Inf. p̃te. 4

Nam cū dicimus quale quid eſt hoc? aut bonū dicimus, aut honeſtum: ſed nō tricubitum, aut hominem. At cum quidnam eſt dicimus? non albū tum, aut calidū, aut tricubitum, ſed hoiem dicimus aut deum. Cętera aūt ex eo dñr entia, qa eius quod hoc pacto eſt ens, quędā quantitates, qdā qualitates, quędam paſsiones ſunt, quędam aliud quippiam tale.

par. 2.

L

Nam quādo dicimus quale qd hoc? aut bonū dicimus, aut malum: ſed non tricubitum, aut hoiem. Quādo uero quid eſt? nec albū, nec calidum, nec tricubitum: ſed hoiem aut Deū. Alia uero dñr entia, eo ꝙ taliter entis, hæc quidem qualitates eē, illa uero quantitates, alia paſsiones, alia aliud quid tale.

Alia litera. A taliter.

Probat propoſitum, & utitur tali ratione. Quod eſt p ſe & ſimpliciter in vnoquoqꝫ genere, eſt prius eo quod eſt per aliud & ſm quid, Sed ſubſtantia eſt ens ſimpliciter & per ſeipſam, omnia autem alia genera a ſubſtantia ſunt entia ſm quid & p ſubſtantiam, ergo ſubſtantia eſt prima inter alia entia. Minorē autem dupliciter manifeſtat. Primo ex ipſo modo loquendi ſiue prædicandi, dicens, ꝙ ex hoc palam eſt ꝙ ſubſtantia ſit primum entium, quia quando dicimus de aliquo quale quid ſit, dicimus ipſum ee, aut bonū aut malum. Hæc.n. ſignificāt qualitatem quæ aliud eſt a ſubſtantia, & quātitatē. Tricubitum autem ſignificat quātitatem, & homo ſignificat ſubſtantiam. Et ideo quando dicimus quale eſt aliquid, non dicimus ipſum eē tricubitum neqꝫ hominem. Sed quādo dicimus quid eſt de aliquo, non dicimus ipſum eē album, nec calidum, quæ ſignificāt qualitatem: nec tricubitum, ꝙ ſignificat quantitatem: ſed hominem aut Deum, quæ ſignificant ſubſtantiam. Ex quo patet ꝙ illa quæ ſignificant ſubſtantiam, dicunt quid eſt aliquid abſolute. Quæ autem prædicant qualitatem, non dicunt quid eſt illud de quo prædicatur abſolute, ſed quale quid. Et ſimile eſt in quātitate, & alijs gñibus. Et ex hoc patet ꝙ ipſa ſubſtantia dicit̃ ens ratione ſuiipſius, quia abſolute ſignificantia ſubſtantiam ſignificant quid eſt hoc. Alia uero dicuntur entia, non quia ipſa habeant ſecundum ſe aliquam quidditatem, quaſi ſecundum ſe entia, cum non ita dicant abſolute quid, ſed eo ꝙ { ſunt talis entis } .i. eo ꝙ habent aliquam habitudinem ad ſubſtantiā quæ eſt per ſe ens, quia non ſignificant quidditatem, inquantū ſcilicet quædam ſunt qualitates talis entis ſcilicet ſubſtantiæ, & quædam quantitates, & aliæ paſsiones, uel aliquid aliud tale quod ſignificatur per alia genera. Secundo ibi.

Subſtātia prīmū ens.

M

N

Quaprópter non iniuria quiſpiam dubitauerit, utrum ambulare, & ualere, atqꝫ ſedere, cęterorumqꝫ ſimilium uuumquodqꝫ ſit ens an non ens. Nihil.n. ipſorum, aut aptum eſt per ſe eē, aut ſeparari a ſubſtantia poteſt: ſed ſi ſint entia, magis ambulās, & ſedens, & ualens, ſunt entia. Hęc aūt ideo magis entia eē uidentur, qa eſt qd definitum, quod eſt hiſipſis ſubiectum. Atqꝫ hoc eſt ſubſtātia ſingulareqꝫ ipſum, quod qdem in tali prædicatione nimirꝫ apparet. Bonum enim & ſedens, cęteraqꝫ iſtiuſmodi, nō ſine hoc ſubiecto dñr. Patet igit̃ ob hāc ipſam, & unūquodqꝫ illorꝫ eē. Quibus efficit̃, ut ſuba ſit id quod primo eſt ens, & nō qppiā ens, ſed ens (ut patuit) abſolute. Te. cō. 3 Par. 3.

Vnde & utiqꝫ dubitabit aliquis, utrum uadere & ſanare & ſedere unumquodqꝫ ipſorꝫ ſit ens, aut non ens. Similiter aūt & in aliis talibus. Nihil enim ipſorum nec ſecundum ſe aptum natū, nec ſeparari poſſibile a ſubſtantia. Sed magis ſiquidē uadens entiū eſt aliquid, & ſedens & ſanans. Hæc aūt apparēt magis entia, quia aliquid eſt ſubiectum ipſis determinatū. Hęc autem eſt ſubſtantia, & unumquodqꝫ qd quidem in categoria tali apparet. Bonum.n. aut ſedens, non ſine hoc dicitur. Palam ergo quia ꝓpter eam & illorū ſingula ſunt. Quare primū ens, & non ens aliquid, ſed ens ſimpl̃r ſubſtātia utiqꝫ erit. Te. cō. 4

O

Probat idem per quoddā ſignum. Quia enim alia entia non ſunt entia niſi ſm ꝙ referuntur ad ſubſtantiam; ideo poteſt eſſe dubitatio de aliis entibus in abſtracto ſignificatis, quando non ſignificant cum aliqua habitudine ad ſubſtantiam, utrum ſint entia uel non entia. ſ. utrū uidere ſanare & ſedere & vnūquodqꝫ illorum in abſtracto ſignificatorum ſit ens, aut non ens. Et ſimiliter eſt in aliis talibus quæ in abſtracto ſignificant, ſiue ſignificentur per modum actionis ut prædicta, ſiue nō, ut albedo ſiue nigredo. Pro tāto autem uidentur accidentia in abſtracto ſignificata eſſe non entia, quia nihil ipſorum eſt aptū natum ſm ſe eſſe. Immo cuiuslibet eorum eē eſt alteri ineſſe. Et non eſt poſsibile aliquid eorum ſeparari a ſubſtātia. Et ideo quando ſignificantur in abſtracto quaſi ſint ſm ſe entia & a ſubſtantia ſeparata, uidetur ꝙ ſint non entia. Licet modus ſignificandi uocum non cōſequatur immediate modum eſſendi rerum, ſed mediante modo intelligendi, quia intellectus ſunt ſimilitudines rerum, uoces autem intellectuum, ut dicitur in primo peri herminias. Licet autem modus eſſendi accidētiū non ſit ut per ſe ſint, ſed ſolum ut inſint, intellectus tamen poteſt ea per ſe intelligere, cum ſit natus diuidere ea quæ ſm naturā coniuncta ſunt. Et ideo nomina abſtracta accidentium ſignificant entia quæ quidem inhærent, licet non ſignificent ea per modum inhærentium. Eſſent autem ſignificata per huiuſmodi nomina non entia, ſi non ineſſent in re. Et quia iſta in abſtracto ſignificata uidentur non entia, magis uidentur entia nomina accidentium concreta. Magis autem uidetur { aliquid entium eſſe uadens & ſedens & ſanans } quia determinatur eis aliquod ſubiectum per ipſam nominis ſignificationem, inquantum ſignificantur in concretione ad ſubiectum. Hoc autē ſubiectum eſt ſubſtantia. Et ideo vnumquodqꝫ talium nominum quæ ſignificant accidens in concreto { apparet in tali categoria } id eſt uidetur importare prædicamentum ſubſtantiæ, nō ita ꝙ prædicamentum ſubſtātiæ ſit pars ſignificationis talium nominum. Album enim, ut in prædicamentis dicitur, ſolam qualitatem ſignificat. Sed inquantum huiuſmodi nomina ſignificant accidentia ut inhærentia ſubſtantiæ. Bonum autem { aut ſedens non dicitur ſine hoc } id eſt ſine ſubſtantia. Significat enim accidens concretum ſubſtantiæ. Et quia accidentia non uidentur entia prout ſm ſe ſignificantur, ſed ſolum prout ſignificantur in concretione ad ſubſtantiam, palam eſt ꝙ ſingula aliorum entium ſunt entia propter ſubſtantiam. Et ex hoc ulterius apparet ꝙ ſubſtantia eſt { primum ens, & ens ſimpliciter, & nō ens ſecundum aliquid } id eſt ſecūdū quid,

P

Cōcreta accidētiū magis uidentur entia ꝙ abſtracta.

Lec. 2

Q

In prædicamento ſubæ

A ſicut eſt in accidentibus. Eſſe enim album nõ eſt ſimpliciter eſſe, ſed ſm quid. Qđ ex hoc patet, quia cũ incipit eſſe albus, non dicimus ꝙ incipiat eſſe ſimpliciter, ſed quia incipiat eſſe albus. Cum enim Socra. incipit eſſe homo, dicitur ſimpliciter ꝙ incipit eſſe. Vnde patet ꝙ eſſe hominem ſignificat eſſe ſimpliciter. Eſſe aũt album ſignificat eẽ ſecũdum qd. Deinde cum dicit.

Multis igitur modis dicitur primum. Omnium tamen eſt ipſa ſubſtantia primum, & ratione & cognitione, & tempore. Nã cæterorum quidem quæ prędicantur, nihil prorſus eſt ſeparabile: ipſa autem ſola ſeparabilis eſt. Ratione quoq; hoc eẽ primũ uidetur. In uniuſcuiuſq; enim rõne neceſſe eſt ſubſtãtię rõnem ineſſe. Et ſcire tum unumquodq; maxime arbitramur, cũ quid ſit homo magis aut ignis, q̃ cum quale, aut quantum, aut ubi, cognoſcimus. Nã B & horum ipſorum unumquodq; tum ſcimus, cum quid nã ſit, aut quãtum, aut quale cognoſcimus.

parte. 4 Multipliciter quidẽ igitur dicitur quod primũ. Sed ſubſtantia omnium primum eſt ratione, & notitia, & tempore. Aliorum enim categorematum nullum eſt ſeparabile, hęc autem ſola. Et rõne hoc primum. Neceſſe eſt enim in uniuſcuiuſq; rõne, ſubſtãtiæ rationem eẽ. Et ſcire tũc ſingula maxime putamus, quando quid eſt homo cognoſcim⁹ aut ignis, magis q̃ aut quale, aut quãtum, aut ubi. Quoniam tunc horum eorundem ſingula ſcimus, quando qd eſt ipſum quale, aut quantum ſcimus.

Lec. 3 Oſtendit qũo ſubſtantia dicatur primum, & dicit ꝙ cũ hoc quod dico primum dicatur multis modis, ut in quinto eſt habitum, tribus modis ſubſtantia eſt prima inter omnia entia. ſ. ſm cognitionem, & ſm diffinitionẽ, & ſm tps. Et ꝙ ſit prima tpe alijs, ex hoc probatur, ꝙ nullum aliorum pdicamentorum eſt ſeparabile a ſubſtãtia. Sola aũt ſubſtãtia eſt ſeparabilis ab alijs. Nullum enim accidens inuenitur ſine ſubſtãtia, ſed aliqua ſub- C ſtantia inuenitur ſine accidẽte. Et ſic patet ꝙ non quęcunq; eſt ſubſtantia, eſt accidens, ſed econtrario. Et pp hoc ſubſtãtia eſt prior tpe. Et ꝙ etiam ſit prima ſm diffinitionem patet, quia in diffinitione cuiuſlibet accidentium oportet ponere diffinitionẽ ſubſtantiæ. Sicut enim in diffinitione ſimi ponitur naſus, ita in diffinitione cuiuſlibet accidentis ponit̃ proprium eius ſubiectũ. Et ideo ſicut animal eſt prius diffinitione q̃ homo, quia diffinitio animalis ponitur in diffinitione hoĩs, eadem rõne ſubſtãtia eſt prior diffinitione accidentibus. Quod etiam ſit prior ordine cognitionis patet. Illud .n. eſt primũ ſm cognitionẽ, quod eſt magis notũ & magis manifeſtat rem. Res aũt vnaquæq; magis noſcitur qñ ſcitur eius ſubſtãtia, q̃ qñ ſcitur eius quantitas aut qualitas. Tũc enim putamus nos maxime ſcire ſingula, qñ noſcitur quid eſt hõ aut ignis, magis q̃ qñ cognoſcimus quale eſt, aut quantum, aut ubi, aut ſecundum aliquod aliud prædi- D camentum. Quare etiam de ipſis quæ ſunt in pdicamentis accidentium, tũc ſcimus ſingula, qñ de vnoquoq; ſcimus quid eſt. Sicut qñ ſcimus quid eſt ipſum quale, ſcimus qualitatem: & qñ ſcimus quid eſt ipſum quantum, ſcimus quãtitatẽ. Sicut .n. alia pdicamenta non hñt eẽ niſi per hoc ꝙ inſunt ſubſtantiæ, ita nõ habent cognoſci niſi inquantũ participant aliquid de mõ cognitionis ſubæ, quæ eſt cognoſcere qd eſt. Deĩde cũ dicit.

Et id igitur quod olim, & nunc, & ſemper quęritur ſemperq; dubitatur, quidnam ſit id quod eſt, hoc eſt profecto, quęnam ipſa ſubſtantia ſit. Hoc .n. quidam unum eẽ dicunt quidam plura q̃ unum: & horum quidam finita, quidam infinita inquiunt eſſe. Quapropter & nos maxime primoq; ac ferę ſolũ de eo quod ita eſt ens, quidnam ſit conſideremus ac contemplemur oportet.

Tex. cõ. 5. Parte. 5 Et quod olim & nunc & ſemper quęſitum eſt & ſemper dubitatum quid ens, hoc eſt quæ ſubſtãtia. Hoc enim quidam unum eẽ dicunt, illi uero plura q̃ unum: & hi qdem finita, illi uero infinita. Quapropter nobis maxime, & primum, & ſolum, ut eſt dicere de ſic ente, ſpeculandum eſt quid eſt. B

Oſtendit idem. ſ. ꝙ de ſubſtantia ſola eſt agendum ex cõſuetudine aliorum philoſophorum dicens, ꝙ cum ſit quæſitum & ſemper dubitatum apud phos { & olim } quantum ad præteritum, { & nunc } quãtum ad præſens, quid eſt ens: hoc nihil aliud eſt quærere & dubitare, q̃ quid eſt ſubſtantia rerũ. { Hoc enim ens } . ſ. ſubſtantiam quidam dixerunt eẽ vnum uel immobile, ſicut Parmenides & Melliſſus, uel mobile ſicut antiqui naturales ponentes vnum tãtum materiale principium rerũ. Solam autem materiam putabant ens eẽ ſubſtãtiam. Et ſic patet ꝙ cum ponerent vnum ens propter vnum materiale principium, per vnum ens intelligebant vnam ſubſtantiam. Quidam uero poſuerunt plura entia, q̃ vnum: qui. ſ. poſuerunt plura principia materialia, & per conſequens plures rerum ſubſtãtias. Quorum quidam poſuerunt ea finita, ut Empedoc. quatuor elementa: quidam uero infinita, ut Anax. infinitas partes conſimiles, & Democrit⁹ infinita indiuiſibilia corpora. Et ideo ſi alii philoſophi tractantes de entibus attẽdebant ad ſolas ſubſtantias, & nobis etiam ſpeculandum { eſt de ſic ente } . i. de ſubſtantia quid ipſa ſit. Et hoc inquam maxime, quia de hac principaliter intendimus. Et primo quia per eam alia cognoſcũtur { & ſolum, ut eſt dicere } quia de ſubſtantia ſola determinando de omnibus aliis notitiam facit. Et ita quodam modo ſolum de ſubſtantia determinat, & quodam modo nõ ſolum. Hoc autem ſignificat cum dicit, ut eſt dicere, uel ut ita dicatur, quod conſueuimus dicere de his quæ non uſquequaque ſunt uera. Deinde cum dicit. Metaphy. determinã do de ſub a determinat de oĩ ente.

Subſtantia autem manifeſtiſsime qdem corporibus uidetur competere. Quamobrem animalia, plãtas, parteſq; ipſorum ſubſtantias dicimus eẽ: & item corpora naturalia, ut ignem, aquam, & terram, & talium ſingula, & quæ ſunt horum partes: quęque ex his ut partibus, aut qbuſdam, aut omnibus conſtat. G Cœlum inſuper ac partes ipſius, ſtellam, ſolem, & lunam. At utrum hæ tantummodo, an & aliæ ſubſtantię ſint: an horũ qdem nil rõnẽ ſubę ſubeat, aliæ uero ſint ſubſtãtiæ quędam, cõſideremus oportet.

Videtur autem ſubſtantia inexiſtere manifeſtiſsime quidem corporibus. Vnde animalia, & plãtas, & eorum partes ſubſtãtias eẽ dicimus: & naturalia corpora, ut ignem, aquam, & terram, & talium ſingula, & quæcunq;, aut partes eorum, aut ex his ſunt, aut partibus, aut omnibus, ut cœlum & partes eius, ut aſtra, & luna, & ſol. Vtrum uero hę ſolæ ſubſtantiæ ſunt, aut & alię, aut horum quidem nullum, alteræ autem quędam, perſcrutandum. Parte. 6

Oſtendit quid determinandum ſit de ſubſtãtia, & circa hoc duo facit. Primo ponit opiniones aliorum de ſubſtantia. Secundo dicit quid de earum ueritate eſt inquirẽdum, ibi: { De his ergo &c. } Circa primum duo facit. Primo proponit quid ſit manifeſtum circa ſubſtantias dicens, ꝙ eſſe ſubſtantiam manifeſtiſsime ineſt corporibus. Vnde animalia & plantas & partes eorum dicimus eẽ ſubſtantias, & etiam alia naturalia corpora ut ignem terram & aquam { & talium ſingula } . i. talia elementaria corpora, ſicut aerem, & uaporem ſm opinionẽ Heracliti, & alia media ſm opinionem aliorum. Et etiam omnes partes elemẽtorum, & etiam corpora quæ ſunt compoſita ex elementis, uel ex aliquibus partibus elementorum, ſicut particula corpora mixta { aut ex omnibus elementis, } . i. totis, ſicut tota ipſa ſphæra actiuorum & paſsiuorum. Et ſicut { etiam cœlum } quod eſt quoddam corpus naturale præter elementa dicimus eſſe ſubſtantiam, & partes eius, ut aſtra, & luna, & ſol. Sed utrum hæ ſenſibiles ſubſtantiæ ſint ſolum ſubſtantiæ ſm ꝙ ponebant antiqui naturales, uel etiam ſint aliquæ aliæ ſubſtantiæ ab iſtis, ſicut ponebant Platonici, uel etiam iſtæ nõ ſunt ſubſtantiæ, ſed ſolum ſunt aliæ ſubſtantiæ ab iſtis, perſcrutandum eſt. Secundo ibi. Infra. c. 8 H

Subſta ẽ pri. ex accñte, tpe, diffõne, atq; cognitione.

I Atqui corporis fines, ut ſuperficies, linea, punctū, ac unitas ſubſtantię & magis q̄ corpus ſolidumque qbuſdam eē uidetur. Pręterea qdam pręter ſenſibilia nihil tale eē exiſtimāt, quidam plura & magis entia ſempiterna: ueluti Plato formas ipſas & res mathematicas, duas ſubſtātias eē, tertiam uero corporum ſubſtantiam ſenſibilium eē cenſuit. Leucippus autē & plures ſubſtantias ab uno ipſo incipiens, & principia cuiuſq; ſubſtātiæ eē dixit. Aliud qdem numerorum, aliud autem magnitudinum, deinde animæ, atq; hoc pacto extēdere ſubſtātias accumulareq; uidetur. Quidam inſuper formas qdem & numeros eādem inquiūt naturam habere, cętera uero lineas, planaq;, primam uſq; ad coeli ſubſtantiam reſq; ſenſibiles ſecundas aſſerunt ſubſtantias eſſe.

Parte 9 K Videntur quibuſdam corporis termini, ut ſuperficies, & linea, & punctus, & unitas eē ſubſtantię magis quam corpus & ſolidum. Amplius pręter ſenſibilia hi qdem non opinātur aliqd eſſe talium, illi uero plura & magis entia ſempiterna: ut Plato ſpēs ipſas & mathematica, duas ſubſtātias. Tertiam uero ſenſibilium corporum ſubſtantiam. Sed Leucippus plures ſubſtantias ab uno inchoans, & principia cuiuslibet ſubſtantię, aliud quidem numerorum, aliud autem magnitudinē, deinde animę, & hoc modo protēdit ſubſtantias. Quidam uero ſpecies & numeros eandem habere dicūt naturā, alia uero habita, lineas & ſuperficiē uſq; ad primā coeli ſubam & ſenſibilia.

Recitat opiniones philoſophorum de ſubſtantiis non manifeſtis dicens, q quibuſdam uidetur q termini corporis ſint rerum ſubſtantiæ, ut .ſ. ſuperficies & linea & pūctus & vnitas ſint magis ſubſtātiæ q̄ corpus & ſolidum. Et hæc opinio diuiditur,
L quia quidam nihil talium terminorum opinabantur eſſe ſeparata a ſenſibilibus .ſ. pythagorici. Alii uero ponebant quædam entia ſempiterna a ſenſibilibus ſeparata, quæ ſunt plura & magis entia q̄ ſenſibilia: magis inquam entia, quia iſta ſunt incorruptibilia & immobilia: hæc autem corruptibilia & mobilia. Plura uero, quia ſenſibilia ſunt vnius ordinis tantum, ſeparata uero duorum. Sicut { Plato poſuit duas ſubſtantias ſeparatas } .i. duos ordines ſubſtantiarum .ſ. ſpēs uel ideas & mathematica. Et tertium ordinem poſuit ſubſtantias corporum ſenſibilium. Sed Leucippus qui ſucceſſor fuit Platonis, & ex ſorore nepos, poſuit plures ordines ſubſtantiarū, & in vnoquoq; etiam inchoauit ab vno, quod ponebat eſſe principium in quolibet ordine ſubſtantiarum. Sed aliud quidem vnum ponebat eſſe principium numerorum, quos ponebat eſſe primas ſubſtātias poſt ſpecies: aliud autem magnitudinem, quas ponebat eē ſecundas ſubſtantias. Et demum ponebat ſubſtantiam animæ. Et hoc modo protendebat ordinem ſubſtātiarum uſq; ad corruptibilia corpora.
M Sed quidam differebant a Platone & Leucippo, quia non diſtinguebant inter ſpecies & primum ordinē mathematicorum qui eſt numerorum. Dicebant enim ſpecies & numeros habere eandem naturam, & omnia { alia eſſe habita } .i. conſequenter ſe habentia ad numeros .ſ. lineas & ſuperficies uſq; ad primam coeli ſubſtantiam, & alia ſenſibilia quæ ſunt in ultimo ordine. Deinde cum dicit.

Sed de hiſce quid recte dicitur, quid non recte, & quę ſubſtantię ſunt, & utrum ſunt quędā pręter ſenſibiles, an nō ſint, & eę quomodo ſunt, & utrum ſit quędam ſeparata ſubſtantia, & cur ſit, & quo pacto ſit, an nulla ſit præter ipſas ſenſui ſubiectas ſubſtantias, conſiderandum deinceps eſt. Antea quidnam ſit ipſa ſubſtantia deſignandum.

Tex. com. 6 parte 8 De his igitur quid dicitur bene & quid non bene, & quę ſunt ſubſtantię, & utrum ſint aliquę pręter ſenſibiles, aut non ſunt, & iſtę quomodo ſunt, & utrum eſt aliqua ſeparabilis ſubſtantia, & quare, & quomodo; aut nulla pręter ſenſibiles perſcrutandū, cum deſcripſerimus primo ſubſtantiā quid eſt. N

Oſtendit quod circa prædicta dicendum ſit dicens, q dicendum eſt quid de prædictis, dicitur bene aut non bene, & quæ ſunt ſubſtātiæ, & utrum, prædicta mathematica & ſpecies ſint aliquid præter res ſenſibiles, aut non. Et illæ ſubſtantiæ ſi ſint præter ſenſibiles, quem modum eſſendi habeant. Et ſi iſtæ non ſunt præter ſenſibiles ſubſtantias, utrum ſit aliqua alia ſubſtantia ſeparabilis, & quare & quomodo, aut nulla eſt ſubſtantia præter ſenſibiles. Hoc enim determinabit in. xii. hu⁹ & infra. Sed tamen antequam hæc determinentur, oportet primo ponere & deſcribere quid ſit ſubſtātia in iſtis ſenſibilibus, in quibus ſubſtantia manifeſta inuenitur. Quod quidem facit in hoc. vii. & in. viii. ſequenti. Lectio. II.

Subſtantia itaq; ſi non pluribus, quatuor autem modis maxime dici ſolet. Etenim quidditas, & uniuerſale, ac genus, ſubſtantia cuiuſq; eſſe uidetur: & quartum horum, ſubiectum. Subiectum autem id eſt quo de cętera dicuntur, ipſo rationem pręd icati non ſubeunte. Quare de hoc antea determinemus oportet. Maxime nanque ſubiectum primum ſubſtantia eſſe uidetur. O

T. co. 7. par. 8 Dicitur autem ſubſtantia, & ſi non multiplicius, de quatuor maxime. Etenim quodquideratesſe, & uniuerſale, & genus uidetur ſubſtātia cuiuſq; eſſe. Et quartum horum, ſubiectum. Subiectum uero eſt de quo alia dicūtur, & illud ipſum nō adhuc de alio. Propter quod primum de hoc determinandum eſt. Maxime nanque uidetur eſſe ſubſtantia ſubiectum primum. Subiectum quid.

POSTQVAM oſtēdit q principalis intentio huius ſcientiæ eſt conſiderare de ſubſtantia, hic incipit de ſubſtantia determinare, & diuiditur hæc pars in duas. In prima oſtendit modum & ordinem tractandi de ſubſtantia. In ſecunda proſequitur tractatum ſubſtantiæ, ibi: { Et primo dicemus quædā de eo. } Modum autem & ordinem tractandi de ſubſtantia oſtendit diuidendo ſubſtantias in ſuas partes, & docendo de qua partium eius primo & principalius eſt determinandum, & quæ partium ipſius prætermittendæ ſunt, & quæ prius uel poſterius conſiderandæ. Vnde diuiditur prima pars in partes tres ſecundum diuiſiones, & ſubdiuiſiones quas ponit de ſubſtantia. Secunda incipit, ibi: { Tale uero modo quodam. } Tertia uero incipit, ibi: { Conſiſtentur autem &c. } Dicit ergo primo, q ſubſtantia ad minus dicitur quatuor modis, ſi nō dicatur { multiplicius } .i pluribus modis. Sunt enim plures modi quibus aliqui ſubſtantiam nominant, ut patet de dicentibus terminos corporis eē ſubſtantias, qui modus hic prætermittitur. Quorum quidem modorum, primus eſt ſecundum q { quodquideratesſe } .i. quidditas uel eſſentia ſiue natura rei dicitur eius ſubſtantia. Secundus modus eſt prout { vniuerſale } dicitur ſubſtantia eſſe, ſecundum opinionem ponentium ideas ſpecies, quæ ſunt vniuerſalia de ſingularibus prædicata, & ſunt horum particularium ſubſtantiæ. Tertius modus eſt ſecundum q { primum genus uidetur eſſe ſubſtantia vniuſcuiuſq;. } & per hunc modum vnum & ens ponebat ſubſtantias eſſe omnium rerum, tanquam prima omnium genera. Quartus modus eſt { ſm q ſubiectum } .i. ſubſtantia particularis dicitur eſſe ſubſtantia. Dicitur autem ſubiectum de quo alia dicuntur, uel ſicut ſuperiora de inferioribus, ut genera & ſpecies & differētiæ, uel ſicut accidens prædicatur de ſubiecto, ut accidentia communia & propria, ſicut de Socr. prædicatur homo, animal, rationale, riſibile, & album. Ipſum autem ſubiectum non prædicatur de alio. Quod eſt intelligendum per ſe. Per accidens enim nihil prohibet Socrates de hoc albo prædicari, uel de animali, uel de homine: quia id cui ineſt album aut animal aut homo Socrates eſt. De ſeipſo autem prædicatur per ſe, ut cum dicitur Socrates eſt Socrates. Patet autem q ſubiectum hic dicitur, quod in prædicamen-

Infra le. 3 P

Par. ſeq. part. 9 ſubſta di q̄ tuor modis Prim⁹ modus.

Secundus. Q

Tertius.

Quartus.

Hic accipe ſ̄dicationē in ſe eſt ſ eſ ſe prædi cationē per accidens.

A tis nominatur ſubſtantia prima ex hoc, ꝙ eadem diffinitio datur de ſubiecto hic, & ibi de ſubſtantia prima. Vnde concludit ꝙ determinandum eſt { de hoc, } .i. de ſubiecto uel de ſubſtantia prima, quia tale ſubiectum maxime vr ſubſtantia eſſe. Vnde in prædicamentis dr ꝙ talis ſubſtantia eſt quæ proprie, & principaliter, & maxime dr. Huiuſmodi.n. ſm ſe omnibus alijs ſubſtant. ſ. ſpẽbus & generibus & accñtibus. Subſtantiæ uero ſecundæ .i. genera & ſpẽs ſubſtant ſolis accidentibus. Et hoc etiam non hñt niſi rõne primarum. Homo.n. eſt albus inquantum hic homo eſt albus. Vnde patet ꝙ fere eadem eſt diuiſio ſubſtantiæ hic poſita, cum illa quæ ponitur in prædicamentis. Nam per ſubiectum intelligitur hic ſubſtantia prima. Quod autem dixit genus & vlē, quod vr ad ſpẽs pertinere, continet ſub ſubſtantiis ſecundis. Hoc autem quodquiderateſſe hic ponitur, ſed ibi ꝑtermittit, quia non cadit in ꝑdicamẽtorum ordine niſi ſicut principium. Neq.n. eſt genus neq; ſpẽs neq; indiuiduũ, ſed horũ oium formale principium. Deinde cum dicit.

Diuiſio ſubſtantiæ hic & i prędicamentis poſita i fere eadem.

B Tale autem modo quodam ipſa materia dicitur, alio uero modo forma, tertium autem id quod ex hiſce conſtat. Atq; materiam quidem dico ęs, formã aũt talẽ, figurã. Id uero quod ex hiſce cõſtat, ſtatuã: ipſum inquam totũ quod ex utriſq; cõponitur.

Part. 8 Tale uero modo quodam materia dicitur, & alio modo forma, tertio modo quod ex his. Dico autem materia quidem ęs, formam autem figuram ſpeciei, quod autem ex his ſtatuam totam.

Subdiuidit quartum modum ꝑmiſſæ diuiſionis, hoc. ſ. quod dixerat ſubiectum, & circa hoc tria facit. Primo nãq; ponit diuiſionem. Secundo comparat partes diuiſionis adinuicem, ibi: { Quare ſi ſpẽs &c. } Tertio oſtendit qũo de iſtis partibus diuiſionis ſit agendum, ibi: { Attamen ea quæ nunc ex ambobus &c. } Dicit ergo primo, ꝙ ſubiectum quod eſt prima ſubſtantia particularis in tria diuiditur, ſ. in materiã, & formam, & compoſitum ex eis. Quæ quidem diuiſio non eſt generis in ſpẽs, ſed alicuius analogice prædicati, quod de eis quæ ſub eo continentur per prius & poſterius prædicatur. Tam.n. compoſitum q̃ materia & forma particularis ſubſtãtia dr, ſed nõ eodem ordine. Et ideo poſterius inquiret quid horum per prius ſit ſubſtantia. Exemplificat autem hic mẽbra in artificialibus, in quibus æs eſt vt materia, figura ut { formam ſpẽi } .i. dans ſpẽm, ſtatua compoſitum ex his. Quæ quidem exemplificatio non eſt accipienda ſm ueritatem, ſed ſecundum ſimilitudinem proportionis. Figura.n. & aliæ formæ artificiales non ſunt ſubſtantiæ, ſed accidentia quædam. Sed quia hoc modo ſe habet figura ad æs in artificialibus, ſicut forma ſubſtantialis ad materiam in naturalibus, pro tanto utitur hoc exemplo, ut demonſtret ignotum per manifeſtum. Deinde cum dicit.

part. ſeq. & ſe. ge. 8

C Diuiſio ſubiecti in materiã, formam, & cõpoſitum eſt analoga.

Exempla Ariſ. ponũ. quæ ꝓportionẽ & nõ identitatem importãt.

D Quare ſi forma prior ſit, & magis ens q̃ materies; & id profecto quod ex utriſq; conſtat prius per rationem eandem erit. Nunc igitur dictum eſt quaſi figura quidnam ſit ipſa ſubſtantia, ubi diximus id eſſe quod non de ſubiecto dicitur, ſed quo de cætera prędicantur. Non ſolum autem hoc pacto dicere de ipſa oportet, quippe cum non ſit ſatis, nam & hoc ipſo obſcurum eſt.

parte. 3 Quare ſi ſpecies materia eſt prior & magis ens, & ipſo quod ex utriſq; prior erit propter eãdem rationem. Nunc quidem igitur typo, id eſt figuraliter dictum eſt quid ſit ſubſtantia, quia ꝙ nõ de ſubiecto, ſed de quo alia. Oportet autem non ſolum ita. Non enim ſufficiens. Ipſum enim hoc manifeſtum.

Tex.c. 8

Comparat partes diuiſionis præmiſſæ adinuicem, & circa hoc tria facit. Primo oſtendit ꝙ forma ſit magis ſubſtantia q̃ compoſitum. Secundo oſtendit ꝙ materia ſit maxime ſubſtantia, quod erat opinio quorundam, ibi: { Et adhuc materia ſubſtantia ſit. } Tertio oſtendit ꝙ tam forma q̃ compoſitum eſt magis ſubſtantia q̃ materia, ibi: { Sed impoſsibile &c. } Dicit ergo primo { ꝙ ſpẽs } .i. forma prior eſt materia. Materia.n. eſt ens in potentia, & ſpẽs eſt actus eius. Actus autem naturaliter prior eſt potentia. Et ſimpliciter loquendo prior tẽpore, qa non mouetur potentia ad actum niſi per ens actu. Licet in vno & eodem quod quandoq; eſt in potentia quandoq; in actu, potentia tempore præcedat actũ. Vnde patet ꝙ forma eſt prior q̃ materia, & etiam eſt magis ens q̃ ipſa, quia propter quod vnumquodq;, illud magis. Materia autem non ſit ens actu niſi per formam. Vnde oportet ꝙ forma ſit magis ens q̃ materia. Et ex hoc ulterius ſequitur ꝙ eadem ratione forma ſit prior compoſito ex utriſq;, inquantum eſt in compoſito aliquid de materia. Et ita participat aliquid de eo quod eſt poſterius ſecundum naturam ſcilicet de materia. Et iterum patet ꝙ materia & forma ſunt principia compoſiti. Principia autẽ alicuius ſunt eo priora. Et ita ſi forma eſt prior materia erit prior compoſito. Et quia poſſet alicui uideri, ꝙ ex quo Philoſophus ponit oẽs modos quibus dicitur ſubſtantia, ꝙ hoc ſufficeret ad ſciendum quid eſt ſubſtantia, ideo ſubiũgit dicens, ꝙ nunc dictũ eſt quid ſit ſubſtantia { ſolum typo } .i. dictum eſt ſolum in vniuerſali ꝙ ſubſtantia eſt illud quod non dicitur de ſubiecto, ſed de quo dicuntur alia. Sed oportet non ſolum ita cognoſcere ſubſtantiam & alias res. ſ. per diffinitionem vniuerſalem & logicam. Hoc enim non eſt ſufficiens ad cognoſcendum naturã rei, quia hoc ipſum quod aſsignatur pro diffinitione tali, eſt manifeſtũ. Non enim huiuſmodi diffinitione tanguntur principia rei, ex quibus cognitio rei dependet, ſed tangitur aliqua cõis conditio rei per quam talis notificatio datur. Deinde cum dicit.

part. 6 Forma eſt prior materia & compoſito.

Et inſuper materia ſubſtantia ſit. Si enim ipſa non ſit ſubſtãtia, quæ nam ſit alia nos præterit atq; fugit. Cęteris nanq; ſublatis, nihil pręter ipſam permanere uidetur. Etenim cætera quidem ſunt corporum paſsiones affectiones potentiæ. Longitudo uero, latitudo, atq; profunditas quantitates quędam, ſed non ſubſtantię ſunt. Quantitas enim ſubſtantiæ rationem non ſubit, ſed cui primo hæc inſunt, id potius ſubſtantia eſt. At uero longitudine, & latitudine, ac altitudine ſublata, nihil pręter id quod ab his definitur reſtare uidemus. Quare ſi hoc conſiderauerimus modo, materiam ſolam ſubſtantiam uideri neceſſe eſt. G

Et adhuc materia ſubſtantia ſit. Si enim non ipſa, quę eſt alia diffugit. Aliis enim ablatis, nil apparet remanens. Nam alię quidem ſunt corporum paſsiones & factiones & potentię. Longitudo uero, latitudo, & profunditas quantitates quædam ſunt, ſed non ſubſtantię. Quantitas enim non ſubſtantia, ſed magis cui inſunt hęc ipſa primum, illud eſt ſubſtantia. At uero ablata longitudine, latitudine, & profunditate, nihil uidemus remanens niſi ſi quid eſt determinatum ab his. Quare materiam neceſſe eſt uideri ſolam ſubſtantiam ſic intendentibus. H

Tex.c. 8 part. 4

Oſtendit ꝙ materia maxime ſit ſubſtãtia, & circa hoc duo facit. Primo ponit rationem antiquorum per quam ponebant materiam maxime & ſolum eſſe ſubſtantiam. Secundo notificat quid ſit materia, ibi: { Dico autem materiã quæ ſm ſe. } Dicit ergo primo, ꝙ non ſolum forma eſt ſubſtantia, & compoſitum, ſed & materia ſit ſubſtantia ſecundum rationem prædictam. Si enim ipſa materia non ſit ſubſtantia, fugit a nobis quæ ſit alia ſubſtantia præter materiam. Quia ſi remoueantur a rebus ſenſibilibus in quibus manifeſte eſt ſubſtantia, alia quæ planum eſt non eẽ ſubſtantiam nihil remanet, ut uidetur niſi materia. In iſtis enim corporibus ſenſibilibus quæ omnes confitentur eſſe ſubſtantias, quædam ſunt ſicut corporum paſſiones, ut calidum, frigidum, & huiuſmodi, de quibus manifeſtum eſt, ꝙ non ſunt ſubſtantiæ. Sunt etiam in eis { quædã factiones } .i. generationes & corruptiones & motus, de quibus etiam planum eſt ꝙ non ſunt ſubſtantiæ. Sunt etiã in eis potẽtiæ quæ ſunt principia ꝑdictarum factionum & motuum. ſ. po

par. ſeq.

E ceritiæ quæ ſunt in rebus ad agendum & patiendum. Has etiã patet non eſſe ſubſtantias, ſed magis ponunt ſub genere qualitatis. Et poſt omnia iſta inueniuntur in corporibus ſenſibilibus dimenſiones. ſ. longitudo, latitudo, & profunditas quæ ſunt quantitates quædam, & non ſubſtantiæ. Quantitas. n. manifeſtum eſt q non eſt ſubſtantia. Sed illud cui prædictæ dimenſiones inſunt ut primum ſubiectum, earum eſt ſubſtantia. Sed remotis iſtis dimenſionib⁹ nihil vr remanere niſi ſubiectũ earũ, quod eſt determinatum & diſtinctum per hmôi dimenſiones. Hæc autem eſt materia. Quantitas. n. dimenſiua vr ineſſe materiæ imediate, cum materia non diuidatur ad recipiendum diuerſas formas in diuerſis ſuis partibus niſi per hmôi quantitatem. Et ideo per hmôi conſiderationem vr neceſſarium eſſe nõ ſolam q materia ſit ſubſtantia, ſed q ipſa ſola ſit ſubſtantia.

Debilitas intellectus deceptis antiquos credi k eẽ materiã eẽ totã ſubſtantiam. Decepit autem antiquos phõs hanc rõnem inducentes, ignorãtia formæ ſubſtantialis. Non. n. adhuc tantum profecerant, ut intellectus eorum ſe eleuaret ad aliquid, quod eſt ſupra ſenſibilia. Et ideo illas formas tm̃ conſiderauerunt, quæ ſunt ſenſibilia propria uel cõia. Hmôi autem manifeſtum eſt eẽ accidẽtia, ut album & nigrum, magnum & paruum, & hmôi. Forma autem ſubſtantialis non eſt ſenſibilis niſi per accidens. Et ideo ad eius cognitionem non peruenerunt, ut ſcirent ipſam a materia diſtinguere. Sed totum ſubiectũ, quod nos ponimus ex materia & forma componi, ipſi dicebant eſſe primam materiam, ut aerem, aut aquam, aut aliquid hmôi. Formas autem dicebant eſſe, quæ nos dicimus accidentia, ut quantitates & qualitates, quorum ſubiectum proprium non eſt materia prima, ſed ſubſtantia compoſita quæ eſt ſubſtantia in actu. Omne. n. accñs, ex hoc eſt, q ſubæ ineſt, ut habitũ eſt. Deĩde cũ dicit.

Materiã autẽ eam dico, quæ neq qd per ſeipſam, neq quãtum, neq aliud quicquã eorũ dicit, quibus id quod eſt definit. Eſt enim quid, quo de uniuerſa hęc prędicãtur, cui⁹ ratio a cuiuſq rõne prędicamenti diuerſa eſt. Nam cætera qdem de ſubſtantia, hæc

L autem de materia prædicantur. Quare ipſum ultimum, neq quid, neq aliud quicquam per ſe eſſe uideatur. At neq etiã negationes. Etenim hæ per accñs cõpetẽt. Ex his igit cõſideratis fit, ut mã ſuba ſit.

Parte 51 Dico autem materiam quæ ſecundum ſe, nec qd, nec quantitas, nec aliud aliquid eorum dicitur, quibus eſt ens determinatum. Eſt enim quoddam, de quo prędicatur horum quodlibet, cui eſt eſſe alterum & categoriarum unicuiq. Alia namq de ſubſtantia prędicantur, hęc uero de materia. Quare quod eſt ultimum ſm ſe, neq quid, neq quantitas, neq aliud aliquid eſt. Neq utiq negationes. Etenim erunt hę ſecundum accidens. Ex his ergo ſpeculantibus accidit ſubſtantiam eſſe materiam.

Quia ratio prædicta oſtendens ſolam materiam eſſe ſubſtantiam, uidetur proceſſiſſe ex ignorantia materiæ, ut dictum eſt,

M ideo phr dicit quid ſit materia ſm rei ueritatem, prout declaratum eſt in primo phyſi. Materia. n. in ſe non põt ſufficienter cognoſci niſi per motum, & eius inueſtigatio præcipue uidet ad naturalem pertinere. Vnde & Phs accipit hic de materia quæ in phyſicis ſunt inueſtigata dicens: Dico aũt materiã eſſe { quæ ſm ſe, } .i. ſm ſui eſſentiam conſiderata, nullatenus eſt { neq quid, } .i. neq ſubſtantia, { neq qualitas, neq aliquid aliorũ generum quibus ens diuiditur uel determinatur. } Et hoc præcipue apparet motu. Oportet. n. ſubiectum mutationis & motus alterum eſſe, per ſe loquendo, ab utroq terminorum motus, ut probatum eſt primo phyſi. Vnde cum materia ſit primum ſubiectum ſubſtans non ſolũ motibus, qui ſunt ſm qualitatem & quantitatem & alia accidentia, ſed etiam mutationibus quæ ſunt ſm ſubſtantiam, oportet q materia ſit alia ſm ſui eſſentiam ab omnibus formis ſubſtantialibus & earum priuationibus, quæ ſunt termini generationis & corruptionis, & non ſolum q ſit aliud a quantitate, & qualitate & aliis accidentibus. Attamen diuerſitatem materiæ ab omnibus formis non

Te. cõ. 79

Materia quid.

Te. cõ. 64 & 5 phy. T cõ 2. Diuerſitatẽ materiæ ab õibus formis pbat phs p uiã prædicationis.

N probat Phs per uiã motus, quæ quidẽ probatio eſt per uiam naturalis phiæ, ſed per uiam pdicationis quæ eſt propria logicæ, quam in quarto huius dicit affinem eſſe huic ſciæ. Dicit ergo q oportet aliquid eſſe de quo omnia pdicta prædicẽtur, ita tamen q ſit diuerſum eſſe illi ſubiecto de quo prædicantur, & vnicuiq eorum quæ de { ipſo prædicãtur } .i. diuerſa quidditas & eſſentia. Sciendum autem eſt q id quod hic dicitur, non poteſt intelligi de vniuoca pdicatione ſm q genera pdicantur de ſpẽbus, in quarũ diffinitionibus ponuntur: quia nõ eſt aliud per eſſentiam animal & hõ. Sed oportet hoc intelligi de denominatiua pdicatione, ſicut cum album pdicat de homine. Alia enim quidditas eſt albi & hominis. Vnde ſubiungit q alia genera pdicantur hoc modo de ſubſtantia. ſ. denominatiue, ſubſtantia uero prædicatur de materia denominatiue. Nõ eſt ergo intelligendum q ſubſtantia actu exiſtẽs (de qua hic loquitur) de materia pdicetur pdicatione vniuoca, ſiue quæ eſt per eſſentiam. Iam enim ſupra dixerat q materia non eſt quid, neq aliquid aliorum. Sed intelligendum eſt denominatiuam pdicationem, per quem modum accidentia de ſubſtantia pdicantur. Sicut. n. hæc eſt uera, homo eſt albus; non autem hæc, homo eſt albedo, uel humanitas eſt albedo: ita hæc eſt uera, hoc materiatum eſt homo, non autem hæc materia eſt hõ, uel materia eſt humanitas. Ipſa ergo concretiua ſiue denominatiua prædicatio oſtendit, q ſicut ſubſtantia eſt aliud per eſſentiam ab accidentibus, ita per eſſentiam aliud eſt materia a formis ſubſtantialibus. Quare ſequetur q illud quod eſt ultimum ſubiectum per ſe loquendo, { neq eſt quid } .i. ſubſtantia, neq quãtitas, Neq aliquid aliud quod ſit in aliquo genere entium. Neq ipſæ negationes põt p ſe pdicari de materia. Sicut. n. formæ ſunt pter eſſentiã materiæ, & ita quodãmõ ſe hñt ad ipſam p accñs, ita & negationes formarũ q ſunt ipſæ priuationes, ſm accñs inſunt materiæ, Si. n. per ſe ineſſent materiæ, nunquam formæ in materia poſſent recipi ſaluata materia. Hoc autẽ dicit Philoſophus ad remouẽdum opinionem Platonis, qui non diſtinguebat inter priuationem & materiam, ut in. 1. phyſi. habetur. Cõcludit etiam finaliter q conſiderantibus ſm prædictas rationes accidit ſolam materiam eſſe ſubſtantiam, ut prius inducta ratio concludebat. Deinde cum dicit.

Ter. cõ. 5.

O Denominatiua prædicatio dũ ſubiectum & prædicatũ ...

P

At eſſe non poteſt. Etenim ſeparabile atq hoc aliquid, ſubſtantię maxime uidentur competere, quapropter forma & id quod ex utriſq conſtat, ſubſtantia magis q materia uidebitur eſſe.

Sed impoſsibile. Etenim ſeparabile & hoc aliquid, ineſſe uidentur maxime ſubſtantię, quapropter ſpecies & quod ex ambobus, ſubſtantia uidebitur eſſe magis quàm materia.

Oſtendit contrarium huius concluſionis dicens, q impoſſibile eſt ſolam materiam eſſe ſubſtantiam, uel ipſam etiam eſſe maxime ſubſtantiam. Duo enim ſunt quæ maxime propria uidentur eſſe ſubſtantiæ, quorum vnum eſt q ſit ſeparabilis. Accidens enim non ſeparatur a ſubſtantia, ſed ſubſtantia poteſt ſeparari ab accidente. Aliud eſt q ſubſtantia eſt hoc aliquid demonſtratum. Alia enim genera non ſignificant hoc aliquid. Hæc autem duo. ſ. eſſe ſeparabile & eſſe hoc aliquid, non conueniunt materiæ. Materia enim non poteſt per ſe exiſtere ſine forma per quam eſt ens actu, cum de ſe ſit in potentia tãtum. Ipſa etiam non eſt hoc aliquid niſi per formam per quam fit actu. Vnde eſſe hoc aliquid maxime competit compoſito. Et ideo patet { q ſpecies } .i. forma, & { compoſitum ex ambobus } ſcilicet ex materia & forma, magis uidetur eſſe ſubſtantia q materia, quia compoſitum & eſt ſeparabile, & eſt hoc aliquid. Forma autem & ſi non ſit ſeparabilis, & hoc aliquid, tamen per ipſam compoſitum fit ens actu, ut ſic poſsit eſſe ſeparabile, & hoc aliquid. Deinde cum dicit.

Oñdit contra antiquos materiã nõ eſſe maxime ſubſtantiam.

Q

Ea igitur ſubſtantia quę ex utriſque, ex materia inquam, formaq conſtat, omittenda. Eſt enim poſterior atque clara. Manifeſta etiam quodammodo & ipſa materies eſt. De tertia uero conſiderare oportet. Hęc enim eſt maxime dubia.

A

Te.cõ 9. part. 8

Attamen eam quę nũc ex ambobus ſubſtantiam, dico aũt eam quę ex materia & forma, dimittẽdum. Poſterior.n. eſt & apta. Manifeſta aũt aliqualiter & materia. De tertia autem perſcrutandum. Hęc nãq; maxime dubitabilis.

Dupliciꝰ rõne de ſola ſuba pars ꝑ forma dicitur pricipaliter proſequendũ eſt.

Oſtendit qũo ſit procedendum circa partes huius diuiſionis ſubſtantiæ, quã proſecutus eſt, prout.ſ. diuiditur in materiam & in formam & cõpoſitum: & dicit ꝙ licet tã ſpẽs q̃ compoſitum ſit magis ſubſtantia q̃ materia, tñ ad pñs dimittẽda eſt ſubſtantia quæ { Ex ambobus cõpoſita } .ſ.ex materia & forma. Et hoc ꝑpter duas rõnes. Vna ratio eſt, quia ipſa eſt poſterior ſm naturam utraq;.ſ.q̃ materia & q̃ forma, ſicut cõpoſitum eſt poſterius ſimplicius ex quibus componitur. Et ideo cognitio materiæ & formæ præcedit cognitionẽ ſubſtantiæ compo B ſitæ. Alia ratio eſt, quia hmõi ſubſtantia { eſt aperta } .i.manifeſta, cum ſenſui ſubiaceat. Et ideo circa eius cognitionem non oportet ĩmorari. Materia aũt licet non ſit poſterior, ſed quodã mõ prior, tñ aliqualiter eſt manifeſta. Dicit aũt { aliqualiter } C quia ſm eſſentiam ſuam non habet vnde cognoſcat, cum cognitionis principium ſit forma. Cognoſcitur aũt per quandam ſimilitudinem proportionis. Nam ſicut hmõi ſubſtantiæ ſenſibiles ſe hñt ad formas artificiales, ut lignũ ad formã ſcãni, ita prima materia ſe habet ad formas ſenſibiles. Propter quod dicitur primo Phyſi. ꝙ materia prima eſt ſcibilis ſecũdum analogiam. Et ideo reſtat de tertia perſcrutãdum .ſ. de forma, q̃a iſta eſt maxime dubitabilis. Deinde cum dicit.

Te.cõ 69

Atq; cum ſubſtantię quędam ſenſibilium rerum conſenſu omnium ſint in hiſce, primum ipſam quęramus, ac contemplemur oportet.

parti. 9

Confitentur autem ſubſtantias eſſe ſenſibilium quidam, quare quęrendum in his prius.

C

Secũda pricipalis ſubſtantiæ diuiſio

Prĩo de ſenſibilibꝰ ſubſtantiis determinãdũ eſt.

Oſtendit modũ & ordinẽ, & qũo procedendũ ſit circa partes tertiæ diuiſionis ſubſtãtiæ, prout ſubſtantia.ſ.diuidiſ in ſubſtantias ſenſibiles & inſenſibiles. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit ꝙ de ſubſtantiis ſenſibilibus prius eſt agendum, quia hmõi ſubæ ſenſibiles ſunt confeſſæ apud oẽs. Omnes.n. confitentur quaſdam ſenſibiles eẽ ſubſtantias. Subſtantias aũt non ſenſibiles, non omnes confitentur. Vnde prius quærẽdum eſt de ſubſtantiis ſenſibilibus, ſicut de notioribus. Secũdo ibi.

Quoniã aũt in principio quot modis ſubãm definimus diſtinximus, atq; horũ unus eſſe ipſa qdditas uidebaſ, de ipſa nũc contẽplandum eſſe uidetur.

Te.cõ.10 part.10

Quoniam aũt in principio diuiſimꝰ quot modis determinauimus ſubſtãtiam, & horum unũ uideſ eſſe quodquideratesse, ſpeculandum eſt de ipſo.

D

Oſtendit quid de ſubſtantiis ſenſibilibus ſit determinãdum, & dicit ꝙ cũ prius diuiſum ſit, quot modis dicatur ſubſtantia, inter iſtos modos vnus modus eſt prout quodquideratesse.i. quidditas & eſſentia rei dicitur ſubſtantia. Vnde ſpeculandum eſt de iſta primo, oſtendendo, ſcilicet quidditates ſubſtantiarum ſenſibilium. Tertio ibi.

Operæpretium.n.ex notioribus nobis ad notiora ſimpliciter ꝑficiſci. Diſcũt.n.oẽs hoc mõ, ex minꝰ notis naturę ad magis nota ꝑficiſcẽtes. Atq; ut in rebus agẽdis hoc opus eſt, ut ex hiſce quę cuiq; bona ſunt, ea quę ſunt oĩno bona efficiant: ſic ex cuiq; notioribꝰ ea q̃ ſunt nota naturę, cuiq; efficiẽda ſunt nota. Ea uero q̃ ſingulis nota primaq; ſunt, paꝝ perſępe ſunt nota, & paꝝ aut nihil ueritatis nimirũ habẽt. Attamen ex hiſce q̃ praue qdẽ ſunt nota, ipſi aũt nota, enitẽdũ eſt ea q̃ oĩno ſunt nota cognoſcere, ad hęc ipſa per illa proficiſcẽti, quẽadmodum diximus.

part.11

Prępropere.n.trãſeundũ ad id quod notius eſt. Diſciplina.n.ita fit oĩbus per minus nota naturę, ad nota magis. Et hoc opus eſt, quẽadmodũ in actibus facere ex uniuſcuiuſq; bonis, totalr bona & unicuiq; bona: ſic ex ipſis notioribus quę naturę quidem nota, ipſi nota. Quæ autem ſingulis nota & prima, multotiens debiliter nota, & parum aut nihil entis habent. Attamen ex male quidem noſcibilibus, ipſi autem noſcibilibus, quę omnino noſcibilia noſcere tentandum, procedentes ſicut dictum eſt ꝑ hęc ipſa.

E

Hic accipe vnũqdq; cognoſcẽdũ eſt ...

Rõ præmiſſi ordinis.

Aſſignat rationem præmiſſi ordinis, & dicit ꝙ ideo prius dicẽdum eſt de eſſentiis ſubſtãtiarum ſenſibilium, quia hoc eſt { præopere } .i.ante opus, ſicut præparatorium & neceſſariũ ad opus, ut ex his ſubſtantiis ſenſibilibus quæ ſunt magis manifeſtæ quo ad nos, tranſeamus ad illud quod { eſt notius ſimpliciter & ſecundum naturam } .i.ad ſubſtantias intelligibiles, F de quibus principaliter intendimus. Ita.n.fit diſciplina in omnibus rebus ſiue omnibus hoibus, per ea quæ ſunt minus nota ſecundum naturam, ꝑcedendo ad ea quæ ſunt magis nota ſecundum naturam. Cũ enim omnis diſciplina fiat per ea quæ ſunt magis nota addiſcenti, quem oportet aliqua ꝑcognoſcere ad hoc ut addiſcat, oportet diſciplinã noſtram procedere ꝑ ea quæ ſunt magis nota quo ad nos, quæ ſunt ſæpe minus nota ſecundum naturam ad ea quæ ſunt notiora ſecũdum naturam, nobis autem minus nota. Nobis.n.quorum cognitio a ſenſu incipit, ſunt notiora quæ ſunt ſenſui propinquiora. Secundum autem naturam ſunt notiora, quæ ex ſui natura ſunt magis cognoſcibilia. Et hæc ſunt, quæ ſunt magis entia & magis actualia. Quæ quidem ſunt remota a ſenſu. Formæ autem ſenſibiles ſunt formæ in materia. Et ideo in diſciplinis oportet ꝑcedere ex minus notis ſecundum naturam ad magis nota. { Et hoc opus eſt, } .i.neceſſarium eſt hoc facere { ſicut in actibus, } hoc eſt in artibus uel potentiis actiuis, in q̃bus { Ex bonis vniuſcuiuſq; } .i.ex his quæ ſunt bona iſti & illi, ſiunt ea quæ totaliter { ſunt, } .i. vlr bona & per ꝯñs vnicuiq; bona. Militaris.n. G peruenit ad uictoriam totius exercitus, quæ eſt quoddam bonum cõe ex ſingularibus uictoriis huius & illius. Et ſimiliter ædificatiua ex cõpoſitione horum lapidum & illorũ, peruenit ad conſtitutionem totius domus. Et ſimiliter oportet in ſpeculatiuis, ex his quæ ſunt notiora ipſi.ſ. addiſcenti, ꝑuenire oportet ad ea quæ ſunt naturæ nota, quæ etiã ſiunt ultimo ipſi addiſcenti nota. Hoc autem non eſt propter hoc ꝙ illa quæ ſunt magis nota huic uel illi, ſint ſimplr magis nota, quia illa quæ ſunt { ſingulis nota, } .i.quo ad hunc & illũ, & prima in cognitione eorum, ſunt multotiens debiliter nota ſm naturam. Et hoc ideo quia parum uel nihil hñt de entitate. Secũdum.n. ꝙ aliquid eſt ens, ſecũdum hoc eſt cognoſcibile. Sicut patet ꝙ accidentia & motus & priuationes parum aut nihil hñt de entitate, & tñ, iſta ſunt magis nota quo ad nos q̃ ſubſtantiæ rerum, quia ſunt uiciniora ſenſui, cum per ſe cadẽt ſub ſenſu quaſi ſenſibilia propria uel cõmunia. Formæ autem ſubſtantiales per H accidens. Dicit autem { multotiens } quia quandoq; eadem ſunt magis nota & quo ad naturam & ſm nos, ſicut in mathematicis quæ abſtrahunt a materia ſenſibili. Et ideo ibi ſemper proceditur a notioribus ſm naturam, quia eadem ſunt notiora quo ad nos. Et licet illa quæ magis ſunt nota quo ad nos, ſint debiliter nota ſm naturam, tñ ex huiuſmodi male notis ſm naturam, quæ tamen ſunt magis noſcibilia ipſi diſcenti, tentandum eſt cognoſcere illa quæ ſunt { omnino } .i. vlr & perfecte cognoſcibilia, procedentes ad ea cognoſcenda per hæc ipſa quæ ſunt debiliter nota ſm ſe, ſicut iam dictũ eſt. Lec. III.

In mathe. eadẽ ſunt notiora nobis & naturæ.

Atque primo de ipſa, quædam diſſerendi modo dicamus. Quidditas eſt id, quod dicitur unumquoq; per ſe. Non enim eſſe tui, eſſe muſici eſt: qppe cum non per teipſum, muſicus ſis.

Te.cõ. 11 part.1

ET primo dicemus quædam de eo logice. Quod eſt quodquideratesse, unum quodq; quod dicitur ſm ſe. Non enim eſt tibi eſſe, muſicum eẽ. Non enim ſecundum teipſum es muſicus. Quod ergo dicitur ſecundum teipſum.

A tatem inquirit. Sicut enim in ſubſtantiis ſenſibilibus compoſitis eſt materia quæ ſubiicitur formæ ſubſtantiali, ita etiā alia prædicamenta habent ſuum ſubiectum. Eſt enim aliquod ſubiectum unicuiq; eorum, ſicut qualitati et quantitati et quādo & ubi & motui, ſub quo comprehenditur agere & pati. Vnde ſicut quoddam compoſitum ē ignis ex materia & forma ſubſtantiali, ita eſt quædam compoſitio ex ſubſtantiis & accidentibus. Et ideo perſcrutandum eſt cum aliqua ſit diffinitio ſubſtantiarum compoſitarum ex formis & materiis, ſi ēt cuiuſcunq; iſtorum compoſitorum ex accidentibus & ſubiectis { eſt ratio eius quodquideratesse } .i. ſi habent diffinitionem quæ eſt ratio ſignificans quodquideratesse. Et iterum ſi eſt in eis { hoc ipſum quodquideratesse } quod ſignificat diffinitio .i. ſi habent aliquam quidditatem ſiue aliquid quod poteſt reſpōderi ad quid. Sicut hoc ipſum quod eſt albus homo, eſt quoddam compoſitum ex ſubiecto & accidente, utrum
B ſcilicet albo homini ſit quodquideratesse ei inquantum huiuſmodi. Et quia forte aliquis poſſet dicere ꝙ albus homo ſunt duæ res & non una, ideo ſubiungit, ꝙ hoc ipſum quod dico albus homo, habeat unum nomen, quod cauſa exempli ſit ueſtis. Et tunc quæſtio erit de iſto uno, ſcilicet de ueſte utrū habeat quodquideſt, ut poſſumus dicere quid eſt ueſtem eſſe? Tunc enim ſicut hoc nomē homo ſignificat aliquid cōpoſitum. ſ. animal rationale, ita & ueſtis ſignificat aliquid cōpoſitum ſ. hominem album. Et ita ſicut homo habet diffinitionem, ita ueſtis poterit habere diffōnem, ſicut uidetur.

Deinde cum dicit.

At enim neq; hoc eſt ex eorum numero, quę per ſe eſſe dicuntur. An id quod non per ſe eſt dupliciter dicitur, & aliud eſt ex additione, aliud non eſt ex additione. Quoddam enim ex eo dicitur id qđ diffinitur, quia ipſum alii additur: ueluti ſi quiſpiā album diffiniēs albi rationē hominis dicat. Quoddam ex eo dicitur, quia aliud ipſi non additur: ueluti ſi ueſtimentum quidem hominem album ſi-
C gnificet, ipſum autē quiſpiam ut album diffiniat. Albus igitur homo eſt quid album, non tamen ipſius quidditas eſt eſſe albi, ſed ueſtimenti. At eſt ne quidditas quædam, aut ſimpliciter, aut non eſt? Quidditas enim cuiuſq; ſubſtātia eſt. Cum autem aliud de alio dicitur, non eſt proprie hoc aliquid, ſi ipſum hoc aliquid ſubſtantiis tantummodo competit. Quare quidditas eſt eorum, quorum ratio diffinitio eſt. Diffinitio uero eſt, non ſi nomen idē quod ratio ſignificat. Omnes enim rationes eſſent utiq; diffinitiones. Sit enim cuius rationi poſitū nomen. Quare & ilias diffinitio erit, ſed ſi alicuius ſit primi. Talia uero ſunt ea quæ dicuntur non ex eo quia aliud dicitur. Nulli ergo ſpecierum quæ non ſub genere ſunt, quidditas competit, ſed hiſce ſolum. Eę nanq; per participationem, paſſionēue, neq; ut accidens dici uidentur. Sed ratio quidē,
D & cuius cęterorum erit quid nomen ſignificat, ſi ſit nomen, hoc inquam huic ineſſe: aut pro oratione ſimplici magis exacta. Diffinitio uero non erit, neq; quidditas ſane.

Parte:4. At uero ſecundum ſe dictorum nec hoc. Aut ipſum non ſecundum ſe dicitur dupliciter. Et huius eſt aliquod quidem ex additione, illud uero non. Hoc quidem enim ex eo dicitur quod diffinitur, ꝙ ipſum alii additur. Vt ſi albo eſſe diffiniens, dicat albi hominis rationem. Hoc autem eo ꝙ aliud ipſi. Vt ſi ſignificat ueſtis album hominem, diffiniat ueſtem, ut album. Albus itaq; homo eſt quid albū, non tamen quodquideratesse albo eſſe, ſed ueſti eſſe. Ergo eſt quodquideratesse aliquid, aut totaliter, aut non. Quod quidem eſt quodquideratesse eſt id quod aliquid erat eſſe. Quando uero aliud E de alio dicitur, non eſt quod quidem aliquid hoc aliquid: ut albus homo, non eſt ꝙ uere hoc aliqd. Si quidem eſſe hoc, ſubſtantiis ſolum ineſt. Quare Te.c6.13. quodquideratesse eſt quorumcunq; ratio eſt diffinitio. Diffinitio uero eſt non ſi nomen rationi idē ſignificet. Omnes enim eſſent rationes termini. Erit enim nomen quod cuilibet rationi idem. Quare & ilias diffinitio erit. Sed ſi primi alicuius fuerit. Talia uero ſunt quæcunq; dicunt, non eo ꝙ aliud de alio dicatur. Non erit igitur non generis ſpecierum exiſtens quodquideratesse, ſed his Te.c6.14. ſolum. Hæc nanq; uidetur non ſecundum participationem dici, & paſſionem, nec ut accidens. Sed ratio quidem erit cuiuslibet & aliorum quid ſignificat ſi eſt nomen, quia hoc huic ineſt, aut pro ſermone ſimplici certior. Diffinitio uero non erit, nec quodquideratesse. F

Soluit prædictam qōnem, & diuiditur hæc pars in duas partes ſm ꝙ duas ponit ſolōnes. Secunda pars incipit, ibi: { Aut & diffinitio ſicut & quodquid. } Dicit ergo primo, ꝙ Te. ſe. pa. hoc ipſum quod dico albus homo ſiue ueſtis, quæ hoc ponit ſignificare, non eſt aliquod eorum quæ dicūtur ſm ſe, immo eſt aliquid eorum quæ dicuntur per accidens. Hoc enim qđ eſt homo albus, eſt unum per accidens, & non per ſe, ut ſuperius eſt habitum. Quod autem aliquid dicatur alteri eſſe Lectio. 5. unum per accidens eſt dupliciter, ut uno modo homo eſt al- Tex.c 7. bus, & alio modo album eſt homo. Horum enim aliud quidem eſt ex additione, aliud uero non. In diffinitione enim hominis non eſt neceſſarium ꝙ additur diffinitio albi, uel nomen eius. In diffinitione uero albi neceſſe eſt ꝙ ponatur homo uel nomen hominis uel eius diffinitio, ſi homo proprium ſubiectum eius eſt, uel aliquid aliud quod eſt eius proprium ſubiectum. Et ideo ad hoc exponēdum ſubiungit ꝙ iſtorum G duorum quæ dicuntur non ſm ſe, unum adiungitur alteri, eo ꝙ ipſum accidens additur illi ſubiecto quod in accidentis diffinitione ponitur cum diffinitur. Sicut ſi aliquis diffiniat album, oportet ꝙ dicat rationē hominis albi, quia oportet ꝙ in diffinitione accidentis ponatur ſubiectum. Et tunc diffinitio complectitur hominem album. Et ſic erit quaſi ratio hominis albi, & non albi tantum. Et hoc intelligendum eſt ut dictum eſt, ſi homo ſit proprium & per ſe ſubiectum albi. Hoc autem adiungitur alteri per accidens, non quia ipſum apponantur in diffinitione alterius, ſed quia aliud apponitur ipſi in ſua diffinitione: ſicut album adiungitur homini per accidēs, non ꝙ ponatur in diffinitione hominis, ſed quia homo ponitur in diffinitione eius. Vnde ſi hoc nomen ueſtis ſignificat hominem album, ſicut poſitum eſt, oportet ꝙ ille qui diffinit ueſtem, eodem modo diffiniat ueſtem ſicut diffinitur album. Nam ſicut in diffinitione ueſtis oportet ꝙ ponatur & homo & aliud, ita in diffinitione albi oportet quod ponatur utrunq;. Itaq; ex dictis patet ꝙ album prædicatur de homine albo. Hæc enim eſt uera, albus homo eſt albus, & econtrario. Tamen hoc ipſum quod eſt album eſſe hominem, non H eſt quodquideratesse albo. Sed neq; ueſti quæ ſigſiat compoſitum hoc quod eſt albus homo, ut dictū eſt. Sic igitur patet ꝙ non pōt eſſe idem quodquideratesse eius quod eſt album, & eius quod eſt albus homo ſiue ueſtis, per hoc ꝙ albū etiāſi prædicetur de albo hoīe, non tñ eſt quodquideſt eſſe eius. Itē patet ꝙ ſi album habet quodquideratesse & diffōnem, nō habet aliam ꝗ illam quæ eſt albi hoīs, quia cum in diffōne accidentis ponatur ſubiectum, oportet ꝙ hoc modo diffiniaſ album, ſicut albus hō, ut dictum eſt. Et hoc ſic patet, qa hoc ꝙ eſt albū non habet qđquideratesse, ſed ſolū hoc de quo dr. ſ. hō uel hō albus. Et hoc eſt ꝙ dicit. { Ergo eſt qđquideratesse aliquid aut totalr, aut non } .i. ergo ex pdictis ſequiſ ꝙ qđquideratesse, nō eſt niſi eius qđ eſt aliquid, ſiue illud { aliquid ſit totalr } .i. cōpoſitū ut hō albus, ſiue non totalr, ut homo. Album aūt non ſignificat aliquid, ſed aliquale. Et ꝙ id quod-

I quideratesse non ſit niſi eius quod eſt aliquid, ex hoc patet q quidem quodquideratesse, eſt quod aliquid erat eſſe. Eſſe enim quid, ſignificat eſſe aliquid. Vnde illa quæ non ſignificant aliquid, non habent quodquideratesse. Sed qñ aliquid de aliquo dicitur ut accidens de ſubiecto, non eſt hoc aliquid, ſicut cum dico homo eſt albus, non ſignificatur q ſit hoc aliquid, ſed q ſit quale. Eſſe enim hoc aliquid cõuenit ſolis ſubſtantiis. Et ita patet q album & ſimilia non poſſunt habere quodquideratesse. Sed quia aliquis poſſet dicere, q ſicut inueniuntur aliquæ rões nominum ſignificantium ſubſtantiam ita inueniuntur aliquæ rões nominum ſignificantium accidentia, ideo concludit q quodquideratesse nõ eſt oium quæ habent qualemcunq; rationem notificantem nomen, ſed eorum ſolum quorum ratio eſt diffinitio. Ratio autem alicuius diffinitiua non eſt ſolum ſi ſit talis ratio quæ ſignificat idem cum nomine, ſicut hoc quod dico armagerens ſignificat idẽ cum armigero, quia ſic ſequæretur q omnes rationes eſſent

k { termini } ideſt diffinitiones. Poteſt enim poni cuilibet rationi nomen, ſicut poteſt poni huic rationi q eſt homo ambulans, uel homo ſcribens, nec tamen propter hæc ſequitur q illa ſint diffinitiones, quia ſm hoc ſequeretur q { etiam ilias } ideſt poema factum de bello Troiano eſſet una diffinitio. Eſt enim totum illud poema una ratio exponens bellum Troianum. Patet igitur q non quæcunque ratio ſignificans idem cum nomine eſt eius diffinitio, ſed ſolum eſt diffinitio ſi { fuerit alicuius primi } ideſt ſi ſignificet aliquid per ſe dictũ. Hoc enim eſt primum in prædicationibus quod per ſe prædicatur. Talia uero ſcilicet prima ſunt quæcunq; prædicantur per ſe, & non quia aliud de alio dicitur. Sicut album prædicatur de homine non per ſe, quaſi ſit idem quod album & quod homo, ſed prædicantur de ſeinuicem per accidens. Animal uero prædicatur de homine per ſe, & ſimiliter rationale de animali. Et ideo hoc q dico animal rationale, diffinitio eſt hominis. Sic ergo patet q quodquideratesse non erit alicui quod

L non ſit de numero ſpecierum alicuius generis, ſed { ſolum his } ideſt ſolum ſpeciebus. Species enim ſola diffinitur, cum omnis diffinitio ſit ex genere & differentiis. Illud autem qđ ſub genere continetur, & differentiis cõſtituitur, eſt ſpecies. Et ideo ſolius ſpeciei eſt diffinitio. Sole enim ſpecies uidentur dici non ſecundum participationem, & paſſionem, nec ut accidens. In quo remouet tria quæ uidentur impedire q aliqd non diffiniatur per aliquod genus. Primo nanq; ea de quibus genus prædicatur ſm participationem, non poſſunt diffiniri per illud genus niſi ſit de eſſentia illius diffiniti. Sicut ferrum ignitum de quo ignis per participationem prædicatur, non diffinitur per ignem ſicut genus, quia ferrum non eſt per eſſentiam ſuam ignis, ſed participat aliquid eius. Genus autem non prædicatur de ſpeciebus per participationem, ſed per eſſentiam. Homo enim eſt animal eſſentialiter, non ſolum aliquid animalis participans. Homo enim eſt quod uerum eſt animal. Item ſubiecta prædicantur de propriis paſſionibus, ſicut naſus de ſimo, & tamẽ eſſentia naſi nõ eſt eſſentia ſimi.

Sola ſpẽs ſubſtantiæ ꝓpríe diffinitur.

Ex tribus cõtingit ali quid ñ diffiniri p aliquod gen⁹

M Species enim non ſe habent ad genus ſicut propria generis paſſio, ſed ſicut id quod eſt per eſſentiam idem generi. Poteſt etiam album prædicari de homine per accidens, nec eſſentia hominis eſt eſſentia albi, ſicut eſſentia generis eſt eſſentia ſpeciei. Vnde uidetur q ſola ratio ſpeciei quæ ex genere & differentiis conſtituitur ſit diffinitio. Sed in aliis quidem ſi eſt eis nomen poſitum, poteſt eſſe ratio declarans quid ſignificat nomen. Quod quidem contingit dupliciter. Vno modo ſicut quando nomen minus notum manifeſtatur per magis notum quod de eo prædicatur, ut ſi hoc nomen philoſophia notificetur per hoc nomen ſapientia. Et hoc eſt quod dicit. { Quod autem huic ineſt } ſcilicet quando ratio exponens nomen accipitur, ab aliquo nomine notiori quod prædicatur de eo. Alio modo quando accipitur ad expoſitionem nominis ſimplicis aliqua oratio notior, ſicut ſi ad exponendum hoc nomen philoſophus, accipitur hæc oratio amator ſapiẽtiæ. Et hoc eſt quod dicit. { Aut pro ſermone ſimplici } quaſi ad expoſitionem huius ſimplicis dictionis, certior oratio accipitur. Tamen talis ratio non erit diffinitio, nec id quod per eam ſignificatur erit quodquideratesse. Lec. IIII.

Alia a ſpẽ pñt hře qđ nois dupř.

An ut & ipſum quid eſt, ſic & diffinitio multipliciter dicitur. Etenim ipſum quid eſt, uno quidem modo ſubſtantiam, & hoc aliquid ſignificat. Alio uero modo, unumquodq; eorum quę prędicãtur, quantum inquam, quale, & alia huiuſmodi. Vt.n. & ipſum quod eſt, omnibus quidem, ſed non ſimiliter competit, ſed alicui primo, cęteris loco ſecundo ſic & ipſum quid eſt, abſolute quidem ſubſtantię, cęteris autem ex parte aliqua competit. Nam & ipſum quale, quidnam ſit interrogare poſſumus. Quare eſt quidem & ipſum quale quid eſt. At nõ ſimpliciter, ſed ut id quod haud eſt differendo quidam inquiunt eſſe, non ſimpliciter, ſed non ens: ſic & ipſum quale dicimus quidem quid eſt, ſed non ſimpliciter, ut diximus. M

Aut & diffinitio ſicut & quodquideſt multipliciter dicitur. Etenim quodquideſt, uno modo ſignificat ſubſtantiam & hoc aliquid. Alio uero modo quodcunque prędicamentorum, quantitatem, & qualitatem, & alia quęcunq; talia. Sicut enim ens exiſtit in omnibus, ſed non ſimiliter, ſed hoc primum, illud uero conſequenter, ita & quodquideſt, ſimpliciter quidem ſubſtãtię: alio uero modo aliis. Etenim qualitatẽ dicemus utiq; quid eſt. Quare & qualitas eorum quę quid eſt, ſed non ſimpliciter. Sed ſicut de non ente, logice dicunt quidam non ens eſſe, non ſimpliciter, ſed non ens, ſic & qualitatem. O

parti.

HIC ponit ſecundã ſolonem propoſitæ qõnis, & circa hoc tria facit. Primo ponit ſolonem. Scđo probat eã. ibi { Illud aũt palam &c. } Tertio remouet quaſdam dubõnes quæ poſſent ex prædictis oriri. ibi { Habet aũt dubõnem. } Circa primum duo facit. Primo oñdit qño diffõ & quodquid eſt inuenitur in ſuba & accñtibus. Scđo qño de utriſq; pdicetur. ibi { Oportet quidem igitur intendere. } Dicit ergo primo, quod dicendum eſt ſicut in pdicta ſolone eſt dictum, q quodquideſt & diffõ non ſit accñtium, ſed ſubarum: aut oportet ſm alium modum ſoluendi dicere, q diffõ dr multipliciter ſicut & quodquideſt. Ipſum.n. quodquideſt, uno mõ ſigñat ſubam & hoc aliquid. Alio modo ſigñat ſingula aliorũ pdicamentorum, ſicut qualitatem & q̃titatem & alia hmõi talia. Sicut aũt ens prædicatur de oibus prædicamentis, non aũt ſilr ſed primum de ſuba, & per poſterius de aliis pdicamẽtis, ita & quodquideſt, ſimplr conuenit ſubæ { aliis autẽ alio modo, } .i. ſm quid. Quod.n. { aliquo modo, } .i. ſm quid aliis conueniat quid eſt, ex hoc patet, q in ſingulis pdicamentis rñdetur aliquid ad qõnem factã per quid. Interrogamus .n. { de quali ſiue qualitate quid eſt } ſicut quid eſt albedo, & rñdemus q eſt color. Vnde patet q qualitas eſt de numero eorum in quibus eſt quodquideſt. Non tñ ſimplr in qualitate eſt quid eſt, ſed quid eſt qualitatis. Cum.n. quæro quid ẽ homo, & rñdetur aial, illud aial, quia eſt in genere ſubſtantiæ, non ſolum dicit quid eſt homo, ſed ẽt abſolute ſigñat qd, .i. ſubſtantiam. Sed cum quæritur quid eſt albedo, & rñdetur color, licet ſignificet quid eſt albedo, non tñ abſolute ſigñat quid, ſed quale. Et ideo qualitas non habet quid ſimplr, ſed ſm quid. Inuenitur.n. in qualitate quid hmõi. Vt cũ dicimus q color eſt quid albedinis. Et hoc quid, magis eſt ſubſtantiale q̃ ſubſtantia. Propter hoc.n. q oia alia prædicamenta habẽt rõnem entis à ſubſtantia ideo modus entitatis ſubſtantiæ.ſ. eſſe quid, participatur ſm quandam ſilitudinem proportiõis in omnibus aliis prædicamentis. Vt dicamus quód ſicut aial eſt quid hois, ita color albedinis, & numerus dualitatis, & ita dicimus qualitatem habere quid non ſimpliciter, ſed huius. Sicut aliquid dicunt logice de non ente loquentes, non ens eſt, non quia non ens ſit ſimpliciter, ſed quia non ens eſt non ens, & ſimpliciter qualitas non habet quid ſimpliciter, ſed qđ qualitatis. Deinde cum dicit. Q

Infra par. 3
parti. 4
P
parti. 2.

Sicut ens nõ dr ex æque ſed ſm analogiã de ſuba & accñte, ita & quodquideſt

Atq;

A Atq; conſiderare oportet, & quonam pacto de unoquoq; dicere oportet, ut non magis quam ipſa res ſeſe habet, atq; ad ipſam ſit accommodatum, dicatur. Quapropter & nunc cum id quod dicitur pateat, & quidditas ſane ſimiliter. Primo quidem abſolutę quæ ſubſtãtiæ, deinde cęteris, quemadmodum & ipſum quid eſt competet, ut ipſorum non ſimpliciter quidditas, ſed qualis, aut quanti ſit q̃dditas. Aut enim ęquiuoce, aut addentes, aut auferẽtes hęc eſſe entia dicamus oportet: quemadmodũ & non ſcibile, ſcibile dicitur. Quoniam hoc eſt rectum, neq; ęquiuoce dicere, neq; modo eodem, ſed ut medicatiuum quod quidem ad unum dicitur atq; idemq;, non autem idem eſt atq; unum. Atta-
B men non ęquiuoce dicitur. Corpus enim & opus, & uas, neq; ęquiuoce ſane, neq; oratione una medicatiuum dicitur, ſed ex eo quia ad unum ipſorum quodq; refertur. At enim ſiue hoc modo, ſiue alio quiſpiam hęc dicere uelit, nihil intereſſe uidetur.

Te. cõ. 15. Parte. 2. Oportet quidem igitur intendere, & quomodo oportet dicere circa unumquodq;, non tamen magis quam quomodo habet. Quapropter & nunc quoniam quod dicitur manifeſtum, & quodquid erateſſe ſimiliter inerit, primum quidem & ſimpliciter ſubſtantię, deinde aliis: quemadmodum quid eſt, non ſimpliciter quiderateſſe, ſed qualitati aut quantitati quiderateſſe. Oportet enim aut ęquiuoce hoc dicere eſſe entia, aut addentes, aut auferentes, quemadmodum & quod non ſcibile, ſcibile.
Ecce ꝙ excludit ens æquiuocũ. Quoniam hoc quidem rectum eſt, neq; ęquiuoce dicere, neq; eodem modo, ſed quemadmodum me-
C dicinale, eo ꝙ ad idem quidem & unum, non idẽ autem & unum. Non tamen neq; ęquiuoce. Nihil enim medicatiuum corpus, & opus, & uas dicitur: nec ęquiuoce, nec ſecundum unum, ſed ad unum. Hoc quidem igitur quocunq; modo quis uelit dicere, differt nihil.

Oſtendit quomodo quodquideſt & diffinitio prædicetur de eo quod inuenitur in ſubſtantiis & accidentibus, & dicit, ꝙ ex quo diffinitio & quodquideſt inuenitur aliquo modo in accidentibus, & in ſubſtãtia, oportet igitur intendere ad cõſiderandum quomodo oportet { dicere, } ideſt prædicare diffinitionem circa ſingula, non tamen magis quàm quomodo ſe habent, ut v3, non ea dicamus uniuoce prædicari, quorũ non eſt una ratio in eſſendo. Quapropter id quod dictum eſt de diffinitione, & quodquid eſt in ſubſtantia & accidentibus, eſt manifeſtum. ſ. ꝙ quodquiderateſſe primo & ſimpliciter ineſt ſubſtantiæ, & conſequenter aliis, non quidem ita ꝙ in aliis ſit ſimpliciter quodquiderateſſe, ſed { quodquiderateſſe
D huic uel illi } .ſ. quãtitati uel qualitati. Manifeſtum eſt enim ꝙ oportet diffinitionem & quodquideſt, uel æquiuoce prædicari in ſubſtantia & accidentibus, uel addentes & auferentes ſm magis & minus, ſiue ſm prius & poſterius, ut ens dicitur de ſubſtantia & accidente. Et ſicut dicimus, ꝙ { non ſcibile eſt ſcibile ſm quid, } .i. per poſterius, quia de non ſcibili hoc ſcire poſſumus ꝙ non ſcitur, ſic & de nõ ente hoc dicere poſſumus, quia non eſt. Nõ.n. etſi rectum ꝙ quodquideſt, & diffinitio dicatur de ſubſtantia & de accidentibus, neq; æquiuoce, neq; ſimpliciter & eodem modo .i. uniuoce. Sed ſicut medicabile dicitur de diuerſis particularibus per reſpectum ad unum & idem, non tamen ſignificat unum & idem de omnibus de quibus dicitur. Nec ẽt dicitur æquiuoce. Dicitur enim corpus medicabile, quia eſt ſubm medicinæ. & opus medicabile, quia exercetur à medicina, ut purgatio: & uas medicinale, quia eo utitur medicina, ut clyſtere. Et ſic patet ꝙ non dicitur oĩno æquiuoce medicinale de his tribus, cũ in æquiuocis nõ habeatur reſpectus ad aliquod unum. Nec iterum uniuoce dicitur ſm unam rõnem. Non enim eſt eadem rõ ſm quam dicitur medicinale id quo utitur medicina, & quod facit medicinam. Sed dicitur analogice per reſpectum ad unũ .ſ. ad medicinam. Et ſimiliter quodquideſt & diffõ, non dicit nec æquiuoce, nec uniuoce, de ſubſtantia & accidente, ſeđ p reſpectum ad unum. Dicitur enim de accidente in reſpectu ad ſubſtantiam, ut dictum eſt. Et quia poſuerat duas ſolutiones, ſubiungit ꝙ nihil differt qualitercunq; aliquis uelit dicere de præmiſſa quæſtione, ſiue dicatur ꝙ accidentia non habeãt diffinitionem, ſiue ꝙ habẽt, ſed per poſterius ſm quid. Quod tamen dicitur in prima ſolutione ꝙ non habent diffinitionem accidentia, intelligitur per prius & ſimpliciter. E Duas ſõdictas ſolutões acceptat.
Deinde cum dicit.

Illud perſpicuum iam euaſit, diffinitionẽ quidditatemue primo quidem, atq; ſimpliciter ſubſtantiarum ipſarum eſſe. Cęterorum autem eſſe quidẽ, F ſed non primo. Non neceſſe eſt enim ſi hoc ponamus, eius diffinitionem eſſe cuius nomen idem q̃d oratio ſignificat, ſed quod oratio quędam. Hoc autem eſt, ſi unus ſit, non continuatione, ut ilias & q̃ coniunctione ſunt unum: ſed ſi hiſce modis pluribus ipſum unum proprie dicitur. Ipſum aũt unũ perinde atque id quod eſt dicitur. Ad hoc partim hoc aliquid, partim quantum, partim quale ſignificat. Quapropter & albi hominis erit ratio diffinitioq;. Alio uero modo & albi & ſubſtantię erit.

Illud autem palam, quia quæ primo & ſimpliciter diffinitio & quodquiderateſſe, ſubſtantiarum eſt. Et non ſolum, ſed & aliorum ſimiliter eſt, uerũ tamen non primo. Non enim eſt neceſſe ſi hoc ponimus, huius diffinitionem eſſe quod utiq; rationi idem ſignificet, ſed cuidam rationi. Hoc autem ſi G unius fuerit, non eo ꝙ continuum ſicut ilias, aut quęcũq; colligatione, ſed ſi quotiens dicitur unũ. Vnum uero dicitur ſicut ens. Ens autem hoc q̃dẽ hoc aliquid, aliud uero quantitatem, aliud qualitatem ſignificat. Quapropter erit albi hoĩs rõ & diffinitio. Alia uero modo albi, & ſubſtantię. Te. cõ. 16. Parte. 3.

Probat ſecundo poſitam ſolutionem dicens. Illud palam eſſe ꝙ diffinitio & quodquiderateſſe, primo & ſimpliciter eſt ſubſtantiarum, cum etiam accidentia aliquo modo habeant diffinitionem & quodquiderateſſe, non tamen primum. Et hoc ſic patet. Non enim omnis ratio qua nomen per rationẽ exponitur, idem eſt quod diffinitio, nec nomen expoſitum p quamcunq; rationem, ſemper eſt diffinitum, ſed alicui determinatæ rationi competit ꝙ ſit diffinitio, illi .ſ. quæ ſignificat unum. Si enim dicam ꝙ Socra. eſt albus & muſicus & criſpus, iſta ratio non ſignificat unum, ſed multa, niſi forte per accidens. Et ideo talis ratio non eſt diffinitio. Non tamen ſufficit ꝙ ſit unum in continuitate illud quod per rationem ſignificatur, ad hoc ꝙ ſit diffinitio. Sic enim { ilias, } ideſt poema de bello Troiãno eſſet diffinitio, quia illud bellum in qua- H dam continuitate temporis eſt peractum. Not etiam non ſufficit ꝙ ſit unum per colligationem, ſicut hæc ratio non eſſet diffinitio domus, ſi dicerem ꝙ domus eſt lapides & cementũ & ligna. Sed tunc ratio ſignificans unum erit diffinitio, ſi ſignificet unum aliquod illorum modorum, quorum quotiẽs unum per ſe dicitur. Vnum enim dicitur multipliciter ſicut & ens. Ens autem hoc quidem ſignificat hoc aliquid, aliud quantitatem, aliud qualitatem, & ſic de aliis. Et tamen per prius ſubſtantiam, & conſequenter alia. Ergo ſimpliciter unũ per prius erit in ſubſtantia, & per poſterius in aliis. Si igitur ad rationem diffinitionis pertinet ꝙ ſignificet unum, ſequit ꝙ erit ratio albi hominis diffinitio, quia albus homo eſt quodammodo unum. Sed alio modo erit diffinitio ratio albi, & ratio ſubſtantiæ, quia ratio ſubſtantiæ erit diffinitio p prius, ratio albi per poſterius, ſicut unum per prius & poſterius de utroq; dicitur. Deinde cum dicit.
Hic accipe ens p prius dici de ſubſtantia & per poſterius de aliis q̃ ꝙ alio rũ prædicamentorũ, ergo nõ uniuoce.

I Exiſtit autem dubitatio, ſi diffinitionē quiſpiá nō eſſe dixerit eam rationem quę ex additione cōficitur, cuiuſnam non ſimplicium, ſed cōiunctorú diffinitio fuerit. Per additionem enim hęc declarentur neceſſe eſt. Dico autem hoc pacto, eſt naſus, & concauitas, atq; ſimitas: id quod ex utriſq; dicitur, ex eo quia hoc huic ineſt, & non per accidens: aut concauitas, aut ſanitas, affectus eſt naſi: ſed per ſeipſum, ut patet: neq; ut album Calliæ competit aut homini, propterea quod Callias eſt albus, cui accidit ut ſit homo: ſed ut mas animal, atq; ęquale cōpetit quanto, omniaq; omnino quę per ſe ineſſe dicuntur. Hęc autem ea ſunt in quibus, aut nomen, aut ratio eius cuius affectus eſt, ineſt, & quę fieri non poteſt ut declarent ſeorſum, quemadmodum
K album quidē declarari ſine homine poteſt, fœmella uero ſine animali non poteſt. Quare aut horum nullius quidditas eſt, diffinitioq;, aut eſt alio modo quemadmodum antea diximus.

Te.cō.17. parte.4

Habet autem dubitationem, ſi quis nō dicat diffinitionem etiam ex additione rationem, cuiuſnam erit diffinitio ipſorum non ſimplicium, ſed copulatorum. Ex additione enim neceſſe facere. Dico autem ut eſt naſus, & cōcauitas, & ſimitas ex duobus dictum, eo ꝙ hoc in hoc eſt, & non ſm accidēs: nec concauitas, nec ſimitas paſſio naſi, ſed ſm ſe: nec ut album Callię aut homini, quia Callias albus cui accidit hominem eſſe: ſed ut maſculinum animali & quantitati, ęquale, & omnia quęcunq; ſm ſe dicuntur exiſtere. Hęc autem ſunt in quibuſcunq; exiſtit
L aut ratio aut nomen cuius hęc paſſio, & non contingit oſtendere ſeparatim: ſicut album ſine homine contingit, ſed non fœmininum ſine aíali. Quare horum quodquideratesſe & diffō, aut non eſt alicuius, aut ſi eſt, alicuius eſt, quéadmodú diximus.

Opinio negantium diffō nē p additionem.

Remouet quaſdam dubitationes circa prædeterminata, & diuiditur in duas, ſm duas dubitationes quas remouet. Secunda, ibi { Eſt autem & alia dubitatio. } Prænotanda autē ſunt duo ad euidentiam primæ particulæ, quorum primum eſt, ꝙ quidam dicebant nullam diffinitionem eſſe { ex additione, } ideſt ꝙ in nulla diffinitione ponitur aliquid, quod ſit extra eſſentia diffiniti. Et uidebantur pro ſe habere hoc, ꝙ diffinitio ſignificat eſſentiam rei. Vnde illud quod eſt extra eſſētiam rei, non debet poni in eius diffinitione, ut uidetur. Secūdum eſt, ꝙ quædam accidentia ſunt ſimplicia, & quædam copulata. Simplicia dicuntur quæ non habent ſubiectum determinatum, quod in eorum diffinitione ponatur, ſicut curuū & concauum & alia mathematica. Copulata autem dicunt quæ habent determinatum ſubiectum, ſine quo diffiniri non poſſunt. Eſt ergo dubitatio ſi aliquis uelit dicere ꝙ ratio quæ
M eſt ex additione, non eſt diffinitio illorum accidentium quæ ſunt ſimplicia, ſed copulatorum erit diffinitio. Videtur enim ꝙ nullius eorum poſſit eſſe diffinitio. Palam eſt ergo ꝙ ſi illa diffiniuntur, neceſſe eſt eorum diffinitionem ex additione facere, cum ſine propriis ſubiectis diffiniri non poſſit. Sicut ſi accipiamus hæc tria. ſ. naſus, & concauitas, & ſimitas: concauitas eſt ſimpliciter accidens, præcipue in comparatione ad naſum, cum non ſit naſus de intellectu concaui. Simitas aūt eſt accidens compoſitum, cum ſit naſus de intellectu eius. Et ita ſimitas erit quoddam dictum ex duobus, inquātum ſignificat { hoc in hoc, } .i. determinatum accńs in determinato ſubro, & nec concauitas nec ſimitas eſt paſſio naſi ſm accńs, ſicut album ineſt Calliæ & homini per accńs, inquātum Callias eſt albus, cui accidit hoīem eſſe. Sed ſimum eſt paſſio naſi ſm ſe. Naſo .n. inquantum hmōi, competit eſſe ſimum. Alia aūt tranſlatio loco eius quod eſt concauum, habet aquilinū. Et eſt planior ſenſus, quia in diffōne aquilini ponitur naſus, ſicut in diffōne ſimi. Sed ſicut maſculinum per ſe competit

Quid ſit accidens ſimplex q̄d copulatum

aíali, & æquale quantitati, & oīa alia quæcunq; ſm ſe dicunt exiſtere in aliquo, quia de oībus eſt eadem rō, & { hmōi ſunt in quibus } .i. in quorum rōibus exiſtit nomen eius { cuius eſt paſſio } .i. ſubiecti, aut ēt rō eius. Semper .n. in diffōnibus pōt poni rō loco nois, ſicut ſi dicimus ꝙ, Homo eſt aíal rōnale mortale, pōt poni loco nois aíalis diffō, ut dicatur ꝙ, Homo eſt ſubſtantia aíata ſenſibilis rōnalis mortalis. Silr ſi dicam ꝙ, Maſculus eſt aíal potens generare in alio, poſſum ēt dicere ꝙ, Maſculus eſt ſubſtantia aíata ſenſibilis potens generare in aliquo alio. Et ſic patet ꝙ non contingit ſeparatim { oſtendere, } .i. notificare aliquod prædictorum accidentium quæ diximus copulata, ſicut contingit notificare. Albū ſine hoc, quod in eius diffōne ſiue rōne ponatur homo. Sed non contingit ita notificare fœmininum ſine aíali, qa oportet ꝙ aíal ponatur i diffōne fœminini, ſicut & in diffōne maſculini. Quare patet, ꝙ non eſt alicuius ꝓdictorum accidētiū copulatorum quodquideratesſe & diffō uera, ſi nulla diffō eſt ex additione, ſicut contingit in diffōnibus ſubarum. Aut ſi ē O aliqua diffō eorum, cū non poſſit niſi ex additione diffiniri, aſr erit diffō eorum q̄ ſbarum, quemadmodum diximus i ſolōne ſecunda. Et ſic in hac concōne innuit ſolōnē dubōnis ꝓmiſſæ. Quod .n. dicebatur ꝙ nulla diffō eſt ex addōne, uerū eſt de diffōne, put inuenit in ſubſtātiis. Sicut aūt ꝓdicta accńtia non hñt diffōnē, ſed alio mō per poſterius. Deinde cū dicit.

Emerget etiā de ipſis alia dubitatio. Nam ſi idē ſit ſimus naſus, & concauus naſus, idem ipſum ſimum, & concauum erit. Sin uero non idem ex eo ſit, quia fieri non poteſt, ut ſimum abſq; ea re dicatur cuius per ſe eſt affectus, (eſt enim ipſum ſimū in naſo concauitas) aut naſum ſimum dicere profecto non licet, aut dictum bis idem erit, naſus, concauus naſus. Naſus .n. ſimus, naſus concauus erit. Quapropter abſurdum eſt quidditatem taliū eſſe. Quod ſi ſit, in infinitum erit profectio. Naſi enim P
naſi ſimi, alia quidditas erit. Patet igitur diffinitionem ſolius ſubſtantię eſſe. Nam ſi cęterorū quoq; ſit prędicamentorum ex additione illam eſſe neceſſe eſt, ut ęqualis aut imparis Nō enim ſine numero extruetur, nec etiam ſine animali fœmellę. At ex additione eas extrui dico, in quibus ſit ut bis idē dicatur, perinde atq; in iſtis. Quod ſi hoc ſit uerú, neq; coniunctorum ut numeri imparis erit.

Te.cō.15. parte.5.

Eſt autem & alia dubitatio de eis. Si enim idem eſt naſus ſimus, & concauus naſus, idem erit ſimū & concauum. Si uero non, quia impoſſibile eſt dicere ſimū ſine re cuius eſt paſſio ſm ſe, & eſt ſimū concauitas in naſo, naſum ſimum, dicere aut nō eſt aut bis idem dictum, naſus naſus concauus. Naſus autem ſimus naſus concauus erit. Propter quod, inconueniens eſt ineſſe talibus quodquideratesſe. Si autem non, in infinitum ſunt. Naſo nanq; naſi ſimum, adhuc aliud inerit. Palā itaq; quia ſolius ſub Q
ſtantiæ eſt diffinitio. Nam & ſi aliarum categoriarum neceſſe eſt ex additione eſſe, ut ęqualis & imparis nō eſt ſine numero, neq; quę eſt fœminini ſine animali. Ex additione uero dico, in quibus accidit idē bis dicere ſicut in his. Si uero hoc uerum, non copulatorum erit, ut numeri imparis.

Te.cō.16.

Ponit ſecundam dubitationem, circa quam duo facit. Primo mouet dubitationem. Secundo ponit ſolutionem. ibi { Sed latet &c. } Dicit ergo primo ꝙ eſt alia dubitatio de prædictis. Aut enim eſt idem dicere naſus ſimus, & naſus cōcauus, aut non. Si idem, ſequetur ꝙ idē ſit ſimum & cōcauū, quod patet eſſe falſum, cum alia ſit diffinitio utriuſq;. Si autē non eſt idem dicere naſum ſimum & naſum concauum, ꝓpter hoc ꝙ ſimum non poteſt intelligi { ſine re cuius eſt per ſe paſſio } ideſt ſine naſo, cum ſimum ſit concauitas in naſo, concauum uero poteſt dici ſine naſo, ſequetur ſi hoc quod dico ſimum

Rō dictiū nō poſſe diffiniri ſ additionē.

co ſimum

A co ſimum plus habet quàm concauum, ꝙ hoc. ſ. quod eſt naſus, uel non poſsit dici naſus ſimus, uel ſi dicatur, erit bis idē dictum, ut dicamus ꝙ naſus ſimus eſt, naſus naſus concauus. Semper. n. loco nominis poteſt poni diffinitio illius nominis. Vnde cum dicitur naſus ſimus, poterit remoueri nomē ſimi, & addi naſo diffinitio ſimi, quæ eſt naſus concauus. Sic ergo uidetur dicere ꝙ naſum ſimum, nihil aliud eſt quam dicere, naſum naſum concauum, quod eſt inconueniens. Propter ꝙ inconueniens uidetur dicere quòd in talibus accidentibus ſit quodquideratesse. Quod ſi hoc non eſt uerum, quòd in eis non ſit quodquideratesse, in infinitum fiet repetitio eiuſdem nominis, ſemper poſita nominis diffinitione pro nomine. Conſtat enim ꝙ cum dico naſus concauus, loco concaui poteſt accipi ſimum, quia concauitas in naſo non eſt niſi ſimitas, & loco ſimi iterum naſus concauus, & ſic in infinitum. Palam eſt ita ut uidetur, ꝙ ſolius ſubſtantiæ eſt diffinitio. Si B enim eſſet aliorum prædicamentorum, oporteret ꝙ eſſet ex additione ſubiecti, ſicut diffinitio æqualitatis, & diffinitio imparis oporteret ꝙ ſumeretur ex diffinitione ſuorum ſubiectorum. Non enim diffinitio imparis eſt ſine numero, nec diffinitio fœminini, quod ſignificat quandam qualitatem animalis, eſt ſine animali. Si ergo diffinitio aliquorum eſt ex additione, ſequetur ꝙ bis accidat idem dicere, ſicut in præmiſsis eſt oſtenſum. Vnde ſi uerum eſt ꝙ hoc inconueniens ſequatur, ſequitur ꝙ accidentia copulata non habent diffinitionem.

Deinde cum dicit.

Sed latet rationes non exacte dici ac aſsignari. Quod ſi horum quoq; ſunt diffinitiones, aut ſunt alio modo, aut (ut dictum eſt) multipliciter diffinitio atq; quidditas eſt dicenda. Quare partim non nullius erit iſtorum præter ſubſtantias diffinitio quidditaſue, partim etiam erit. Patet igitur diffinitionem quæ quidditatis eſt ratio, quidditatemue, C aut ſubſtantiarum tantum, aut ipſarum maxime, & primo, atq; ſimpliciter eſse.

Pare. 6. **Sed latet, quia non certe dicuntur rationes. Si uero ſunt & horum termini, aut alio modo ſunt, aut (quemadmodum dictū eſt) multipliciter oportet dicere eſſe diffinitionem & quodquideratesse. Quare ſic quidē nullius erit diffiō, nec quodquideratesse alicui inerit niſi ſubſtantiis: ſic autem erit. Quod quidem igitur diffiō, quę quidem eſt ipſius quideratesse rō, & qdquideratesse, aut ſolū ſubſtantiarū eſt, aut maxime & primum & ſimplr, palam.**

Solùit præmiſſam quæſtionem dicens, ꝙ mouentem prædictam quæſtionem latet, ꝙ rationes non dicūtur { certe, } id eſt certitudinaliter, quaſi ea quæ dicuntur uniuoce, ſed di- Lec. 3. cuntur ſm prius & poſterius, ut ſupra dictum eſt. Si autem prædicta accidentia copulata habent terminos, id eſt rationes aliquas, oportet ꝙ alio modo ſint illi termini quam diffinitiones, aut ꝙ diffinitio & quodquideratesse, quod ſignificatur per diffinitionem, dicatur multipliciter. Quare { ſic quidem, } id eſt ſimpliciter per prius, nullius erit diffinitio niſi ſubſtan- D tiæ, nec etiam quodquideratesse. { Sic autem, } id eſt ſm qd & poſterius, erit etiam aliorum. Subſtantia enim quæ habet quidditatem abſolutam non dependet in ſua quidditate ex alio, ita ꝙ oporteat exteriorem eſſentiam in eius diffinitione poni. Accidentia uero non habent eſſe niſi per hoc, ꝙ inſunt ſubiecto. Et ideo eorum quidditas eſt dependens a ſubiecto. Et propter hoc oportet ꝙ ſubiectum in accidentis diffinitione ponatur, quandoq; quidem in recto, quandoque uero in obliquo. In recto quidem, quandoq; accidens ſignificatur ut accidens in concretione ad ſubiectum, ut cum dico, Simus eſt naſus concauus. Tunc enim naſus ponitur in diffinitione ſimi quaſi genus, ad deſignandum ꝙ accidentia non habent ſubſiſtentiam niſi ex ſubiecto. Quando uero accidens ſignificatur per modum ſubſtantiæ in abſtracto, tunc ſubiectum ponitur in diffinitione eius in obliquo, ut differentia, ſicut dicitur, ſimitas eſt concauitas naſi. Patet igitur ꝙ cum dico, Naſum ſimum, non oportet loco ſimi accipere naſum con-

Cur accidis diffinitur per extrinseca, nō aūt ſbā

cauum, quia naſus non ponitur in diffinitione ſimi, quaſi ſit E de eſſentia eius, ſed quaſi additum eſſentiæ. Vnde ſimum & concauum per eſſentiam idem ſunt. Sed ſimum addit ſupra concauum, habitudinem ad determinatum ſubiectum. Et ſic determinato ſubiecto quod eſt naſus, nihil differt ſimus a concauo, nec oportet aliquid loco ſimi ponere niſi concauum. Et ſic non erit dicere loco eius, naſus concauus, ſed ſolum concauus. Vltimo concludit ex prædictis ꝙ palam eſt, ꝙ diffinitio quæ eſt ratio eius quodquideratesse, & ipſum quodquideratesse, ſolum eſt ſubſtantiarum, ſicut prima ſolutio habebat. Vel eſt prima & ſimpliciter earum, & per poſterius & ſecundū qd accidentium, ut in ſecunda ſolutione dicebatur. Lectio. V.

Vtrum autem quidditas, & unumquodq; ſint idem, an non eadem, ſed diuerſa, deinceps conſiderandum eſſe uidetur. At ſubſtantiæ nanq; conſiderationem hoc uehementer conducit. F

VTrum autem idem eſt, aut alterum quodquideratesse, & unumquodque, perſcrutandum eſt. Eſt enim aliquod præopere ad de ſubſtantia perſcrutationem. Text. co. 10 parte 11

POSTQVAM determinauit Philoſophus qd eſt quodquideratesse, & quorum, conſequenter inquirit quomodo ſe habeat quodquideratesse ad id cuius eſt, utrum. ſ. ut idem uel ut diuerſum, & circa hoc tria facit. Primo mouet quæſtionem. Secundo ſoluit eam. ibi { Singulum enim non aliud. } Tertio oſtendit ꝙ ex ſolutione prædicta, poſſunt ſolui ſophiſticæ rationes quæ circa hæc fiunt. ibi { Sophiſtici uero elenchi } Dicit ergo primo, ꝙ perſcrutandum eſt, utrum quodquideratesse cuiuſcunq;, & unumquodq; cuius eſt quod quideratesse, ſit idem aut diuerſum, ſicut utrum quodquideratesse hominis, & homo ſit idem aut diuerſum, & ſimiliter de aliis. Hoc enim inquirere & manifeſtare, ē aliquid { ꝑopere, } id eſt prænecessarium ad perſcrutationem de ſubſtantia, quam intendimus facere in ſequentibus. Intendit enim inquirere inferius, utrum uniuerſalia ſint ſubſtantiæ rerum, & utrum partes diffinitorum intrent in diffinitionem eorum, & ad hoc ualet iſta perſcrutatio quam nunc proponit. G

parte ſeq.

Infr. ſeq. Determinatio de qd quid eſt, an ſit idē cum eo cuius eſt.

Deinde cum dicit.

Vnumquodq; enim non aliud a ſubſtantia ſua eſſe uidetur, & quidditas uniuſcuiuſq; ſubſtantia dicitur eſse.

Singulum enim non aliud uidetur eſse a ſuimet ſubſtantia, & quodquideratesse dicitur ſinguli ſubſtantia. Parte 2.

Soluit propoſitam quæſtionem, & circa hoc tria facit. Primo ponit quæſtionis ſolutionem. Secundo probat eam. ibi { In dictis uero ſm ſe. } Tertio oſtendit contrarium ſolutionis prædictæ eſſe abſurdum & impoſſibile. ibi { Abſurdum uero apparebit. } Circa primū duo facit. Primo enim oſtēdit quid prima facie circa quæſtionem propoſitam uerum eſſe uideatur. Secundo oſtendit in quo eius cōtrarium accidat. ibi { In dictis quidem itaq;. } Dicit ergo primo, ꝙ ſtatim in primo aſpectu hoc uidetur eſſe dicendum, ꝙ in omnibus rebus ſingulum non ſit aliud a ſui ſubſtantia. Hoc autem quod eſt quodquideratesse, eſt ſubſtantia eius cuius eſt quodquideratesse. Vnde uidetur per hanc rationem in primo aſpectu ꝙ quodquideratesse ſit idem, & non alterum ab unoquoq; cuius eſt. Deinde cum dicit. H

parte 4.

Parte. 3.

Parte ſeq.

In iis igitur quæ per accidens dicuntur, diuerſa eſse non eadem uidebuntur: ut homo albus, & hominis albi eſse. Nam ſi eadem ſint, hominis eſse, & albi hominis eſse, idem erit profecto. Idem enim eſt homo, & albus (ut inquiunt) homo. Quare idē erit & hominis albi, atq; hominis eſse. Aut non eſt neceſse ea quæ ſunt per accidens, eadem eſse. Non enim extrema modo eodem, eadem ſiūt. Sed illud accidere fortaſse uidebitur, extrema inquam eadē per accidens fieri, ut eſt albi & muſici. At non uī.

Parte.3. In dictis quidem itaque ſm accidens uidebitur utiq; diuerſum eſſe, ut albus homo, alterum & albo homini eſſe. Si enim idem homini eſſe, & albo homini idem: idem enim homo, & albus homo, (ut dicunt) quare & albo homini, & homini. Aut non neceſſe eſt quæcunq; ſecundum accidens, eſſe eadem. Non enim ſimpliciter extremitates fiũt eædem. Sed forſitan illud uidetur accidere, extremitates fieri eaſdem ſecundum accidens, ut albo eſſe & muſico. Videtur autem non.

In his q̃ dicant per accñs nõ ẽ idẽ q̃dq̃ eſt cũ eo cu⁹ ẽ. Oſtendit in quibus quod præmiſſum eſt non ſit uerum dicens, ꝙ quodquideratеſſe pro tanto uidetur eſſe non aliud ab eo cuius eſt, quia eſt eius ſubſtantia. Itaq; in illis quæ prædicantur ſm accidens, & non dicunt ſubſtantiam ſubiecti, uide-
K tur eſſe diuerſum quodquideratеſſe prædicati à ſubiecto. Alterum enim eſt id { quod eſt eſſe albo homini } ideſt quodquideratеſſe albi hominis, ab eo quod eſt albus homo. Quod ſic uidetur, quia cum dicitur homo albus, ſupponitur homo. Idem enim eſt homo, & homo albus, ut dicunt. Quod enim prædicatur de homine albo, non prædicatur de eo, niſi quia prædicatur de homine. Accidens enim nõ eſt ſubiectum, niſi ratione ſubſtãtiæ. Vnde ſm quod in albo intelligitur homo, homo & homo albus ſunt idem. Et pro tanto id quod erit eſſe albo homini, erit etiã eſſe homini. Si igitur quodquideratеſſe albi hominis, ſit idem albo homini, erit etiam idem homini. Sed non eſt idem homini: ergo quodquideratеſſe albi hominis, non eſt idem albo homini. Et ſic in his quæ ſunt ſm accidens, quodquideratеſſe alicuius, non erit idem cum eo cuius eſt quodquideratеſſe. Quod autem quodquideratеſſe albi hominis non ſit idem homini, patet, quia non eſt neceſſe ꝙ quæcunq; dicuntur ſm accidens de aliquo ſubiecto, ꝙ ſint eadem illi. Subiectum enim eſt quodammodo medium inter
L duo accidentia, quæ prædicantur de ipſo, inquantum illa duo accidentia non uniuntur niſi unitate ſubiecti, ſicut album & muſicum unitate hominis de quo prædicantur. Eſt ergo homo ut medium, album autem & muſicũ ſunt extremitates. Si autem album eſſet idem homini per eſſentiam, pari ratione muſicum. Et ita iſta duo extrema album & muſicum eſſent per eſſentiam idem, quæ quæcunq; uni & eidem ſunt eadem, etiam ſibiinuicem ſunt eadem. Hoc autem eſt falſum, ꝙ iſtæ extremitates ſint eædem per eſſentiã. Sed forſan hoc uidetur eſſe uerum, ꝙ ſint eædem per accidens. Hoc autem certum eſt ꝙ album & muſicum ſunt idem per accidens. Sed ex hoc poſſet aliquis opinari ꝙ ſicut album & muſicum ſunt idem per accidens, ita etiam hoc quod eſt eſſe albo, & { quod eſt eſſe muſico } ideſt quodquideſt utriuſq; ſit idem per accidens. Sed hoc non uidetur eſſe uerum. Album enim & muſicum ſunt idem per accidens ex hoc, quod utrunq; eſt idem per accidens homini. Non autem quodquideſteſſe albi, nec hoc quodquideſt muſici, ſunt idem cum eo quod eſt quodqd eſt eſſe hominis. Vnde quodquideſteſſe albi, & quodquideſteſſe muſici, non ſunt idem per accidens, ſed ſolum album &
M muſicum. Deinde cum dicit.

In iis autem quæ per ſe dicuntur, neceſſe eſt nõ diuerſa, ſed eadem eſſe: ueluti ſi ſint aliquæ ſubſtãtię quibus alię non ſunt ſubſtãtię, neq; naturę priores, quales inquiunt quidam ipſas ideas eſſe. Nam ſi ipſum bonum, ac boni eſſe: & animal, ac & animalis eſſe: & ens, atq; entis eſſe, non idem ſit ſed diuerſum, erunt profecto alię ſubſtantię naturæq; atque ideæ pręter eas quas ponunt, & priores ẽt ſubſtantię ſane, ſi quidditas rõnem ſubſtantię ſubit.

part 4. In dictis uero ſecundum ſe, ſemper neceſſe idem eſſe: ut ſi quę ſunt ſubſtãtię, quibus alterę nõ ſunt ſubſtantię, nec alterę naturę priores, quales dicunt ideas eſſe quidam. Si.n. erit alterum ipſum bonũ, & quod bono eſſe: & animal, & quod animali eſſe; & ens, & quod enti, erunt aliquę ſubſtantię & naturę & ideę pręter prędictas, & priores ſubſtantię illis ſi quodquideratеſſe, ſubſtantię eſt. N

Manifeſtat ſolutionem propoſitam, & circa hoc duo facit. Primo manifeſtat eam quantum ad ea quæ dicuntur per ſe. Secundo quantum ad ea quæ dicuntur per accidens. ibi { Secundum accidens uero dictum. } Circa primum duo facit. parte.7. Primo manifeſtat propoſitam quæſtionem quantum ad ea quæ dicuntur per ſe. Secundo concludit concluſionem intentam. ibi { Neceſſe igitur unum eſſe. } Circa primum duo facit. parte.6. Primo oſtendit ꝙ in his quæ dicuntur per ſe non eſt aliud quodquideratеſſe, & id cuius eſt. Secundo ꝙ non eſt ſeparatum. ibi. { Et ſiquidem abſolute. } dicit ergo primo, ꝙ in illis quæ dicuntur per ſe ſemper neceſſe eſt idem eſſe quodqderatеſſe, & id cuius eſt. Quod patet ſi ponantur aliquæ ſubſtãtiæ abſtractæ ab iſtis ſenſibilibus, quibus nõ ſunt aliquæ aliæ ſubſtãtiæ abſtractæ, nec aliquæ naturæ priores eis. Huiuſmodi enim ſubſtantias Platonici dicunt eſſe ideas abſtractas. Si enim quodquideratеſſe eſt aliud ab eo cuius eſt quodqderatеſſe, cuiuſlibet autem ſubſtantiæ eſt quodquideratеſſe, erit ergo aliquid aliud a qualibet ſubſtantia quodquideratеſſe eius. Et ita etiam quodquideratеſſe ſubſtantiæ idealis erit aliud ab ea. Et ita { ſi ipſum bonum, } ideſt ſi idea boni, { & quod eſt bono eſſe, } ideſt quodquideratеſſe huius ideæ eſt alterum, & ſimiliter ipſum animal, & quod eſt animali eſſe, & ipſum ens, & quod eſt enti eſſe, & ita in omnibus aliis ideis, ſequeꝛ ꝙ ſicut iſtæ ſubſtantiæ ideales ponuntur præter ſubſtantias ſenſibiles, ita erunt aliæ ſubſtantiæ, & aliæ naturæ & ideæ præter ideas dictas a Platonicis, quæ erunt quodquideratеſſe illarum idearum, & etiam illæ aliæ ſubſtantiæ ſunt priores ideis. Et hoc dico ſequetur { ſi quodquideratеſſe, ſubſtantiæ eſt, } ideſt ſi quælibet ſubſtantia habet quodquideratеſſe, ut dictum eſt. Vel ſi hoc quodquideratеſſe pertinet ad ſubſtantiam rei. Illud.n. a quo ſubſtantia rei dependet, eſt prius eã. Deinde cum dicit.

Parte ſeq. In pdicatis p ſe nõ eſt aliud q̃d quidẽſt ab eo cui⁹ eſt. O

P Atq; ſi abſolutę quidem ſunt, harum quidem ſcientia non erit. Illę uero non rationem entis ſubibunt. Abſolutas autem eſſe dico, ſi neq; ipſi bono inſit eſſe boni, neq; huic competat eſſe bonũ. Scientia enim uniuſcuiuſq; cognitio, quidditatis uniuſcuiuſq; eſt. Atq; in bono ceteriſue, res ita ſeſe habere videtur. Quare ſi eſſe boni, bonum non eſt, neq; eſſe entis ens erit, neq; unius unum, atq; oĩs ſimiliter qualitates ſunt, aut nulla. Quare ſi eſſe entis eſt non ens, neq; cęterorum eſt ullum. Pręterea cui ipſum eſſe boni non eſt. i. non bonum.

parte. 7. Et ſi quidẽ abſolute abinuicem, harum quidẽ non erit ſcientia, hęc autem non erunt entia. Dicit autem abſolui, ſi nec bono ipſi, exiſtit eſſe boni, nec huic eſſe bonum. Scientia enim cuiuslibet per hoc quodquideratеſſe illi, & i bono & in aliis ſimiliter ſe habet. Quare ſi nec bono, eſſe bonum, nec quod Q enti ens, nec quod uni unum. Similiter aũt omnia ſunt, aut nullum quodquideratеſſe. Quare ſi nec quod enti ens, nec aliorum nullum. Amplius cui non ineſt bono eſſe, non bonum.

Quodquid eſt nõ ẽ ſeparatũ ab eo cuius ẽ. Oſtendit ꝙ hoc quod eſt, quodquideratеſſe non eſt ſeparatum ab eo, cuius eſt, dicens. { Et ſi quidem ſunt abſolute abinuicem, } ideſt ſi quodquideratеſſe & id cuius eſt, non ſolum ſunt diuerſa, ſed etiam ſunt abinuicem ſeparata, ſequuntur duo inconuenientia, quorum primum eſt ꝙ harum rerũ non ſit ſcientia, quarum quodquideſt ab eis ſeparatur. Secundum inconueniens eſt, ꝙ hæc eadem erunt non entia. Et exponit quod dixerat abſolute, ut v3 { nec ipſi bono } ideſt ideæ boni, quæ ponitur ſm Platonicos { inſit hoc quod eſt eſſe bono, } ideſt quodquideſteſſe boni. Nec iterum ſcilicet huic bono, ineſt { eſſe bonum, } ideſt quidditas boni, quaſi dicat,

A ſi dicat, abſolutionem prædictam eſſe intelligendam ſm ſeparationem quidditatis boni ab idea boni, & à particulari bono, quod dicitur per participationem ideæ. Vel aliter. { Nec huic eſſe bonum, } ideſt nec hoc. ſ. quodquideratesſe, competit eſſe bonum, ut. ſ. quodquideratesſe boni ſit ſeparatum à bono, & econuerſo. Et q prædicta inconuenientia ſequantur hac poſitione facta, patet, quia ſciẽtia uniuſcuiuſq; in hoc cõſiſtit, & ſciatur quodquideratesſe illi. Et hoc ſimiliter ſe habet & in bono & in oibus aliis. Quare ſequitur q ſi huic quod eſt { eſſe bono, } ideſt quidditati boni, non ineſt bonum, nec ẽt ei { quod eſt eſſe enti, } ideſt quidditati entis, ineſt ens, nec ſimiliter ei quod eſt eſſe uni, ineſt unum, quia ſimiliter aut omnia aut nullum eorum ſunt eadem cum ſuis quidditatibus. Si autem bonum propter ſeparationem prædictam non ineſt ei quod eſt eſſe bonum ergo nec econtrario eſſe bonum inerit bono. Quare etiam nec quod eſt eſſe enti erit idem cũ
B ente, nec aliquod aliorum habebit in ſe ſuum quodquideſt. Et ita ſi unumquodq; ſcitur per quodquideſt, nulla res poterit ſciri, quod fuit primum inconueniens. Iterum patet q { ſequitur ſecundum } .i. q nihil erit ens nec bonum, nec animal, nec aliquid huiuſmodi, quia non poterit bonum eſſe illud cui non ineſt hoc quod { eſt bono eſſe } .i. quodquideſt boni. Si igitur quodquideſt boni eſt ſeparatum a bono, & quodquiderat entis ab ente, ſequetur q iſta quæ dicuntur bona & entia non ſunt bona, nec entia, quod fuit ſecũdum inconueniens. Deinde cum dicit.

Vnum ſit ergo neceſſe eſt bonum eſſe boni, & honeſtum & eſſe eius, & quæcunq, omnino non p aliud, ſed per ſeipſa primaq; dicuntur. Hoc enim ſatiſfacit ſane, etiam ſi formæ non ſint, magis autẽ forſitan & ſi ſint. Inſuper patet & ſubiectum ipſum ſubſtantiam non eſſe, ſi ſint ipſæ ideæ tales quales inquiunt quidam eſſe. Has enim ſubſtantias qui-
C dem eſſe, de ſubiecto autem non dici neceſſe eſt. Alioquin erunt communicatæ. Ex his igitur rationibus perſpicuum iam euaſit, ipſum unũquodque quidditatemq; eius, unum & idem non per accidens eſſe. Et unumquodq; etiam ſcire hoc eſſe, quidditatem inquam cuiuſq; ſcire. Quare per rationes atque inductionem, unum quid ſint ambo neceſſe eſt.

Part. vi. Neceſſe igitur eſt unum eſſe unum, eſſe benignum, & benigno eſſe, & bono, & bonum eſſe, quæcunq; non ſm aliud dicuntur, ſed primo & ſm ſe. Etenim hoc ſufficiens ſi extiterit, quamquã non ſint ſpecies. Magis autem forſan & ſi ſint ſpe-
Tecſt. 21. cies. Simulq; palam quia ſi ſunt ideæ quales quidã dicunt, non erit ſubſtantia ſubiectum. Has enim ſpecies eſſe eſt neceſſe, non de ſubiecto. Erunt enim ſm participationem. Ex his itaq; rationibus patet unum & idem, non ſm accidens eſſe ipſum unũ-
D quodq;, & quodquideratesſe. Et quod ſcire unũquodq; horum, eſt qdquideratesſe ſcire. Quare ſm expoſitionem neceſſe eſt, unũ eſſe aliquod ambo.

Concludit Philoſophus concluſionem principaliter intentam dicens, q ex quo per diuerſitatem & ſeparationem eius quodquideratesſe a rebus, ſequitur q res nec ſunt ſcitæ, nec entes, quod eſt inconueniens { neceſſe eſt igitur eſſe unum benignum, & hoc quod eſt benigno eſſe, } ideſt quodquideſt benigni, { & bonum, & bono eſſe, } id eſt quodquideſt boni. Et ponit hæc duo, ut benignum pertineat ad bona particularia, quæ Platonici dicebant bona per participationem bonum autem ad ipſam ideam boni. Et ſimiliter eſt de omnibus aliis quæ dicuntur per ſe & primo, & non per aliud ſiue per accidens, quia in illis eſt alia ratio, ut dictum eſt. Ad hoc enim q res ſint ſcitæ, & q ſint entes hoc eſt ſufficiens ſcilicet quodquiderat rei ſit idem cum re { ſi extiterit, } ideſt ſi fuerit uerum, quamuis non ſint ſpecies ideales, quas Platonici ponebant, licet nec propter aliud ponerent Platonici ſpecies E niſi ut per eas poſſit haberi ſcientia de iſtis ſenſibilibus, ut p earum participationem eſſent. Sed forſan magis eſt ſufficiens ad prædictam poſitionem, q quodquideſteſſe rei ſit idem cũ re, quam ipſe ſpecies, etiam ſi uerum ſit q ſint ſpecies, quia ſpecies ſunt ſeparatæ a rebus. Magis autem aliquid cognoſcitur & habet eſſe per id quod eſt ſibi coniunctum & idem, q̃ per id quod eſt ab eo ſeparatum. Ex hoc autem Philoſophus dat intelligere deſtructiones ſpecierum. Si enim ſpecies non ponuntur niſi propter ſcientiam rerum, & eſſe earum, & ad hoc ſufficit alia poſitio, etiam hoc non poſito & eo poſito magis quam hoc, ſequitur q uanum ſit ponere ſpecies. Similiter ad idem oſtendendum ſcilicet q non ſunt ſpecies, palã eſt quia ſi ſunt ideæ quales Platonici eas eſſe dicebant, ſequetur q id quod eſt ſubiectum ſcilicet q hæc res ſenſibilis non ſit ſubſtantia. Ponebant enim Platonici, q neceſſe eſt ideas eſſe ſubſtantias, & non eſſe de aliquo ſubiecto. Proprium enim R eſt ſubſtantiæ in ſubiecto non eſſe. Sed ſi iſta ſubiecta, id eſt ſi iſta ſenſibilia ſint ſubſtantiæ, oportet q ſint ſm participationem illarum ſpecierum, et ita ille ſpecies erunt de ſubiecto. Ex his itaq; rationibus manifeſtum eſt, q unum eſt & idem non ſm accidens, unumquodq;, & quodquideratesſe eius. Et ſimiliter in ſciendo, idem eſt ſcire unumquodq;, & ſcire quid eſt eius. Quare ſm expoſitionem prout unum eſſe dicuntur, quæ ſunt unum in eſſendo & in ſciendo, neceſſe eſt ambo ſcilicet rem & quodquideratesſe eius eſſe unum aliqd. Deinde cùm dicit.

Spẽs Platonicæ deſtruũtur.

Id autem quod per accidens dicitur, ut muſicũ aut album, & quidditatem idem eſſe, dicere uere non licet, propterea quod duplex ſignificat, id inquã cui accidit, & ipſum quod accidit. Quare partim idem partim non idem eſt. Eſſe.n. hois, ac hois albi non idem eſt, eſt tñ idem affectui.

Secundum accidens uero dictum ut muſicum Parte. 7. aũt album, propter dupliciter ſignificare, non eſt uerum dicere, quia idẽ quodquideratesſe & ipm. G Et.n. cui accidit album, & accidens. Quare eſt quidem ut idem, eſt autem ut non idem quodquideratesſe & ipſum. Nam homini & albo homini nõ idem, paſſioni autem idem.

Manifeſtat ſolutionem poſitam quantum ad ea quæ dicũtur ſm accidens dicens, q in his quæ dicuntur ſm accidens non eſt uerum dicere q ſit idem quodquideratesſe, & ipſum cuius eſt quodquideratesſe. Et hoc propter duplex ſignificare. Cum enim dicitur homo albus, ex parte ſubiecti poteſt aliquid attribui ei ratione ſubiecti, uel accidentis ratione. Si ergo diceremus q quodquideſt albi hominis ſit idem homini albo, duo poſſunt ſignificare ſcilicet q ſit idem homini, uel q ſit idem albo. Et hoc eſt quod dicit. Etenim poteſt ſignificari ſubiectum { cui accidit album, & accidens. } Quare patet q quodammodo eſt idem quodquideſt albi hominis cum homine albo, & quodammodo non idem. Nõ enim eſt idem homini, nec etiam albo homini reſpectu ſubiecti, ſed H tamen eſt idem { ipſi paſſioni } ideſt albo. Idem enim eſt quodquiderat albo & album. Licet non poſſit dici quód ſit idem cum hoie albo, ne intelligatur eſſe idem cum ſubiecto. Deinde cum dicit.

In his quæ dicũtur ſecũdũ accidẽs nõ eſt idẽ quodquid eſt, & id cuius eſt.

Abſurdum autem eſſe uidebitur, & ſi quiſpiam unicuiq; quidditati nomen poſuerit. Erit enim & præter illam, alia quidditas ſane: ut præter quidditatem equi, alia quidditas equi. Atq; quid prohibet, & nunc eſſe aliquas continuo quidditates idem quod ea quorum ſunt quidditates, ſi quidditas eſt ſubſtantia? At uero non ſolum ſunt unum, ſed etiam ratio ipſorum eadem eſt, ut ex his etiam quæ dicta ſunt patet. Non enim eſſe unius, ac unũ per accidens unum eſt.

I Abſurdũ uero apparebit, & ſiquis unicuiq; nomen impoſuerit ipſorum quodquideratеſſe. Erit enim & præter illud aliud ei quodquideratеſſe, ut equo ipſi, quodquideratеſſe, equo alterum. Et quid prohibet nunc eſſe ſtatim quodquideratеſſe, ſiquidem ſubſtãtia eſt quodquideratеſſe? At uero non ſolum unum, ſed eſt ratio eadem ipſorum, ſicut palam eſt ex dictis. Non.n. ſm accidens unum, quod uni eſſe & unum.

parte.8.

Diffõ & diffinitum ſũt unũ, nõ re tm̃, ſʒ & rõne,

Oſtendit ꝙ contrarium dictæ ſolutionis eſt abſurdum. Quod quidem neceſſarium fuit propter hoc, ꝙ ſuperius ꝓbauit ſolutionem poſitam eſſe ueram, ſuppoſitis ſpeciebus quas poſtmodum deſtruxerat. Vnde neceſſarium fuit ut reiteraret probationem probans ex parte eius, quodquideratеſſe, quod ſupra probauerat ex parte ſpecierum. Et circa hoc ponit duas rationes. Circa quarum primam dicit, ꝙ dicere
K aliud eſſe quodquideratеſſe rei, & rem ipſam, apparebit abſurdum ſiquis unicuiqʒ eorum quodquideratеſſe, impoſuerit nomen. Tunc enim eadem ratione, & ipſum, & quodquideratеſſe, erit aliud quodquidrratеſſe. Verbi gratia. Equus eſt quædam res habens quodquideratеſſe equo. Quod quidem ſi ſit alia res ab equo, habeat hæc res quoddam nomẽ, & uocetur. A. A. ergo cum ſit quædam res habebit quodquideratеſſe, alterum à ſe, ſicut equus. Erit a huic quod eſt equo eſſe, erit aliud quodquideratеſſe, quod patet eſſe abſurdum. Procedit autem hæc ratio eodem modo circa quodquideſt, ſicut prius ratio proceſſerat circa ideas. Et ſi aliquis dicat ꝙ quod quid eſteſſe quidditatis equi, eſt ipſa ſubſtantia quæ eſt quidditas equi, quid prohibet ſtatim à principio dicere, ꝙ quædam ſunt ſuum quodquideratеſſe. q.d. nihil. Sed ſciendum, ꝙ non ſolum res & quodquideratеſſe eius ſunt unum quocunqʒ modo, ſed etiam ſunt unum ſm rationem, ut ex dictis poteſt eſſe manifeſtum. Non.n. eſt unum ſm accidens unum & quodquideratеſſe uni, ſed eſt unum per ſe, & ita ſunt ſm rationem unum. Secundam rationem ponit ibi.

L Præterea ſi aliud erit, in ĩfinitum erit profectio. Nam alterum quidem ueluti ipſum eſſe unius, quidditas eius erit, alterum autem ipſum unum. Quare & in illis ratio eadem erit. Patet igitur in hiſce quę prima & per ſe dicuntur, ipſum cuiuſqʒ eſſe, ac unũquodq; unum & idem eſſe.

parte.9.

Amplius ſi aliud erit, in infinitum ſunt, hoc quidem quodquideratеſſe uni, illud uero unũ. Quare & in illis erit eadem ratio. Quod quidem igitur in primis & ſm ſe dictis, unicuiqʒ eſſe, & unũquodque, idem & unum, palam.

Quæ talis eſt. Si aliud eſt quodquideratеſſe rei & res, hoc ꝓcedit in infinitum. Oportet enim dicere ꝙ ſint duæ res quarum altera ſit unum, & altera quodquideratеſſe uni. Et eadẽ ratione erit tertia res, quæ eſt quodquideratеſſe ei, quod eſt quodquideſſe unius, & ſic in infinitum. Cum ergo non ſit ꝓcedere in ĩfinitum, palam eſt ꝙ unum & idem eſt in his quæ
M dicuntur primo & per ſe, & non per accidens, unumquodqʒ, & id quod eſt unicuiqʒ eſſe. Deinde cum dicit.

Sophiſticæ uero redargutiones aduerſus iſtam poſitionem eadem (ut patet) ſolutione ſoluuntur, ſi idem eſt inquam Socrates & Socratis eſſe. Nihil enim differunt ea ex quibus quiſpiam interrogauerit, & ea ex quibus ſoluens rem attingerit ipſam. Quo pacto igitur quidditas & unumquodqʒ eſt idem, & quo pacto non eſt idem, ſatis iam (ut patet) diximus.

parte.10.

Sophiſtici autem elenchi ad opinionem hanc palam ꝙ eadem reſoluuntur ſolutione, & ſi idem Socra. & Socra. eſſe. Nihil.n. differt, neque ex quibus interrogabit utique aliquis, nec ex quibus ſoluens fuerit. Quomodo quidẽ igitur quodquideratеſſe idem, & quõ non idem unicuiq;, dictum eſt.

Dicit palam eſſe ꝙ eadem ſolutione qua ſoluta eſt prima N
quæſtio, ſoluuntur ſophiſtici elenchi qui faciunt ad hanc poſitionem, ad oſtendendum. ſ. ꝙ non idem ſunt quodquideratеſſe rei & res. Vt cum quærunt ſophiſtæ ſi eſt idem Socrates & Socratis eſſe. Et oſtendunt ꝙ non, quia ſi idem eſt Socrates & Socrati eſſe. Socrates autem eſt albus, ſequetur ꝙ idẽ ſit album, & Socratem eſſe &c. Solutio patet ex præcedentibus. { Sic enim non differt, nec ex quibus interrogabit aliquis, nec ex quibus fuerit ſoluens, } ideſt non differt ex quibus procedat aliquis argumentando, nec quibus quæſtionibus adaptet aliquis ſolutionem, dummodo ſit eadem radix ſolutionis. Patet igitur ex dictis quomodo quodquideratеſſe uniuſcuiuſqʒ eſt idem cum unoquoqʒ, & quomodo non. Eſt enim idem in his quæ ſunt per ſe, non in his quæ ſunt per accidens. Sciendum eſt etiam ad euidentiam eorum quæ dicta ſunt, ꝙ quodquideſteſſe, eſt id quod diffinitio ſignificat.
Vnde cum diffinitio prædicetur de diffinito, oportet quodquideſteſſe de diffinito prædicari. Non igitur eſt quodquideſt eſſe hominis humanitas, quæ de homine non prædicatur, ſed animal rationale mortale. Humanitas enim non reſpondet quærenti quid eſt homo, ſed animal rationale & mortale. Sed tamen humanitas accipitur ut principium formale eius quod eſt quodquideratеſſe, ſicut animalitas ſumitur ut principium generis, & non genus, rationalitas ut principium differentiæ, & non ut differentia. Humanitas autem pro tanto non eſt omnino idem cum homine, quia important tantum principia eſſentialia hominis, & excluſionem omnium accidentium. Eſt enim humanitas, qua homo eſt homo, nullum autem accidentium hominis eſt quo homo ſit homo. Vnde omnia accidentia hominis excluduntur à ſignificatione humanitatis. Hoc autem ipſum quod eſt homo, eſt quod habet principia eſſentialia, & cui poſſunt accidentia ineſſe. Vnde licet in ſignificatione hominis non includantur accidentia eius non tamen homo ſignificat aliquid ſeparatum ab accidentibus. Et ideo homo ſignificat ut totum, humanitas ſignificat ut pars. Si autem eſt aliqua res in qua non ſit aliquod accidẽs, ibi neceſſe eſt, ꝙ nihil differat abſtractum à concreto. Quod maxime patet in Deo. Lec. V.I

O

Abſtractũ & cõcretũ nõ ſũt penitus idẽ in creaturis.

P

Eorum autem quæ fiuut, alia natura, alia arte, alia caſu fiunt.

EOrum autem quæ fiunt, hęc quidem natura fiunt, hęc aũt arte, alia aũt automato.

T.c.8. 22. Parte.1.

POSTQVAM Philoſophus oſtendit quid eſt, quodquideratеſſe, & quorum eſt, & ꝙ non eſt aliud ab eo, cuius eſt, hic intendit oſtendere ꝙ quidditates & formę exiſtẽtes in iſtis ſenſibilibus, non generantur ab aliquibus formis extra materiam exiſtentibus, ſed à formis quæ ſunt in materia. Et hic erit unus modorum quo deſtruitur poſitio Plat. ponentis ſpecies ſeparatas, quas ponebat eſſe neceſſarias, ad hoc ꝙ per eas ſcia de iſtis rebus ſenſibilibus haberetur, & ad hoc ꝙ earum participatione ꝑes ſenſibiles exiſterent, & ad hoc ꝙ eſſent principia generationis rerum ſenſibilium. Oſtẽdit aũt iam in præcedenti capitulo, ꝙ ſpẽs ſeparatæ non ſunt neceſſariæ ad ſciam rerum ſenſibilium, nec ad eſſe earum, cũ ad hoc ſufficiat ꝙ quid eſt rei ſenſibilis in re ſenſibili exiſtens, & idem ei. Vnde reſtat oſtendere ꝙ ſpẽs ſeparatæ non ſunt neceſſariæ ad generationem ſenſibiliũ, quod intendit in hoc capitulo. Diuiditur ergo in partes duas. In prima præmittit quædam quæ ſunt neceſſaria ad propoſitum oſtendendum. In ſecunda oſtendit propoſitum, ibi { Qm̃ uero ab aliquo fit quod fit. } Circa primum duo facit. Primo proponit quaſdã diuiſiones circa rerum generationem. Secundo manifeſtat eas, ibi { Et generationes aũt naturales. } Ponit aũt duas diuiſiones, quarum prima accipitur penes ea quæ generantur, & modum generationis. Secunda penes ea quæ ad generationem requiruntur, & hanc ponit ibi { Oĩa uero quæ fiunt. } Dicit ergo primo, ꝙ eorum quæ fiunt, quædam fiunt à natura, quædam ab arte, & quædam à caſu { ſiue automato, } .i. ꝑ ſe uano. Cuius diuiſionis rõ eſt, quia cã generationis, aut eſt cã per ſe, aut eſt cã per accñs. Si.n. eſt cã per ſe, uel eſt principiũ motus i eo i quo eſt, & ſic eſt natura: uel eſt extra ipm,

Tribus rõnibus ſtruit Plato ideas.

Q

Lec ſeq. Parte.1. Parte.3.

Parte ſeq. Res triplr fiunt.

Hic ſufficiẽtiam reprobat An. an. ſed unde de ſen. 13.

& ſic

A & ſic eſt ars. Natura enim eſt principium motus in eo i quo eſt. Ars uero non eſt in artificiato quod fit per artem, ſed in alio. Si uero eſt cauſa per accidens, ſic eſt caſus & fortuna. Fortuna quidem in his quæ aguntur ab intellectu. Caſus autem etiam in aliis. Vtrunq; uero { ſub automato, } id eſt ſub per ſe uano comprehenditur, quia oanum eſt quod eſt ordinatum ad finem, & non attingit ad illum. Et tam caſus quam fortuna inuenitor in his quæ fiunt propter aliquid. cũ accidit aliquid præter id quod intendebatur ab aliqua cauſa per ſe determinata. Vnde & per ſe dicitur, inquãtum cauſam determinatam habet: & uanum, inquantum præter intentionem accidit. Deinde cum dicit.

Atque uniuerſa quæ fiunt, ab aliquo ſane, & ex aliquo, atque aliquid fiunt. Aliquid autem dico in unoquoq; prædicamento. Nam aut hoc, aut q̄tum, aut quale, aut ubi.

parte 5. B Omnia uero quę fiunt, ab aliquo fiunt, & ex aliquo, & aliquid. Hoc autem aliquid dico ſecũdum quamlibet categoriam. Aut enim hoc, aut quantum, aut quale, aut quando.

Requiſita ad generationem ſunt tria. Ponit ſecundam diuiſionem quæ ſumitur penes ea quæ ad generationem requiruntur. Omnia enim quæ fiuot, fiunt ab aliquo agente, & ex aliquo ſicut ex materia. Et iterum fiunt aliquid quod eſt terminus generationis. Et quia ſupra dixerat ꝙ hoc aliquid proprie eſt in ſubſtantiis, ideo hic docet generalius eſſe ſumendum, ut per aliquid intelligatur q̃dlibet prædicamentum in quo poteſt eſſe generatio ſimpliciter, oel ſecundum quid per ſe, uel per accidens. Hoc.n. quod dixit aliquid, uel ſignificat { hoc, } id eſt ſubſtantiam, aut quantum, aot quale, aut quando, uel aliquod aliud prædicamentum. Et huius diuiſionis ratio eſt, quia in omni generatione fit aliquid actu, quod prius erat in potentia. Nihil autẽ poteſt dici de potentia in actum procedere, niſi per aliquod ens acto, quod eſt agens, a quo fit generatio. Potentia uero pertinet ad materiam, ex qua aliquid generatur. Actus uero ad id quod generatur. Deinde cum dicit.

C Naturales autem generationes eæ ſunt quæ a natura proficiſcuntur.

parte 5. Et generationes naturales quidem hę ſunt, quarum generatio ex natura eſt.

Generatio naturalis, q̃ Manifeſtat ꝙ hæc tria inueniantur in tribus modis generationis, & circa hoc duo facit. Primo manifeſtat propoſitum. Secundo indocit concluſionem principaliter intentam ibi { Quare ſicut dicitur. } Circa primoin tria facit. Primo oſtendit hoc in generatione naturali, ſecundo ꝙ in generatiõe quæ fit ſm artem, ibi { Generatiões uero aliæ. } Tertio in generationibus quæ fiunt a caſu, ibi { Si uero a caſu. } Circa primum quatuor facit. Primo manifeſtat quæ generationes ſint naturales dicens, ꝙ iſtæ generationes ſunt naturales quarum principium eſt natura, non autem ars, aut aliquis intellectos, ſicut cum generatur ignis, aut planta, aut animal ex uirtute naturali rebus indita.

Generatio naturalis, q̃ Id uero ex quo fiunt, materies eſt. Et id a quo

D fiunt aliquid eſt eorum quę natura conſtant. Ipſum autem aliquid homo, aut planta, aut aliquid quippiam talium eſt, quæ quidem maxime ſubſtantias dicimus eſſe.

parte 6 Hoc autem ex quo fit, quam dicimus materiam. Hoc autem a quo eorum quæ natura aliquid ſunt. Hoc autem aliquid ut homo, uel planta, aut aliud aliquid talium, quæ maxime dicimus ſubſtantias eſſe.

Exemplificat in generationibus naturalibus tria præmiſſa dicens, ꝙ in generatione natorali hoc quidem eſt, ex quibus fit quod generatur, quod dicitur materia. Hoc autem a quo generatur aliquid eorum quæ ſunt ſm naturam, quod dicit agẽs. Hoc vero ẽ aliquid. ſ. quod generatur ot homo, aut planta, aut aliquid talium quæ maxime { dicimos eſſe ſubſtãtias } ideſt ſubſtãtias particulares compoſitas, de quibus magis eſt manifeſtum ꝙ ſint ſubſtantiæ, ot ſupra habitum eſt. T. cõ. 7.

E Materia autem & forma quæ eſt principium actionis in agẽte, non ſunt ſubſtantiæ niſi inquantum ſunt principia ſubſtãtiæ compoſitæ. Inter autem hæc tria, duo ſe habent ut generationis principia. ſ. materia & agens, tertium autem ſe habet ot generatiõis terminus ideſt compoſitum quod generatur. Et quia natura eſt generationis principium, tam materia, q̃ forma quæ eſt principium generationis in agente, dicitur natura, ut patet. 2. phyſi. Compoſitum aut generatom, dicitur eſſe a natura uel ſm naturam. Te. cõ. 12.

Vniuerſa præterea, quæ aut arte, aut uatura fiunt, materiã habent. Eſſe enim, & non eſſe quodque ipſorum poteſt, quod quidem a materia proficiſcitur quę in ſingulis ineſt.

part. 7 Omnia uero quę fiunt aut natura aut arte, habẽt materiam. Poſſibile.n. eſſe & non eſſe eorũ quodlibet. Hæc autem eſt quæ in unoquoq; materia. F

Probat ꝙ unum trium. ſ. principium ex quo inoeniatur in omni generatione, non ſolum in naturali, ſed etiam in artificiali. De aliis enim duobus eſt manifeſtum, dicens, ꝙ omnia quæ fiunt uel ſm naturam uel ſm artem, habent materiam ex qua fiunt. Omne enim quod generatur uel per artem oel per naturam, eſt poſſibile eſſe & non eſſe. Cum enĩ generatio ſit de non eſſe in eſſe mutatio, oportet id quod generatur quandoq; quidem eſſe, quandoq; non eſſe, quod nõ eſſet niſi eſſet poſſibile eſſe & non eſſe. Hoc antem quod eſt in unoquoq; in potentia ad eſſe & non eſſe, eſt materia. Eſt enim in potentia ad formas per quas res habẽt eſſe, & ad priuationes per quas habẽt nõ eſſe, ut ex ſupra habitis patet. Relinquitur ergo ꝙ in omni generatione oportet eſſe materiã. Mã eſt id ꝙ in unoquoque ẽ in potẽtia ad eẽ & non eſſe. Te. cõ. 8.

Vniuerſaliter autem & id ex quo, & id quo natura eſt. Id enim quod fit naturam habet, ut planta, animal, & ſimilia. Et id etiam a quo, ipſa inquã natura quę per formam dicitur, quę quidem eiuſdẽ eſt ſpeciei, atq; hæc eſt in alio. Homo enim hominem generat. Hoc igitur modo fiũt ea quæ per naturam fiunt ac oriuntur. G

parte. 8 Vniuerſaliter uero, & ex quo natura, & ſm qđ, natura. Factum enim habet naturam, ut plãta, aut animal. Et a quo quæ ſecundum ſpeciem dicta natura, quæ eiuſdem ſpeciei. Hæc autem in alio. Homo nanq; hoiem generat. Sic quidem igitur fiunt quę fiunt propter naturam.

Alia litera aut conformis. Oſtendit quomodo prædicta tria ſe habent ad naturam dicens, ꝙ uniuerſaliter quodlibet prædictorum trium quodammodo eſt natura. Nam principium ex quo eſt generatio naturalis. ſ. materia, dicitur natura. Et propter hoc generationes ſimpliciom corporum dicuntur naturales, licet principium actiuum generationis eorum ſit extrinſecum, quod uidetur eſſe contra rationem naturæ, quia natura eſt principium intrinſecũ, in qua eſt naturalis aptitudo ad talem formam, & ab hoc principio tales generationes dicuntur naturales. Et iterum illud ſm quod fit generatio ſ. forma generati dicitor eſſe natura, ſicut planta, aut anima. Generatio H enim naturalis eſt, quæ eſt ad naturam, ſicut dealbatio, quæ eſt ad albedinem. Et iterum principium a quo fit generatio ſicut ab agente eſt natura dicta ſm ſpeciem, quæ. ſ. eſt eiuſdem ſpeciei cum natura generati, ſed tamen eſt in alio ſecundum numerum. Homo enim generat hominem, nec tamen genitum & generans ſunt idem numero, ſed ſpecie tantum. Et propter hoc dicitur in. 2. phyſi. ꝙ forma, & finis generationis incidunt io idem numero. Agens autem incipit cum eis in idem ſpecie, ſed non in idem numero. Materia uero neque in idem ſpecie, oecq; in idem numero. Alia litera habet, ꝙ principium a quo eſt ſm ſpeciem dicta natura, aut conformis, quia v3 non ſemper generãs & genitum ſunt eiuſdem ſpeciei, ſed ſemper habent aliquam conformitatem, ſicut cũ equus ganerat mulum. Et ultimo concludit, ꝙ illa quæ generantur per naturam, ſic generantur ſicut expoſitum eſt. Te. cõ. 7.

Deinde cum dicit.

I Cæteræ uero generationes effectiones dicunt. Atq; omnes effectiones, aut ab arte, aut a potentia aut a mente proficiſcuntur. Harum autem quædã & a caſu fiunt, atq; fortuna, perinde atque in hiſce quæ a natura fiunt. Et illic enim nonnulla eadem ex ſemine, & ſine ſemine fiunt. Sed de hiſce quidẽ poſterius eſt conſiderandum.

Parte 9.

Generationes uero alię dicuntur factiones. Omnes autem factiones ſunt, aut ab arte, aut a poteſtate, aut a mente. Horum autem quædam fiunt & a caſu & a fortuna ſimiliter, ut in factis a natura.

Te. cõ. 23

Quædam & illi eadem, & ex ſpermate fiunt & ſine ſpermate. De his quidem igitur poſterius perſcrutandum.

Determinat de his quæ generantur per artem, & circa

K hoc duo facit. Primo diſtinguit generationem quæ eſt ſm̃ artem ab aliis generationibus, quæ ſunt ſm̃ naturam. Secundo oſtendit quomodo fiat generatio ab arte, ibi { Ab arte uero fiunt. } Dicit ergo primo, q generationes quæ ſunt aliæ a naturalibus dicuntur factiones. Quamuis enim nomine factionis, quæ in græco dicitor praxis, poſſimus uti in rebus naturalibus, ſicut eum dicimus q calidum & ens actu, facit actu eſſe tale: magis tamen proprie utimur in his quæ fiũt per intellectum, io quibus intellectus agentis habet dominiũ ſuper illud quod facit, ut poſſit ſic uel aliter facere, quod in rebus naturalibus non contingit: inuno agunt ad aliquem effectum, determinato modo ab aliquo ſuperiori præſtito eis. Huiuſmodi autem factiones uel fiunt ab arta, uel a poteſtate, uel a mente. Poteſtas autem hic uidetur pro uiolentia ſumi. Quædam enim in his quæ non natura fiunt, coſtituuntur ex ſola uirtute agentis, in quibus non multum requiritur ars aliqua, uel aliquis ordinatus ꝓceſſus intellectus, quod maxime contingit in corporibus trahendis, uel proiiciendis, aut expellendis. Cum autem ordo intellectus ad effe

L ctum requiritur, quandoq; qoidem hoc contingit per artem quandoq; uero per ſolum intellectum, habitu artis nondum perfecto. Sicuti enim aliquis argumentatur per artem, aliquis uero ſine arte ut idiotæ, ita etiam aliquod opus artis aliquis per artem, aliquis ſine arte facere poteſt in huiuſmodi per artem factilibus. Harum autem generationum quæ fiũt uel arte, oel poteſtate, uel mente: quædam fiunt a caſu & a fortuna, quando .ſ. aliquod agens per intellectum intendit finem aliquem per ſuam actionem, & prooenit aliquis finis ꝑter intentionem agentis. Sicut cum aliquis intendit ſe confricare, & ex hoc ſequitſanitas, ut poſtea dicet. Et hoc ſimiliter contingit in artificialibus, ſicut in factis a natura. Virtus enim quæ eſt in ſpermate (ut infra dicetor) aſſimilatur arti. Sicut enim ars per determinata media peruenit ad formam quam intendit, ita & uirtus formatiua quæ eſt in ſpermate. Sicut autem contingit effectum qui fit per artem etiam præter intentionem artis, aut intellectus fieri, & tunc dicitur a caſo accidere, ita etiam & in illis .ſ. in rebus naturalibus eadem fiunt & ex ſpermate & ſine ſpermate. Quæ quidem cũ fiunt ex ſpermate, fiunt a natura. Cum autem ſine ſpermate

M fiunt a caſo. Et de his perſcrutandum eſt poſterius in hoc eodem capitulo. Hæc autem uerba hic poſita, duplicem habent dobitationem. Prima quia cuiuſlibet rei naturalis ſit determinatus modus generationis, non uidentor eſſe eadẽ quæ generãtur ex ſpermate & per putrefactionem. Quod Aoer. in. 8. phyſi. ſentire uidetur dicens, q non poteſt eſſe idem animal in ſpecie quod generatur ex ſpermate, & quod generatur ex putrefactione. Auicenna autem econtrario ſentit qd omnia quæ generantur ex ſemine, eadem ſpecie poſſunt generari ſine ſemine per putreſactionem, uel per aliquem modum commixtionis terrenæ materiæ. Sententia Ariſto. uidetur eſſe media inter has duas opiniones, q .ſ. aliqua poſſunt & ſine ſemine generari, & ex ſemine, non tamen omnia, ut infra dicet. Sicut nec in artificialibus omnia poſſunt fieri per artem & ſine arte, ſed quædam fiunt per artem tantum, ut domus. Animalia enim perfecta uidentur non poſſe generari niſi ex ſemine. Animalia uero imperfecta quæ ſunt uicina plantis uidentur poſſe generari & ex ſemine & ſine ſemine. Sicut plantæ producuntur aliquando ſine ſemine per actionem ſolis in terra ad hoc bene diſpoſita. Et tamen plantæ ſic prodoctæ producunt ſemina, ex quibus plantæ ſimiles in ſpecie generãtur. Et hoc rationabiliter accidit. Quia quanto aliquid perfectius eſt, tanto plura ad eius completionem requiruntur. Et propter hoc ad plantas & ad animalia imperfecta, ſufficit ad agendum ſola uirtus cœleſtis. In animalibus uero perfectis requiritur cum uirtute cœleſti etiam uirtus ſeminis. Vnde dicitur in ſecundo phyſi. q homo generat hominem & ſol. Secunda dubitatio eſt, quia uidentur animalia generata ſine ſemine ex putrefactione, non fieri a caſu, ſed ex determinato agente .ſ. ex uirtute cœleſti quæ in generatiõe eorum ſupplet uicem uirtutis generatiuæ, quæ eſt in ſemine. Et hoc etiam uult Commentator in. xi. huius.

An putrefacta ſint eiuſdem ſpeciei cum generatis ex ſemine. Cõ. 46. ſecundo ſimi metaphy. cap. 3e. T. cõ. 19.

N

Te. cõ. 36 An putrefacta ſint a caſu.

Cõm. 18.

O Sed ſciendum eſt, q nihil prohibet aliquam generationem eſſe per ſe, com refertur ad unam cauſam, quæ tamen eſt ꝑ accidens, & caſualis cum refertur in aliam cauſam. Sicut in ipſo exemplo Philoſophi patet. Cum enim ſanitas ex confricatione ſequitur præter intentionem confricantis, ipſa quidem ſanatio ſi referatur ad naturam, quæ eſt corporis regitiua, non eſt per accidens, ſed per ſe intenta. Si uero referatur ad intellectum confricantis, erit per accidens & caſualis. Similiter etiam generatio animalis ex putrefactione generati, ſi referatur ad cauſas particulares, hic inferius agentes, inuenitur eſſe per accidens & caſualis. Non enim calor qui cauſat putredinem intendit naturali appetitu generationem huius uel illius animalis, quæ ex potrefactione ſequitur, ſicut oirtus quæ eſt in ſemine intendit productionem talis ſpeciei. Sed ſi referatur ad oirtutem cœleſtem, quæ eſt uniuerſalis regitiua uirtus generationum & corruptionum in iſtis inferioribus, non eſt per accidens, ſed per ſe intenta, quia de eius intentione eſt, ot educantur in actu omnes formæ quæ ſunt in potẽtia materiæ. Et ſic recte aſſimilauit hic Ariſto. ea quæ

P fiunt arte, his quæ fiunt a natura. Deinde cum dicit.

Ab arte autem ea fiunt, quorum forma in anima eſt. Atq; formam dico quidditatẽ cuiuſq; ſubſtantiamq; primam. Etenim contrariorum quodã modo forma eadem eſt. Ipſa nanq; oppoſita ſubſtãtia priuationis ſubſtantia eſt, ut ſanitas morbi. Illius enim eſt abſentia ipſe morbus. Sanitas autem eſt ea ratio, quę eſt in anima, ſcientiaq;.

Parte 10.

Ab arte uero fiunt, quorumcunq; ſpecies eſt in anima. Speciem autem dico, quodquideratеſſe cuiuſlibet, & ſubſtãtiam primam. Etenim contrariorum modo quodam eadem ſpecies. Priuationis enim ſubſtantia, quæ ſubſtantia eſt oppoſiti, ut ſanitas infirmitatis. Illius enim abſentia oſtenditur infirmitas. Sanitas autem quæ in anima, ratio eſt in ſcientia.

Hic accipe ſpeciem & partem & alia contra ſideret pro parti ſpeciem ſubſtantiæ ſeq.

Oſtendit modum generationis quæ eſt ab arte, & præcipue quantum ad principium effectiuum. De principio enim materiali iam ſupra dixerat cum locutus fuerat de generatione naturali. Circa hoc autem duo facit. Primo oſtendit quid ſit principiom actiuom generatione quæ eſt per artem. Secundo oſtendit quomodo ab hoc principio generatio ꝓcedat, ibi { Fit itaq; ſanitas. } Dicit ergo primo, q illa fiunt ab arte, quorum ſpecies factiua eſt in anima. Per ſpeciem autem exponit quodquideratеſſe cuioſlibet rei factæ per artẽ, ut quodquideratеſſe domus, quando fit domus. { Et hoc ẽt nominat primam ſubſtantiam, } ideſt primam formam. Et hoc ideo quia a forma quæ eſt in anima noſtra, procedit forma quæ eſt in materia in artificialibus. In naturalibus autẽ econtrario. Hæc autem forma quæ eſt in anima, differt a forma quæ eſt in materia. Nam contrariorum formæ in materia ſunt diuerſæ & contrariæ. In anima autem eſt quodammodo una ſpecies contrariorum. Et hoc ideo, quia formæ in materia ſunt propter eſſe rerum formarum. Formæ autem in anima ſunt ſm̃ modum cognoſcibilem & intelligibi

Q

Formę contrariorum in materia ſunt contrariæ non autẽ in anima.

A lem. Eſſe autem unius cõtrarii tollitur per eſſe alterius. Sed cognitio unius oppoſiti non tollitur per cognitionem alterius, ſed magis iuuatur. Vnde formæ oppoſitorum in anima non ſunt oppoſitæ. Quinmimo { ſubſtãtia, } id eſt quod quiderateſſe priuationis, eſt eadem cum ſubſtantia oppoſiti ſicut eadem eſt ratio in anima ſanitatis & infirmitatis. Per abſentiam enim ſanitatis, cognoſcitur infirmitas. Sanitas autem quæ eſt in anima eſt quædam ratio per quam cognoſcit ſanitas & infirmitas, & conſiſtit { in ſcientia, } id eſt in cognitione otrioſq;. Deinde cum dicit.

Atq; ſanum efficitur, cum ſanitatis artifex hoc itellexerit modo. Quum hoc ſit ſanitas, ſi futurum ſit ſanum, hoc eſſe neceſſe eſt, uelut ęqualitatem. Quod ſi hęc efficienda eſt, caliditas oriatur oportet. Et hoc pacto ſemper intelligit, quouſq; ad id B ultimum accedatur, quod ipſe facere poteſt. Deinde ea iam motio quę ab hoc incipit, effectio nuncupatur, quia ad conſequendam ualitudinem itur. Quare fit ut ex ſanitate quodammodo ſanitas, & ex domo domus, ex ea quę eſt abſq; materia, ea quę habet materiam, oriatur. Facultas enim medendi, atq; ars extruendarum ędium, ipſa eſt forma ſanitatis ac domus. Atq; ſubſtantiam ſine materia, dico rationem ipſam & quidditatem.

part. 11. Fit itaq; ſanitas intelligente ita, quoniam hoc ſanitas, neceſſe eſt, ſi ſanitas erit, hoc exiſtere, puta regularitatem. Sed ſi hoc, calorem. Et ita ſemper intelligit donec utique adducat in hoc quod ipſe ualet ultimũ facere. Deinde iam ab hoc motus factio uocatur ad ſanãdum. Quare accidit modo quodã ex ſanitate ſanitatem fieri, & domum, ex domo ſine materia, materiam habentem. Medicinalis enim C eſt & ędificatoria ſpecies ſanitatis & domus. Dico autem ſubſtantiã ſine materia quodquiderateſſe.

Hinc accipit q principiũ in intellectione eſt ultimum in executione & econuerſo.

Oſtendit quomodo ab hoc principio procedatur ad ſanitatem, & circa hoc duo facit. Primo oſtendit quomodo ſanitas quæ eſt in anima ſit principium ſanationis. Secundo quomodo diuerſimode accipitur pncipium in actione artis, ibi { Generationum uero & motuum. } Dicit ergo q cum ſanitas quæ eſt ĩ anima, ſit pncipium ſanitatis quæ fit per artem, ita fit ſanitas in materia aliquo intelligente q ſanitas eſt { hoc, } .ſ. uel regularitas uel adæquatio calidi, frigidi, humidi, & ſicci. Et ideo neceſſe eſt ſi ſanitas debet contingere, q hoc exiſtat .ſ. regularitas uel æqualitas humorum. Et ſi regularitas uel æqualitas debeat eſſe, oportet q ſit calor, p quem humores reducantur ad æqualitatem. Et ita ſemper procedendo a poſteriori ad prius, intelliget illud quod eſt factiuum caloris, & quod eſt factiuum illius donec reducatur ad aliquod ultimum, quod ipſe ſtatim poſſet facere, ſicut hoc quod eſt dare talem potionem. Et demum motus incipiens ab illo quod ſtatim poteſt facere, nominatur factio ordinata ad ſanandum. Patet ergo quod ſicut in natu-D ralibus ex homine generatur homo, ita in artificialibus accidit quodammodo ex ſanitate fieri ſanitatem, & ex domo domum .ſ. ex ea quæ eſt ſine materia in anima exiſtens, illa quæ habet materiam. Ars enim medicinalis quæ eſt principium ſanationis, nihil eſt aliud q̃ ſpecies ſanitatis, quæ eſt in anima. Et ars ædificatiua, eſt ſpecies domus in anima. Et iſta ſpecies ſiue ſubſtantia ſine materia, eſt q̃ dixit ſupra quodquiderateſſe rei artificiatæ. Deinde cum dicit.

Generationum autem motionumue, alia intellectio, alia affectio nuncupatur. Nam ea quidem quę a principio formaq; incipit, intellectio appellatur. Ea uero quę ab intellectionis ultimo incipit, effectio nuncupatur. Similiter & unumquodque mediorum fieri ſolet. Nam ſi ſanabitur, ad ęqualitatem redigatur oportet. Quid igitur hoc eſt hoc, atque eſt potentia hoc? Hoc autem iam in poteſtate ipſius medici collocatur. Id igitur quod facit, & unde incipit motio qua ad ualitudinem itur ſi per artem quidem facit, forma eſt ea profecto, quę eſt in anima. B

Generationum uero & motuum, hęc quidem intelligentia uocatur, illa uero factio. Similiter autem & in aliis intermediis unumquodq; fit. Dico autem ſi conualeſcit, oportet ęquari. Quid igitur eſt adęquari hoc? Hoc autem erit ſi calefactũ fuerit. Hoc uero quid eſt hoc? Exiſtit autem hoc poteſtate, hoc autem iam in ipſo. Faciens itaq;, & unde inchoat motus ſanandi, ſi quidem ab arte, ſpecies eſt quæ in anima. parte. 12.

F Diuerſimode accipit principiũ in actionibus artis.

Oſtendit quomodo diuerſimode accipitur principium in actionibus artis, & dicit q in generationibus & motibus artificialibus eſt aliqua actio, quæ uocatur intelligentia, & aliqua quæ uocatur factio. Ipſa enim excogitatio artificis uocatur intelligentia, quæ incipit ab hoc principio, quæ eſt ſpecies rei fiendæ per artem. Et hæc operatio protendit (ut ſupra dictum eſt) uſq; ad illud quod eſt ultimum in intentione & primum in opere. Et ideo illa actio quæ incipit ab ultimo ad quod intelligẽtia terminatur, uocatur factio quæ eſt motus iam in exteriorem materiam. Et ſicut diximus de actione artis reſpectu formæ quæ eſt ultimus finis generationis artificialis, ſimiliter eſt de omnibus aliis intermediis. Sicut ad hoc q conualeſcat, oportet quod adæquentur humores. Hoc igitur ipſum quod eſt adæquari, eſt unum de intermediis, quod eſt propinquiſſimum ſanitati. Et ſicut medicus ad hoc quod faceret ſanitatem incipiat a conſiderando quid eſt ſanitas ita ad hoc quod faciat adæquationem, oportet quod ſciat quid eſt adæquatio, uidelicet q adæquatio { eſt hoc } .ſ. debita proportio humorum in reſpectu ad naturam humanam. { Hoc autem erit ſi corpus fuerit calefactum, } quando .ſ. quis infirmatur propter defectum caloris. Et iterum oportet quod ſciat quodquideſt hoc .ſ. calefieri, ſicut ſi dicatur q calefieri eſt ĩmutari a medicina calida. Et { hoc } G .ſ. dare medicinam calidam exiſtit ſtatim in poteſtate medici, & eſt { iam in ipſo, } id eſt poteſtate eius, ut talem medicinam det. Sic igitur patet q pncipium faciens ſanitatem, unde incipit motus ad ſanandum, eſt ſpecies quæ eſt in anima, uel ipſius ſanitatis uel aliorum intermediorum per quæ acquiritur ſanitas. Et hoc dico ſi ſanatio fiat ab arte. Si autẽ fiat alio modo, non erit principium ſanitatis ſpecies quæ eſt in anima. Hoc enim eſt proprium in operationibus artis. Deinde cum dicit.

Sin caſu, ab eo incipiet quod tandem faciendi principium eſt ei, quod arte facit. Quemadmodum & in medendo fortaſſe a caliditatis impreſſione principium ſumitur, hoc autem facit fricatione. Caliditas igitur quę eſt in corpore facta, ſanitatis eſt pars, aut ipſam aliquid ſequitur tale quod ſanitatis eſt pars, aut ſtatim, aut per plura. Hoc autem eſt ultimum quod ſanitatis efficit partem. H Atq; ut ibi caliditas, aut aliquid quod ipſam ſequitur, ſanitatis eſt pars, ſic & lapides domus & alia aliorum ſunt partes.

Si uero a caſu, ab hoc quod quidem faciendi eſt principium facienti ab arte. Vt quod in mederi forſan calefactiõe principium, hoc autem facit fricatione. Calor itaque in corpore, aut pars eſt ſanitatis, aut ſequitur eum aliquid tale quod eſt pars ſanitatis, aut per plura. Hoc autem ultimum faciens. Et quod eſt ita, pars eſt ſanitatis, ut domus, lapides, & aliorum, alia. parte. 13.

Manifeſtat quomodo fiunt generationes caſuales, & dicit quod quando ſanatio fit a caſu, tunc principium ſanitatis fit ab hoc quod eſt principium faciendi ſanitatem apud eum, q facit ſanitatem ſm artem. Sed hoc eſt intelligendum de pn-

Vñ pceſſit q aliquid caſualiter generetur.

I ciplo factionis quod eſt ultimum in intelligendo, & primum in exequendo. Sicut in medicando principium ſanitatis aliquando forſan fit a calefactione. Et hinc etiam incipit ſanatio quando aliquis a caſu ſanatur, quia calorem aliquis excitat confricatione præter intentionem confricantis. Calor itaq; in corpore excitatus per fricationem uel medicationẽ, aut eſt pars ſanitatis quaſi intrans ſubſtantiam ſanitatis, ſicut eſt ipſa alteratio calefactionis ad ſanitatem ſufficit. Aut ſequitur ad calorem aliquid quod eſt pars ſanitatis. Sicut cum per calorem fit ſanitas per hoc quod calor diſſoluit aliquos humores compactos, quorum diſſolutio eſt iam conſtituens ſanitatem. Aut etiã hoc poteſt eſſe per plura media, ſicut cum calor conſumit humores ſuperfluos ĩpedientes aliquos motus in corpore, quibus conſumptis fit debitus motus ſpirituum ad aliquas determinatas partes corporis. Et hoc ultimum eſt iam faciens ſanitatem { & quod eſt ita } .ſ. quod ẽ proximum ſanitatis factiuum { eſt aliqua pars ſanitatis } .i.
K intrans in conſtitutionem ſanitatis. Et ſi͡r eſt in aliis artificialibus. Nam partes domus ſunt lapides, quorum compoſitio iam eſt aliquid domus. Deinde cum dicit.

Quare quemadmodum dicitur impoſſibile eſt quicquam fieri, ſi nihil eſt prius. Patet igitur partem aliquam neceſſario eorum quæ fiunt eſſe. Materia nanque pars eſt. Quippe cum inſit, & fiat. Et aliquid item eorum quę in ratione ſumuntur. Vtroque enim modo circulum æreum dicimus quid eſt, & materiam dicentes, æs inquam, & formam, talem inquam figuram. Atq; hoc eſt genus in quo ponitur primo. Aereus uero circulus, in ratione materiam habet.

Te.c8.24 parte.14.

Quare ſicut dicitur, impoſſibile factum eſſe ſi nihil præexiſtit. Quod quidem igitur pars ex neceſſitate exiſtit, palam. Materia nanque pars. Ineſt enim & fit hoc. Sic igitur & eorum quæ in ra-

Alia litera multos.

L tione. Vtroque autẽ modo dicimus æreos circulos quid ſunt, & materiam dicentes, quia æs: & ſpeciẽ, quia figura talis Et hoc eſt genus in quod primum ponitur. Aereus itaque circulus habet in ratione materiam.

Concluſit concluſionem principaliter intentam, & circa hoc duo facit. Primo inducit concluſionem intentam. Secũ-

parte ſeq.

do remouet quandam dubitationem, ibi { Ex quo uero ut materia fit. } Dicit ergo primo, ꝙ ex quo omne quod generatur, generatur ex materia, & iterum generatur a ſuo ſimili, impoſſibile eſt aliquid eſſe factum, niſi aliquid præexiſtat, ſicut dicitur Communiter. Communis enim philoſophorum naturalium ſententia erat ꝙ ex nihilo nihil fit Palam eſt autem, ꝙ id quod præexiſtit, oportet ꝙ ſit pars rei generatæ. Conſtat enim ꝙ materia quæ præexiſtit eſt pars generati. Quod ex hoc probari poteſt, quia materia eſt in generato, & ipſa fit generatum dum in actum educitur. Nec ſolũ pars quæ eſt materia præexiſtit, ſed ſicut eſt dictis patet, etiã præexiſtit pars quæ eſt in ratione .ſ. forma. Hæc enim duo .ſ. materia & forma ſunt partes generati. Vtroq; enim modo
M poſſumus aſſignare quid ſint circuli ærei uel circuli multi, ſecundum aliam literam ideſt particulares & diſtincti & dicentes materiam quæ eſt æs, & { dicentes ſpeciem, } id eſt formam, quæ eſt talis figura. Et recte dicit multos circulos particulares. Nam circulus ſm ſpeciem & formam eſt unus tantum Multiplicatur autem & indiuiduatur per materiam. Et hæc .ſ. figura eſt genus, in quod primo collocatur circulus æreus. Et ita patet ex dictis quod circulus æreus in ſua diffinitione habet materiam. Quod autem ſpecies geniti præexiſtat, ſupra oſtenſum eſt in naturalibus, & in artificialibus generationibus. Deinde cum dicit.

Naturalia & artificialia habẽt i ſui diffĩone materiã.

Atqui quædam cum orta ſunt, non illud dicuntur ex quo ut ex materia fiunt, ſed illiuſmodi. Ceu ſtatua, non lapis, ſed lapidea dicitur. Homo autem ſanus, non dicitur illud ex quo factus eſt ſanus. At- N
que cauſa hæc eſſe uidetur. Ex priuatione nãque fiunt atq; ſubiecto, quod quidem materiam dicimus: uelut & homo & ægrotans fit ſanus. Magis tamen ex priuatione fieri dicitur, ut ex ægrotante magis quam ex homine, ſanus. Quapropter ſanus ægrotans quidem non dicitur, homo autem dicitur homoq; ſanus. Quorum autem priuatio manifeſta non eſt & nomine caret, ut in ęre cuiuſque figurę, aut in lateribus lignisue domus, ea ex huice fieri, ut illic ex ægrotante uidentur. Quapropter ut illic non id ex quo fit dicitur, ſic & hic ſtatua nõ lignum, non ęs, nõ lapis, ſed lignea deriuatiue, ærea, lapidea: & domus itidem non lateres, ſed lateritia dicitur. Nam ſi quiſpiam diligenter exacteq; inſpe- O
xerit, nõ utiq; ſimpliciter dixerit ex ligno ſtatuam fieri, aut ex lateribus domũ, propterea quod mutetur id ex quo quippiam fit, ſed non maneat ſane oportet. Propter hoc igitur iſto dicitur modo.

par. ſ.

Ex quo uero, ut materia fit, quędam dicuntur quando fiunt, non illud, ſed illiuſmodi. Vt ſtatua non lapis, ſed lapidea. Homo autem conualeſcens, non dicitur illud ex quo. Cauſa uero, quia fit ex priuatione & ſubiecto quod dicimus materiam: ut & homo, & laborans fit ſanus. Magis tamen dicimus fieri ex priuatione, ut ex laborante ſanus q̃ ex homine. Propter quod laborans quidem qui ſanus non dicitur, ſed homo, & homo ſanus. Quorum uero priuatio non manifeſta & innominabilis, ut in ęre figurę cuiuſlibet, aut in lateribus & lignis domus, ex his uidetur fieri ut illic ex laboran- P
te. Propter quod ſicut nec ibi ex quo hoc, illud non dicitur: nec hic ſtatua lignum: ſed prædicatur lignea, non lignum, & ęrea non ęs, lapidea, ſed non lapis: ut domus lateritia, ſed non lateres. Te.c8.26.
Quoniam neque quod ex ligno fit ſtatua, aut ex lateribus domus, ſiquis ualde inſpexerit, non utique ſimpliciter dicet. Quia oportet permutationem fieri ex quo, ſed non permanente. Propter hoc quidem igitur ita dicitur.

Remouet quandam dubitationem. Illud enim ex quo aliquid fit ut ex materia, quandoq; prædicatur non in abſtracto, ſed denominatiue. Quædam enim dicuntur non eſſe { illud, } ideſt materia { ſed illiuſmodi. } Sicut ſtatua non dicitur lapis, ſed lapidea. Sed homo conualeſcens { non dicitur illud ex quo } ideſt non recipit prædicationem eius ex quo fieri dicitur. Fit enim conualeſcens ex infirmo. Nec dicitur ꝙ conualeſcens ſit infirmus. Huiuſmodi autem cauſa eſt, quia dupliciter dicitur aliquid fieri ex aliquo .ſ. ex priuatione, & ex ſubiecto quod dicitur materia, ſicut dicitur ꝙ homo fit ſanus, & ꝙ laborans fit ſanus. Dicitur autem magis aliquid fieri ex priuatione quam ex ſubiecto, ſicut magis dicitur aliquis fieri ſanus ex laborante, quam ex homine. Sed hoc fieri hoc, magis dicimus in ſubiecto quam in priuatione. Magis enim dicimus proprie ꝙ homo ſit ſanus, quam ꝙ laborans. Et ideo ille qui eſt ſanus, non dicitur laborans, ſed magis dicitur homo, & econuerſo homo dicitur ſanus. Sic ergo id quod fit, prædicatur de ſubiecto, non autem de priuatione. Sed in quibuſdam priuatio eſt non manifeſta & innominata, ſicut priuatio cuiuſcunq; figuræ in ære, non habet nomẽ, nec etiam priuatio domus in lateribus & in lignis. Et ideo utimur materia, pro materia & priuatione ſimul; Et propter hoc ſicut illic dicimus ꝙ ſanus fit ex laborante, ita hic dicimus ꝙ ſtatua fit ex ære, & domus ex lapidibus & lignis Et propter hoc etiam ſicut ibi id ex quo fit aliquid, ſicut ex priuatione non prædicatur de ſubiecto, quia non di-

Dupl͛r aliquid fit ex aliquo.

Q

A cimus ꝙ ſanus ſit laborans, ita nec hic dicimus ꝙ ſtatua ſit lignum, ſed prædicatur abſtractum in concreto, dicendo ꝙ non eſt lignum, ſed lignea, nec æs, ſe ærea, nec lapis, ſed lapidea. Et ſimiliter domus non eſt lateres, ſed lateritia. Quia ſi quis diligenter inſpiciat nec ſit ſtatua ex ligno, nec domus ex lateribus ſimpliciter loquẽdo, ſed per aliquam permutationem. Fiunt enim iſta ex iſtis ſicut ex aliquo permutato, & non ſicut ex permanente. Aes enim in figuratum non manet dom ſit ſtatua, nec lateres incompoſiti, dum ſit domus. Et propter hoc in prædictis { ita dicitur, } id eſt talis ſit prædicatio.

Lectio. VII.

Cum autem id quod ſit ab aliquo generetur, hoc autem id eſſe dico unde eſt principium generationis. Et ex aliquo, quod quidem non ut priuatio ſumatur, ſed ut materia. Iam enim determinatum eſt quo iſtud dicimus modo. Et aliquid etiã B ſit. Atq; hoc, aut ſphera eſt, aut circulus, aut quoduis cęterorum: id profecto unde eſt principium generationis, ut neq; ſubiectum æs inquam ipſum, ſic neq; ſphæram niſi per accidens facit ex eo ſane, quia ſphæra ærea, ſphæra eſt: ſed illam facit, gream inquam ſphæram. Nam hoc aliquid facere, eſt hoc aliquid facere ex eo quod eſt omnino ſubiectum. Dico autem æs rotundum facere non rotundum facere, aut ſphæram, ſed aliud quippiam, uelut hãc in alio formam. Sin enim facit, ex quodam alio facit Hoc enim ſupponebatur: ueluti æream ſphæram facit Hoc autem ita facit, ut ex hoc quod quidem eſt æs, hoc faciat quod quidem eſt ſphæra. Si igitur hoc ipſum faciat, identidem profecto faciet uti patet, & generationes ipſę in infinitum proficiſcẽtur. C Patet ergo neq; ſpeciem fieri, ſi hoc aut alio nomine eam formam quę eſt in re ſenſibili nuncupare oporteat, neq; generationem ipſius eſſe, neq; hãc eſſe etiam quidditatem. Hęc enim eſt id quod in alio, aut ab arte, aut a natura, aut a potentia fit.

part. 2. QVoniam uero ab aliquo fit quod fit. Hoc autem dico unde principium generationis eſt. Et ex aliquo, fit autem non priuatio hoc, ſed materia. Iam enim diffinitum eſt quando hoc dicimus. Et quod fit. Hoc autem ſphæra, aut circulus, aut quocũq; euenit aliorum. Quemadmodum nec ſubiectum facit æs, ſic nec ſphęram niſi ſm accidens, quia ænea ſphæra eſt, & illam facit. Nam hoc aliquid facere, ex totaliter ſubiecto hoc facere eſt. Dico autem quia æs rotundum facere, eſt non rotundum, aut ſphæram facere, ſed alterum aliquid, aut ſpeciem hanc in alio. Nam ſi facit, ex aliquo facit alio Hoc enim ſubiiciebatur ut facere gream ſphęram. Hoc autem ita, quia ex hoc quod eſt ęs, hoc facit quod eſt ſphæra. Si igitur & D hoc facit ipſum, palam quia ſimiliter faciet, & ibũt T.c. 27. generationes in infinitum. Palam ergo ꝙ nec ſpecies fiat, nec quodcunq; oportet uocare in ſenſibili formam. Nec eius eſt generatio, nec quodquiderat eſſe huic. Hoc enim eſt, quod in alio fit, aut ab arte, aut a natura, aut a poteſtate.

PRAEMISIT ſuperius Philoſophus quædam de generationibus rerum, quaſi neceſſaria ad ſuum propoſitum oſtendendum ſ. ad oſtendendum ꝙ cauſæ generationis rerum non ſunt ponendæ ſpecies ſeparatæ. Ex quibus duo ſũt iam manifeſtata per præmiſſa. ſ. ꝙ omnis generatio eſt ex aliqua materia, & unumquodq; quod generatur, generatur a ſuo ſimili. Nunc autem intendit oſtendere propoſitum ex his quæ ſupra inueſtigata ſont, & diuiditur in partes tres, In prima oſtendit quid ſit illud quod generatur. In ſecunda oſtendit ꝙ cauſa generationis non eſt ſpecies ſeparata, ibi { Vtrũ igitur eſt quædam. } In tria determinat quædam quæ poſſent eſſe dubia circa prædeterminata, ibi { Dubitabit autem aliquis. } Circa primum duo facit. Primo oſtendit ꝙ forma non generatur niſi per accidens. Secundo oſtendit ꝙ compoſitum generatur, ibi { Aeream uero ſphæram. } Dicit ergo primo ꝙ ea quæ ſunt oñſa ſupra, uera ſunt. Quorum unum eſt ꝙ omne quod fit, fit ab aliquo, & hoc eſt agens uel generans a quo eſt principium generationis. Et aliud eſt, ꝙ omne quod generatur, generatur ex aliquo, ut intelligatur id ex quo eſt generatio, non priuatio, ſed materia Dictum eſt enim ſuperius ꝙ aliter fit aliquid ex materia, & aliter ex priuatione. Et tertium eſt ꝙ in omni generatione oportet eſſe aliquid quod fit. Et hoc eſt uel ſphæra uel circulus, uel quodcũq; aliorum. Ex iſtis ſuppoſitis debet eſſe manifeſtum ꝙ ſicut agens generando non facit materiam uel ſubiectum generationis, quæ eſt æs, ita etiam { non facit formam, } . ſ. hoc ipſum quod eſt ſphæra, niſi forte per F accidẽs. Facit enim æream ſphæram quod eſt compoſitum. Et quia ærea ſphæra eſt ſphæra, ideo per accidens facit ſphæram. Quod autem agens non faciat materiam, per ſe eſt manifeſtum, eo ꝙ materia præexiſtit factioni. Vnde non oportuit eum probare ꝙ materia non fieret. Sed de formis poterat eſſe dubium, eo ꝙ forma non inuenitur niſi in termino actionis. Et ideo oportuit eum probare ꝙ forma non fieret niſi per accidens. Et hoc ideo eſt, quia formæ non proprie habent eſſe, ſed magis ſunt quibus aliqua habent eſſe. Vnde ſi fieri eſt uia in eſſe, ita tantum per ſe fiunt, quæ per formas habent eſſe. Formæ autem incipiunt eſſe, eo modo quo ſunt in illis factis, quæ per formas eſſe habent. Et quod forma nõ fiat, ſic probat. Facere enim hoc aliquid, eſt facere hoc ex aliquo ſubiecto, quod eſt { totaliter, } id eſt uniuerſaliter in omni generatione. Facere enim hoc quod eſt æs, rotundum non eſt facere hoc ipſum { quod eſt rotundum, } . ſ. rotunditatem, aut hoc ipſum quod eſt facere { ſphæram, } . ſ. formam ſphæræ, ſed eſt facere { aliquid alterum } . ſ. ſpeciem non qualitercunq; { ſed in alio, } . ſ. in materia, quod eſt fa- G cere compoſitum. Quod ſic patet. Si enim agens facit aliqd, oportet ꝙ faciat ex aliquo alio ſicut ex materia. Huc { .n. ſuperius ſubiiciebatur } . ſ. ꝙ omnis generatio ex materia fit, propter probationem ſuperius inductam. Sicut agens dicitur facere ſphæram æream. Et hoc ideo, quia facit hoc qđ eſt ſphæra ærea, ex hoc quod eſt æs. Si igitur etiam ipſam formam faciat, palam erit ꝙ faciet eam ſimiliter. ſ. ex aliqua materia. Et ita ſicut ſphæra ærea erit compoſita ex materia & forma, ſic & forma ſphæræ æreæ erit compoſita ex materia & forma. Et redibit eadem quæſtio de forma formæ, & ſic in infinitum. Et ita generationes procedent in infinitum, quia omne generatum habet materiam & formã. Palam igitur eſt ꝙ non fit ſpecies rei generatæ, ne aliquid aliud quodcũq; ſit, quod oporteat uocare formam in rebus ſenſibilibus, ſicut ordo & compoſitio & figura quæ in aliquibus tenent locum formæ, maxime in artificialibus. Et quia generatio eſt eius quod fit, palam eſt quod nec generatio eſt formæ, ſed compoſiti. Nec iterum quodquiderat eſſe rei generatæ, generatur, niſi per accidẽs. Sed forma & quodquid erat eſſe, { eſt quod fit in alio, } id eſt in materiam, non per H ſe. Et dico qđ fit, uel ab arte, uel a natura { uel poteſtate } id eſt a quocunq; agente per uiolentiam. Dicit autem quod quiderat eſſe non fieri, quamuis ſit idem rei factæ. Supra enim oſtenſum eſt unamquamq; rem eſſe idem cum ſuo quodqd erat eſſe. Sed tamen quodquiderat eſſe, eſt quod per ſe pertinet ad ſpeciem. Vnde ab eo excluduntur conditiones indiuiduales, quæ per accidens ſunt ſpeciei. Species autem & alia uniuerſalia non generantur niſi per accidens, ſingularibus generatis. Secundum tamen ꝙ licet in litera dicatur ꝙ forma fit in materia, non tamen proprie dicitur. Forma enim proprie non fit, ſed compoſitum. Sicut etiam dicitur forma eſſe in materia, licet forma non ſit, ſed compoſitum per formam. Ita etiam proprius modus loquendi eſt, ut dicamus compoſitum generari ex materia in talẽ formam. Formæ enim proprie non fiunt, ſed educuntur de potentia materiæ

Infra pa. 3 ibi ibi. ſeq.

Inf le. ſeq. Lectio. 6 Te co. 22

Forma per ſe nõ generatur probat.

Lectio. 5.

Sicut forma ita & ꝙ quiderat eſſe & uſia nõ generãtur niſi per accidens.

I inquantum materia quæ eſt in potentia ad formam, fit actu ſub forma, quod eſt facere cōpoſitum. Deinde cum dicit.

Facit autem ſphęram ęream eſse. Nam ex ęre ſphęraq; facit, in hoc enim hanc efficit formam, atque hoc eſt ęrea ſphęra. Si uero ipſius eſse ſphęrę omnino ſit generatio, quippiam eſt quopiam erit. Id enim qđ fit, eſse diuiſibile oportebit, ac aliud hoc, aliud hoc eſſe: aliud inquam materiam, aliud formam. Quod ſi ſphæra æqualis e medio ſit figura, huius aliud id erit in quo id erit, quod efficiens facit in ipſo. Aliud id quod erit in illo. Totum autē id erit quod eſt effectum, uelut ærea ſphæra. Patet igitur ex hiſce quæ dicta ſunt, id quidem non fieri, quod ut forma, aut ut ſubſtantia dicitur. Concurſum autem qui per hanc dicitur fieri. Et in om-

K ni re generata, materiam eſſe, atq; hoc quidem materiam, hoc autem formam eſſe.

Parte 2.

Aeream uero ſphæram eſſe facit. Facit enim ex ęre & ſphęra. Nam in hoc hanc ſpeciem facit, & eſt hoc ſphæra ærea. Hoc autem ſphæræ eſſe. Eius uero quod eſt ſphæræ eſſe, omnino ſi eſt generatio, ex aliquo aliquid erit. Oportebit enim diuiſibile eſſe ſemper quod fit, & eſſe hoc quidē hoc, & hoc hoc. Dico autem ꝙ hoc quidem materiam, illud uero ſpeciem. Si igitur eſt ſphęra ex medio figura æqualis, huius hoc quidem eſt in quo erit quod facit, hoc autem in illo, hoc autem omne quod factum eſt, ut ærea ſphæra. Palam igitur ex dictis, quia quod quidem ut ſpecies, aut ut ſubſtantia dicitur, non fit. Synodus autem ſm hanc dicta, fit. Et ꝙ in omni generato materia ineſt, & eſt hoc quidem hoc, & hoc hoc.

L Oſtendit ꝙ compoſita fiant dicens, ꝙ generans facit eſſe ſphæram æneam. Facit enim eam ex ære quod eſt materia, ſicut ex principio generatiōis, & ex ſphæra, quæ eſt formæ & generationis terminus. Facit enim { Hanc ſpeciem, } id eſt figuram ſphæræ { in hoc, } id eſt in hac materia, inquantum .ſ. tranſmutat hoc æs in ſphæram. Et hoc eſt ſphæra ærea .ſ. forma ſphæræ in ære. { Sed hoc } .ſ. figura ſphæræ { eſt eſſe ſphæræ } .i. quodquideſt ſphæræ. { Eius autē qđ eſt eſſe ſphæræ, } id eſt ipſius quodquideſt formæ, non eſt omnino generatio, quia ſi eſſet eius generatio & oporteret ꝙ eſſet ex aliquo ſicut ex mā. Omne .n. quod fit oportet eſſe diuiſibile, ita .ſ. ꝙ eius { hoc ſit hoc, } id eſt una pars ſit hoc, { & hoc ſit hoc, } id eſt alia pars ſit hoc. Et hoc exponit .ſ. ꝙ una pars eius ſit materia, & alia pars eius ſit ſpecies. Si igitur quid eſt ſphæræ quantum ad ipſam formam eſt { ꝙ ſit figura æqualis ex medio, } id eſt ꝙ ſit quædam figura ſolida a cuius medio ad extremitates omnes lineæ ductæ ſint æquales, oportet { ꝙ huius } .ſ. ſphæræ æneæ { . hoc quidem, } .ſ. materia ſit in quo erat id quod, { facit generās } ſcilicet forma, & hoc ſit in illo .ſ. forma, { quæ } .ſ. eſt figura ex medio æqualis, { & hoc .ſ. omne, } id eſt totum ꝙ, { factum eſt } .ſ. ænea ſphæra. Palam igitur eſt ex dictis, ꝙ ſi omne quod fit oportet eſſe diuiſibile, ꝙ id quod eſt ut ſpecies, aut quod eſt { ut ſubſtantia, } id eſt ut quodquideratesse, non fit. Sed { ſynodus } ideſt compoſitum quod dicitur & denominatur a tali forma, uel quidditate uel quodquideſt, fit. Et iterum manifeſtum eſt ꝙ omni generato ineſt mā, & ꝙ cuiuſlibet gñati hoc eſt hoc, { & hoc eſt hoc } .i. una pars eſt materia, & alia forma. Deinde cum dicit.

Compoſita ſola ppria generā.

M

Eſt ne igitur pręter has, aliqua ſphęra, aut pręter lateritias domos, aliqua alia domus? An ſi ſic eſſet nūquam hoc aliquid eſset ortum? Sed hoc quidem tale ſignificat, definitumq; non eſt. Id autem quod producit, ex hoc efficit atq; generat tale, qđ cum fuerit ortum eſt hoc tale, totumq; hoc Calliás eſt aut Socrates, perinde atq; hęc eſt ęnea ſphęra. N
Homo uero ac animal, ut ęnea ſphęra omnino. Patet ergo formas ipſas ut quidam dicere formas conſueuere, ſi ſint pręter ſingularia quędam, non utiles ad generationes, atq; ad producendas ſubſtantias eſse, neq; ob hęc, ipſas ſeparatas in ratione rerum ſubſtantias eſse ponendas.

Vtrum igitur eſt ne quędam ſphęra pręter has, aut domus pręter lateres, aut nunquam facta eſt? Si ſic, non erat hoc aliquid. Sed quia domus tale ſignificat. Hoc autem & terminatum non eſt, ſed facit & generat ex hoc tale hoc. Et quando generatum eſt, eſt hoc tale. Hoc autem eſt omne hoc. Callias autem & Socrates eſt, quemadmodū ſphęra ęnea hoc Homo vero & aīal quemadmodū ſphęra ęnea totaliter. Manifeſtum ergo quia ſpecierum cauſa, ſicut conſueti ſunt dicere quidam ſpecies ſi ſunt præter ſingularia, ad generationes & ſubſtantias nihil utiles, neq; erūt utiq; pręter hoc ſubſtantię ſecundum ſe. O

Te cō. 28 Parte 7.

Oſtendit ꝙ ex quo formæ non generantur ſed compoſita, ꝙ non oportet ponere ſpecies ſeparatas eſſe cauſas generationis in iſtis inferioribus. Sciendum eſt autem ꝙ platonici ponebāt ſpecies eſſe cauſas generationis dupliciter. Vno modo per modum generantis. Et alio modo per modum exemplaris. Primo ergo oſtendit ꝙ ſpecies ſeparatæ nō ſunt cauſæ, generationis per modum generantis. Secundo ꝙ nō per modum exemplaris, ibi { In quibuſdam uero palam. } Dicit ergo primo ꝙ conſiderandum eſt utrum ſit aliqua forma { uřis præter huiuſmodi ſingularia } .ſ. ꝙ ſit quædā ſphera a materia ſeparata præter has ſphæras quæ ſunt in materia. Aut etiam ſit aliqua domus uřis ſine materia, præter lapides, ex quibus conſtituuntur iſtæ domus particulares. Mouet autem qōnem in artificialibus propter naturalia, quorū ſpecies Plato ſeparatas poſuit a materia. Vt intelligatur eſſe quæſitum utrum ſit homo uřis præter carnes & oſſa, ex quibus particulares homines conſtituuntur. Ad ſolutionem autem huius qōnis, hic primo præmittit ꝙ ſi ſit aliqua ſubſtantia hoc modo facta, nullo modo erit hoc aliquid, ſed ſignificabit tantum quale quid, quod non eſt determinatum: Socrates enim ſignificat hoc aliquid & determinatum. Homo uero ſignificat quale quid, quia ſignificat formam communem & indeterminatam, quia ſignificat abſq; determinatione huius uel alius: Vnde ſi ſit homo præter Socra. & Platonem & alios huiuſmodi, non tamen erit hoc aliquid nec determinatum. Sed nos uidemus ꝙ in generationibus, ſemper illud quod facit & generat { ex hoc, } id eſt ex tali materia, eſt { tale hoc, } id eſt hoc determinatum, habens determinatam ſpeciem. Oportet enim ſicut generatum eſt hoc aliquid, ita & generans eſſe hoc aliquid, cum generans ſit ſimile genito, ut ſupra probatum eſt. Et ꝙ genitum ſit hoc aliquid, ex hoc patet, quia quod generatur eſt compoſitum { ſed hoc eſſe } .ſ. compoſitum, quando { eſt hoc } ideſt determinatum, eſt ut callias, aut Socrates, ſicut cum dicitur hæc ſphæra ænea. Sed homo & animal non ſignificant hanc materiam ex qua eſt generatio; ſicut nec ſphæra ęnea uřr dicta. Si ergo compoſitum generatur, & non generatur niſi ex hac materia per quam eſt hoc aliquid, oporteret ꝙ id quod generatur, ſit hoc aliquid Et cum generatum ſit ſimile generāti oportet etiam ꝙ generans ſit hoc aliquid. Et ita non ſit ſpecies uřis ſiue materia. Manifeſtum eſt ergo ex dictis ꝙ ſi ſunt aliquę ſpecies præter ſingularia, nihil ſunt utiles ad generationes & ſubſtantias rerum, ſicut conſueti ſunt quidam dicere { ſpecierum cauſa } .i. ad hoc ꝙ ponant ſpecies. Hæc enim erat una cauſa, quare Platonici ſpecies ponebant, ut eſſent cauſa generationis in rebus. Si igitur ſpecies ſeparatæ non poſſunt eſſe cauſa generationis manifeſtū erit, ꝙ non erunt ſpecies quædam ſubſtātiæ ſm ſe exiſtentes. Sciendum eſt autem ꝙ omnes qui non conſiderauerunt

Quomodo plato poſuit ideas cauſas generationis.

P

Ideæ non ſunt neceſſariæ ad generationem [illegible]

Te cō. 23.

Q

Formæ non [illegible] corruptibiles, nec creant nec

præexiſtis ſed de potentia materiæ educuntur.

A runt hoc, quod Philoſophus ſupra oſtendit, ꝙ formæ non fiunt, paſſi ſunt difficultatem circa factionem formarum. Propter hoc nanq; quidam coacti ſunt dicere, omnes formas eſſe ex creatione. Nam ponebant formas fieri, & non poterant ponere ꝙ fierent ex materia, cum materia non ſit pars formæ. Vnde ſequebatur ꝙ fierent ex nihilo. Et per cõſequens ꝙ crearentur. Econtrario autem quidam poſuerunt propter hanc difficultatem, formas præexiſtere in materia actu, quod eſt ponere latitationem formarum, ſicut poſuit Anaxa. Sententia autem Ariſtote. qui ponit formas non fieri ſed compoſitum, utrunq; excludit. Neq; enim oportet dicere ꝙ formæ ſint cauſatæ ab aliquo extrinſeco agẽte, neque ꝙ fuerint ſemper actu in materia, ſed in potentia tantum. Et ꝙ in generatione compoſiti ſint eductæ de potentia in actum. Deinde cum dicit.

In quibuſdam enim & luce clarius extat, id qđ B generat tale quidem eſſe, quale eſt id quod ab ipſo producitur. Non tamen numero, ſed ſpecie idẽ ac unum: ut in ipſis naturalibus conſtat. Homo nanq; hominem generat, & equus equũ, niſi præter naturam quippiam fiat, ut ſit cum equus generat mulum. Atq; hæc etiam ſimilem ſubeunt legẽ. Id enim quod commune eſt equo ac aſino, propinquiſſimum inquam genus, nomine caret. Fortaſſe autem ambo ſunt, ueluti mũlus. Quare patet non opus eſſe formam exemplar extruere. In his enim maxime formæ inquirẽtur atq; utiles eſſent, quippe cum hæ maxime ſubſtantiæ ſint. Sed id quod generat, ſufficiens ſane productionis eſt cauſa, & ut in materia ſit ipſa forma. Tota autem iam talis in hiſce, carnibus, atq; oſſibus forma Socrates eſt C & Callias. Quę quidem diuerſa eſt ob materiam. Etenim diuerſa. Eadem autem ſpecie, quippe cum ipſa forma indiuidua ſit, ut patet.

part. 4.

In quibuſdam uero, palam quia generans tale quidem eſt, quale generatum. Nec tamen idem nec unum nũmero, ſed unum ſpecie: ut in phyſicis. Homo nanq; hominem generat, niſi quid præter naturam fiat, ut equus mulum. Et hoc quoq; ſimile. Commune enim ſuper equum & aſinum nõ eſt nominatum proximũ genus. Sunt autem ambo forſan uelut mulus. Quare palam quia non oportet quaſi exemplum, ſpeciem probare. Maxime enim in his exquirerentur. Nam ſubſtantię maxime hę. Sed ſufficiens eſt generans facere, & ſpeciei cauſam eſſe in materia: Omnis uero talis ſpecies in his carnibus & oſſibus Callias & Socrates. Et diuerſa quidem propter materiam. Diuerſa nãque. Idem uero ſpecie. Indiuidua enim ſpecies.

Hic plano ſſu uerbo. eſt habere materiã in diuiduatio nis eſſe ꝑincipium.

Oſtendit ꝙ ſpecies ſeparatæ non poſſunt eſſe cauſa generationis per modum exemplaris dicens, ꝙ licet in aliquibus D ſit dubium utrum generans ſit ſimile generato, tamẽ in quibuſdam palam eſt ꝙ generans ſit quoddam tale quale eſt generatum, non quidem idem numero, ſed idem ſpecie, ut patet in naturalibus Homo enim generat hominem, ſimiliter equus equum, & unaquæq; res naturalis aliam ſimilẽ in ſpecie ſibi, niſi accidat aliquid præter naturam, ſicut eſt cum equus generat mulum. Et dicitur iſta generatio præter naturam, quia eſt præter intẽtionem naturæ particularis. Virtus enim formatiua quæ eſt in ſpermare maris, naturaliter eſt ordinata ut producat omnino ſimile ei a quo ſperma eſt deciſum. Sed de ſecundaria intentione eſt, ꝙ quando perfecta ſimilitudo induci non poteſt, inducatur qualiſcunq; poteſt ſimilis. Et quia in generatione muli ſperma equi non poteſt inducere ſpeciem equi in materia, propter hoc quod nõ eſt proportionata ad ſuſcipiendum ſpeciem equi, inducit ſpeciem propinquam. Vnde etiam in generatione muli eſt ali-

Quod generatio muli ſit ꝑter naturam, & quo modo.

quo modo generans ſimile generato. Eſt enim aliquod proximum genus, quod nõ eſt nominatum commune equo & E aſino. Et ſub illo genere continetur etiam mulus. Vnde ſm illud genus poteſt dici ꝙ ſimile generet ſimile. Vt ſi uerbi gratia dicamus quod illud proximum genus ſit iumentum, poterimus dicere ꝙ licet equus non generet equum ſed mulum, iumentum tamen generat iumentum. Patet igitur ꝙ omnia generata conſequuntur ſpeciei ſimilitudinem ex uirtute generantis Quare palam eſt ꝙ non oportet ponere aliquam ſpeciem ſeparatam, quaſi exemplar rebus generatis, ex cuius imagine res generatæ ſpeciei ſimilitudinem conſequantur: ut Platonici ponebant. Maxime enim huiuſmodi exemplaria requirerentur in prædictis ſubſtantiis naturalibus quæ ſunt maxime ſubſtantiæ reſpectu artificialium. Sufficiens autem eſt in prædictis generans ad faciendum ſimilitudinem ſpeciei, & eſt ſufficiens {ponere cauſam ſpeciei, in materia} ideſt ꝙ illud quod facit hoc generatum conſequi talem ſpeciem non ſit ſpecies extra materiam, ſed ſpecies in F materia. {Omnis autem ſpecies quæ eſt in materia} .ſ. in his carnibus & in his oſſibus, eſt aliquod ſingulare, ut Callias & Socrates. Et iſta etiam ſpecies cauſans ſimilitudinem ſpeciei in generando eſt diuerſa a ſpecie generati ſm numerum propter diuerſam materiam. Cuius diuerſitas eſt principium diuerſitatis indiuiduorum in eadem ſpecie. Diuerſa nãq; eſt materia, in qua eſt forma hominis generantis & hominis generati. Sed utraq; forma eſt idem ſm ſpeciem. Nam ipſa ſpecies eſt {indiuidua,} id eſt non diuerſificatur in generante & generato. Relinquitur ergo ꝙ non oportet ponere aliquã ſpeciem præter ſingularia, quæ ſit cauſa ſpeciei in generatis, ut Platonici ponebant.

Idea nõ ẽ exẽplar in generatiõe naturali.

Lectio. VIII.

Dubitauerit autem non iniuria quiſpiam, cur quędam fiunt & arte, & atq; etiam caſu, ut ſanitas: quędam non fiunt, ut domus.

DVbitabit autem aliquis quare alia fiunt arte & a caſu, ut ſanitas: alia non, ut domus.

Te.c6.59 parte.1. Parte.1. parte.6. Parte ſeq.

POSTQVAM oſtendit Philoſophus ꝙ ſpecies ſeparatæ non ſunt cauſa generationis in iſtis inferioribus, hic manifeſtat quædam quæ poſſent eſſe dubia circa ꝑ determinata. Et diuiditur in partes tres, ſecundum ꝙ tria G dubia ſunt quæ manifeſtare intendit. Secunda pars incipit ibi {Palam uero ex dictis.} Tertio ibi {Non ſolum autem de ſubſtantia.} Circa primum duo facit. Primo ponit dubitationem. Secũdo ſoluit eam, ibi {Cauſa uero &c.} Oritur autem prima dubitatio ex eo quod ſupra dixerat, ꝙ quando principium ſanitatis eſt ſpecies quæ eſt in anima, tunc ſanitas ſit ab arte. Quando uero ſanitas non eſt ab hoc principio, ſed a calefactione tantum tunc ſit ſanitas a caſu. Sicut cum accidit ſanitas ex confricatione. Hoc autem non poteſt accidere in omnibus quæ fiunt ab arte. Domus enim nunquam ſit ab aliquo principio, niſi a ſpecie domus in anima. Et ſic ſemper ſit ab arte, & non a caſu. Et ideo eſt dubitatio quare quædam ſint quãq; quidem ab arte, quãdoq; quidem a caſu, ut ſanitas, quædam uero non, ſed fiunt tantum ab arte, & nunquam caſu, ut domus. Deinde cum dicit.

Lec.7. Dubiũ cur aliqua ſint ab arte & a caſu, aliqua uero ab arte tantum.

Atqui cauſa huius hęc eſſe uidetur. Materia nãque quę princeps eſt generationis, ut efficiatur, & fiat aliquid eorum, quę ab arte proficiſcuntur, in H qua pars eſt aliqua rei, alia talis ẽ, & ut a ſeipſa moueatur, alia talis non eſt. Et huius alia hoc modo moueri poteſt, alia non poteſt. Complura nãq; moueri quidem a ſeipſis poſſunt, at non hoc pacto, uelut ſaltare. Quia igitur ſunt & quorum materia talis eſt, ut ſic moueri non poſſit, niſi ab alio, quales ſunt lapides, atq; ignis, & quorum materia talis ẽ, ut ſic moueri poſſit. Ideo alia nõ erunt ſine eo qui artem habet. Poſſunt autem ipſa, aut ab aliis non habentibus artem, aut ex parte moueri.

Parte.2.

Cauſa uero eſt, quia horum quidem eſt materia incipiens generationis in facere & fieri aliquid

I eorum quæ ab arte, in qua exiſtit aliqua rei pars. Hęc quidem talis eſt, qualis moueri ab ea, illa uero non. Et huius hęc quidem ſic potens, hęc autem impotens. Multa nanq; poſſunt ab ipſis moueri, ſed nō ſic, puta ſaltare. Quorum igitur talis eſt materia, ut lapides, impoſſibile ſic moueri niſi ab alio. Sic tamen & utiq; ignis. Propter hoc hęc quidem non erunt ſine habentem artem, hæc autem erunt. Ab his enim mouebuntur non habentibus artem, aut ex parte.

Solutio dubii. Soluit quæſtionem, & dicit cauſam prædictæ differentiæ in artificialibus hanc eſſe, quia materia a qua incipit generatio, ſm quam contingit facere & fieri aliquid eorum quæ ſunt ab arte, talis eſt in qua exiſtit aliqua pars rei. Oportet nanq; in materia qualibet eſſe aptitudinem ad formam. Nō K enim quodlibet artificiatum poteſt fieri ex qualiber materia, ſed ex determinata. Sicut ſerra non fit ex lana, ſed ex ferro. Ipſa ergo aptitudo ad formam artificiati, quæ eſt in materia, iā eſt aliqua pars artificiati quæ eſt in materia, quia ſine aptitudine artificiatum eſſe non poteſt. Sicut ſerra non poteſt eſſe ſine duritie, per quam ferrum eſt ordinatum ad formam ſerræ. Sed hæc pars dupliciter inuenitur in materia. Quandoq; quidem ita ꝙ per eam materia poteſt moueri a ſeipſa per partem formæ in ea exiſtentem. Quandoque uero non. Sicut in corpore humano quod eſt materia ſanationis, ineſt uirtus actiua per quam corpus poteſt ſanare ſeipſum. In lapidibus autem & lignis non eſt aliqua uirtus actiua, per quam poſſit moueri materia ad formam domus. Etſi quidem materia ſic poſſit moueri per partem formæ, quam in ſe habet ad formam, hoc contingit dupliciter, quia quandoq; poteſt ſic moueri per principium intrinſecum, quod eſt pars prædicta, ſicut moueretur per artem, ut accidit in ſanatione. Nam natura humani corporis eodem modo agit ad ſa L nitatem, ſicut & ars. Quandoq; uero non poteſt moueri materia per principium intrinſecum eodem modo ſicut mouetur ab arte, licet aliquo modo per ipſum moueri poſſit. Multa enim ſunt quæ poſſunt a ſeipſis moueri, ſed non ſic ſicut mouentur ab arte, ut patet in ſaltatione. Homines enim nō habentes artem ſaltādi poſſunt quidem mouere ſeipſos, ſed non illo modo, ſicut mouent ſe qui habent artem prædictā. Illa igitur artificialia quæ habent talem naturam, ſicut lapides ſunt materia domus, non poſſunt a ſeipſis moueri. Impoſſibile eſt enim moueri ea niſi ab alio. Et hoc non ſolum eſt in artificialibus, ſed etiam in natu[tu]ralibus. Sic enim & materia ignis non poteſt moueri ad formā ignis niſi ab alio. Et inde eſt ꝙ forma ignis non generatur niſi ab alio. Et propter hoc quædam artificialia non poſſunt fieri ſine habente artem, quæ. ſ. in ſua materia uel non habent aliquod principium motiuum ad formam, uel non ſic motiuum ſicut ars mouet. Quæ uero ab aliquo extrinſeco principio moueri poſſunt non habente artem, poſſunt eſſe & fieri etiam ſine habente artem. Mouebuntur enim eorum materiæ ab his, quæ non habent artem. Quod quidem oſtendit dupliciter. M Vno modo inquantum poſſunt moueri ab aliquibus aliis extrinſecis principiis non habentibus artem, ſicut arborē plantare poteſt etiam qui non habet artem plantandi. Alio modo quando { materia mouetur ex parte, } id eſt ab aliquo principio intrinſeco, quod eſt aliqua pars formæ. Sicut cum corpus humanum ſanatur ab aliquo principio intrinſeco, ꝙ eſt aliqua pars formæ. Sciendum eſt autem ꝙ occaſione Quidā ex dictis ponunt inchoatiua. horum uerborum quæ hic dicuntur, quidam ponit ꝙ in omni generatione naturali eſt aliquod principium actiuum in materia, quod quidem eſt forma in potentia præexiſtens in materia, quæ eſt quædam inchoatio formæ. Vnde hæc formæ pars dicitur. Quod quidem adſtruere nituntur. Primo ex hoc ꝙ hic dicitur. Videtur enim hic Ariſto. dicere, ꝙ illa in quorum materia non eſt principium actiuum, fiunt tantum ab arte. Oportet igitur ꝙ in materia illorum quæ fiunt a natura, inſit aliquod principium actiuum. Secundo ex hoc ꝙ omnis motus cuius principium non eſt in eo quod mouetur ſed extra, eſt motus uiolentus, & non naturalis. Si igitur N in his quæ generantur per naturam non eſſet aliquod principium generationis actiuum in materia, tunc eorum generationes non eſſent naturales, ſed uiolentæ, aut non eſſet aliqua differentia inter generationem artificialem & naturalem. Et ſi obiiciatur contra eos, quod tunc ea quæ generantur naturaliter, non indigent extrinſeco generante, ſi eorū generatio eſt a principio intrinſeco. Reſpondent quod ſicut principium intrinſecum non eſt forma completa, ſed quædam inchoatio formæ, ita etiam non ex perfectum principium actiuum, ut per ſe poſſet agere ad generationem, ſed habet aliquid de uirtute actiua ut cooperetur exteriori agenti. Niſi enim aliquid conferret mobile exteriori, agenti eſſet motus uiolentus. Violentum enim eſt cuius principium eſt extra, nil conferente uim paſſo, ut in primo ethicorum dicitur. Lect. 1. Hæc autem opinio uidetur propinqua ponentibus latitationem formarum. Impugnatio inchoationum. Cum enim nihil agat niſi ſecundum ꝙ eſt in actu, ſi partes uel inchoationes formarum quæ ſunt O in materia, habent aliquam uirtutem actiuam, ſequitur ꝙ ſint aliquo modo actu, quod eſt ponere latitationem formarum. Et præterea cum eſſe ſit ante agere, non poteſt intelligi formā prius habere, agere, quam ſit in actu. Et ideo dicendum eſt, ꝙ ſicut ſola uiuentia inueniuntur ſe moueri ſm locum, alia uero mouentur a principio extrinſeco, uel generāte, uel remouente prohibens, ut dicitur octauo phyſico. ita Te. cō. 34. ſecundum alios motus, ſola uiuentia inueniuntur mouere ſeipſa. Et hoc ideo quia inueniuntur habere diuerſas partes, quarum una poteſt eſſe mouens, & alia mota, quod oportet eſſe in omni mouente ſeipſum, ut probatur in. 8. phyſi. Sic Te. cō. 40. igitur inuenimus in generatione uiuentium eſſe principium actiuum intrinſecum, quod eſt uirtus formatiua in ſemine. Et ſicut eſt potentia augmentatiua mouens in motu augmēti & decrementi, ita eſt & in motu alterationis quæ eſt ſanatio, principium mouēs intra. Nam cum cor non ſit ſuſceptiuum infirmitatis, uirtus naturalis quæ eſt in corde ſano, totum corpus ad ſanitatem alterat. De tali igitur materia ha- P bente in ſe principium actiuum loquitur hic Philoſophus, & non de rebus inanimatis. Quod ex hoc patet, quia materiā ignis comparat materiæ domus in hoc, quod utraq; mouetur ad formam a principio extrinſeco. Non tamen ſequitur ꝙ generatio inanimatorum corporum non ſit naturalis. Non enim oportet ad motum naturalem ꝙ ſemper principium motus, quod eſt in mobili, ſit principium actiuum & formale, ſed quandoq; eſt paſſiuū & materiale. Vnde & natura in ſecundo phyſico. diſtinguitur per materiam & for- Te. cō. 6. mam. Et ab hoc principio dicitur naturalis generatio ſimplicium corporum, ut dicit Commentator in ſecundo phyſicorum. Cō. primo Differentia tamen eſt inter materiam naturalium & artificialium, quia in materia rerum naturalium eſt aptitudo naturalis ad formam, & poteſt reduci in actum per agens, naturale, non autem hoc contingit in materia artificialium. Deinde cum dicit.

Patet autem ex hiſce quę diximus, & uniuerſa Q quodammodo (ſi non per accidens fiant) ex eo qđ eſt eiuſdem nominis rationiſq; fieri, ut res naturales. Aut aliqua ex parte tali, ut domus ex domo, aut a mente. Eſt enim ars ipſa forma aut ex parte: aut ex habente aliquam partem.

Palā uero ex dictis, quia modo quodam omnia Te. cō. 30. Par. 3. fiunt ex uniuoco, quemadmodum naturalia: aut ex parte uniuoco, ut domus ex domo: aut ab intellectu. Ars enim ſpecies. Aut ex parte, aut ex habente aliquam partem, niſi ſm accidens fiat.

Manifeſtat ſecundum quod poterat eſſe dubium ex prædictis. Hic accipe & ſpē eſſe in intellectu & habitus eſſe ſpēs. Dixerat enim ſuperius ꝙ omne quod generatur, generatur a ſimili ſm ſpeciem. Hoc autem non eodem modo ſe habet in omnibus, & ideo hic manifeſtare intendit, quomodo hoc diuerſimode in diuerſis inueniatur, & circa hoc duo facit. Primo diſtinguit diuerſos modos quibus generatum eſt ſimile generāti. Secūdo manifeſtat eos. ibi { Cauſa nāq; faciendi. }

A facíendi. } Sciendum eſt autem circa primum ꝙ omne qđ generatur ab aliquo, aut generatur per ſe, aut generatur ab eo per accidens. Quod autem generatur ab aliquo per accidens, non generatur ab eo ſm ꝙ huiuſmodi. Vnde non oportet in generante eſſe ſimilitudinem generati. Sicut inuentio theſauri non habet ſimilitudinem aliquam in eo, qui fodiens ad plantandum inuenit theſaurum per accidens. Sed generans per ſe, generat tale ſm ꝙ huiuſmodi. Vnde oportet ꝙ in generante per ſe, ſit aliqualiter ſimilitudo generati. Sed hoc contingit tripliciter. Vno modo quando forma generati præcedit in generante, ſm eundem modum eſſendi, & ſimili materia. Sicut cum ignis generat ignem, uel homo generat hominem Et hæc eſt generatio totaliter uniuoca. Alio modo quando forma generati præcedit in generante, non quidem ſm eundem modum eſſendi, nec in ſubſtantia eiuſdem rationis, ſicut forma domus præcedit in artifice, non ſm eſſe materiale, ſed ſm eſſe immateriale, quod habet in mente artifi-

B cis, non in lapidibus & lignis. Et hæc generatio eſt partim ex uniuoco quantum ad formam, partim ex æquiuoco quantū ad eſſe formæ in ſubiecto. Tertio modo quando ipſa tota forma generati non præcedit in generante, ſed aliqua pars eius, aut aliqua pars partis, ſicut in medicina calida præcedit calor qui eſt pars ſanitatis, aut aliquid ducens ad partem ſanitatis. Et hæc generatio nullo modo ē uniuoca. Et ideo dicit. { Palam ex dictis eſt quòd aut fiunt omnia quodammodo ex totaliter uniuoco, ſicut naturalia, } ut ignis ab igne, & homo ab homine. Aut ex eo quod eſt { ex parte } uniuocum, quãtum ad formam, & ex parte æquiuocum, quantum ad eſſe formæ in ſubiecto, ſicut domus fit ex domo, quæ eſt ars in artifice, { aut ab intellectu } ſiue artis habitu Ipſa enim ars ædificatiua eſt ſpecies domus. Aut tertio modo fiunt aliqua ex parte formæ præexiſtentis in generante, ſiue ex ipſo generante habente partem prædictam. Poteſt enim dici ꝙ generatio fit uel ex forma, ſiue parte formæ, uel ex habente formam, uel partem formæ. Sed ex habente quidem ſicut ex generante, ex forma ſiue parte formæ, ſicut ex eo quo generans generat. Nam forma non generat nec agit, ſed habēs

C formam per eam Et hoc dico ꝙ aliquid fit ex alio ſimili ſm aliquem prædictorum modorum, niſi fiat ex eo per accidēs. Tunc enim non oportet huiuſmodi ſimilitudinem obſeruari, ſicut dictum eſt. Deinde cum dicit.

Pars ſeq. An unum quodq; eodē mō generetur a ſibi ſimili.

Trib. mod. cōtingit generatio aſſimilari generato.

Cauſa enim faciendi pars eſt prima per ſe. Nam caliditas quæ eſt in motione, caliditatem in corpore fecit. Hęc autem ſanitas eſt, aut pars ſanitatis, aut ipſam pars ſanitatis aliqua, aut ipſa ſanitas ſequit. Quapropter & facere dicitur, quia illud ſanitatem facit, caliditas inquam ipſa, cui accidit atq; ſequitur ualitudo. Quare ut in ratiocinationibus ſubſtãtia principium oīum eſt, nam ex ipſo quid eſt, rōcinationes proficiſcuntur, ſic ſunt hic generationes.

Cauſa nanq; faciendi prima ſm ſe pars. Calor. n. in motu, calorem in corpore facit. Is uero eſt aut ſanitas, aut pars, aut ſequitur eum pars aliqua ſanitatis, aut ſanitas ipſa. Propter quod dicitur facere, quia illud facit ſanitatem, cui conſequitur & accidit calor. Quare quemadmodū in ſyllogiſmis omnium principium eſt ſubſtantia, nam ex quodquid

D eſt, ſyllogiſmi ſunt, & hic generationes.

Pars. 4. Alia litera ſanitas. Te. cō. 31. Hic accipe qđqđ ſub ſciēti eē medū l demōſtratione. parte ſe 3.

Manifeſtat modos prædictos, & primo in rebus artificialibus. Secundo in rebus naturalibus. ibi { Similiter itaque his. } Dicit ergo primo quod ideo oportet quod ſit fieri ex aliqua parte, quia prima cauſa faciendi ſecundum ſe, eſt pars generati præexiſtentis in generante, quæ eſt uel ipſa forma generantis, uel pars formæ. Cum enim per motum calor generatur, in ipſo motu eſt quodammodo calor ſicut in uirtute actiua. Nam ipſa uirtus cauſandi calorem quæ eſt in motu, eſt aliquid de genere caloris. Et iſte calor in motu exiſtens uirtute, facit calorem in corpore, non quidē generatione uniuoca, ſed æquiuoca, quia calor in motu, & in corpore calido,

E non eſt unius rationis. Is uero ſcilicet calor aut eſt ipſa ſanitas, aut aliqua pars ſanitatis, aut ſequitur eum aliqua pars ſanitatis, aut ſanitas ipſa. Per hæc quatuor quæ ponit, dat intelligere quatuor modós, quibus poteſt ſe habere forma generantis ad formam geniti. Quorum primus eſt quando forma generati totaliter eſt in generante, ſicut forma domus eſt in menta artificis, & ſicut forma ignis generati eſt in igne generante. Secundus modus eſt quando pars formæ generati eſt in generante, ſicut cum medicina calida ſanat calefaciendo. Nam calor, factus eſt in ſanato pars ſanitatis. Tertius modus eſt quando pars formæ eſt in generante, non actu, ſed uirtute, ſicut quando motus calefaciendo ſanat. Calor enim eſt in motu uirtute, & non actu. Quartus modus eſt quando ipſa tota forma eſt in generante uirtute, ſed non actu, ſicut forma ſtuporis eſt in piſce ſtupefaciente manum. Et ſimiliter eſt in aliis quæ agunt à tota ſpecie. Primum ergo modum deſi-

Quatuor modis pt dici forma generati eē i generāte.

F gnat in hoc ꝙ dicit { aut ſanitat. } Secundum in hoc ꝙ dicit. { Aut pars. } Tertium in hoc quòd dicit. { Aut ſequitur eum aliqua pars ſanitatis. } Quartum in hoc quod dicit. { Aut ſanitas ipſa. } Et quia motus cauſat calorem ad quem ſequitur ſanitas, propter hoc etiam dicitur motus facere ſanitatem, quia id facit ſanitatem cui conſequitur uel accidit ſanitas. Vel melius. { Quod conſequitur & accidit ex motu } ſcilicet calor, facit ſanitatem. Quare patet, quod ſicut in ſyllogiſmis omnium principium { eſt ſubſtãtia, } id eſt quodquid eſt rei. Nam ſyllogiſmi demonſtratiui ſunt ex quid eſt, cum in demonſtrationibus medium ſit diffinitio { & hic } ſcilicet in operatiuis generationes ſunt ex quodquideſt. In quo oſtēditur ſimilitudo intellectus ſpeculatiui & practici. Sicut enim intellectus ſpeculatiuus procedit ad demonſtrandum paſſiones de ſubiectis ex conſideratione eius quodquideſt, ita intellectus procedit ad operandum ex ſpecie artificii, quæ eſt eius quodquideſt, ut ſupra dictum eſt. Deinde cum dicit.

Cōuenientia intellectus ſpeculatiui & practici.

Simili modo res ſeſe habet & in hiſce quæ natura conſtant. Semen enim perinde atq; artifex facit.

G Habet enim potētia ipſam formam, & id a quo eſt ſemen uniuocum eſt quodammodo, niſi ipſum ortum ſit læſum. Quocirca non ex multo naſcitur mulus. Non enim ita omnia ſunt flagitanda, ut ex homine naſcitur homo. Etenim ex uiro mulier oritur. Atqui quorum materies, ut ibi, & a ſeipſa eo motu moueri poteſt, quo ſemen mouet, ea a caſu fiunt. Quorum uero non poteſt, ea nullo alio modo quam ex generationibus fieri poſſunt.

Similiter itaq; his, & quę ſunt natura conſtituta, ſe habent. Nam ſperma facit ſicut quę ab arte. Habet enim poteſtate ſpeciem, & a quo ſperma eſt, aliqualiter uniuocum. Non enim omnia oportet quærere ut ex homine homo. Et enim fœmina ex uiro. Vnde mulus non ex mulo, ſed ſi in non orbatio fuerit. Quæcunque autem a caſu, ſicut ibi fit, quorumcunq; materia poteſt a ſeipſo moueri hoc motu, quo ſperma mouet. Quorumcunque uero non, ea impoſſibilia ſunt fieri aliter q̄ ex ipſis.

Pars. 5.

H Manifeſtat quod dixerat de artificialibus, in rebus naturalibus dicens, quòd ſimiliter ſe habent ea quæ ſunt conſtituta ſecundum naturam, his quæ fiunt per artem. Sperma enim operatur ad generationem, ſicut contingit in his quæ fiunt per artem. Sicut enim artifex non eſt actu domus, nec habet formam quæ ſit domus actu, ſed poteſtate, ita ſperma non eſt animal actu, nec habet animam quæ eſt ſpecies animalis actu, ſed poteſtate. Eſt enim in ſemine uirtus formatiua, quæ hoc modo comparatur ad materiam concepti, ſicut comparatur forma domus in mente artificis ad lapides & ligna, niſi quòd forma artis eſt omnino extrinſeca à lapidibus & lignis, uirtus autem ſpermatis eſt intrinſeca. Quamuis autem generatio animalis ex ſpermate,

Virtus formatiua, q.

I non ſit à ſpermate ſicut ab uniuoco, quia ſperma non eſt animal, id tamen à quo eſt ſperma, eſt aliqualiter uniuocum ei quod fit ex ſpermate. Nam ſperma fit ab animali. Et in hoc eſt diſſimilitudo inter generationem naturalem, & generationem artificialem, quia non oportet ꝙ forma domus in mente artificis ſit à domo, licet quandoque hoc accidat, ut cum aliquis ad exemplar unius domus facit aliam. Sed ſemper oportet ꝙ ſperma ſit ab animali. Exponit autem quod dixerat { aliqualiter uniuocum, } quia non oportet in omni generatione naturali eſſe omnimodam uniuocationem, ſicut cum dicitur ꝙ homo fit ex homine. { Fit enim fœmina ex uiro } ſicut ex agente, { & mulus non fit ex mulo, } ſed ex equo uel aſino, in quo tamen eſt aliqua ſimilitudo, ut

Te.cõ.28. ſupra dixit. Et quod dixit ꝙ à quo eſt ſperma, oportet eſſe aliqualiter uniuocum, ſubiungit intelligendum eſt { ſi non fuerit orbatio } id eſt ſi non fuerit defectus naturalis uirtutis in ſemine. Tunc enim generat aliquid quod non eſt ſimile generanti, ſicut patet in monſtruoſis partibus Et { ſicut in

K illis } id eſt in rebus artificialibus aliqua fiunt non ſolum per artem, ſed a caſu, quando materia poteſt moueri à ſeipſa eo motu quo mouetur ab arte. Quando uero non poteſt hoc modo moueri, tunc non poteſt id quod fit ab arte, ab alio fieri quàm ab arte, ita & hic poſſunt aliqua fieri à caſu & ſine ſpermate, illa quorum materia hoc modo poteſt moueri a ſeipſa { eo motu quo mouet ſperma } id eſt ad generationem animalis. Sicut patet in his quæ generantur ex putrefactione, quæ quomodo dicantur eſſe a caſu & quomodo non,

Te.cõ.23 ſuperius expoſitum eſt. Illa autem quorum materia non poteſt moueri a ſeipſa eo motu quo a ſpermate mouetur, impoſſibilia ſunt fieri aliter quàm ex ipſis ſeminibus, ſicut patet

Cõtra Auic. & Auer. de homine & equo & aliis animalibus perfectis. Patet autem ex his quæ hic dicuntur, ꝙ neque omnia animalia poſſunt generari & ex ſemine & ſine ſemine, ut Auicenna ponit, neque nulla generantur utroque modo, ut poſuit Auerrois. Eſt autem

Ex dictis patet formas ſubales eẽ a generãtibus, & nõ a formis ſeparatis. aduertendum ꝙ per ea quæ hic dicuntur, poſſunt ſolui dubitationes illorum qui ponebant formas in iſtis generatis, non eſſe a generantibus naturalibus, ſed a formis quæ ſunt ſine materia. Hoc enim maxime uiſi ſunt ponere propter animalia generata ex putrefactione, quorum formæ non uidentur procedere ex aliquibus ſimilibus ſm ſpeciem. Vlterius autẽ

L in animalibus etiam quæ generantur ex ſemine, uirtus actiua generationis, quæ eſt in ſemine, non eſt anima, ut ex hoc poſſit anima ſequi in animali generato. Adhuc autem procedunt, quia in inferioribus iſtis non inueniuntur aliqua principia actiua ad generationem, niſi calidum & frigidum, quæ ſunt formæ accidentales. Et ſic non uidetur ꝙ per ea poſſint

Te.cõ.28. produci formæ ſubſtãtiales. Nec uidetur ꝙ ratio Philoſophi quam ſupra poſuit contra ponẽtes exemplaria, teneat in omnibus, ut ſcilicet ad ſimilitudinẽ ſpeciei in generatis, ſufficiant formæ generantium. Sed omnes hæ dubitationes ſoluuntur per literam Ariſtotelis, ſi diligẽter inſpiciatur Dicitur enim in litera ꝙ uirtus actiua quæ eſt in ſpermate, & ſi non ſit anima in actu, eſt tamen anima in uirtute, ſicuti forma domus in anima, non eſt domus actu, ſed uirtute. Vnde ſicut ex forma domus quæ eſt in mẽte, poteſt fieri forma domus in ma-

M teria, ita ex uirtute ſeminis, poteſt fieri anima completa, præter intellectum qui eſt ab extrinſeco, ut dicitur in. 16. de ani-

Cap.3.lib ſecundi de generatiõe aialium malibus. Et adhuc amplius inquantum uirtus quæ eſt in ſemine, eſt ab anima perfecta, cuius uirtute agit Media enim principia, agunt in uirtute primorum. In his uero quæ generantur ex putrefactione, etiam eſt in materia aliquod principiũ ſimile uirtuti actiuæ quæ eſt i ſpermate, ex quo cauſatur anima in talibus animalibus. Et ſicuti uirtus quæ eſt in ſpermate, eſt ab anima completa animalis, & a uirtute cœleſtis cor-

Accñtia nõ ĩ uirtute ppria cõcurrũt ad pductionẽ formæ ſubalis, ſed ĩ uirtute formarũ ſubſtãtialium. poris, ita uirtus quæ eſt in materia putrefacta generatiua animalis, eſt a ſolo corpore cœleſti, in quo ſunt uirtute omnes formæ generatæ, ſicut in principio actiuo. Qualitates etiam actiuæ, licet ſint actiuæ, non tamen agunt ſolum in uirtute propria, ſed in uirtute formarum ſubſtantialium ad quæ ſe habent ſicut inſtrumenta ſicut dicitur in ſecundo de anima, ꝙ calor ignis eſt ſicut inſtrumentum animæ nutritiuæ.

Te cõ. 41. Deinde cũ dicit.

At uero iam dicta ratio, non de ſubſtantia ſola formam nõ fieri declarat, ſed communis eſt de omnibus ſimiliter primis: ut de qualitate, de quantitate, cæteriſq; prædicamentis: Nam ut ærea ſphæra fit, ſed non ſphæra, nec æs, & in ære eodem modo ſi fit. (Semper enim materiam antecedere formam oportet) ſic & in ipſo quid, & in quanto, & in quali fit, cæteriſq; prædicamentis ſimili modo. Non. n. fit ipſum quale, ſed quale lignum. Neq; quantum, ſed quantum, aut animal, aut lignum. N

Non ſolum autem de ſubſtantia oſtendit ratio non fieri ſpeciem, ſed de omnibus ſimiliter primis communis ratio, ut quantitate, & qualitate, & aliis categoriis. Fit enim uelut ęrea ſphęra, ſed non ſphęra, nec ęs, ſed in ęre, ſi fit. Semper enim oportet pęxiſtere materiam & ſpeciem, & in quid, & in qualitate, & in quantitate, & aliis ſimiliter categoriis. Non enim fit quale, ſed quale lignum: nec quãtum, ſed quantum lignum, aut animal. Te.cõ.32. Parte 6. O

Manifeſtat tertium quod poterat ex dictis eſſe dubium. Probauerat enim ꝙ formæ non generãtur, ſed compoſita. Poſſet autem aliquis dubitare utrum hoc uerum ſit ſolum ĩ formis ſubſtancialibus, aut etiam in accidentalibus. Cui dubitationi hic ſatis facere intendit. Vnde duo facit. Primo oſtendit ꝙ hoc eſt uerum in utriſq;, dicens ꝙ ratio ſuperius poſita non ſolum oſtendit { ſpeciem } id eſt formam non fieri { de ſubſtantia } id eſt circa prædicamentum ſubſtantiæ, ſed communis eſt ſimiliter { de omnibus primis } id eſt de prædicamentis, ſicut de qualitate, & quantitate, & aliis prædicamentis { Fit enim ut ærea ſphæra } id eſt quod eſt compoſitum ſicut ærea ſphæra. { Sed non fit ſphæra } id eſt quod ſe habet per modum formæ. { Nec æs } id eſt quod ſe habet per modum materiæ. Et ſi fit ſphæra aliquo modo loquendi, non fit per ſe, ſed in ære, quia ſemper oportet præexiſtere ad generationem, materiam & ſpeciem, ut ſupra eſt oſtenſum. Illud quoq; quod eſt { ut ærea ſphæra }. ſ. compoſitum, fit, { & in quid } hoc eſt in prædicamento ſubſtantiæ, & in qualitate, & quantitate, & ſimiliter in aliis prædicamentis. Non enim fit { quale, } .i. ipſa qualitas, ſed hoc totum quod eſt quale lignum. Nec fit { quantum, } .i. ipſa quantitas, ſed lignum quãtum, aut animal quantum.

Sicut ſubſtantia & accidentalia ſola nõ generãtur, ſed cõpoſitum utriuſq;. P Te.cõ.37

Verum hoc ex hiſce, proprium ſumi ſubſtantiæ poteſt. Semper enim aliam præcedere ſubſtantiam actu, quæ quidem facit neceſſe eſt, uelut animal, ſi animal naſcitur. Quale autem aut quantum, non neceſſe eſt actu præcedere, niſi potentia ſolum.

Sed proprium ſubſtantiæ ex his accipere eſt, quia neceſſe pręexiſtere ſemper alteram ſubſtantiam actu exiſtentem. quæ facit, ut animal, ſi fit animal. Quale uero & quantum, non neceſſarium, niſi poteſtate ſolum. Lect. 7. Q

Oſtendit quid differat inter ſubſtantiam & accidentia, dicens ꝙ hoc oportet accipere ut proprium ſubſtantiæ per cõparationem ad accidentia, quia quando ſubſtãtia generatur, neceſſe eſt præexiſtere alteram ſubſtantiam quæ facit generationem. Sicut ſi animal generatur, oportet ꝙ præexiſtat animal generans in his quæ generantur ex ſemine. Sed in quali & quanto & in aliis accidẽtibus non oportet ꝙ præexiſtat quale, aut quantum actu ſed ſolum in potentia, quod eſt materiale principium & ſubiectum motus. Principium enim actiuum ſubſtantiæ non poteſt eſſe niſi ſubſtantia, ſed principium actiuum accidentium poteſt eſſe non accidens, ſcilicet ſubſtantia. Lectio. IX.

Differt generatio ſubæ & accidentia quo ad principia. Hic Mantinus obloquitur cõmentatori 34. defen. Hic accipe accñs non attinget formã ſubalẽ pductiue principale agẽs ſecundũ ut inſtrum, ut ſupra.

Cum

A Cum autem omnis diffinitio ratio ſit, & omnis ratio partes habeat, atq; ut ad rem ſeſe habet ratio, ſic & pars rationis ſeſe habeat ad rei partem, dubitatur iam utrum partium rationem in totius ratiõe ineſſe, an non ineſſe oporteat. In quibuſdam enim ineſſe, in quibuſdam nõ ineſſe uidetur. Ratio nãq; circuli, partium rationem non habet: at ſyllabæ rõ, rõnem habet elementorum: circulus tñ ſuas in partes, perinde atq; ſyllaba in elementa diuiditur.

Te.cõ.33. partes.

QVoniam uero diffinitio ratio eſt, & omnis ratio partes habet, ut autem ratio ad rem & pars ratiõis ad partem rei ſimiliter ſe habet. Dubitatur iam, an oportet partium rõnem eſſe in totius ratione, an non. In quibuſdam enim ui-
B dentur eſſe, in quibuſdam non. Nam circuli ratio non habet eam quę inciſionum, & tamẽ diuiditur circulus in inciſiones, ut ſyllaba in elementa.

POSTQVAM Philoſophus oſtendit quid eſt quodquiderateſſe, & quorum eſt, & qũo ſe habet ad ea quorũ eſt, & ꝙ nõ oportet ponere quidditates rerum ſeparatas ꝑp generationem. Hic intendit oſtendere ex quibus conſtituit quodquiderateſſe, & diuiditur in duas partes. In prima oſtendit ex quibus quodquiderat conſtituitur. In ſecunda oſtendit qũo ex eis fiat unum, ibi: { Nunc aũt dicamus primũ. } Prima aũt pars diuiditur in duas. In prima mouet dubitationẽ. In ſecũda ſoluit eam, ibi: { Aut multipliciter dicitur pars. } Prima pars diuiditur in duas dubitatiões, quas mouet ad idẽ pertinentes, ibi: { Amplius aũt ſi priores ſunt partes. } Dicit ergo primo, ꝙ omnis { diffinitio eſt quædam ratio } .i. quædam compoſitio nominum per rõnem ordinata. Vnum enim nomen non poteſt eſſe diffinitio, quia diffinitio oportet ꝙ diſtincte notificet principia rerum, quæ concurrunt ad eſſentiam rei conſtituendam. Alias aũt diffinitio non ſufficienter manifeſtaret eſſentiam rei. Et propter hoc dicitur in primo phyſi. ꝙ diffinitio diuidit { diffinitum in ſingularia } .i. exprimit diſtincte ſingula principia diffiniti. Hoc aũt non po-
C teſt fieri niſi per plures dictiones. Vnde una dictio non poteſt eſſe diffinitio, ſed põt eſſe manifeſtatiua, eo modo quo nomen minus notum, manifeſtatur per magis notum. Omnis aũt ratio partes habet, quia eſt quædam oratio compoſita, & non ſimplex nomẽ. Et ideo uidetur ꝙ ſicut ſe habet ratio rei ad rem, ita ſe habent partes rõnis ad partes rei. Et propter hoc dubitatur, utrum oporteat rõnem partium ponere in rõne totius, aut non. Et hæc dubitatio exinde confirmatur, quia in quibuſdam rõnibus totorum, uidentur eſſe rões partium, & in quibuſdam non. In diffinitione enim circuli non ponitur diffinitio { inciſionum circuli } .i. partium ex circulo ſeparatarum, ſicut ſemicirculi, & quartæ partis circuli. Sed diffõ ſyllabæ continet in ſe diffõnem { elementorum } .i. literarum. Si.n. diffinitur ſyllaba, oportet ꝙ dicatur eſſe aliqua uox compoſita ex literis. Et ſic in diffinitione ſyllabæ ponit litera, & per conſequens diffõ eius, quia ſemper uti poſſumus diffõne pro noie. Et tñ circulus diuiditur in inciſiones ut in partes, ſicut ſyllaba { in elementa } .i. in literas. Quod autẽ
D hic dicitur, ꝙ ſicut ſe habet diffõ ad rem, ita ſe habet pars diffinitionis ad partem rei, vr̃ habere dubitationem. Diffõ.n. eſt idem rei. Vnde vr̃ ſequi ꝙ partes diffõnis ſint idem partibus rei quod patet eſſe falſum. Nam partes diffõnis prædicantur de diffinito, ſicut de hoie, aial & rõnale. Nulla aũt ps integralis prædicatur de toto. Sed dicendum eſt ꝙ partes diffõnis ſignificant partes rei, inquantum a partibus rei ſumuntur partes diffõnis, non ita ꝙ partes diffõnis ſint partes rei. Non enim aial eſt pars hoïs, neq; rõnale. Sed aial ſumitur ab una parte, & rõnale ab alia. Aial.n. eſt quod habet naturam ſenſitiuam, rõnale uero quod habet rõnem. Natura aũt ſenſitiua eſt ut materialis reſpectu rõnis. Et inde eſt ꝙ genus ſumitur a materia. Differentia a forma. Spẽs aũt à forma & materia ſimul. Nam homo eſt quod habet rõnem in natura ſenſitiua.

Deinde cum dicit.

Infr. le. 11. princi. infra ſt. 3. parte ſeq.

Te. cõ. 5.

Dubium. An rõ ptiũ põi debeat i rõne tot9

Partes diffinitionis ſignificant ptes rei, ꝙ ſumũtur

Præterea ſi pars prior eſt toto, & recti anguli ps
E ẽ acutus, & digitus aïalis, prior utiq; recto acutus angulus, & hoie digitus erit. Videntur tamen illa eſſe priora. Rõne.n. ex illis ſane dicuntur, & inſup ſine ipſis eſſe uidentur.

Amplius.n. ſi priores ſunt ptes toto, & recti acutus eſt pars, & digitus hois, prior erit acutus recto, & digitus hoie. Videntur aũt illa eſſe priora. Secundum rõnem nanq; dicuntur ex illis, & ineſſe ſine inuicem priora.

parte.8.

Ponit ſecundam dubitationem quæ eſt de prioritate partium. Omnes enim partes uidentur eſſe priores toto, ſicut ſimplex compoſito. Acutus enim angulus eſt pars recti anguli. Diuiditur enim rectus angulus in duos uel plures angulos acutos. Et ſimiliter digitus eſt pars hominis. Vnde uidetur ꝙ acutus angulus ſit naturaliter prior recto, & digitus prior ho-
F mine. Sed econtra uidentur illa eſſe priora ſ. rectus acuto, & homo digito. Et hoc dupliciter. Primo quidem ſm rationẽ. Per hunc enim modum illa dicuntur eſſe priora, quæ in eorum rationibus ponuntur, & non ecõtrario. { Acutus enim & digitus dicuntur eſſe ſm rõnem } .i. diffiniuntur ex illis. ſ. homine & recto, ut dictum eſt. Vnde uidetur ꝙ homo & rectus angulus ſint priores digito & acuto angulo. Secundo uero prout dicuntur eſſe aliqua priora ex eo ꝙ eſt eſſe ſine inuicem. Quæ enim poſſunt eſſe ſine aliis, & non econtrario, dicuntur eſſe priora, ut in quinto eſt habitum, ſicut unũ duobus. Homo aũt poteſt eſſe ſine digito. Digitus aũt non poteſt eſſe ſine hoie, quia digitus abſciſus non eſt digitus, ut infra dicetur. Vnde uidetur ꝙ homo ſit prior digito. Et eadem ratio eſt de recto & acuto. Deinde cum dicit.

Scđm dub. An pars ſit prior toto uel ecõtra.

Te. cõ. 16.

Te. cõ. 35.

Aut pars multis dicitur modis. Atq; uno modo ea pars dicitur, quæ quantitate menſurat. Verum hæc omittatur, ſed hoc eſt conſiderandum, ex quibus ut partibus ſubſtantia conſtat. Si igitur quoddam eſt materia, quoddam forma, quoddam ex hiſce conſtans, & materia & forma, & id qđ ex utriſq; conſtat, ſubſtantia eſt. Partim & materia pars cuiuſ-
G piam dicitur, partim non dicitur, ſed ea ex quibus ratio formæ conſtat: ueluti caro pars quidem concauitatis non eſt, hæc eſt enim materies in qua fit. Simitatis autem quædã eſt pars. Aes etiam totius quidem ſtatuę pars eſt, eius autem quod ut forma dicitur ſtatua, non eſt. Dicenda eſt enim ipſa forma, & formã quæq; res habet, ſed materiale nunq̃ per ſe eſt dicẽdũ. Quapropter circuli quidẽ rõ fruſtorũ rõnẽ non habet, at ſyllabæ rõnem habent elementorũ. Elementa.n. rõnis partes ſunt formæ, ſed non materies. Fruſta aũt circuli ſic ſunt ptes, ut materies in qua circulus fit: propinquiora tñ ſunt formæ, q̃ æs, cũ rotunditas in ęre ſuerit orta. Atq neq; elementa oïa, aliqua ex parte in ſyllabę inerunt rõne, ut hęc cerea, aut ea q̃ ſunt in ęre. Iã.n. & hęc partes ſunt ſyllabę, ut materia ſẽſibilis. Sane etenim nõ ſi linea cũ in dimidia, aut homo cũ in oſſa neruos
H carneſq; corrũpitur. Propterea & ex his ut ex ſubſtantię partibus conſtat, ſed ut ex materia tñ. Atq; totius quidẽ illa ſunt partes, formę aũt ac eius cui eſt rõ, nõ ſunt ptes, idcirco neq; in ipſis rõnibus inſunt. In quibuſdã igit̃ rõnibus huiuſcemodi ptiũ rõ inerit, quibuſdã uero non ineſſe ipſam oportet, niſi ſit ipſius rõ ſimul ſumpti. Propter hoc.n. nonnulla quidẽ ex hiſce ſunt, ut principiis in quę corrumpuntur. Nonnulla aũt nõ ſunt. Quę igitur ſimul ſumpta forma ſunt & materies, ut ſimum, aut ęreus circulus, ea in hęc corrũpunt̃, & ipſorũ ps eſt materia. Quę uero nõ ſimul ſũt cũ materia, ſed ſine

I materia ſumpta, ut rationes ipſius formę dūtaxat, ea non corrumpuntur, aut omnino, aut non ſaltē hoc pacto. Quare illorū quidem hęc principia ſunt & partes, formę autem ipſius, neq; principia ſunt, neq; partes. Et propterea ſtatua lutea in lutum, & ſphęra in ęs, & Callias in carnem oſſaq; corrumpitur & inſuper circulus ſua in fruſta. Eſt enim quippiam quod cum materia ſimul eſt ſumptum. Atqui uoce nanq; dicitur circulus, & qui ſimpliciter dicitur, & ipſi ſinguli, propterea q ipſi ſinguli proprio nomine carent.

Parte. 3. Te. co. 34. Aut multipliciter dicitur pars, quorum unus quidem modus eſt qui menſurat ſm quantitatē. Sed hic quidem prętermittatur. Ex quibus uero ſubſtantia eſt ut partibus, perſcrutādum eſt. Si igitur eſt hoc quidē materia, illud uero ſpecies, aliud
k ex his, & ſubſtantia eſt materia, & ſpecies, & quod ex his eſt. Eſt quidem ut materia dicitur pars alicuius eſt, autem ut non, ſed ex quibus ſpeciei rō. Vt concauitatis non eſt pars caro. Hęc nanq; materia in qua fit. Simitatis uero pars aliqua eſt. Et totius quidē ſtatuę pars eſt ęs, eius autem quod ſpecies dicitur ſtatuę, non. Dicendum enim ſpeciem, & inquantum habet ſpeciem unumquodque, ſed materiale nunquam ſm ſe eſt dicendum. Quapropter circuli ratio non habet eam quę eſt inciſionū, ſed quæ ſyllabę, eam quę eſt elementorum. Nam elementa rationis partes ſunt ſicut ſpeciei, & non materia. Inciſiones uero huiuſmodi, ſicut partes ut materia in quibus fiunt, propinquiores tamen ſpeciei, quam quando in ære fit rotunditas. Eſt autem ut neq; elementa omnia ſyllabę in ratione inſunt, ut hęc cerea, aut quę ſunt in ęre. Iam enim & hęc
L pars ſyllabę quaſi materia ſenſibilis. Etenim linea non ſi in dimidia corrumpitur, aut homo in oſſa, aut neruos, & carnes, propter hoc & ſunt ex his ſicut entibus ſubſtantię partibus. Sed ut ex materia. Etenim quidem quod ſimul totum partes, ſpeciei uero & cuius ratio, non adhuc. Quapropter nec in rationibus. Horum quidem igitur inerit taliū partium ratio, horum uero non oportet ineſſe, ſi non fuerint ſimul ſumpta. Nam propter hoc quidē quędam ex his ut principiis ſunt in quę corrumpūtur, quędam uero non ſunt. Quęcunque quidem igitur ſumpta ſpecies & materia, ſunt ut ſimum, & ęreus circulus, hęc quidem corrumpuntur in hoc, & pars ipſorum materia. Quæcunq; uero non cōcipiuntur cum materia, ſed ſine materia, ut ratiōes ſpeciei ſolum, hęc non corrumpuntur, aut omnino, aut taliter non. Quare illorum quidem principia & partes quę ſunt ſub ipſis, ſpeciei uero nec par-
M tes nec principia hęc. Et ideo corrumpitur lutea ſtatua in lutum, & ſphęra in ęs, & Callias in carnē & oſſa. Amplius autem circulus in inciſiones. Eſt enim aliquis qui concipitur cum materia. Equiuoce nanq; dicitur circulus, qui ſimpliciter dicitur: & ſinguli, quia non eſt proprium nomen ſingulorū.

Le. ſe. pri. Soluit propoſitas quæſtiones, & diuiditur in tres partes. In primo ponit ſolutionē. In ſecunda exponit eam, ibi: { Dictum eſt igitur nunc ipſum. } Tertio determinat quandam dubitationem quæ ex prædicta ſolutione oriri poteſt, ibi:
Le. ſupeſ { Dubitatur autem merito. } Ad euidētiam autem horum
Duplex opinio de eſſentia. quæ in hoc capitulo dicuntur, ſciendum eſt quod circa diffinitiones rerum, & earum eſſentias, duplex eſt opinio. Quidam enim dicunt q tota eſſentia ſpeciei eſt ipſa forma, ſicut q tota eſſentia hominis eſt anima. Et propter hoc dicūt N
q eadem ſm rem eſt forma totius, quæ ſignificatur nomine humanitatis, & forma partis quæ ſignificatur nomine aiæ: ſed differunt ſolum ſm rationem. Nam forma partis dicitur ſm q perficit materiam, & facit eam eſſe in actu. Forma aūt totius, ſm q totum compoſitum per eam in ſpecie collocat. Et ex hoc uoluit q nullæ partes materiæ ponantur in diffinitione indicante ſpeciem, ſed ſolum principia formalia ſpēi.
Opi. Auer. Et hæc opinio uidetur Auerrois & quorundam ſequentium eum. Sed uidetur eſſe contra intentionem Ariſto. Dicit enim ſuperius in. 6. q res naturales habent in ſui diffinitione materiam ſenſibilem, & in hoc differunt à mathematicis. Non autem poteſt dici q ſubſtantiæ naturales diffiniantur per id, q non ſit de eſſentia earum. Subſtantiæ enim non habent diffinitionem ex additione, ſed ſola accidentia, ut ſupra eſt habitum. Vnde relinquitur q materia ſenſibilis ſit pars eſſentiæ ſubſtantiarum naturalium, non ſolum quantum ad indiuidua, ſed etiam quantum ad ſpecies ipſas. Diffinitiones enim
Te. co. 17. & 18. non dantur de indiuiduis, ſed de ſpeciebus. Vnde eſt alia opi-
Opi. Auic. nio quam ſequitur Auicenna, & ſm hanc formā totius, quæ
O eſt ipſa quidditas ſpeciei differt à forma partis, ſicut totum à parte Nam quidditas ſpeciei eſt compoſita ex materia & forma, non tamen ex hac forma, & ex hac materia indiuidua. Ex his. n. componitur indiuiduum ut Socrat. & Callias. Et
Sola Ariſt. hæc eſt ſententia Ariſto in hoc capitulo, quam introducit ad excludendum opinionem Platonis de ideis. Dicebat. n ſpēs rerum naturalium eſſe per ſe exiſtentes ſine materia ſenſibili, quaſi materia ſenſibilis non eſſet aliquo modo pars ſpēi. Oſtenſo ergo q materia ſenſibilis ſit pars ſpēi in rebus naturalibus, oſtenditur q impoſſibile eſt eſſe ſpecies rerum naturalium ſine materia ſenſibili, ſicut hoīem ſine carnibus & oſſibus, & ſic de aliis. Et hic erit tertius modus deſtruēdi ideas. Nam primo deſtruxit per hoc quòd quodquideratesse nō eſt ſeparatum ab eo cuius eſt. Secundo per hoc q ſpecies ſeparatæ à materia non ſunt cauſæ generationis, neq; per modum generantis, neq; per modum exemplaris. Nunc autem tertio improbat eam per hoc q materia ſenſibilis in cōi eſt rō
P ſpēi. Dicit ergo ſoluendo q multipl'r dicitur pars ſicut in quinto eſt habitum. Et oīo modo dicitur pars quantitatiua, hoc ſ. qđ menſurat totum ſm q̄titatem, ſicut bicubitum eſt pars cubiti, & binarius ſenarii. Sed hic modus partium prætermittatur ad præſens. Non. n. intendimus hic inquirere partes q̄titatis, ſed intendimus inquirere de partibus diffōnis, quæ ſignificant ſubſtantiam rei. Vnde perſcrutandum eſt de illis partibus ex quibus ſubſtantia rei componitur. Pars aūt ſubſtātiæ eſt & materia, & forma, & ex quibus eſt aliquid compoſitū. Et quodlibet iſtorum trium. ſ. materia & forma & compoſitum ex his, eſt ſubſtantia, ut ſupra habitum eſt. Et ideo materia eſt quidem quodam modo pars alicuius, quodam mo-
Te. co. 7. do non eſt, ſed ſolum { illa ex quibus eſt ratio ſpeciei } id eſt formæ. Intelligimus enim concauitatem quaſi formam, & naſum materiam, & ſimum quaſi compoſitum. Et ſm hoc caro quæ eſt materia uel pars materiæ, non eſt pars concauitatis quæ eſt forma uel ſpēs. Nam caro eſt materia in qua fit
Q ſpēs. Sed tñ caro eſt aliqua pars ſimitatis, ſi tñ ſimitas intelligitur eſſe quoddam compoſitum, & non ſolum forma Et ſiit totius quidem ſtatuæ, quæ eſt compoſita ex materia & forma pars eſt æs. Non autem eſt pars ſtatuæ ſm q ſtatua accipitur ſolum pro ſpecie. i. pro forma Et ut ſciatur quid eſt ſpecies, & quid eſt materia, dicendum eſt illud ad ſpeciem pertinere, quod conuenit unicuiq; inquantum ſpeciem habet. Sicuti inquantum habet ſpeciem ſtatuæ, conuenit alicui q ſit figuratum, uel aliquid aliud hmōi. Sed id quod eſt materiale
Spēs ſumi duplr. ad ſpēm, nunq̄ dicendum eſt ſm ſe de ſpē. Sciendum tamen eſt q nulla materia nec cōis nec indiuiduata, ſecundum ſe, ſe habet ad ſpēm prout ſumitur pro forma. Sed ſm q ſpēs ſumitur pro uniuerſali, ſicut hoīem dicimus eſſe ſpēm, ſic materia cōis per ſe pertinet ad ſpēm, non aūt materia indiuidualis in qua natura ſpeciei accipitur Et ideo dicendum eſt q dif-
Materia duplex, & q̄ rōne ſpēi cadat. finitio circuli non continet in ſe { diffōnem inciſionum, } i. partium ex circulo inciſarum, uel ſemicirculi uel quartæ partis circuli. Sed diffinitio quæ eſt ſyllabæ comprehendit

in ſe

A in ſe diffinitionem quæ eſt { elementorum } .i. literarum. Et huius rõ eſt, quia { elementa } .i. literæ ſunt partes ſyllabæ quantum ad ſpẽm ſuam, & non ſm materiam. Ipſa.n. forma ſyllabæ in hoc conſiſtit, q̃ ex literis componatur. Sed inciſiones circuli ſunt partes non circuli ſm ſpẽm accepti, ſed huius circuli particularis, uel horum circulorum, ſicut materia in qua fit ſpẽs circuli. Et hoc accipi põt ex regula ſuperius poſita. Hoc.n. dixit ad ſpẽm pertinere, quod ſm ſe ineſt unicuiq; ſpẽm habenti, ad materiam uero quod accidit ſpẽi. Per ſe autem ineſt ſyllabæ q̃ ex literis componatur. Quod aũt circulus ſit actu diuiſus in ſemicirculos, hoc accidit circulo, non inquantum eſt circulus, ſed inquantum eſt hic circulus, cuius hæc linea diuiditur, quæ eſt pars eius ut materia. Vnde patet q̃ ſemicirculus eſt pars circuli ſecũdum materiam indiuidualem. Vnde iſta materia quæ eſt hæc linea, eſt propinquior ſpeciei quã æs, quod eſt materia ſenſibilis, q̃ñ rotunditas quæ eſt B forma circuli, fit in ære. Quia ſpẽs circuli nunq̃ eſt præter lineam, eſt aũt præter æs. Et ſicut partes circuli quæ ſunt ſm materiam indiuidualem non ponuntur in eius diffõne, ita ẽt nec oẽs literæ ponuntur in diffõne ſyllabæ, quæ.ſ. ſunt ptes cum materia, ut literæ deſcriptæ in cæra, uel prolatæ i aere. Hæ.n. iam ſunt partes ſyllabæ ſicut materia ſenſibilis. Non enim oportet q̃ oẽs partes in quas ens aliqua reſoluta corrũpitur, ſint partes ſubſtantiæ. Non.n. ſi linea diuiſa in duo dimidia corrumpitur, aut ſi homo reſolutus in oſſa & neruos & carnes corrumpitur, pp hoc ſequitur q̃ linea ſit ex dimidiis, & homo ex carnibus & oſſibus, ita q̃ iſta ſint partes ſubſtantiæ eius, ſed ſunt ex iſtis partibus ſicut ex materia. Vnde ſunt partes eius quod eſt { ſimul totum } .i. compoſitum. { Sed ſpeciei, } .i. formæ { & cuius eſt ratio, } .i. eius quod diffinitur, non adhuc ſunt partes. Quapropter nullæ tales partes ponuntur in rõnibus conuenienter. Sciendum tñ q̃ ratio talium partium in quorundam diffõnibus ponitur.ſ. in C diffõnibus compoſitorum quorum ſunt partes. In quorundã uero diffõnibus non oportet poni.ſ. in diffõne formarum, niſi ſint tales formæ, quæ ſint ſimul ſumptæ cum materia. Licet enim materia non ſit pars formæ, tamen materia ſine qua non poteſt concipi intellectu forma, oportet q̃ ponat in diffinitione formæ, ſicut corpus organicum ponitur in diffinitione animæ. Sicut enim accidentia non habent eſſe perfectum niſi ſm q̃ ſunt in ſubiecto, ita nec formæ, niſi ſm q̃ ſunt in propriis materiis. Et propter hoc ſicuti accidentia diffiniuntur ex additione ſubiectorum, ita & forma ex additione propriæ materiæ. Cum igitur in diffinitione formæ ponitur materia, eſt diffinitio ex additione, non autem cum ponitur in diffinitione compoſiti. Vel hoc quod dicit { ſi non fuerint ſimul ſumpta, } eſt exemplificatio eius quod dixerat { horum non oportet ineſſe. } In illis enim partes materiæ non oportet in diffinitionibus poni, quæ.ſ. non ſumuntur ſimul cum materia, uel quæ non ſignificant aliquid compoſitum ex materia & forma. Et hoc patet, quia propter hoc q̃ in quorundam rationibus non ponitur materia, in quorundam uero ponitur, contingit q̃ quædam ſunt { ſicut ex principiis ex his in quæ corrumpitur, } .i. ex partibus in quas aliquid per corruptionem reſoluitur. Et hæc ſunt illa in quorũ diffinitionibus ponuntur materiæ. Quædam uero non ſunt ex prædictis partibus materialibus ſicut ex principiis, ſicut il D la in quorum diffinitionibus non ponitur materia. Et quia in iſtorum diffinitionibus ponitur materia, quæ ſunt ſimul accepta cum materia, non autem in aliis, { ideo quæcunq; ſunt ſimul ſumpta ſpecies cum materia } .i. quæcunq; ſignificant aliquid compoſitum ex materia & forma, ut ſimum, aut æneus circulus, huiuſmodi corrumpuntur in partes materiales, & pars iſtorum eſt materia. Illa uero quæ non concipiuntur in intellectu cum materia, ſed ſunt omnino ſine materia, ſicut illa quæ pertinent ſolum ad rationem ſpeciei & formæ, iſta uel non corrumpuntur omnino, uel non corrumpũtur { taliter } .i. per reſolutionem in aliquas partes materiales. Quædam enim formæ ſunt quæ nullo modo corrumpũtur, ſicut ſubſtantiæ intellectuales per ſe exiſtentes. Quædã uero formæ non per ſe exiſtentes, corrumpuntur per accidẽs, corrupto ſubiecto. Quare patet q̃ huiuſmodi partes materiales ſunt principia & partes eorũ { quæ ſunt ſub ipſis } E .i. quæ ab eis dependent, ſicut dependet totum ex partibus ex quibus componitur. Non autem ſunt partes nec principia ſpeciei. Et propter hoc compoſitum, ut ſtatua lutea, corrumpitur { reſoluta in materiam } .i. in lutum, & ſphæra ænea, in æs, & Callias qui eſt homo particularis, in carnem & oſſa. Et ſilr circulus particularis conſtans ex his lineis diuiſis, corrumpitur in inciſiones. Sicut.n. Callias eſt aliquis homo qui cõcipitur cum materia indiuiduali, ita circulus cuius ſunt partes iſtæ inciſiones, eſt aliquis circulus particularis qui concipitur cum indiuiduali materia. Hoc tñ differũt, quia ſingulares hoies habent nomen proprium. Vnde nomen ſpẽi non æquiuocatur ad indiuidua, ſed nomen circuli æquiuoce dicitur de circulo { qui ſimplr } .i. uniuerſaliter dicitur, & de ſingulis particularibus circulis. Et hoc ideo, quia ſingulis par F ticularibus circulis non ſunt noia poſita, ſed noia poſita ſunt ſingularium hoium. Attendendum eſt aũt q̃ nomen ſpẽi nõ æquiuoce prædicatur de indiuiduo, ſm q̃ prædicat de eo cõmunem naturam ſpẽi. Prædicaretur aũt æquiuoce de eo, ſi prædicaretur inquantum ſignificaret hoc indiuiduum prout huiuſmodi. Si.n. dicam, Socra. eſt homo, non æquiuocatur nomẽ hois. Sed ſi hoc nomen hõ, imponatur alicui ſingulari homini ut proprium nomen, æquiuoce ſignificabit ſpẽm, & hoc indiuiduum. Et ſilr de noie circuli, quod æquiuoce ſignificat ſpẽm & hunc circulum. Lect. X.

Nomẽ ſpẽi æquiuoce ſit pprium indiuidui.

Dictum eſt igitur & nunc ipſum. Attamen quibuſdã repetitis, dilucidius dicamus oportet. Quæ nãq; rationis ſunt partes, & in quas ratio ipſa diuiditur, eæ ſane aut omnes aut aliquæ ſunt priores. Non autem anguli recti ratio, in rationem acuti, ſed acuti ratio in rectum diuiditur. Qui nanq; acu G tum diffinit, utitur recto. Acutus enim minor eſt recto. Similiter circulus, & ſemicirculus ſeſe habere uidetur. Semicirculus enim circulo diffinitur, Et digitus etiam toto. Digitus enim talis eſt hominis pars. Quare partium eæ quidem quæ ut materia ſunt, & in quas ut in materiam totum diuidiť, poſteriores ſunt ſane. Eæ uero quæ ut communis ipſius eiuſq; ſubſtantiæ, quę rõni accommodatur ſunt partes, aut oẽs ſunt, aut nonnullę priores.

Te. cõ. 35. Part. 1.

Dictum eſt igitur & nũc ipſum uerum, & cauſam amplius manifeſtius dicemus repetẽtes. Nam quęcunq; ſunt rõnis partes, & in quas diuiditur ratio, hæ ſunt priores, aut omnes, aut q̃dam. Recti uero ratio non diuiditur in acuti rationem, ſed quę eſt acuti, in quę eſt recti. Vtitur autẽ diffiniens acutum, recto. Minor enim recto acutus. Similiter autem & circulus, & ſemicirculus ſe habent. Semicirculus enim diffinitur circulo. Et digitus toto. Talis enim hominis pars digitus. Quare quęcunq; ſunt partes ut materia, & in quę diuidi H tur ut materiam, ſunt poſteriora. Quęcunq; uero ut rationis & ſubſtantię ſm rationem, priora, aut omnia, aut quędam.

QVIA ſolutio ſuperius poſita non erat uſquequaq; manifeſta, nondum.n. oſtenderat quo partes ſunt priores & poſteriores, nec iterum diſtinxerat compoſitum uniuerſale a particulari, nec ẽt ſpẽm a forma, ideo hic ſolutionem ſuperius poſitam explanat. Diuiditur aũt in partes duas. In prima explanat ſolutionem ſuperius poſitam. In ſecunda docet qualiter ſit ad q̃õnem applicanda, ibi: { Interrogationi uero obuiare. } Prima diuiditur in duas. Primo ſoluit q̃õnem q̃tum ad hoc q̃ quæſitum fuit de prioritate partium. Secundo quantum ad hoc q̃ quæſitum fuit utrum partes diffiniti intrent diffinitionem, ibi: { Sed rationis partes. } Prima diuiditur in duas. Prima oſtendit quo partes ſunt priores toto. Secundo manifeſtat per exemplum, ibi: { Quoniam ue-

Explanat ſuprapoſitã ſolutiõ ſup. pt. iiii.

parte. 3.

620

I ro. } Dicit ergo primo, ꝙ id quod ſuperius eſt dictum in ſolutione propoſita, uerum quidem eſt in ſe, tamen repetendũ eſt ut amplius fiat manifeſtum, quantum ad hoc quod dictũ eſt. Oportet enim ꝙ omnes partes rationis & in quas ratio diuiditur, ſint priores diffinito, uel omnes, uel quædam. Et hoc dicitur propter hoc ꝙ partes formæ quandoq; non ſunt de neceſſitate ſpeciei, ſed de perfectione, ſicuti uiſus & auditus quæ ſunt partes animæ ſenſibilis, non ſunt de integritate uel neceſſitate animalis. Poteſt enim eſſe animal ſine his ſenſibus. Sunt tamen de perfectione animalis, quia animal perfectum, hos etiam ſenſus habet. Et ſic uniuerſaliter eſt uerum, ꝙ illæ partes quæ ponuntur in diffinitione alicuius, ſunt uniuerſaliter priores eo. Sed acutus angulus, quamuis ſit pars recti, non tamen ponitur in diffinitione eius, ſed econuerſo. Nõ enim ratio recti anguli reſoluitur in diffinitionem acuti, ſed econuerſo. Qui enim diffinit acutum, utitur recto diffiniẽdo. Angulus enim acutus eſt angulus minor recto. Et ſimiliter eſt

parte ſep. Sexto ſecũdi dubii [illegible] cet tãgat & primum.

Quæ partes ſint priores toto, & q̃ ſi[illegible] ſ dt declarat in tex. ſequenti.

K de circulo & ſemicirculo qui diffinitur per circulum. Eſt.n. media pars circuli. Similiter eſt de digito & homine qui ponitur in diffinitione digiti. Diffinitur enim digitus ꝙ eſt talis ps hominis. Dictum eſt enim ſupra ꝙ partes formæ ſunt partes rationis, non autem partes materiæ. Si igitur ſolæ partes rationis ſunt priores, non autem materiæ, ſequitur ꝙ quæcunq; ſint partes diffiniti, ſicut materia, in quam .ſ. reſoluitur diffinitum, ut compoſitum in materialia principia ſunt poſteriora. { Quæcunq; uero ſunt partes rationis & ſubſtantiæ quæ eſt ſm rationem } i. partes formæ ſecundum quam ſumitur ratio rei, ſunt priora toto, aut omnia, aut quædam, ratione ſuperius dicta. Deinde cum dicit.

Cum autem animalium anima ſit forma ipſorũ (id eſt enim ſubſtantia animantis: quod ſubſtantia eſt ad rationem accommodata) & forma atq; quidditas corporis talis. Nam pars uniuſcuiuſq; ſi recte diffiniatur nõ ſine munere officioq; diffinietur, q̃d quidem ei non competet abſq; ſenſu, huius profecto partes, aut omnes, aut quędam ipſo toto prio-

L res ſunt animali, & i ſingulis ſimili modo. Corpus autem eiuſq; partes, hac poſteriores ſubſtãtia ſunt, & in has ut in materiam non ſubſtãtia ſane, ſed totum ipſum diuiditur. Hę igitur tum priores tum non priores ſunt ipſo toto. Cum ſeparantur enim nequeunt eſſe Nõ enim qui quouis modo ſeſe habet, digitus eſt animali, ſed qui mortuus eſt, nomine tantum, non ratione digitus eſt. Nonnullę autẽ una cum ipſo pereunt toto, quę quidem pręcipue partes ſunt, eaq; maxime, in qua ratio ipſa ſubſtantiaq; inſidet primo, ſi illa cor aut cerebrum ſit. Nihil enim refert hoc, an illud rationem ſubeat talẽ. Homo uero, & equus, & iſtiuſmodi cętera in ipſis ſunt ſingulis. Vniuerſalis autem non eſt ſubſtantia ſed quoddam totum ex hac ratione atq; hac materia eſt, ut uniuerſale. Singulare uero iã ipſe Socrat. ex materia eſt extrema, & in cęteris ſimili modo.

M Eſt igitur & formę pars ipſius inquam quidditatis, perinde atq; ipſius quoq; totius, quod quidem ex forma, atq; ipſa materia conſtat.

parte.2. Quoniam uero animalium anima eſt forma ipſorum, (hęc enim ſubſtãtia eſt animati, quæ ſm rationem ſubſtantia eſt) & ſpecies, & quodquideratesse tali corpori uniuſcuiuſq;. Pars enim ſi diffiniatur bene, non ſine opere diffinietur, quod non exiſtet ſine ſenſu. Quare huiuſmodi ptes priores, aut omnes, aut quędam ſimul toto animali. Et ſm unumquodq; ita ſimiliter. Corpus uero & huiuſmodi partes, poſteriores ſunt hac ſubſtantia. Et quod diuiditur in hęc ut in materiam, non ſubſtantia, ſed ſimul totum. Eo quidem igitur quod ſimul totũ, priora hęc, eſt ut ſic, eſt autem ut non. Neq; enim N poſſunt eſſe ſeparata. Neq; enim quocunq; modo ſe habens, digitus animalis, ſed ęquiuocus qui mortuus. Quędam uero ſimul, quęcunq; principalia, & in quo ratio & ſubſtantia. Puta ſi hoc cor, aut cerebrum. Nihil enim differt utrum tale. Homo aũt & equus & quę ita in ſingularibus, vl'iter aũt, non ſunt ſubſtantia, ſed ſimul totum quoddam ex materia hac, & hac rõne, & vl'iter. Singulare uero ex ultima materia, Socrat. iam eſt. Et i aliis ſilr. Pars igitur quidẽ eſt & ſpẽi. Spẽm aũt dico quodquideratesse, & ſimul totius eius quod ex ſpẽ & materia ipſa.

Exponit quod dixerat per exempla dicens, quòd anima animalium cum ſit ſubſtantia animati ſm rationem idest forma animati, à qua animatum habet propriam rationẽ, { eſt ſubſtantia } .i. forma, & ſpecies, & quodquideratesse { tali corpori } .ſ. organico. Corpus enim organicum non poteſt diffiniri niſi per animã. Et ſm hoc anima dicitur ꝙ quideratesse tali corpori. Et ꝙ hoc ſit uerum, patet per hoc ꝙ ſi aliqs bene diffiniat cuiuſcunq; animalis partem, nõ poteſt eam bene diffiniri niſi per propriam operationem. Sicut ſi dicatur ꝙ oculus eſt pars animalis per quam uidet. Ipſa autem operatio partium non exiſtit ſine ſenſu uel motu uel aliis operationibus partium animæ. Et ſic oportet ꝙ diffiniens aliquam partem corporis, utatur anima. Et quia ita eſt, oportet ꝙ partes huius .ſ. animæ ſint priores, uel omnes ſicut in perfectis animalibus, uel quædam ſicut in imperfectis animalibus { ſimul toto } .i. eo quod eſt compoſitum ex anima & corpore. Et ſimiliter eſt ſm unumquodq; aliud, quia ſemper oportet ꝙ partes formales ſint priores quolibet compoſito. Sed corpus & partes corporis ſunt poſteriores { hac ſubſtantia } .ſ. forma quæ eſt aĩa, cum oporteat aĩam in eius diffõne poni, ut iam dictum eſt. Et id quod diuiditur in partes corporis ut i materiam, non eſt { ipſa ſubſtantia, } .i. forma, ſed { ſimul totum, } .i. compoſitum Patet igitur ꝙ partes corporis ſũt priores { ſimul toto } .i. compoſito quodammodo, & quodammodo non. Sunt quidem priores ſicut ſimplex compoſito, inquantum aĩal compoſitum ex eis conſtituitur. Sunt aũt non priores ſm modum quo dicitur eſſe prius id, quod põt eſſe ſine alio. Non.n. partes corporis poſſunt eſſe ſeparatæ ab aĩali. Non.n. digitus quocunq; modo ſe habens eſt digitus. Ille.n. qui eſt deciſus uel mortuus non dicitur digitus niſi æquiuoce, ſicut digitus ſculptus uel depictus. Sed ſm hanc conſiderationem hmõi partes ſunt poſteriores compoſito aĩali, quia aĩal ſine digito eſſe põt. Sed quædam partes ſunt, quæ licet non ſint priores toto aĩali hoc modo prioritatis, quia nõ poſſunt eſſe ſine eo, ſunt tñ ſm hanc conſiderationem ſimul, quia ſicut ipſæ partes non poſſunt eſſe ſine integro aĩali, ita nec integrum aĩal ſine eis. Hmõi aũt ſunt partes principales corporis, in quibus primo cõſiſtit { forma } .ſ. aĩa. ſ cor, uel cerebrum. Nec ad propoſitum differt quicquid tale ſit. Sciendum tñ ꝙ hoc compoſitum quod eſt aĩal uel homo, põt dupliciter ſumi, uel ſicut uniuerſale, uel ſicut ſingulare. Sicut uniuerſale quidem, ſicut homo & aĩal. Sicut ſingulare, ut Socrat. & Callias. Et ideo dicit ꝙ homo & equus & quæ ita ſunt in ſingularibus, ſed uniuerſaliter dicta ſicut homo & equus { non ſunt ſubſtantia, } .i. non ſunt ſolum forma, ſed ſunt ſimul totum quoddam compoſitum ex determinata materia & determinata forma, non quidem ut ſingulariter, ſed uniuerſaliter. Homo .n. dicit aliquid compoſitum ex anima & corpore, non aũt ex hac aĩa & hoc corpore. Sed ſingulare dicit aliquid compoſitum { ex ultima materia, } .i. materia indiuiduali. Eſt.n. Socrat aliquid compoſitum ex hac aĩa, & hoc corpore. Et ſilr eſt in aliis ſingularibus. Sic igitur patet ꝙ materia eſt pars ſpeciei. Speciem autem hic intelligimus non formam tãtum, ſed quodquideratesse. Et patet etiam ꝙ materia eſt pars eius totius, q̃d { eſt ex ſpecie & materia } .i. ſingularis, quod ſignificat naturam ſpeciei in hac materia determinata. Eſt enim materia pars compoſiti. Compoſitum autem eſt tam uniuerſale q̃ ſingulare. Deinde cum dicit.

Hic accipe materiã al. animã et id quo prius ſingula eſt ſingulare, et ꝙ primũ i diſſolutione, no principiũ Vnde intelligat ꝙ dicitur per exempla.

Hic accipe p̃ſſe aĩã p̃ ſermonẽ diffiniens obliquo.

O

P

Rñdet dubio ſectiõis dubitando ſupra mota

Q

Sed

A Sed formæ partes, rationis ſunt ſolum partes ratio uero eſt ipſum uniuerſale. Eſſe nanq; circuli atque circulus, & animę atq; anima, idem eſt. Ipſius uero iam totius huius, ut circuli huius & ſingularium omnino, aut ſenſibilium, aut itelligibilium. (Atq; intelligibiles quidem, mathematicos ipſos dico: ſenſibiles autem ęreos, ligneoſue) non eſt diffinitio, ſed mente cognoſcuntur uel ſenſu. Quod ſi ab actu receſſerint, non ſane patet ſi ſint necne, ſed uniuerſali ratione ſemper dicuntur, ac cognoſcuntur. Materia uero per ſe eſt ignota. Atq; materia, alia eſt ſenſibilis, alia intelligibilis. Senſibilis ut æs, lignum, & quę eſt materia mobilis. Intelligibilis, quę in ſenſibilibus ineſt, non ut ſenſibilia ſunt,

B ut ipſę res mathematicę. Quomodo igitur de toto ac parte res ſeſe habet, & de priore poſterioreue, ſatis iam explicauimus.

parte. 3.

Sed rationis partes, quę ſpeciei ſolum ſunt. Ratio uero ipſius uniuerſalis. Circulo enim eē & circulus, & animę eſſe & anima idem. Simul autem, puta circuli huius & ſingulariũ alicuius, aut ſenſibilis, aut intellectualis, (intellectuales autem dico, ut mathematicos, & ſenſibiles, ut ęreos & ligneos) horum autem non eſt diffinitio, ſed cum intelligẽtia aut ſenſu cognoſcuntur, hoc eſt cum actu uidẽtur. Abeuntes uero ex actu, non palam utrum quidem ſunt, aut non ſunt, ſed ſemper dicuntur & co-

C gnoſcuntur uniuerſalis ratione. Materia quidem ignota ſm ſe. Materia uero alia ſenſibilis, alia intellectualis. Senſibilis quidẽ ut ęs & lignum, & quęlibet mobilis materia. Intellectualis uero quę in ſenſibilibus exiſtit, non inquantum ſenſibilia, ut mathematica. Quomodo igitur habet de toto & parte, & priore & poſteriore, dictum eſt.

Hinc ſcim accipe neceſſaria iſta tione m ra tiõ indiuiduationis eſſe principium.

T cõ. 36.

Redit ad ſo lutionẽ pel mi dubij.

Oſtendit quæ partes debeant poni in diffinitione. Cum. n. oſtenſum ſit quæ partes ſunt ſpeciei, & quæ partes indiuidui, quia materia communiter ſumpta eſt pars ſpeciei, hæc autẽ materia determinata, eſt pars indiuidui, manifeſtum eſt q ſolum illæ partes ſunt partes rationis quæ ſunt partes ſpeciei, non autem quæ ſunt partes indiuidui. In diffinitione enim hominis ponitur caro & os, ſed non hæc caro & hoc os. Et hoc ideo quia ratio diffinitiua non aſſignatur niſi uniuerſalr. Cum enim quodquideratesse ſit idem cum eo cuius eſt, ut ſupra oſtenſum eſt, illius tm̃ erit diffõ quæ eſt rõ ſignificans, qd quiderateſſe, quod eſt idem cum ſuo quodquiderateſſe. Hmõi aũt ſunt vlia & non ſingularia. Circulus. n & id quod eſt circulo eſſe, ſunt idem. Et ſilr aĩa, & id quod eſt aĩæ eſſe. Sed ipſorum quæ ſunt compoſita ea ſpẽ & materia indiuiduali, ſicut circuli huius, aut alicuius aliorum ſingularium, horum non eſt diffõ. Nec differt utrum ſingularia ſint ſenſibilia uel intelligibilia. Singularia quidem ſenſibilia ſunt ſicut circuli ærei & lignei. Intelligibilia ſingularia ſunt ſicut ſunt circuli

D mathematici. Quod aũt in mathematicis conſiderentur aliqua ſingularia, ex hoc patet, quia conſiderant ibi plura unius

Lectio 10.

Tex. cõ. 30

ſpẽi, ſicut plures lineæ æquales, & plures figuræ ſimiles. Dĩr aũt inaelligibili hmõi ſingularia ſm q abſq; ſenſu comprehẽduntur per ſolam phantaſiam, quæ qñq; intellectus uocatur ſm illud 3. de aĩa. { Intellectus paſſiuus corruptibilis ẽ. } Ideo aũt ſingularium circulorum non eſt diffõ, quia illa quorum eſt diffõ, cognoſcuntur per ſuam diffõnem. Sed ſingularia non cognoſcuntur niſi dum ſunt ſub ſenſu uel imaginatione, quæ hic intelligentia dicitur, quia res conſiderat ſine ſenſu ſicut intellectus. Sed hmõi ſingulares circuli { abeuntes ab actu, } .i. recedentes ab actuali inſpectione ſenſus, quantũ ad ſenſibiles, aut imaginationis, quantum ad mathematicos, non eſt manifeſtum, utrum ſint, inquantum ſunt ſingulares. Sed tñ ſemper dicuntur & cognoſcuntur per rõnem uniuerſalis. Cognoſcuntur enim hi circuli ſenſibiles ẽt qñ non actu

Imaginatio dicit' intellectus.

uidentur, inquantum ſunt circuli, non inquantum ſunt hi circuli. Ratio aũt huius eſt, quia materia quæ principium eſt indiuiduationis, eſt ſm ſe ignota, & non cognoſcitur niſi per formam à qua ſumitur ratio uniuerſalis. Et ideo ſingularia non cognoſcuntur in ſua abſentia niſi per uniuerſalia. Materia autem non ſolum eſt principium indiuiduationis in ſingularibus ſenſibilibus, ſed ẽt in mathematicis. Materia enim alia eſt ſenſibilis, alia intelligibilis. Senſibilis quidem ut æs & lignum, uel ẽt quælibet materia mobilis, ut ignis & aqua, & huiuſmodi oĩa. Et à tali materia indiuiduantur ſingularia ſenſibilia. Intelligibilis uero materia eſt, quæ eſt in ſenſibilibus, non inquantum ſunt ſenſibilia, ſicut mathematica ſunt. Sicut. n. forma hois eſt in tali materia, quæ eſt corpus organicum, ita forma circuli uel trianguli eſt in hac materia quæ eſt continuum, uel ſuperficies, uel corpus. Concludit igitur q dictum eſt, qũo ſe habet de toto & parte, & de priori, & { de poſteriori } id eſt cuius pars ſit pars, & qũo ſit prior, & qũo poſterior. Partes. n. materiæ indiuiduæ ſunt partes compoſiti ſingularis, non aũt ſpeciei, nec formæ. Partes aũt materiæ vlis, ſunt partes ſpeciei, ſed non formæ. Et quia uniuerſale diffinitur & nõ ſingulare, ideo partes materiæ indiuiduaiis non ponuntur in diffõne, ſed ſolum partes materiæ cõis, ſimul cum forma uel partibus formæ. Deinde cum dicit.

E

Quę ſit materia intelligibilis.

F

Ad interrogationem autem cum quiſpiam interrogauerit, utrum ſit prius, rectus ne, & circulus, atq; animal, an partes ex quibus conſtat, & in quas quoq; diuiditur: non ſimpliciter reſpondendum. Nam ſi anima ſit animal, aut animans, aut cuiuſq; unumquodq; : & circulus circuli eſſe, & rectus itidem eſſe: atq; ſubſtantia recti aliqua pars, atque aliquo toto poſterius eſt dicẽda, ut illa quæ eſt ipſius ſingularis, atq; aliquo recto. Etenim eſt rectus, & hiſce qui eſt æneus atq; materiæ particeps, & etiam qui ex lineis ſingularibus cõſtat. At hiſce qui eſt expers materiæ, poſterior quidem rationis, prior autem ſingularibus partibus eſt dicẽdus. Simpliciter autem non eſt dicendus. Sin uero anima ſit diuerſa, & non ſit animal, hoc quoque pacto, aliæ partes, priores, aliæ non priores dicendæ ſunt, uti diximus.

G

parte. 4

Interrogationi uero obuiare eſt neceſſe, quando quis interrogat, utrum rectus, & circulus, & animal priora, aut in quas diuiduntur & ex quibus ſunt partes, quia non ſimpliciter. Si quidem enim eſt anima animal, aut animatum, aut unumquodq; quæ unicuiq;, & circulus, q circulo eſſe, & rectus, q recto eſſe, & ſubſtantia recti, quid quidem, & quo dicẽdum eſt poſterius, puta his quæ in ratione, & quæ recto uniuerſali. Etenim hic quidem eſt materia qui æneus rectus, & qui in lineis ſingularibus Hic autem ſine materia, his quæ in ratione, poſterior. Eis uero quę in ſingularibus partibus, prior. Simpliciter autem non dicendum. Si uero altera, & non eſt anima animal, & ſi hoc quidem dicendum, hoc autem non dicendum, ſicut dictum eſt.

H

Adaptat ſolonem propoſitam qõni prius motæ dicens, q neceſſe eſt obuiare per prædictam ſolonẽ interrogationi qñ quis interrogat, utrũ rectus angulus, & circulus, & aĩal ſint priora partibus, aut ecõuerſo partes in quas hmõi diuidonr, & ex qbus cõponunr, ſunt priores. Dicendũ q nõ eſt ſimplr rñdẽdũ. Eſt. n. duplex opinio. Quidam. n. dicunt q idẽ ẽ tota ſpẽs & forma, ſicut aĩa quod homo. Quidam aũt q nõ, quia homo eſt compoſitum ex aĩa & corpore. Et ſm utrãq; opinionem eſt diuerſimode rñdendum. Si. n. idem eſt anima q animal uel animatum, aut ſimiliter unumquodque eſt idem cum forma uniuſcuiuſq;, ut circulus idem cum forma circuli, & rectus angulus idem cum forma recti, dicendum eſt de.

I terminando quid ſit poſterius, & quo ſit poſterius, quia ſm hoc partes materiæ ſunt poſteriores his, quæ ſunt in ratione & ſunt etiã poſteriores { aliquo recto }. ſ. recto communi, ſed ſunt priores recto ſingulari. Hic enim rectus q eſt æneus, eſt cum materia ſenſibili. Et hic rectus qui eſt cum lineis ſingularibus, eſt cum materia intelligibili. Sed ille rectus qui ẽ { ſine materia }. ſ. communis, erit poſterior partibus formæ quæ ſunt in ratiõe, ſed erit prior partibus materiæ, quæ ſunt partes ſingularium. Nec erit ſm hanc opinionem diſtinguere inter materiam communem & indiuidualem. Sed tamen ſimpliciter non erit reſpondendum, quia erit diſtinguẽdum inter partes materiæ & partes formæ. Si autem alia opinio ſit uera. ſ. q anima ſit aliud quàm animal, ſic erit dicendũ & non dicendum partes eſſe priores toto, ſicut determinatũ eſt prius. Secundum enim hanc opinionem docuit ſuperius diſtinguere non ſolum inter materiam & formam, ſed inter materiam cõem quæ eſt pars ſpeciei, & inter materiam indiuidualem quæ eſt pars indiuidui.
k Lectio. XI.

Dubitatur etiam non iniuria, quę nam ſint ipſius formę, & quę non formæ, ſed ipſius ſimul ſumpti partes. Atque ſi hoc non ſit manifeſtum, fieri nõ poteſt, ut quodq; diffiniatur. Vniuerſalis enim ipſius, & formæ eſt diffinitio. Si igitur manifeſtum non ſit quænam partium ſubeunt, & quæ non ſubeunt materiæ rationem, neque ratio ipſius rei profecto patebit.

[Te. cõ. 37. part. 1.] DVbitatur autem merito quę ſpeciei ſunt partes, & quę non, ſed ſimul ſumpti. Hoc enim non manifeſto exiſtente, nõ eſt diffinire unũ quodq;. Vlis. n. & ſpeciei eſt diffinitio. Quę igitur ſunt partium vt materia, & quę non, ſi non fuerint manifeſtę, nec ratio erit manifeſta quę rei.

[Diffinitio nõ niſi uniuerſalium.]

IN ISTA parte determinat quãdã dubitationẽ, quæ poterat oriri ex ſolutione præmiſſæ quæſtionis. Diſtinxerat enim ſoluendo præmiſſam quæſtionem inter partes
L ſpeciei, & partes indiuidui, quod eſt compoſitum ex ſpecie & ex materia. Et ideo hic quærit quæ ſint partes ſpeciei, & quæ non. Diuiditur ergo iſta pars in partes tres. In prima determinat hanc dubitationem. In ſecunda oſtendit quid reſtat dicendum, ibi: { Vtrum autem præter materiam. } Tertio recapitulat ea quæ dicta ſunt, ibi. { Quid quidẽ igitur eſt quod quiderat. } Circa primum tria facit. Primo mouet dubitationem. Secundo ſoluit, ibi, Quæcũq; quidem igitur &c. } Tertio ſolutionem manifeſtando colligit, ibi: { Palam autem &c. } Dicit ergo primo q cum dictum ſit q partes ſpeciei ponuntur in diffinitionibus, non autem partes compoſiti ex ſpecie & materia, merito dubitatur quæ ſunt partes ſpeciei, & quæ non ſunt partes ſpeciei { ſed ſimul ſumpti } id eſt indiuidui, in quo ſimul ſumitur natura ſpeciei cum materia ipſa indiuiduante. Si enim hoc non ſit manifeſtum, non poterimus aliquid recte diffinire, quia diffinitio nũquam eſt rei ſingularis, ſed ſolum uniuerſalis, ut ſupradictum eſt. Et inter uniuerſalia proprie eſt ſpecies quæ conſtituitur ex ge-
M nere & differentia, ex quibus omnis diffinitio conſtat. Genus enim non diffinitur, niſi etiam ſit ſpecies. Vnde patet q niſi ſciatur quæ pars ſit ſicut materia, & quæ non eſt ſicut materia, ſed ſicut ad ſpeciem ipſam pertinens, non erit manifeſtum qualis debeat eſſe diffinitio rei aſſignanda, cum nõ aſſignetur niſi ſpeciei, & oporteat in diffinitione ſpeciei partes ſpeciei ponere, & non partes quæ ſunt poſteriores ſpecie. Deinde cum dicit.

[Inf. par. 10. Parte. 11. Parte ſeq. parte. 9. Dubiũ neceſſarium. Quæ ſquã ſint partes ſpeciei.]

Quæ igitur in diuerſis ſpecie fiunt, ut circulus in ęre, lapide, atq; ligno, ea manifeſta eſſe uidetur. Neq; enim ęs, neq; lapis, ſubſtantiæ quicquam eſt circuli, propterea quod ſeparatur ab ipſis. Quę uero non cernuntur ſeiungi, ea perinde ſeſe habere ut illa, nihil prohibere uidetur. Fit enim perinde atq; ſi circuli omnes ænei cernerentur. Non enim ęs ob hoc magis formæ pars eſſet. Hæc tamen ipſa difficile eſt excipere mente. Hominis enim forma N in carnibus, oſſibus, talibuſue partibus conſiſtere ſemper uidetur. Sunt ne igitur hęc formæ rationiſue partes? An non ſunt ſed, materia? Verum quia non & in aliis ineſt, idcirco ſeparare nõ poſſumus.

Quæcunq; quidem igitur uidentur facta in diuerſis ſpecie, ut circulus in ęre, & lapide, & ligno: hęc quidem manifeſta eſſe uidentur, quia nihil circuli ſubſtantię ęs, neq; lapis propter ſeparari ab ipſis. Quę uero non uidentur ſeparari, nihil prohibet ſimiliter his ſe habere, ut ſi circuli omnes uideantur ænei. Nihil enim utiq; minus erat æs ſpeciei. Hoc autem auferre mente eſt difficile, ut hominis ſpecies ſemper in carnibus apparet, & oſſibus, & talibus partibus. Vtrum igitur & ſunt partes huius ſpeciei & rationis, aut non, ſed materia? Sed quia nõ & in aliis fiũt, nõ poſſumus ſeparare. O

[parte. 8.]

Soluit propoſitam dubitationem, & circa hæc tria facit. Primo ponit ſolutionem ſm opinionem Platonicorum. Secũdo improbat eam, ibi: { Accidit itaq; unam. } Tertio ſoluit ſm ſuam ſententiam. { Quare omnia reducere. } Circa primum duo facit. Primo ſoluit propoſitam dubitationẽ quantum ad ſenſibilia. Secundo quãtum ad mathematicam, ibi: { Quoniam autem, } Primo ergo dicit q in quibuſdam manifeſtum eſt, q materia non ſit pars ſpeciei, ſicut in omnibus illis quæ manifeſte apparent fieri in materiis diuerſis ſm ſpeciem, ſicut circulus inuenitur fieri in ære & in lapide & in ligno. Vnde manifeſtum eſt q neq; æs, neq; lapis, neq; lignũ eſt aliquid de ſubſtantia circuli, quaſi pars exiſtat huius ſpeciei quæ eſt circulus. Eſt autem hoc manifeſtum propter hoc quod circulus à quolibet iſtorum ſeparatur. Nihil autem poteſt ſeparari ab eo quod eſt pars ſpeciei. Sed quædam ſunt quorum ſpecies non inueniuntur fieri in diuerſis materiis ſecundum ſpeciem, ſed ſemper in eiſdem. Sicut ſpecies hominis, quantum ad hoc q uiſibiliter apparet, non inuenitur niſi in carnibus & oſſibus. Nihil tamen prohibet, ut etiam iſta P quæ non uidentur à propria materia ſeparata, ſimiliter ſe habeant ad ſuas materias, ſicut illa quæ eſſe poſſunt in diuerſis materiis, & ab unaquaq; earũ ſeparari. Si enim poneramus q non uiderentur ſenſibiliter aliqui circuli niſi ex ære, nihilominus tamen ſic eſſet pars ſpeciei circuli æs. Et licet tunc nõ ſepararetur circulus actu ab ære, ſepararetur tamen mente, quia ſpecies circuli poſſet intelligi ſine ære, ex quo æs non eſſet pars ſpeciei circuli, licet difficile ſit mente auferre & ſeparare abinuicem quæ actu non ſeparantur. Non enim eſt hoc niſi illorum qui per intellectum ſupra ſenſibilia eleuari poſſunt. Et ſimiliter ſi hominis ſpecies ſemper apparet in carnibus & oſſibus & talibus partibus, oportet quærere, utrum iſtæ partes ſint ſpeciei humanæ { & rationis, } i. diffinitionis hominis: aut non ſunt partes ſpeciei, ſed ſolum materia ſpeciei, ſicut æs circuli. Sed quia talis ſpecies nõ ſit in aliis partibus materialibus q̃ in iſtis, ideo de facili non poſſumus ſeparare hominem per intellectum à carnibus & oſſibus. Videt Q enim eadẽ ratio eſſe hic & in circulo, ſi omnes circuli eſſent ænei. Deinde cum dicit.

[Solutio platonicorũ quantum ad ſenſibilia. par. 4. parte. 7. Parte. 3.]

Quoniam autem hoc quidem fieri poſſe uidetur, obſcurum autem eſt quando fieri poteſt, dubitare quidam & in circulo, & triangulo iam uidentur, atq; innuere non oportere lineis, atq; cõtinuo diffiniri, ſed uniuerſa perinde hæc dici atq; hominis carnes, oſſaue dicuntur, & circuli etiam æs, & lapis. Atque in numeros uniuerſa reducuntur. Et lineæ rationem duorum rationem inquiunt eſſe. Eorum etiam qui dicunt ideas eſſe, quidam dualitatem inquiunt ipſam lineam eſſe, quidam ipſam lineę formam. In quibuſdam enim idem eſſe aiunt formam, & id cuius eſt forma: ut dualitatem, formamq; dualitatis. In linea uero non ita eſſe.

Quoniam

Te.cõ. 18 parte. 3.

A Quoniã autem hoc uidetur contingere, immaniſeſtum autem quando. Dubitant autem quidam in circulo & in trigono, quaſi non ſit competens, lineis diffiniri & continuo, ſed omnia hæc ſimiliter dici ac ſi ſint carnes & oſſa hominis: & æs, & lapis circuli: & referunt omnes ad numeros, & lineæ rationem eam quæ duorum eſſe dicunt. Et ideas dicentium, hi quidem ipſammet lineam dualitatem. Hi autem ſpeciem lineæ. Quidam ſpeciẽ eandem, & cuius ſpecies ut dualitatem, & ſpeciem dualitatis: in linea uero non adhuc.

Seſo ſcdm Platonicos quantũ ad mathematica.

Procedit olterius proſequendo opinionem prætactam quantum ad mathematica dicens, ꝙ quia uidetur hoc cõtingere in aliquibus. ſ. ꝙ materia non ſit pars ſpeciei, quamuis ſpecies non inueniatur niſi in illa materia, ſed non eſt manifeſtum, quando & in quibus hoc contingat, uel non contin-
B gat, ideo aliqui circa hoc dubitant non ſolum in naturalibus, ſed etiam in mathematicis, ut in circulo & triangulo. Videtur enim eis ꝙ ſicut materia ſenſibilia non eſt pars ſpeciei in naturalibus, ita etiam ꝙ materia intelligibilis non ſit pars ſpeciei in mathematicis. Materia autem figurarum mathematicarum intelligibilis, eſt continuum, ut lineæ uel ſuperficies. Et ideo uult ꝙ linea non ſit pars ſpeciei circuli uel trianguli, quaſi non ſit competens ꝙ triangulus & circulus diffiniantur per lineas & continuum, cum non ſint partes ſpeciei, ſed omnia iſta ſimiliter dicantur ad circulum & triãgulum, ſicut carnes & oſſa ad hominem, & æs & lapides ad circulum. Remouendo autem a triangulo & circulo continuum quod eſt linea nihil remanet niſi unitas & numerus; quia triangulus eſt tres lineas habens, & circulus unam. Et ideo quia lineas non dicunt eſſe partes ſpeciei, referunt omnes ſpecies ad numeros, dicentes ꝙ numeri ſunt ſpecies mathematicorum omnium. Dicunt enim ꝙ ratio duorum eſt ratio lineæ rectæ, propter hoc ꝙ linea recta duobus punctis terminatur. Sed circa hoc inter platonicos ponentes ideas, eſt differentia quædam. Quidam enim non ponentes mathe-

Platonici oẽs ſpẽs referũt ad numeros.

C matica media inter ſpecies & ſenſibilia, dicentes ſpecies eſſe numeros, dicunt ipſam lineam eſſe dualitatem, quia non ponunt lineam mediam differentem a ſpecie lineæ. Quidam uero dicunt ꝙ dualitas eſt ſpecies lineæ, & non linea. Linea. n. eſt quoddam mathematicum medium inter ſpecies & ſenſibilia, & dualitas eſt ipſa ſpecies. Et ſecundum eos in quibuſdam non differunt ſpecies, & cuius eſt ſpecies, ſicut in numeris, quia ipſas ſpecies dicebant eſſe numeros. Vnde idem dicebant eſſe dualitatem & ſpeciem dualitatis. Sed lineæ hoc nõ accidit ſm eos, quia linea iam dicit aliquid participans ſpeciem, cum multæ lineæ inueniantur eſſe in una ſpecie, quod non eſſet ſi ipſamet linea eſſet ipſa ſpecies. Deinde cũ dicit.

Varia opinio platonicorũ circa mathematica.

Accidit igitur formam unam multorum eſſe, quorum ſpecies diuerſa eſſe uidetur: quod quidem & Pythagoricis accidebat.

parte 4.

Accidit itaque unam multorum eſſe ſpeciem quorum ſpecies uidetur eſſe altera. Quod & Pythagoricis accidit.

Impugnatio dictorũ.

D Improbat prædictam ſolutionem, & ponit tres rationes quarum prima eſt. Si ſoli numeri ſint ſpecies, omnia iſta quæ participant uno numero participant una ſpecie. Multa autẽ ſunt diuerſa ſpecie quæ participant uno numero. Vnus enim & idem numerus eſt in triangulo propter tres lineas, & in ſyllogiſmo propter tres terminos, & in corpore ꝑpter tres dimenſiones. Accidit igitur multorum ſpecie diuerſorum eſſe unam ſpeciem. Quod non ſolum Platonicis; ſed etiam Pythagoricis accidit, qui etiam ponebant naturam omnium rerum eſſe numero. Secundam ponit ibi.

Et inſuper fieri poteſt, ut cæteris inde extruſis, una omnium tantum forma efficiatur.

Parte. 5.

Et contingit omnium unam facere per ſe ſpeciẽ alia uero non ſpecies.

Quæ talis eſt. Si carnes & oſſa non ſunt partes ſpeciei humanæ, nec lineæ ſpeciei trianguli, pari ratione nulla materia eſt pars ſpeciei. Sed ſm Platonicos in numero dualitas attribuitur materiæ, unitas autem ſpeciei, ergo ſola unitas eſt ſpecies. Dualitas autem, & per conſequens omnes alĩ numeri tanꝗ materiã implicantes, non erunt ſpecies. Et ſic una tantum erit ſpecies omnium rerum. Tertiam ponit ibi. E

Et tamen hoc pacto omnia unum erunt. Ea igitur quę ad diffinitiones attinent, dubitationem habere, & quam ob cauſam, ſatis iam diximus.

Te.cõ. 19. Parte. 6.

Quamuis ſic unum omnia erunt. Quod quidem igitur habent ad dubitationem quandam, quæ ſunt circa diffinitiones, & propter cauſam, dictum eſt.

Quæ talis eſt. Illa ſunt unum quorum ſpecies una eſt. Si igitur omnium ſpecies eſt una, ſequetur ꝙ omnia ſint unum ſm ſpeciem, & non ſolum quæ uidentur eſſe diuerſa. Poteſt F tamen dici ꝙ hoc tertium non eſt alia ratio a ſecunda. Sed eſt inconueniens quod ex ſecunda concluſione ſequitur ſecundæ rationis. Poſita ergo ratione cui præmiſſa ſolutio innitebatur, & poſitis rationibus contra præmiſſam ſolutionẽ concludit dictum eſſe ꝙ illa quæ ſunt circa diffinitiones habẽt dubitationem, & qua de cauſa. Et ſic patet ꝙ per omnia præmiſſa oſtendere uoluit difficultatem præmiſſæ dubitationis. Deinde cum dicit.

Quapropter & omnia hoc pacto reducere, atq; materia auferre ſuperuacaneum eſſe uidetur. Quędam enim forſitan hoc in hoc ſunt, aut hæc ita ſeſe habentia. Atq; illa comparatio de animali, quam iunior Socrates dicere conſueuit, non recte ſeſe habet profecto. A ueritate enim abducit, exiſtimareque facit fieri poſſe, ut homo ſit ſine partibus, per inde atque ſine ære circulus eſſe poteſt. Hoc autem G non eſt ſimile. Animal enim fortaſſe ſenſibile quiddam eſt, & non fit ut ſine motu, atque ob hoc ſine ſuis partibus, definito ſeſe habentibus modo, diffiniatur. Non enim quæuis manus pars hominis eſt, ſed ea quæ manus officium efficere poteſt. Quare pars eſt ſi animæ particeps ſit: non pars ſi eiuſdem ſit expers.

part 7.

Quaare omnia reducere ita, & auferre materiam ſuperfluum eſt. Quædam enim forſan hoc in hoc ſunt, aut ſicut hæc habẽtia. Et parabola de animali quam conſueuit Socra. iunior dicere non bene ſe habet. Abducit enim a ueritate, & facit ſuſpicari quaſi contingens ſit hominem eſſe ſine partibus, ſicut ſine ære circulũm. Sed hoc non ſimile. Senſibile nanq; forſan aliquid animal, & ſine motu non eſt diffinire. Quare nec ſine partibus ſe habẽtibus qualitercunq;. Non enim omni modo hominis eſt pars manus, ſed potens opus perficere. Quare animata exiſtens pars, non animata uero non pars.

H parte seq.
Soluit dubitationẽ ſm propriã ſniã, & primo quo ad naturalia.

Soluit præmiſſam quæſtionem ſm propriam ſententiam & primo quantum ad naturalia, ſecundo quantum ad mathematica, ibi: { Circa mathematica. } Dicit ergo primo ꝙ ex quo prædicta inconuenientia ſequuntur remouentibus a ſpecie rei omnia quæ ſunt materialia, ſiue ſint ſenſibilia, ſiue non, patet ex dictis ꝙ ſuperfluum eſt omnes ſpecies rerum reducere ad numeros uel unitatem, & auferre totaliter materiam ſenſibilem & intelligibilem ſicut Platonici faciebant. Quia quædam ſpecies rerum non ſunt formæ ſine materia, ſed ſunt { hoc in hoc forſan } ideſt formæ in materia, ita ꝙ id quod reſultat ex forma in materia exiſtente ſpecies eſt. Aut ſi non ſunt ſicut forma in materia, ſunt ſe habentia ſicut illa quæ habent formam in materia. Proprie enim formam in materia habent naturalia, quibus quodam modo aſſimilantur mathematica, etiam inquantum proportio figuræ circuli uel trianguli ad lineas, eſt ſicut proportio formæ ho-

Materia ꝑtinet per ſe ad qd ditatẽ rei materialis.

minis ad carnes & oſſa. Et ideo ſicut ſpecies hominis non eſt forma aliqua ſine carnibus & oſſibus, ita circuli uel trianguli non eſt aliqua forma ſine lineis. Et ideo parabola quam conſueuit dicere de animali Socrat. iunior, non ſe bene habet. Videtur autem ipſum Platonem Socratem iuniorem nominare, quia in omnibus libris ſuis introducit Socratem loquẽtem propter, hoc quod fuerat magiſter eius. Opinionem autẽ Platonis de materialitate naturalium ſpecierum uocat parabolam, quia fabulis aſſimilatur quæ componuntur ad aliquã ſententiam metaphoricæ inſinuandam. Propter quod in tertio ſuperius dixit, quod hæc opinio aſſimilatur opinionibus ſingentium deos eſſe, & quod formæ eorum ſunt ſicut formæ humanæ. Ideo autem prædicta opinio non bene ſe habet, quia ducit extra ueritatem, in eo quod facit opinari quod hoc modo cõtingat eſſe hominem ſine partibus materialibus. ſ. ſine carnibus & oſſibus, ſicut contingit circulum eſſe ſine ære, quod manifeſte non pertinet ad ſpecies circuli. Sed hoc non eſt ſimile. Non enim ſimiliter ſe habet homo ad carnes & oſſa, ſicut circulus ad æs, quia circulus non eſt aliquod ſenſibile ſecundum ſuam rationem. Poteſt enim intelligi ſine materia ſenſibili. Vnde æs, quod eſt materia ſenſibilis, non eſt pars ſpeciei circuli. Sed animal uidetur eſſe quoddam ſenſibile. Non enim poteſt diffiniri ſine motu. Animal enim diſcernitur a non animali ſenſu & motu, ut patet in. i. lib. de Anima. Et ideo non poteſt diffiniri animal ſine partibus corporalibus habentibus ſe aliquo modo debito ad motum. Non. n. manus eſt pars hominis quocunque modo ſe habens, ſed quãdo eſt ſic diſpoſita quod poteſt perficere opus manus, quod nõ poteſt facere ſine anima, quæ eſt principium motus. Quare oportet quod manus cuioſcunque ſit pars hominis, ſecundum quod eſt animata. Secundum uero quod eſt inanimata, non eſt pars, ſicut manus mortua uel depicta. Vnde oportet quod partes tales quæ ſunt neceſſaria ad perficiendum operationem ſpeciei propriam, ſint partes ſpeciei, tam quæ ſunt ex parte formæ, quam quæ ſunt ex parte materiæ. Deinde cum dicit.

Plato appellat Socrates iunior. Sñiam platonis cõparat fabulæ. Te. cõ. 15.

K Nõ ſimiliter diffiniuntur mathematica & naturalia.

Te. cõ. 17 Lib. 2. Te. cõ. 13.

L **Circa uero mathematica cur rationes non ſunt rationum partes, ut ipſius ſemicirculi circuli? Nõ enim ſenſibiles ſunt. An nihil refert? Erit enim & non ſenſibilium quorundam ſane materies eiuſque omnis quod non eſt quidditas & per ſeipſum forma, ſed hoc aliquid. Non igitur uniuerſalis circuli ſed ſingularium hi partes erũt, ut antea diximus. Eſt enim materies, alia ſenſibilis, alia intelligibilis.**

Par. 8.

Circa mathematica autem quare non ſunt partes rationes rationum, ut circuli hemicycla? Non enim ſunt ſenſibilia. Horum autem nihil differt. Erit enim materia quorundam & non ſenſibiliũ. Et omnis quod non eſt quodquideratesse, & ſpecies eadem ſecundum ſe, ſed hoc aliquid. Circuli quidem igitur non erit eius qui uniuerſalis, ſingularium vero erunt partes, ſicut dictum eſt prius. Eſt enim materia hęc quidem ſenſibilis, hęc aũt intellectualis.

M Soluit quæſtionem quantum ad mathematica. Videtur enim poſt ſolutionem de naturalibus poſitam, adhuc relinqui ſub dubio de mathematicis. Dixerat enim quod cum animal ſit ſenſibile, non poteſt diffiniri ſine partibus ſenſibilibus ſicut circulus poteſt diffiniri ſine ære, quod eſt ſenſibilis materia. Et ideo circa mathematica quærit { quare rationes, } ideſt diffinitiones partium non, ſunt partes rationem totorum, ſicut quare { hemicycla, } ideſt ſemicirculi non ponũtur in diffinitione circuli. Non enim poteſt dici quod hæc. ſ. hemicycla ſint ſenſibilia ſicut æs eſt ſenſibilis materia. Sed ſoluit quod hoc nihil differt quãtum ad propoſitum, utrum. ſ. partes materiæ ſint ſenſibilia uel non ſenſibilia, quia etiam non ſenſibilium eſt aliqua materia intelligibilis. Et talis materia quæ. ſ. non eſt pars ſpeciei, eſt omnis eius quod non eſt quod quideratesse & ſpecies, eadem ſecundum ſe, { ſed eſt hoc aliquid } ideſt particulare aliquod demonſtratum, quaſi dicat. In omni eo quod non eſt ipſa ſua ſpecies ſed eſt aliquod indiuiduũ determinatum in ſpecie, oportet eſſe aliquas partes materiæ quæ non ſunt partes ſpeciei. Socrat. enim quia non eſt ipſa ſua humanitas, ſed eſt habens humanitatem, ideo habet in ſe partes materiales quæ non ſunt partes ſpeciei, ſed quæ ſunt partes huius materiæ indualis quæ eſt indiuiduationis principiũ, ut has carnes, & hæc oſſa. Et ſimiliter in hoc circulo ſunt hæ lineæ quæ non ſunt partes ſpeciei. Vnde patet quod huiuſmodi non ſunt partes circuli qui eſt uniuerſalis, ſed ſunt partes ſingularium circulorum, ſicut dictum eſt prius. Et propter hoc ſemicirculi non ponuntur in diffinitione circuli uniuerſalis, quia ſunt partes ſingularium circulorũ, & non uniuerſalis. Et hoc eſt uerum tam in materia ſenſibili quam in materia intelligibi. Vtroque enim modo inuenitur materia, ut ex dictis patet. Si autẽ eſſet aliquod indiuiduum quod eſſet ipſa ſua ſpecies, ſicut ſi Socra. eſſet ipſa ſua humanitas, non eſſent in Socra. aliquæ partes quæ nõ eſſent partes humanitatis. Deinde cum dicit.

Solutio ſũpra quo ad mathematica.

N

Lectio. 10.

O **Patet autem & animam quidem ſubſtantiam primam corpus autem materiam eſſe. Hominem uero aut animal id quod ex utriſque conſtat, ipſum inquam uniuerſale. At Socrates aut Coriſcus ſi anima ſit, duplex eſt. Quidam enim ut anima dicent, quidam ut totum. Sin ſimpliciter hæc anima ſit, atque hoc corpus, ut uniuerſale ſeſe habet, ſic & ſingulare ſeſe habet.**

Palam autem quod & anima quidem ſubſtantia prima, corpus autem materia, homo autem anima quod eſt ex utriſque, ut uniuerſaliter. Socra. autẽ & Coriſcus ut ſingulariter. Siquidem anima dupliciter dicitur, alii nanque ut animam, alii uero ut totum. Si uero ſimpliciter anima hoc, & corpus hoc, ut quidem uniuerſale, & ſingulare.

Parte. 9.

P Recolligit prædictam ſolutionem exemplificando eam in animali dicens, palam eſſe quod anima { eſt ſubſtantia prima } ideſt forma animalis, corpus autem materia, homo autem { aut animal id quod eſt ex utriſque } . ſ. in uniuerſali, ſed Socra. & Coriſcus quod eſt ex utriſque. Quia { anima dicitur dupliciter } . ſ. in uniuerſali, & particulari, ut anima, & hæc anima, Ideo autem oportet quod ſignificatur per modum totius, dici uniuerſaliter & ſingulariter, ea ratione quia anima dicitur dupliciter, quia hoc competit ſecundum utramque opinionem hominum de anima. Sicut enim ſupradictum eſt, alii dicunt hominem & animal eſſe animam, alii uero dicũt hominem & animal non eſſe animam, { ſed totum } . ſ. compoſitum ex anima & corpore. Patet ergo quod ſecundum illam opinionẽ quæ dicit hominem eſſe animam, anima dicitur uniuerſaliter & ſingulariter, ut anima & hæc anima: & homo etiam dicitur uniuerſaliter & particulariter ſiue ſingulariter. ſ. homo & hic homo. Similiter etiam ſecundum hanc opinionem, quæ dicit hominem eſſe cõpoſitum ex anima & corpore, ſequitur quod ſi ſimplicia dicũtur uniuerſaliter & ſingulariter, quod etiam compoſitum dicatur uniuerſaliter & ſingulariter. Sicut ſi anima eſt hoc, & corpus eſt hoc, quæ ſont ſimpliciter dicta tanquam partes compoſiti, quod etiam dicatur uniuerſale & particulare ſiue ſingulare, non ſolum partes, ſed etiam compoſitum. Deinde cum dicit.

Declaratur ſolutio per exempla.

Ala dupliciter & ſingulare corpus & cõpoſitũ dicitur. Te. cõ. 36.

Q **Vtrum autem præter materies & ſubſtantias tales aliqua quædam ſubſtantias ſit, quærereque ſubſtantiam aliam quandam oporteat, ut numeros, aut aliquid tale, poſterius conſideremus oportet. Huiuſce enim gratia de ſenſibilibus etiam ſubſtantiis enitimur definire. Nam facultatis naturalis ſecundæque philoſophiæ officium eſt, aliquo modo ea contemplatio quę circa ſubſtantias ſenſui ſubiectas uerſatur. Non enim de materia ſolum, ſed de ſubſtantia etiam quę ad rationem accommodatur ac magis philoſophum cognoſcere naturalẽ oportet. De diffinitionibus etiam quonam pacto partes ſunt, ea quæ in ratione ſumuntur, & cur diffi-**

A nitio una ſit ratio. Patet enim ipſam rem unum eſſe, & rem partes habentem unum quippiam eſſe, poſterius conſiderandum eſſe uidetur.

parte.10. Vtrum autem etiam præter materiam talium aliquæ ſubſtantiarum aliæ, & oportet quærere ſubſtantiam ipſorum alteram quandam, ut numeros, aut aliquid tale, perſcrutandum eſt poſterius. Huius .n. gratia & de ſubſtantiis ſenſibilibus tentamus diffinire. Quoniam modo quodam phyſicæ & ſecundæ philoſophiæ opus, circa ſenſibiles ſubſtantias ſpeculatio. Non enim ſolum de materia oportet ſcire phyſicum, ſed & de ea quæ ſm rationem, & magis. Te.cõ.40 In diffinitionibus uero quõ partes quæ in ratione, & quare una ratio diffinitio. Palã enim qa res una. Res uero quomodo una partes B habens, ſpeculandum eſt poſterius.

Duo adhuc ſuper ſunt determinanda. Oſtendit quid de cætero remaneat determinandum circa ſubſtantias & ponit ꝙ duo remaneant determinanda, quorum primum eſt ꝙ cum determinatum ſit, ꝙ ſubſtantia & quodquideſt rerum ſenſibilium & materialium ſunt ipſæ partes ſpeciei, reſtat determinare utrum { talium ſubſtantiarum } .ſ. materialium & ſenſibilium ſit aliqua ſubſtantia præter materiam, ita ꝙ oporteat quærere aliquam ſubſtantiam iſtorum ſenſibilium alteram ab ea quæ determinata eſt, ſicut quidam dicunt numeros præter materiam exiſtentes { aut aliquid tale, } ideſt ſpecies uel ideas eſſe ſubſtãtias horum ſenſibilium. Et de hoc perſcrutandum eſt poſterius. hæc enim perſcrutatio eſt propria huic ſciẽtiæ. In hac enim ſcientia tentamus determinare de ſubſtantiis ſenſibilibus, { huius gratia, } ideſt propter ſubſtantias immateriales, qa ſpeculatio circa ſubſtantias ſenſibiles & materiales quodam modo pertinet ad phyſicam, quę non eſt prima philoſophia Lectio, 5. ſed ſecunda, ſicut in quarto habitum eſt. Prima enim philoſophia eſt de primis ſubſtãtiis quæ ſunt ſubſtantiæ immate C riales, de quibus ſpeculatur non ſolum inquantum ſunt ſubſtantiæ, ſed inquantum ſubſtantiæ tales, inquantum .ſ. immateriales. De ſenſibilibus uero ſubſtantiis non ſpeculatur inquantum ſunt tales ſubſtantiæ, ſed inquantum ſunt ſubſtantiæ: aut etiam entia, uel inquantum per eas manu ducimur in cognitionem ſubſtantiarum immaterialium. Phyſicus uero econuerſo determinat de ſubſtantiis materialibus non inquantum ſunt ſubſtantiæ, ſed inquantum materiales & habentes in ſe principium motus. Et quia poſſet aliquis credere ꝙ ſcientia naturalis non ſpecularetur circa totas ſubſtantias materiales & ſenſibiles, ſed ſolũ circa materias eorum, ideo hoc remouet dicens, ꝙ phyſicum nõ ſolum oportet conſiderare de materia, ſed etiam de ea parte { quæ eſt Te.cõ.12. ſm rationem } .ſ. de forma Et magis etiam de forma quam de materia, quia forma eſt magis natura quam materia, ut probatum eſt in .ii. phy. Secundum uero quod reſtat determinandum eſt quomodo { partes quæ ſunt in ratione } id eſt in diffinitione ſe habent, utrum .ſ. ſint ſubſtantiæ exiſtentes in actu. Et quare etiam diffinitio cum cõponatur ex mul D tis partibus, eſt una ratio. Palam enim eſt ꝙ oportet diffinitionem eſſe unam tantum rationem, quia res eſt una. Diffinitio uero ſignificat quid eſt res. Sed per quid aliqua res habens partes efficiatur una, ſpeculandum eſt poſterius.

Deinde cum dicit.

Dictum eſt igitur uniuerſaliter de quidditate quid nam ſit, & quo pacto per ſe eſt, & cur quorũdam ipſa ratio quidditatis habet rei quę diffinitur partes, quorundam non habet. Et in ſubſtantiæ quidem ratione partes eas quæ ut materia ſunt, non ineſſe. Neq; enim illius ſubſtantiæ, ſed totius ſunt partes. Atque huius partim eſt ratio, partim non eſt. Cum materia nanq; non eſt. Non enim eſt definitum. Per primam autem ſubſtãtiam eſt, ceu hominis eſt ipſa ratio animæ. Subſtantia enim eſt ea forma quæ ineſt, ex qua & materia ipſa tota ſub B ſtãtia dicitur eſſe. Veluti cõcauitas. Ex hac .n. naſo que naſus ſimus, & ſimitas eſt. Bis enim in iſtis inerit naſus. In tota uero ſubſtantia, ut in naſo ſimo, atque Callia, & ipſa materia ineſt. Dictum eſt inſuper quidditatem & unumquodq; idem in quibuſdam eſſe, ut in ſubſtantiis primis, ceu curuitatem & curuitatis eſſe, ſi ipſa ſit prima. Atq; primam eã dico, quæ non ex eo dicitur, quia aliud in alio ineſt, & in ſubiecto uelut materia. Quæ uero ſunt ut materia, aut ut ſimul cũ materia ſumpta, in hiſce nõ eſſe idem, Neq; per accidens unũ, ut Socra. muſicumq;. Hæc enim eadem per accidens ſunt.

Parte.11. Quid quidem igitur eſt quodquideratеſſe, & F quomodo ipſum ſm ſe de omni, dictum eſt. Et quare horum quidem ratio quæ eius quodquideratеſſe, habet partes diffiniti: horum autem, non. Et quod in ſubſtantię quidem ratione quę ſic partes ut materia, non inerunt. Neq; enim ſunt illius partes ſubſtantię, ſed totius. Huius autem eſt aliqualiter ratio, & non eſt. Nam cum materia, non eſt. Indeterminatum enim eſt. Secundum autem primam ſubſtantiam, eſt ut hominis quæ animæ ratio. Subſtantia nanq; eſt ſpecies, quę ineſt, ex qua & materia, tota dicitur ſubſtantia. Vt concauitas. Nam ex hac & naſo, ſimus naſus, & ſimitas eſt. Bis enim & bis inerit naſus. In tota uero ſubſtantia Te.cõ.41. aut naſo ſimo, aut Callia, ineſt & materia. Et quod quideratеſſe, & unumquodque, in quibuſdam idem, ut in primis ſubſtantiis: ut curuitas & cur G uitati eſſe ſi prima eſt. Dico autem primam, quæ nõ dicitur per aliud in alio eſſe, ut in ſubiecto uel materia. Quæcunque uero ut materia, aut concepta cum materia, non idem. Neque ſecundum accidens unum, ut Socrates & muſicum. Hęc enim eadem ſecundum accidens.

Recapitulat ea quæ ſunt determinata dicens, ꝙ eſt dictum quid eſt quodquideratеſſe, & quomodo id quod eſt qđ quideratеſſe, eſt quod prædicatur de omni, & quod prædicatur ſm ſe. Et iterum dictum eſt quare quorundam ratio ſignificans quodquideratеſſe, continet in ſe partes diffiniti, ſicut diffinitio ſyllabæ continet literas: { quorundam nõ, } ſicut diffinitio circuli non continet ſemicirculos. Dictum eſt etiam ꝙ { in ratione ſubſtantiæ } ideſt formæ non ponuntur partes quæ ſunt partes ſubſtantiæ ſicut in materia, quia tales non ſunt { partes ſubſtantiæ illius } ideſt formæ, ſed partes totius compoſiti. Cuius quidem compoſiti aliquo modo eſt diffinitio, aliquo modo non eſt. Quia ſi accipiat { cum materia } .ſ. indiuiduali non eſt eius diffinitio: quia ſingula- Te.cõ.35 ria non diffiniuntur, ut ſupra eſt habitum. Cuius ratio eſt, quia talis materia indiuidualis eſt quid infinitum & indeterminatum. Materia enim non finiti niſi per formam. Sed cõ H poſitum acceptum { ſm primam ſubſtãtiam } ideſt ſm formam, habet diffinitionem. Diffinitur enim compoſitum acceptum in ſpecie non ſm indiuiduum. Sicut autem indiuiduum per materiam indiuiduatur, ita unumquodq; ponitur in ſua ſpecie per formam. Non enim homo eſt homo, quia habet carnes & oſſa, ſed ex eo ꝙ habet animam rationalem in carnibus & oſſibus. Vnde oportet ꝙ diffinitio ſpeciei accipiatur a forma, & ꝙ illæ partes materiæ ſolum ponãtur in diffinitione ſpeciei, in quibus primo & principaliter eſt forma. Sicut ratio hominis eſt illa quæ eſt animæ. Ex hoc enim homo eſt homo, ꝙ habet talem animam. Et propter hoc ſi homo diffinitur, oportet ꝙ diffiniatur per animam, & ꝙ nihilominus in eius diffinitione ponantur partes corporis, in quibus primo eſt anima, ſicut cor aut cerebrum, ut ſupra dixit. Ipſa nanq; ſubſtantia cuius pars non eſt materia { eſt Te.cõ.35.

I ſpecies } ideſt forma quæ ineſt materia, ex qua forma & materia { dicitor tota ſubſtantia } .i. determinatur & diffinit. Sicut concauitas eſt quædam forma. Ex ea enim & naſo, dicitur naſus ſimus, & ſimitas. Et ſimiliter ex anima & corpore, dicitur homo, & humanitas. Si enim naſus qui eſt ſicut materia, eſſet pars curuitatis, tūc cum dicitur naſus curuus, bis diceretur naſus. Semel enim diceretur proprio nomine & ſemel prout includeretur in diffinitione curui. Si tamen poneretur in eius diffinitione ſicut pars eſſentiæ curuitatis,
Text. 34 nō quaſi ex additione, ut ſupradictum eſt. Quamuis autem materia non ſit in eſſentia formæ, eſt tamen in tota ſubſtantia compoſita. Sicut curuitas eſt in naſo ſimo, & etiam materia indiuidualis eſt in Callia. Dictum eſt etiam ſuperius quod quodquideratesse uniuſcuiuſque, eſt idem cum eo cuius eſt. Quod quidem eſt ſimpliciter uerum in quibuſdam, ſicut { in primis ſubſtantiis } ideſt in immaterialibus. Sicut ipſa curuitas eſt idem cum eo quodquiderat curuitatis, ſi ta-
K men curuitas eſt de primis ſubſtantiis. Quod quidem dicit; quia etiam curuitas uidetur eſſe forma in materia, licet nō in materia ſenſibili, ſed intelligibili quæ eſt ipſum continuū. Vel ſm aliam literam { quæ prima eſt } Eſt enim quædam
Lect. 5. curuitas prima ſicut curuitas, quæ eſt in ſpeciebus ſm Platonicos, in quibus ſpeciebus communiter eſt uerum quod quælibet eſt idem cum ſuo quodquideſt. Alia autem curuitas quæ eſt in rebus ſenſibilibus uel in mathematicis, non eſt prima. Vnde non eſt idem quod ſuum quodquideratesse. Dicit autem exponendo, quod primam ſubſtantiam hic nominat non ſubſtantiam particularem, ſicut in prædicamentis, ſed quæ non dicitur per hoc quod aliud ſit in alio { ſicut in ſubiecto & materia } ideſt illæ res quæ ſunt formæ non in materia, ſicut ſubſtantiæ ſeparatæ. Quæcunque uero ſunt ſicut materia, uel etiam ſunt concepta cum materia, ſicut compoſita quæ habent in ſui ratione materiam, in iſtis non eſt idem quod quideratesse, & id cuius eſt. Nec etiam eſt unum in his quæ dicuntur ſm accidens, ſicut Socrates & muſicus ſunt idem per accidens. Attendendum eſt autem quod ab hac ſententia
L quam poſuerat .ſ. quodquideſt, idem cum unoquoque cuius
Lectio. 5. eſt, duo. Hic excipit ſ. illa quæ dicuntur per accidens, & ſubſtantias materiales, cum ſuperius nō exceperit niſi illa quæ dicuntur per accidens. Oportet autem non ſolum iſta ex-
Te. cō. 35. cludi, ſm etiam ſubſtantias materiales. Sicut enim ſupradictum eſt, quodquideratesse eſt id quod ſignificat diffinitio, diffinitio autem non aſſignatur indiuiduis, ſed ſpeciebus, & ideo materia indiuidualis quæ eſt indiuiduationis principiū, eſt præter id quod eſt quodquideratesse. Impoſſibile eſt autē in rerum natura eſſe ſpeciem niſi in hoc indiuiduo. Vnde oportet quod quælibet res naturæ ſi habeat materiam quæ eſt pars ſpeciei, quæ eſt pertinens ad quodquideſt, quod etiam habeat materiam indiuidualem, quæ non pertinet ad quodquideſt. Vnde nulla res naturæ ſi materiam habeat, eſt ipſum quodquideſt, ſed eſt habens illud. Sicut Socra. non eſt humanitas, ſed eſt humanitatem habens. Si autem eſſet poſſibile eſſe hominem compoſitum ex corpore & anima, qui
I. non eſſet hic homo ex hoc corpore & ex hac anima compoſitus, nihilominus eſſet ſuum quodquideratesse, quamuis haberet materiam. Licet autem homo præter ſingularia non
M ſit in rerum natura, eſt tamē in ratione, quæ pertinet ad logicam conſiderationem. Et ideo ſuperius ubi logice conſiderauit de quodquideratesse, non excluſit ſubſtantias materiales, quin in illis etiam eſſet idem quodquideſt, cum eo cuius eſt. Homo enim communis eſt idem cum ſuo quodquid eſt, logice loquendo. Nunc autem poſtquam iam deſcendit ad principia naturalia quæ ſunt materia & forma, & oſtendit quomodo diuerſimode cōparant ad uniuerſale & particulare quod ſubſiſtit in natura, excipit hic ab eo quod ſupra dixerat idem eſſe quod quideſt cum unoquoque, ſubſtantias materiales in rerum natura exiſtentes. Relinquitur autem quod illæ ſubſtantiæ quæ ſunt formæ tantum ſubſiſtentes, non habent aliquid per quod indiuiduentur, quod ſit extra rationem rei uel ſpeciei ſignificantem quodquideſt. Et ideo in illis ſimpliciter uerum eſt, quod quælibet illarum eſt ſuum quod quideratesse. Lectio. XII.

In primis ſubſtantiis quodquideſt, non eſt idē cū eo cuius eſt in rebus materiali. bus, ſecus in abſtractis.

Nunc autem primum id dicamus oportet, quod in reſolutiuis de diffinitione non diximus. Ea nāque dubitatio quę ibi non pertractata eſt, ad ea ſane quę nunc de ſubſtantia dicimus, accōmodatur uehementerque conducit. Dico autem hanc dubitationem, propter quid res diffinienda, eſt unum: cuius rationem, diffinitionem dicimus eſſe: ut hominis hoc, animal inquam, bipes. Sit enim ipſius hęc ratio. Propter quid igitur hoc, unum eſt, ſed non plura, animal & bipes? N

Te. cō. 42 part. 1.

Nunc autem dicamus primum, inquantum in analyticis de diffinitione non dictum eſt. In illis enim dubitatio dicta, prędpere rationibus de ſubſtantia eſt. Dico autem hanc dubitationem, propter quod quidem unum eſt, cuius rationem diffinitionem eſſe dicimus: ut hominis, animal bipes. Sit enim hęc ipſius ratio Propter quod itaque hoc unum eſt: ſed nō multa, animal & bipes? O

POSTQVAM oſtendit Philoſophus quæ partes in diffinitione ponuntur, hic inquirit quomodo diffinitio ex partibus exiſtens, poſſit eſſe una: & circa hoc tria facit. Primo mouet dubitationem. Secundo obiicit ad utranque partem, ibi: { In hoc nanque homo. } Tertio ſoluit quæſtionem, ibi: { Oportet autem intendere &c. } Dicit ergo quod nunc primum debet dicere de diffinitione, id quod non eſt de ea dictum { in analyticis, } id eſt in libro poſteriorum. Ibi enim mota eſt quædam dubitatio de diffinitione, & non ſoluta, quam oportet hic ſoluere { quia eſt præopere rationibus de ſubſtantia } id eſt quia ſolutio huius quæſtionis eſt præneceſſaria ad ea quæ ſunt de ſubſtantia determinanda, de qua eſt principalis intentio huius ſcientiæ. Eſt autem iſta dubitatio, quare illud cuius diffinitio eſt ratio, { eſt unum } .ſ. quodquideſt. Diffinitio enim ratio eſt ſignificans quodquideſt, ſicut diffō hominis eſt aial bipes. Ponatur .n. quod hæc ſit eius diffō. Quare igitur hoc quod dicitur animal bipes eſt unum, & non multa? Deinde cum dicit. P

Part. ſeq. part. 5.

In libro poſteriorum.

Quæſtio quare diffō ſit qd unū.

Homo enim & album multa quidem ſunt, cū alterum alteri non ineſt. Sed cum ineſt, atque ſubiectum, id eſt homo, albedine eſt affectum, eſt unū, tunc enim unum fit, atque eſt albus homo. Hic autē alterum, alterius non eſt particeps. Genus .n. non particeps differentiarum eſſe uidetur. Idem enim cōtrariorum ſimul particeps eſſet, quippe cum differentię ſint contrarię, quibus differt genus.

In hoc nanque homo & album multa quidē ſunt cum alterum non inſit alteri: unum uero quando ineſt, & patitur aliquid ſubiectum, homo tunc .n. unum fit, & eſt albus homo. Hic autem non participat alterum altero. Genus autem non uidetur participare differentias. Simul enim contrariis idē participaret. Nam differentię contrarię ſunt, quibus differt genus. Part. 2.

Q

Obiicit pro utraque parte, & primo ad oſtendendum quod ex eis non fiat unum. Secundo ad contrarium, ibi: { Oportet autem unum. } Circa primum duo facit. Primo oſtendit quod ex genere & differentia non ſit unum. Secundo quod nec ex pluribus differentiis, ibi: { Si uero & participat. } Dicit ergo primo, quod in hoc quod eſt homo & albū, iſta duo ſunt multa, quando alterum eorum non ineſt alteri. Si enim album non inſit homini, tunc homo & album nullo modo ſunt unum. Vnum uero ſunt, quando alterum eorum ineſt alteri, & ſubiectum quod eſt homo { patitur alterum } ideſt ſuſcipit hanc paſſionem quæ eſt album. Tunc autem ex his duobus fit unum per accidens, quod eſt albus homo. Ex his accipitur quod ex duobus quorum unum non ineſt alteri, non fit unum. Sed { hic } .ſ. cum dicitur animal bipes, { alterum eorum } .ſ. animal non participat { altero } .ſ.

Argum ad p.ē negan. uel quæſi. parte 4 parte. 3.

A bipede, ſicut homo albus participat albo. Et hoc ideo, quia animal eſt genus, bipes uero differentia. Genus uero non uidetur participare differentiis. Sequeretur enim ꝙ idem participaret ſimul contrariis. Differentiæ, n. ſunt contrariæ { quibus genus differt } .i. per quas genus diuiditur. Et qua ratione participaret una, participaret alia. Si autẽ eſt impoſſibile ꝙ idem participet contraria, impoſſibile erit ꝙ ex genere & differentia fiat unum. Deinde cum dicit.

Quod ſi & eſt particeps, eadem erit ratio, ſi differentiæ plures ſint ut greſſibile bipes expers alarum. Cur enim hæc unum ſunt, ſed non plura? Non enim propterea ſunt unũ, quod inſunt. Hoc enim pacto ex omnibus erit unum.

parte. 3 Si uero & participat, eadem ratio ſi ſunt differentiæ plures: ut greſſiuum, bipes, nõ alatum. Quare

B nanq; hoc unum, ſed non multa? Non. n. quia inſunt. Nanq; ſic ex omnibus erit unum.

Arguit ex plurib. differentiis ꝙ nõ fiat unũ. Oſtendit ꝙ ex pluribus differentiis non poteſt fieri unũ, dicens ꝙ ſi detur genus participare aliquo modo differentia, prout .ſ. animal non accipitur in ſua communitate, ſed contrahitur per differentiam ad ſpeciem, & ſic per conſequens ex genere & differentia fieri unum, tamen adhuc erit eadem ratio ad oſtendendum ꝙ diffinitio non ſignificat unũ ſi ſunt plures differentiæ diffinitione poſitæ. Sicut ſi ponantur in diffinitione hominis iſtæ tres differentiæ, quarum prima ſit greſſibile uel habens pedes, ſecunda ſit bipes, tertia uero non alatum. Non enim poteſt dici quare iſta ſunt unũ & non multa. Non enim eſt ſufficiens ad hoc ratio, quia inſunt uni puta animali quod eſt homo. Sic enim ſequeretur ꝙ omnia eſſent unum. Sequeretur enim ꝙ omnia accidentia quæ inſunt alicui ſubiecto, eſſent unum per ſe. Sic enim loquimur de uno & adinuicem & ad ſubiectum. Et cum ea quæ accidunt uni ſubiecto accidant etiam alteri, ſequeretur ꝙ illa duo ſubiecta etiam eſſent unum, puta nix & cygnus quibus ineſt albedo. Et ſic deducendo ſequeretur ꝙ omnia

C eſſent unum. Non ergo poteſt dici ꝙ ex pluribus differentiis fiat unum, etiam dato ꝙ ex genere & differentia fiat unum. Et ſic ex duabus partibus uidetur ꝙ diffinitio non ſignificet unum. Deinde cum dicit.

Sin autem, unum oportet ea eſſe quę in ipſa ſunt diffinitione. Diffinitio nanq; ratio quędam eſt vna ſubſtãtiaue. Quare uniuſcuiuſq; ipſam rationem eſſe oportet. Etenim ſubſtantia unum quid, atque hoc aliquid ſignificat uti, diximus.

parte. 4. Oportet autem unum eſſe quęcũq; in diffinitione. Diffinitio enim ratio quędam eſt una, & ſubſtãtia una. Quare uni⁹ alicuius oportet ipſam eſſe rationem. Etenim ſubſtantia unum quidem, & hoc aliquid ſignificat, ut diximus.

Arguit pro parte affirmatiua. Obiicit in contrarium oſtendens quod diffinitio ſignificet unum, dicens ꝙ oportet quæcunq; diffinitione ponuntur eſſe unum. Et hoc ideo, quia diffinitio eſt una ratio, & id quod

D ſignificatur per ipſam, eſt ſubſtantia rei. Vnde oportet ꝙ diffinitio ſit ratio ſignificatiua unius alicuius, quia ſubſtantia rei quam diffinitio ſignificat, eſt unum quid. Et etiam ſu-

Lect. 4. pra dictum eſt, quod diffinitio ſignificat hoc aliquid, ubi oſtenſum eſt quod diffinitio eſt propriæ ſubſtantiarum. Deinde cum dicit.

Atqui primum de diffinitionibus per diuiſiones conficiendis, conſiderare oportet. Nihil enim aliud in diffinitione eſſe uidetur, niſi id quod primo dicitur genus, & differentiæ ipſę. Cętera uero genera ſunt, primum inquam & differentię ſumptę cum illo. Veluti primum quidẽ genus eſt animal, hęret autem animal bipes, & poſt hoc rurſus eſt animal bipes expers alarum. Similis erit ratio & ſi p plura dicatur. Omnino enim nihil intereſt per multa, an per pauca dicatur. Quare neque & ſi per pauca etiam duo dicatur, ubi alterum erit differẽtia, alterum genus. Veluti huius animal bipes animal quidem eſt genus, alterum uero eſt differentia. Si igitur genus abſolute non eſt pręter ea quę ſunt, ut generis ſpecies: aut ſi eſt quidem, eſt autem ut materies: (etenim uox quidem genus eſt & materia) differentię uero ipſas ſpecies elemẽtaq; ex ipſa conficiunt, patet diffinitionem rationẽ eam eſſe, quę ex differentiis conſtat. E

Texũ 43 Parte 5. Oportet autem intendere primum de his quæ ſm diuiſiones diffinitionibus. Nihil enim aliud eſt in diffinitione, q̃ primum dictum genus & differentię. Alia uero genera ſunt primum, & cum hoc comprehenſę differentię: ut primum animal, ha- F bitum uero animal bipes, & iterum animal bipes non alatum. Similiter autem & ſi per plura dicantur. Omnino uero nihil differt per plura, aut per pauca dici. Quare nec per pauca, aut per duo. Duorum ergo, hoc quidem differentia, illud uero genus. Vt eius quod animal bipes, animal quidẽ genus: differẽtia autem, alterum. Si ergo genus ſimpliciter non eſt pręter eas quę ut generis ſpecies, aut ſi eſt quidem, ut materia eſt, (uox enim genus eſt & materia) differentię autem ſpecies & elementa ex hac faciunt, palam quia diffinitio eſt ex differentiis ratio.

Soluit præmiſſam quæſtionem oſtendens ꝙ diffinitio ſignificet unum, & circa hoc duo facit. Primo oſtendit quomodo ex genere & differentia fit unum. Secundo quomodo ex pluribus differentiis fiat unum, ibi: { At uero oportet diuidi. } Dicit ergo primo, ꝙ ad inueſtigandum unitatem diffinitionem, oportet primum intendere de diffinitionibus quæ dantur ſecundum diuiſionem generis in differentias. Iſtæ enim ſunt diffinitiones ueræ, in quibus non eſt aliud q̃ primum genus & differentiæ. Dantur enim & quædam diffinitiones per aliqua accidentia, uel per aliquas proprietates uel etiam per aliquas cauſas extrinſecas, quæ non ſignificãt ſubſtantiam rei. Et ideo huiuſmodi diffinitiones non ſunt ad propoſitum, cum hic agatur de diffinitionibus ad ſubſtantias rerum inueſtigandas. Ideo autem dico ꝙ in diffinitione eſt primum genus cum differentiis, quia & ſi aliquando in diffinitionibus ponantur aliqua genera intermedia inter genus primum quod eſt generaliſſimum, & ſpecies ultimas quæ diffiniuntur, tamen illa genera media nihil aliud ſunt q̃ genus primum, & differentiæ comprehenſæ in intellectu generis imedii { cum hoc } ideſt cum genere primo. Sicut ſi in diffinitione hominis ponatur animal, quod eſt genus intermedium, patet ꝙ animal nihil aliud eſt quam ſubſtãtia quæ eſt genus primum cum aliquibus differentiis. Eſt enim animal ſubſtantia animata ſenſibilis. Et ſimiliter ſi intelligamus primum genus eſſe animal { habitum bipes, & iterum tertium genus, animal bipes non alatum. } Et ſimiliter ſi aliquod genus per plures differentias determinatur. Semper H enim poſterius genus comprehendit prius cum aliqua differentia. Et ſic patet ꝙ omnis diffinitio reſoluitur in primum genus & aliquas differentias. Omnino autem non differt, utrum per plura aut per pauca diffiniatur aliquod diffinitũ. Quare non differt, utrum per pauca uel per duo, ita ꝙ illorum duorum unum ſit genus & aliud differentia. Sicut eius quod eſt animal bipes. animal eſt genus & alterum. ſ. bipes eſt differentia. Oſtendendum eſt ergo primo quomodo ex iſtis duobus fiat unum. Quod ſic patet. Genus enim non eſt præter ea quæ ſunt ſpecies generis. Non enim inuenitur animal, quod non ſit nec homo nec bos nec aliquid aliud huiuſmodi. Aut ſi inueniatur aliquid quod eſt genus præter ſpecies, ſic acceptum ut eſt præter ſpecies, non accipitur ut genus, ſed ut materia. Contingit enim aliquod & eſſe genus aliquorum, & materiam. Sicut uox eſt genus literarum, & eſt

Sequentia margin notes (right): poſt ſeq. Oſtẽdit ꝙ ex genere & differentia fit unũ per ſe. G — Hic Ant. ...ſic oppo... Decto ... de diff. xv

I materia. Et q ſit genus, patet per hoc q differentiæ additæ uoci, faciunt ſpecies uocum literatarum. Et q etiam ſit materia, patet quia { ex hac } .ſ. ex uoce { faciunt elementa } idest literas, ſicut aliquid fit ex materia. Sciendum eſt autē q licet idem ſm nomen poſſit eſſe genus & materia, non tamen idem eodem modo acceptum. Materia enim eſt pars integralis rei, & ideo de re prædicari non poteſt. Non enim poteſt dici q homo ſit caro & os. Genus autem prædicatur de ſpecie. Vnde oportet q ſignificet aliquo modo totum.

Contingit aliquid ultimum eſſe genus & materiam aliquomo, ut uocem literarum.

Text. 25.

Sicut enim propter hoc q eſt innominata priuatio, aliquando ſimplici nomine materiæ ſignificatur materia cum priuatione, ut ſupra dictum eſt, q æs accipitur pro ære infigurato, cum dicimus q ex ære fit ſtatua, ita etiam quando forma eſt innominata, ſimplici nomine materiæ, intelligitur compoſitum ex materia & forma, non quidem determinata ſed communi, & ſic accipitur ut genus. Sicut enim compoſitum ex materia & forma determinata eſt ſpecies, ita cō-

K poſitum ex materia & forma communi eſt genus. Et hoc in pluribus patet. Corpus enim poteſt accipi, & ut materia animalis, & ut genus. Si enim intellectu corporis intelligatur ſubſtantia completa ultima forma, habent in ſe tres dimenſiones, ſic corpus eſt genus, & ſpecies eius erunt ſubſtantiæ perfectæ per has ultimas formas determinatas, ſicut per formam auri uel argenti aut oliuæ aut hominis. Si uero in intellectu corporis non accipiatur niſi hoc, quod eſt habens tres dimenſiones cum aptitudine ad formam ultimam, ſic corpus eſt materia. Et ſimiliter eſt de uoce. Si enim in intellectu uocis includatur ipſa uocis formatio in communi ſm formam, quæ diſtinguitur in diuerſas formas literarum & ſyllabarum, ſic uox eſt genus. Si autem in intellectu uocis accipitur ſolum ſubſtantia ſoni, cui poſſibile eſt aduenire prædictam formationem, ſic uox erit materia literarum. Ex quo etiam patet q uox ſm quod eſt genus, non poteſt eſſe ſine ſpeciebus. Non enim poteſt eſſe ſonus formatus, quin aliquam determinatam formam habeat huius uel illius literæ. Sed ſi omnino careret forma literali prout eſt materia,

L ſic inueniretur ſine literis, ſicut æs inuenitur abſq; his quæ fiunt ex ære. Si ergo prædicta ſunt uera, palam eſt q diffinitio eſt quædam ratio ex differentiis unitatem habens, ita q tota eſſentia diffinitionis, in differentia quodam modo comprehenditur. Ex hoc enim animal quod eſt genus, non poteſt eſſe abſq; ſpeciebus, quia formæ ſpecierum quæ ſunt differentiæ, non ſunt aliæ formæ a forma generis, ſed ſunt formæ generis cum determinatione. Sicut patet q animal eſt quod habet animam ſenſitiuam. Homo autem eſt quæ habet animam ſenſitiuam { talem } .ſ. cum ratione. Leo uero qui { habet talem } .ſ. cum abundantia audaciæ. Et ſic de aliis. Vnde cum differentia additur generi, non additur quaſi aliqua diuerſa eſſentia a genere, ſed quaſi in genere implicite contenta, ſicut determinatum continetur in indeterminato, ut album in colorato. Per quod etiam ſoluitur ratio ſuperius inducta, quia nihil prohibet idem genus in ſe continere diuerſas differētias, ſicut indeterminatū continet in ſe diuerſa determinata. Et etiā propter hoc ſoluitur, quia nō hoc modo aduenit differētia generi, ut diuerſa eſſentia ab eo exiſtens, ſicut aduenit album homini. Deinde cum dicit.

Soluit rationem primam ſciendi pro parte negatiua.

M At uero differentia etiam in differentiam diuidatur oportet, ceu differentia eſt animalis, pedes habere. Rurſus igitur animalis pedes habentis ut pedes habet, differētia percipiatur oportet. Quare non eſt dicendum habentis pedes, aliud particeps alarum, aliud expers eſſe, ſi dicere quiſpiam recte uelit. At faciet hoc, ſi diuidere accommodate non poſſit. Sed hoc pacto dicatur oportet, aliud ſectos pedes, aliud non ſectos habere. Hæc enim ad pedē accommodata eſt differentia. Quippe cum pedum ſectio quędam ſit (ut patet) differentia pedis. Atq; hoc pacto ſemper proficiſcendum eſt, quouſq; ad ea perueniatur quæ differentia carent. Ac tot ſpecies tunc pedis emergent, animaliaq; pedes habentia, quot ſunt ipſius differentię pedis. N

At uero & oportet diui differentiæ differētiam ut animalis differentia eſt pedalitas. Item animalis habentis pedes differentiam oportet ſcire, inquantum habens pedes. Quare non eſt dicendum habentis pedes aliud alatum, aliud nō alatum, ſi quidem bene dicit. Sed propter non poſſe faciet hoc. Sed ſi aliud habens ſciſſos, aliud non ſciſſos pedes. Hę nanq; ſunt differentię pedis. Nam ſciſſio pedis, pedalitas quædam eſt. Et ſic ſemper uult procedere, donec utiq; ueniat ad non differentia. Tunc autem erunt tot ſpecies pedis, quot differentiæ, & pedes habentia animalia ęqualia differentiis. *par. 6.*

Oſtendit q nec etiam multitudo differentiarum impedit unitatem diffinitionis, & circa hoc duo facit. Primo oſtendit qualiter debeant ſumi in diffinitione multæ differentiæ. Secundo oſtendit q ſi differentiæ debito modo ſumantur, non impedit multitudo differentiarum unitatem diffinitionis, ibi: { Si atq;. } Dicit ergo primo, q in diffinitionibus in quibus ſunt multæ differentiæ, oportet non ſolum diuidi genus in differētiam, ſed etiam diuidi differentiam primam in differentiam ſecondam. Sicut animalis differētia ē pedalitas, ſecundum quam animal dicitur habens pedes uel greſſibile. Sed quia etiam hæc differentia multipliciter inuenitur, iterum oportet ſcire differentiam animalis habētis pedes, quæ ſic differentia eius { inquantum eſt habens pedes } .ſ. per ſe & non per accidens. Et ideo quia habenti pedes accidit habere alas, non eſt dicendum diuidendo differentiam, q habentis pedes, aliud eſt alatum, aliud non alatum, ſi homo bene uelit dicere diuiſionem differentiarum. Sed tamen quandoque aliquis diuidens differentiam { facit hoc } ut .ſ. diuidat per ea quæ ſunt ſm accidens, propter hoc q non poteſt inuenire proprias & per ſe differentias. Aliquando enim neceſſitas cogit, ut utamur loco per ſe differentiarum differentiis per accidens, inquantum ſunt ſigna quædam differentiarū eſſentialium nobis ignotarum. Sed hoc modo eſt hæc differentia diuidenda { habens pedes } .ſ. huiuſmodi animaliū aliud eſt habens pedes ſciſſos, & aliud non ſciſſos. Iſtæ enim { ſunt differentiæ pedis } .i. ſciſſum & non ſciſſum. Et ideo habens pedes ſciſſos, per ſe diuidet hanc differentiam quæ ē habens pedes. Sciſſio enim pedis eſt { eſt quædā pedalitas } idest hæc differentia quæ eſt habere pedes ſciſſos, eſt quoddā contentum ſub hoc quod eſt habere pedes, & habent ſe adinuicem ſicut determinatum & indeterminatum, ſicut diximus de genere & differentia. Et ita ſemper procedendū eſt in diuiſione differentiarum, donec diuidens { ueniat ad non differentia } idest ad ultimas differentias, quæ non diuiduntur ulterius in alias differētias. Et tunc tot erunt ſpēs pedis, quot differentiæ, & ſpēs aialium habentium pedes æquales differentiis. Quælibet enim indiuidualis differentia conſtituet unam ſpeciem ſpecialiſſimam. Deinde cum dicit.

O

Quomodo ſumendæ ſint plures differentiæ in una diffinitione.

P

Quę cum ita ſint, patet ultimam differentiam, ſubſtantiam rei, diffinitionemq; eſſe, ſi non oporteat ſępe eadem in diffinitionibus dicere. Eſt enim ſuperuacaneum, ſane atq; idipſum accidere ſane uidetur. Cum enim dicit animal pedes habens, bipes nihil aliud dicit q̄ animal pedes habens, duos habens pedes. Et ſi hoc diuiſione diuidat ſua perſæpe idem dicet, & totiens porro quot ſunt differentię ipſę. Si igitur differentia differentię fiat, una erit ipſa inquam ultima ſpecies ipſa, atq; ſubſtantia rei. Q

Si itaq; hęc ſic ſe habent, palam quia finalis differentia rei ſubſtantia erit & diffinitio, ſi non oportet multotiens eadem in dicere in terminis. Superfluum enim accidit hoc dicentibus. Nam quando dicit animal habens pedes, bipes, nihil aliud dixit quam animal pedes habens, & duos pedes habens. Et ſi hoc diuidat propria diuiſione, multotiens *parte. 7.*

A dicet & ęqualiter differentiis. Siquidem igitur differentiæ differentia fiat, una erit quæ finalis ſpecies & ſubſtantia.

Multitudo differentiarum non ipedit unitatē diffinitionis parte 8. parte 9.

Oſtendit ex ſuppoſitis q multitudo differentiarum non impedit unitatem diffinitionis, & circa hoc duo facit. Primo oſtendit propoſitum. Secundo inducit concluſionem intentam, ibi, { Quare palam &c. } Circa primum duo facit. Primo oſtendit quomodo ex multis differentiis fit unum, ſi differentiæ per ſe ſumantur. Secundo q hoc non poteſt eſſe ſi ſumantur per accidens, ibi, { Si uero ſm accidens. } Dicit ergo primo, q ſi ſic ſe habent differentiæ acceptæ in diffinitione { ſicut dictum eſt }. ſ. q ſemper ſumantur per ſe differentiæ & non per accidens, palam eſt q ultima differentia erit tota ſubſtantia rei, & tota diffinitio. Includit enim in ſe omnes pcedentes particulas. Quod enim in differentia includatur genus, oſtenſum eſt, ex hoc q genus non eſt ſine differentiis. Sed q ultima includat omnes præcedentes, palam eſt ex hoc q nisi hoc dicatur, ſequitur q oporteat { in terminis } ideſt diffinitionibus multotiens eadem dicere. Et hoc erit ſuperfluum & nugatorium. Hoc autem inconueniens ideo accidit, quia ſi aliquis dicat in diffiniendo animal { habens pedes bipes } ſi bipes ſit alia differentia ab habente pedes, non includens eā, nihil aliud dixit ſic diffiniens q animal habens pedes, duos pedes habens. Bipes enim nihil aliud eſt quam duos pedes habens, in quo manifeſte includitur, pedes habens. Vnde patet q ſi utraq; apponatur differentia, eſt nugatio. Et iterum ſi hoc quod eſt bipes diuidat aliquis { propria diuiſione } ideſt per ea quæ ſunt per ſe & non per accidens, ſequetur ulterius multotiens dici idem, & toties quot ſumuntur differentiæ. Vt ſi dicam q animalis bipedis, aliud eſt habens pedes ſciſſos in quinq; digitos, aliud in quatuor: ſi quis uellet diffiniens hominem, ponere omnes differentias intermedias, toties repeteret idem, quot differentias apponeret. Diceret enim q homo eſt animal pedes habens, duos pedes habens, ſciſſos in quinque digitos. Et quia iſta ſunt inconuenientia, igitur manifeſtum eſt q ſi in diffinitione accipiantur differentiæ, una erit ultima. ſ. { quæ eſt ſpecies & ſubſtantia } ideſt quæ ſubſtantiam & ſpeciem diffiniti comprehendet, & ab eius unitate diffinitio erit una.

Hic uobiſ. eſt altercat An. 22. VI. de defſ. 26

B

C

Deinde cum dicit

Sin uero per accidens diuiſio fuerit, ueluti ſi pedes habentis aliud album eſſe dixerit, aliud nigrum, tot differentiæ nimirum quot ſunt diuiſiones emergent.

Parte. 8.

Si uero ſecundum accidens: ut ſi diuidat, habentis pedes, aliud album, aliud nigrum tot quot utique ſectiones fuerint.

Oſtendit q hoc non poteſt dici ſi differentiæ per accidēs ſumantur, dicens q ſi aliquis in diuidendo & diffiniendo accipiat differentiam ſm accidens, ſicut ſi diuidatur q habentium pedes, aliud eſt album, aliud eſt nigrum, tot erunt ultimæ differentiæ, quot factæ ſunt diuiſiones, quia una earum alteram non includet. Et de differentiis ſic ſumptis, procedebat ratio ſuperius inducta contra unitatem diffinitionis. Huiuſmodi enim differentiæ ſic per accidēs acceptæ non eſſent unum niſi ſubiecto, quod non ſufficit ad unitatem diffinitionis. Deinde cum dicit.

D

Soluit rō ſecunda ſ. ā ꝓ parte negatiua

Quare patet diffinitionem eam eſſe rationem, quę ex differentiis conſtat, atq; harum ex ultima, ſi diffinire uolumus recte.

parte. 9.

Quare palā ꝗ diffinitio ratio eſt, quę eſt ex differentiis: & harum ex finali ſm rectum.

Concludit, ītentum.

Concludit propoſitum, & circa hoc duo facit. Primo ponit concluſionem dicens, q palam eſt ex prædictis q quamuis in diffinitione ponatur genus & differentia, tamen diffinitio eſt ratio ex differentiis tantum, quia genus non eſt pręter differentias, ut ſupra dictum eſt. Et quamuis ponantur multæ differentiæ in diffinitione, tamen tota diffinitio depēdet & conſtituitur ex ultima, quando fit diuiſio { ſecūdum rectum } ideſt a communiori ad minus commune deſcendēdo ſecūdum per ſe differentias, & non accipiendo quaſi a latere differentias per accidens. Secundo ibi.

E

Dilucidum autem fuerit, ſi quiſpiam ordinem huiuſcemodi diffinitionū peruerterit, ueluti diffinitionem hominis: animal bipes, pedes habens dicendo. Dicto nanq; bipede, pedes habens ſuperuacaneum eſſe uidetur. In ſubſtantia autem ordo non eſt. Quomodo enim intelligere aliud poſterius, aliud prius oportet. Sed de diffinitionibus per diuiſionem conficiendis quales quædam ſunt, tot primo ſint dicta.

parte. 10.

F

Palam autem erit ſi quis tranſponat tales diffinitiones, ut eam quæ eſt hominis, dicens animal bipes, pedes habens: ſuperfluum eſt habens pedes dicto bipede. Sed ordo non eſt in ſubſtantia, Quo modo nanque oportet intelligere, hoc quidem poſterius, illud uero prius. De diffinitionibus quidē igitur ſecūdum diuiſiones, tot dicantur primum, quales quædam ſunt.

Concluſionē inductā manifeſtat per ſignū

Manifeſtat cōcluſionem inductam per quoddam ſignum dicens, { Palam autem erit } .ſ. q tota diffinitio conſtituatur ex ultima differentia, ex hoc q ſi quis tranſponat partes talium diffinitionum, ſequetur inconueniens. Sicut ſi aliquis dicat diffinitionem hominis eſſe animal bipes, habens pedes. Ex quo enim dictum eſt bipes, ſuperfluum eſt apponere pedes habens. Sed ſi diceretur primo pedes habens, adhuc reſtaret inquirendum, utrum eſſet bipes, diuidendo pedes habens. Ex hoc patet q illæ differentiæ ſm q ſunt multæ habent inter ſe ordinem determinatum. Non autem hoc poteſt intelligi q in ſubſtantia rei ſit aliquis ordo. Nō enim poteſt dici q hoc ſubſtantiæ ſit prius, & illud poſterius, quia ſubſtantia eſt tota ſimul & non per ſucceſſionem, niſi in quibuſdam defectiuis, ſicut ſunt motus & tempus. Vnde patet q multæ partes diffinitionis non ſignificant multas partes eſſentia ex quibus eſſentia conſtituatur ſicut ex diuerſis, ſed omnes ſignificant unum quod determinatur ultima differentia. Patet etiam ex hoc q cuiuſlibet ſpeciei eſt una tantum forma ſubſtantialis, ſicut leonis una eſt forma per quā eſt ſubſtantia, & corpus, & animatum corpus, & animal, & leo. Si enim eſſent plures formæ ſm omnia prædicta, non poſſent omnes una differentia comprehendi, nec ex eis unū conſtitueretur. Concludit ergo finaliter recapitulando, q nunc primo tot ſint dicta dę diffinitionibus quæ accipiuntur ſm diuiſiones generis in differentias, & differentiæ in differētias, quales quædam ſunt, quia uidelicet ſunt ex his quæ prædicantur per ſe, & continentes in ſe partes ſpeciei, & etiam unaquæq; eſt unum. Hæc enim in præcędentibus de diffinitionibus ſunt oſtęnſa. Dicit autem { primum } quia in ſequētibus de diffinitione & quodquideſt, aliqua determinantur.

Hic An. an. diui Tho. expoſitio nē ſ. ugnat uide in de ſt 17.

G

Quod cōpoſito ſit ſtum una forma.

Lectio. XIII.

Cum autem hęc conſideratio de ipſa ſubſtantia ſit, redeamus rurſus oportet. Vt ſubiectum itaque, & quidditas, & quod ex hiſce conſtat ſubſtantia dicitur, ſic & ipſum uniuerſale ſubſtantia dici ſolet. Atq; de duobus iam diximus, de quidditate inquam, & de ſubiecto. Quod quidem ſubiici dupliciter aſſeruimus, aut hoc aliquid, quo pacto aſfectibus ſubiicitur animal: aut ut materies actui. Videtur autē quibuſdam & uniuerſale cauſa maxime atq; principium eſſe, quapropter & de hoc ipſo pertractemus oportet.

H

Te. c8. 44 Pano.

QVoniam uero de ſubſtantia perſcrutatio eſt, iterū redeamus. Dicitur autē ſicut ſubiectum ſubſtantia eſſe, & quodquiderat eſſe, & quod ex his, & uniuerſale. De duobus quidem igiť dictū eſt. Etenim dictum ꝗ quiderat eſſe & de ſubiecto. Quia dupľr ſubiicitur aut hoc ali

I quid ens: ut aīal paſſionibus, aut ut materia actui.

Tex.c.41 Videtur autem uniuerſale cā quibuſdā eſſe maxime, & eſſe principiū uſe. Vnde de hoc tractemus.

POSTQVAM determinauit Philoſophus de ſubſtantia ſm ꝙ ſubſtantia dicitur quodquideſt, hic determinat de ſubſtantia ſm ꝙ uniuerſale a quibuſdam dicitur ſubſtantia, & circa hoc duo facit. Primo cōtinuat ſe ad præcedētia. Secundo proſequitur ſuam intentionem, ibi, { Videtur autem impoſſibile. } Dicit ergo primo ꝙ quia in iſta ſcientia eſt principalis perſcrutatio de ſubſtantia, oportet iterum redire ad diuiſionem ſubſtantiæ, ut uideatur quid eſt dictū, & quid reſtat dicēdum. Dicitur autem ſubſtātia (ut ex prædictis patet) id quod eſt { tanquam ſubiectum } .ſ. materia, quæ ſe habet ad formā ſubſtantialem ſicut ſubum, quod eſt ſubſtantia completa, ad formā accidentalem. Et alio modo dicitur ſubſtātia quodquideratesse, quod pertinet ad formā. Tertio modo dicitur ſubſtantia { quod ex his, } id eſt cōpoſitum ex materia & forma. Et quarto modo dicitur ſubſtantia a quibuſdam uniuerſale. Hæc autem diuiſio ſubſtantiæ hic poſita, in idem redit cum diuiſione poſita in ꝑncipio huius ſeptimi, licet uideatur eſſe diuerſa. Ibi eni poſuit quatuor .ſ. ſubiectum, quodquideratesse, & uniuerſale, & genus. Et ſubiectum diuiſit in tria .ſ. in materiam & formam & cōpoſitū. Et quia iam manifeſtum eſt ꝙ quodquideratesse ſe tenet ex parte formæ, ponit quodquideratesse loco formæ. Item quia genus cōmune eadem ratione ponitur ſubſtantia qua & uniuerſale, ut oſtendetur, concludit utrunq; ſub uno modo. Et ſic remanent tantum quatuor modi qui hic ponuntur. De duobus ergo iſtorum modorum dictum eſt. Dictum eſt .n. de quodquideratesse, & iterum de ſubiecto, quod dicitur dupliciter. Vno modo ſicut id quod eſt aliquid & ens actu, ſicut animal ſubiicitur ſuis paſſionibus, & quæcunque ſubſtantia particularis ſuis accidentibus. Alio modo ſicut materia prima { ſubiicitur actui, } id eſt formæ ſubſtantiali. De his autem dictum eſt, ubi oſtēſum eſt quō partes materiæ pertineant ad ſpēm uel ad indiuiduum. Sed quia non ſolum materia & quodquideſt, uidentur eſſe cauſæ, ſed etiam uniuerſale { quibuſdam } .ſ. Platonicis uidetur maxime eſſe cauſa & ꝑncipium, ideo { de hoc } .ſ. uniuerſali tractabimus in hoc eodem ſeptimo. De ſubſtantiis autem cōpoſitis & ſimilibus tractabitur in octauo, quarum ea quæ in hoc ſeptimo tractantur ſunt quaſi principia. Deinde cum dicit.

Marginalia: parte ſeq. Continuatio. Subſtantia quadrupl. ut ſup. tex. con. 7. — K — Te.cō.7. — Te.cō.51. — Subiectum dupliciter. — L.ect.9. Te.cō.34 — L

Impoſſibile .n. eſſe uidetur, quoduis uniuerſalium ſubam eſſe. Primo namq; ſubſtantia cuiuſq; rei propria cuiuſq; eſſe uidetur, quæ quidem (ut patet) nulli alii ineſt. Vſe autem eſt cōmune. Id .n. uniuerſale dicit̄, quod pluribus ineſſe eſt aptum. Cuius igitur ſubſtantia hoc ipſum erit. Aut enim omnium, aut nullius erit. At omnium eſſe non poteſt, unius uero ſi fuerit, & cetera ſane hoc erunt. Quorum enim ſubſtantia eſt atq; quidditas una, & ipſa etiam unum eſſe uidentur.

Parte.1. M **Videtur .n. impoſſibile eſſe, ſubam eſſe quodcūque vſiter dictorū. Primum enim ſubſtantia quæ uniuſcuiuſq;, propria uniuſcuiuſq;, quæ non ineſt alii vſe uero cōe. Hoc .n. dicitur uniuerſale, quod pluribus ineſſe natum eſt. Cuius ergo ſubſtantia hoc erit? Aut enim oīum, aut nullius. Omnium enim non eſt poſſibile. Vnius autem ſi erit, & oīa hęc erunt. Quorum enim una ſubſtantia eſt, & qđ quideratesse unum, & ipſa unum.**

Marginalia: Alia litera. & alia hæc erunt; Infra le.16 parte.4 Probat ꝙ uſe non eſt ſubſtantia contra Pla. & hoc primo per uiā ꝑdicationis duabus rationibus.

Incipit inquirere utrum uniuerſalia ſint ſubſtantiæ, & diuiditur in duas partes. In prima oſtendit ꝙ uniuerſalia non ſunt ſubſtantiæ, ſicut quidam poſuerunt. Secundo oſtendit quantum ad quid recte dixerunt hoc ponentes, & quantum ad quid errauerunt, ibi: { Sed ſpēs dicentes hic qdem dicunt recte. } Circa ꝑmum duo facit. Primo oſtendit in cōi ꝙ uniuerſalia non ſunt ſubæ. Secūdo ſpāliter de uno & ente, quæ maxime ponebātur eſſe ſubæ rerū, ibi, { Qm̄ uero unū dicitur. } Prima diuiditur in duas, in ꝑma oſtdit ꝙ uſia nō ſunt ſubſtantiæ. In ſecūda ꝙ non ſunt ſeparata, ibi. { Manifeſtū autem ex his. } Circa ꝑmum duo facit. Primo oſtdit uſia nō eſſe ſubſtantias ex ea parte qua uſia prædicantur de multis. Secundo ex ea parte qua ſpēs ex uſibus cōponūtur, ſicut ex partibus diffōnis, ibi, { Amplius autem & impoſſibile & inconueniens. } Dixerat .n. ſuperius in quinto ꝙ genus quodam modo eſt totū, inq̄tum ꝑdicatur de pluribus: & quodā modo eſt pars, inquantū ex gñe & differentia conſtituitur ſpecies. Circa ꝑmum duo facit. Primo enim oſtdit ꝙ uſe nō eſt ſubſtantia, cum de pluribus prædicetur. Secundo excludit q̄dā cauilloſā rñſionē, ibi, { Sed an ſic quidē non contingit. } Sciendum eſt autem ad euidentiam huius capituli ꝙ uniuerſale dupliciter poteſt accipi. Vno modo pro ipſa natura cui intellectus attribuit intentionem uniuerſalitatis, & ſic uniuerſalia, ut genera, & ſpecies, ſubſtantias rerum ſignificant, & prædicantur in quid. Animal enim ſignificat ſubſtātiam eius de quo prædicatur, & homo ſimiliter. Alio modo poteſt accipi uniuerſale inquantum eſt uniuerſale, & ſm ꝙ natura prædicta ſubeſt intētioni uniuerſalitatis, id eſt ſm ꝙ conſideratur animal uel homo ut unum in multis. Et ſic poſuerunt Platonici animal & hoīem in ſua uniuerſalitate eſſe ſubſtantias. Quod Ariſto. in hoc capitulo intendit reprobare, oſtendens ꝙ animal cōe uel homo cōis non eſt aliqua ſubſtantia in rerum natura. Sed hanc cōitatem habet formam animalis uel hominis ſm ꝙ eſt in intellectu, qui unam formam accipit ut multis cōem, inquantū abſtrahit eam ab oībus indiuiduantibus. Ponit ergo ad propoſitum duas rōnes circa quarum primā dicit, ꝙ uidetur ex ſequentibus rationibus impoſſibile eſſe, quodcunq; eorum quæ uſiter prædicātur eſſe ſubſtantiam, ſm .ſ. ꝙ in ſua uniuerſalitate accipitur. Quod ꝑmo probatur ex hoc ꝙ ſubſtantia uniuſcuiuſq;, eſt propria ei, & nō ineſt alii. Sed uſe eſt cōe multis. Hoc enim dicitur uniuerſale quod natum eſt multis ineſſe & de multis prædicari. Si ergo uniuerſale eſt ſubſtantia, oportet ꝙ ſit alicuius ſubſtantia. Cuius ergo ſubſtantia erit? Aut .n. oportet ꝙ ſit ſubſtantia oīum quibus ineſt, aut unius. Non eſt autem poſſibile ꝙ ſit ſubſtantia omnium, quia unum non poteſt eſſe ſubſtantia pluribus. Plura enim ſunt quorum ſubſtantiæ ſunt plures & diuerſæ. Sed ſi dicatur ꝙ ſit ſubſtantia unius eorum quibus ineſt, ſequetur ꝙ oīa alia quibus ineſt, ſint illud unum quibus ponitur eſſe ſubſtantia. Oportet .n. ꝙ pari ratione, eorum etiam ſit ſubſtantia, cum & eis ſiſr inſit. Quorum autem ſubſtantia eſt una, & quodquideratesse unū oportet & ipſa eſſe unum. Relinquitur ergo ꝙ ex quo uniuerſale non poteſt eſſe ſubſtantia oīum de quibus dicit̄, nec unius alicuius, ꝙ nullius ſit ſubſtantia. Sciendum autem ꝙ ideo dicit ꝙ uniuerſale eſt quod natum eſt pluribus ineſſe, non autem quod pluribus ineſt, quia quædā uniuerſalia ſunt quæ non continēt ſub ſe niſi ſingulare, ſicut ſol & luna. Sed hoc non eſt quin ipſa natura ſpeciei quantum eſt de ſe ſit nata eſſe in pluribus, ſed eſt aliquid aliud prohibens, ſicut ꝙ tota materia ſpeciei comprehenditur in uno indiuiduo, & ꝙ non eſt neceſſarium multiplicari ſm numerum ſpeciē, quæ in uno indiuiduo poteſt eſſe perpetua. Secundam rationem ponit ibi.

Marginalia: N — Inf. le.16. parte.2 Lect. ſeq. parte 1 Infra pte.3 Te.c.33. — parte.4. Uſe duplr & quo modo poſſit dici ſubſtantia uel non ſubſtantia. — O — Quid intēdat Ariſt. in hoc cap. — Vniuerſale quid. — O — P — Declaratio diffinitionis uniuerſalis.

Deinde id ſubſtantia dicitur, quod de ſubiecto non dicitur. Vniuerſale autem de aliquo ſubiecto dicitur ſemper.

Q **Amplius ſubſtantia dicitur quę nō de ſubiecto, & uniuerſale de ſubiecto aliquo dicitur ſemper.** Te.co.46 part 3.

Dicit ꝙ ſubſtantia dicitur quę non eſt de ſubiecto, & dicitur uniuerſale ſemper de aliquo ſubiecto, ergo uniuerſale non eſt ſubſtantia. Videtur autem ratio hæc non ualere. Dictū eſt enim in prædicamentis ꝙ de ratione ſubſtantiæ, eſt ꝙ non ſit in ſubiecto. Prædicari uero de ſubiecto non eſt contra rationem ſubſtantiæ. Vnde ponuntur ibi ſecūdæ ſubſtantiæ quæ prædicant̄ de ſubiecto. Sed dicendum ꝙ ſm logicam cōſiderationem loquitur Philoſophus in prędicamētis. Logicus autē conſiderat res ſm ꝙ ſunt in ratione. Et ideo conſiderat ſubſtantias prout ſm acceptionē intellectus ſubſunt

Marginalia: Quomodo ſubſtantia non dicat̄ de ſubiecto cū in prædicamētis dicatur oppoſitum. Solutio.

A ſunt intentioni vl̃itatis. Et ideo quãtum ad ꝑdicationẽ quæ eſt actus rõnis, dicit ꝙ prædicant { de ſubiecto } .i. de ſubſtantia ſubſiſtente extra animam. Sed Phs primus conſiderat de rebus ſm ꝙ ſunt entia. Et ideo apud eius cõſiderationẽ non differt eẽ in ſubiecto & de ſubiecto. Hic.n. accipit dici de ſubiecto quod eſt in ſe aliqua res, & ineſt alicui ſubiecto exiſtẽti in actu. Et hoc impoſſe eſt eſſe ſubſtantiam. Sic.o. haberet eſſe in ſubiecto. Quod eſt contra rationem ſubſtantiæ, quod etiam in prædicamentis eſt habitum. Deinde cum dicit.

Ad hoc ne pacto nõ poteſt, ut qdditas in ipſo autem ineſt, ceu animal ipſum in hoĩe atq; equo. Igiť patet ipſius rõnem aliquam eẽ. Nihil aũt refert, & ſi non omniũ eſt rõ, quę in ſuba ſunt. Non.n. minꝰ ſubſtãtia cuiuſpiã hoc erit, ut ipſe hõ hoĩs in quo ineſt. Quare idẽ eueniet rurſus. Erit enim illius ſuba, ceu animal ipſum eius ſpeciei, in qua ut ꝓprium ineſt.

B
partic.4 **Sed an ſic qdem non cõtingit, ut quodquideratẽſſe in ipſo aute exiſtit, ut aĩal in hoĩe & in equo. Ergo palã qa eſt q̃dam ipſius rõ. Differt aũt nihil, nec ſi non oĩum rõ eſt eorũ, quæ ſunt in ſuba. Nihil.n minus ſuba erit hæc alicuiꝰ, ut hõ hoĩs in quo exiſtit. Quare idem accidit. Iterũ.n. erit ſuba in illius ſuba, ut animal in quo eſt ſpecies proprium exiſtit.**

Excludit cauſſionem ad primã rationem.

Excludit qoãdam cauillloſam rñſionem, qua poſſet aliquis obuiare primæ rationi, in qua dixerat ꝙ omnia ſunt vnum, quorum ſubſtãtia & quodquideſt ſunt vnum. Poſſet.n. aliquis dicere ꝙ vl̃e non eſt ſicut ſubſtantia ot quodquideratẽſſe, qd quidem ſit ꝓprium vni. Et ideo ad hoc exclodẽdum Phs dicit. Sed an poteſt dici obuiãdo rõni primo inductæ, ꝙ non contingit vl̃e eſſe ſubſtantiam, ſicut quodquideratẽſſe eſt ſubſtantia, ſed tñ eſt ſubſtantia in ipſis particularibus exiſtens, ſicut aĩal in hoĩe & equo. Non.n. ita eſt natura aĩalis in hoĩe ꝙ ſit ꝓpria ei, cum ſit etiã equi. Quaſi dicat, nõ põt ſic rñderi. Sequit.n. ſi hoc quod eſt animal cõe ſit ſubſtãtia, ꝙ huius ſubſtantiæ ſit aliqua ratio. Nec differt ad ꝓpoſitũ ſi non eſt rõ diffinitiua oĩum
C { quæ ſunt in ſubſtantia } .i. quæ ponunt in diffõne, ne in infinitum ꝓcedatur in diffinitionibus, aut ſi oportet oẽs partes cuiuſlibet diffinitionis iterum diffiniri. Nihil.n. minus illa ſubſtantia oportet ꝙ ſit alicuius, licet nõ habeat diffinitionem, quã ſi haberet. Sicut ſi dicamus ꝙ licet hoc ipſum quod eſt hõ cõis nõ habeat diffinitionem, tñ oportet ꝙ ſit hoĩs ſubſtantia in quo exiſtit ipſiꝰ .ſ. hoĩs cõis. Quare idem accidit quod & prius, quia oportebit ꝙ iſta ſubſtantia cõis, licet non ponatur ꝓpria alicui inferiorum, tñ erit propria illius ſubſtantiæ cõis in qua prima exiſtit. Sicut ſi aĩal cõe ſit quædam ſubſtãtia, aĩal per prius ꝑdicabitur de illa cõi ſubſtantia, & ſignificabit eius ſubſtãtiã propriam, ſiue ſit diffinibile, ſiue non. Vnde nõ poterit ex quo hæc ſuba eſt ꝓpria vni, de multis ꝑdicari. Deinde cum dicit.

Pręterea & impoſsibile atq; abſurdum eẽ uidebitur, ipſum hoc, & ſubam, ſi ex qbuſdam conſtet, non
D **ex ſubſtãtiis, neq; ex eo quod eſt hoc aliquid, ſed ex quale, eẽ atq; conſtare. Erit.n. ꝑfecto non ſuba atq; quale, ſuba & eo quod eſt hoc aliqd prius. Quod quidem fieri neqd. Neq;.n. rõne, neq; tpe, neq; gñone, affectus priores ſuba eẽ pñt. Erunt.n. ſeparabiles ſane.**

Te cõ.47
Partic.5 **Amplius aũt & impoſſe & incõueniẽs hoc eẽ ſubſtantiam, ſi eſt ex aliqbus, nõ ex ſubſtantiis eẽ, nec ex eo qꝺ hoc aliqd, ſed ex quali. Prius.n. erit nõ ſuba & quale, ſubſtãtia, & ipſo hoc, qꝺ eſt impoſsibile. Nec enim rõne, nec tpe, nec generatione, paſsiones poſſe eſt priores eẽ ſubſtantia. Erunt enim ſeparabiles.**

Probat ꝙ vl̃e non eſt ſubſtantia, quam e rõnibus ſumptis ex hoc qꝺ ē pars diffõnis & eſſentiæ.

Oſtendit ꝙ vl̃e non eſt ſubſtantia, accipiendo rõnes ex ea parte qua vl̃e eſt pars diffinitionis & eſſentiæ, & circa hoc duo facit. Primo ponit rõnes ad ꝓpoſitum. Secũdo excludit quandam dubõnẽ. ibi { Hẽt aũt quod accidit dubõnem. } Circa primum ponit quatuor rõnes quarum prima ponit dicens, ꝙ impoſsibile & inconueniens eſt id quod eſt hoc aliquid & ſubſtantia, non eẽ ex ſubſtantiis, nec ex his quæ ſunt hoc aliquid, ſed ex his quæ ſignãt quale, ſi tñ eſt ex aliquibus. Qꝺ dicit ꝓpter ſubſtantias ſimplices. Sequit.n. ꝙ cum ea ex quibus eſt aliquid ſint priora, ꝙ prius ſit id quod eſt nõ ſubſtantia ſed quale, eo ꝙ eſt ſubſtantia, & eo quod eſt hoc aliqoid. Quod eſt impoſſe, qa impoſſe eſt paſsiones & qualitates & accidentia eẽ priores ſubſtantia rõne, aut tpe aut generatione. Quod.n. non ſint priores rõne, ſupra oſtenſum eſt, ex eo ꝙ ſubſtancia ponit in diffinitione accidentium, & non ecõuerſo. Item ꝙ non ſint priores tpe ex hoc ſupra ꝓbatum eſt, ex quo ẽt hic ꝓbatur, quia ſequeret ꝙ paſsiones eẽnt ſeparabiles a ſubſtantiis, quod eſt impoſſe. Eſſe aũt prius generatione continet ſub eo quod eſt prius tpe. Omne.n. quod eſt prius generatione, eſt ẽt prius tpe, licet non econuerſo. Ea.n. quæ non hñt ordinem ad generationem, alicuius, licet ſint priora tpe, non tñ ſunt priora generatione, ſicuti equos non eſt prior generatione leone qui nũc eſt, licet ſit prior tpe. Partes aũt ex quibus aliquid conſtituit, ſunt priores generatione, & per ꝯñs tpe, & qñq; etiã rõne, ſicut ſupra oñſum eſt. Vnde impoſſe eſt ꝙ ex non ſubſtantiis cõponat ſubſtãtia. Vl̃ia aũt ſignãt non ſubſtãtiam & hoc aliquid, ſed ſignãt quale quid, ot in ꝑdicamentis dr̃ de ſecundis ſubſtãtiis. Ergo patet ꝙ ex vl̃ibus ſi ſunt quædam res ꝑter ſingularia, nõ poſſunt cõponi ſingularia quæ ſunt hoc aliquid. Sed vr̃ ꝙ hæc rõ incõuenienter ꝓcedat. Secundæ.n. ſubſtantiæ quæ ſunt genera & ſpẽs in genere ſubſtantiæ, & ſi non ſignificent hoc aliquid, ſed quale, non tñ ſignãt hoc modo quale, ſicut paſsiones quæ ſignificant qualitatem accidentalem, ſed ſignãt qualitatem ſubſtantialem. Ipſe aũt ꝓcedit hic ac ſi ſignificarent qualitatẽ accidentalem. Sed dicendum eſt ꝙ ſi vl̃ia ſint res quædam ſicut Platonici ponebant, oportebit dicere ꝙ nõ ſolum qualitatem ſubſtantialem, ſed accidentalem ſignificẽt. Oĩs.n. qualitas quæ eſt alia res ab eo cuius eſt qualitas, eſt accidentalis. Sicut albedo eſt alia res a corpore cuius eſt qualitas, & eſt in eo cuius eſt qualitas ſicut in ſubiecto, & ideo eſt accidẽs. Si ergo vl̃ia inquantum vl̃ia ſunt, ſint res quædam, oportet ꝙ ſint aliæ res a ſingularibus, quæ nõ ſunt vl̃ia. Et ideo ſi ſignificãt qualitatẽ eorum, oportet ꝙ inſint eis ſicut ſubſtãtiis. Et per ꝯñs ꝙ ſignificẽt qualitatẽ accidentalem. Sed ponentibus ꝙ genera & ſpẽs nõ ſunt aliquæ res uel naturæ aliæ a ſingularibus, ſed ipſamet ſingularia, ſicut ꝙ non eſt homo qui non ſit hic homo, non ſequitur ꝙ ſecundæ ſubſtantiæ ſignificent accidens uel paſsionem. Secundam rationem ponit ibi.

E
ſentiæ.1
Par 9
Te.cõ.4
Tex.c.4
F
Tex.c.7
Capitulo de ſubſtantia.
Dubitatio textualis.
Solo.
G

Pręterea Socrati q qdem eſt ſubſtantia, ſubſtantia inerit, uti patet. Quare duabus ſubſtantiis Socrates ſubſtãtia erit. Oĩno aũt accidit ſi hõ ſubſtantia ſit, & ea quæ hoc pacto dñr nihil eorũ q̃ in rõnibus ſunt ſubſtãtiam eẽ cuiuſq;, neq; ſeorſum eẽ ab ipſis, neq; in alio eẽ. Veluti nõ eẽ aĩal qcq̃ pręter aĩalia ſingula, neq; aliud qcq̃ eorum quę in rõnibus inſunt. Ex his igiť patet, nihil eorũ quę vl̃r competunt ſubſtantiã eſſe, & nihil eorum quę communiter prædicantur, hoc aliquid, ſed quale ſignificare.

H
part.6 **Amplius Socrati inerit ſubę ſuba, q̃re duorũ erit ſuba. Totaliter uero accidit, ſi eſt ſuba hõ & q̃cunq; ita dñr, nihil eorum q̃ in rõne, eẽ nulliꝰ ſubam, neq; ſine ipſis exiſtere, nec in alio. Dico aũt non eẽ quoddam animal pręter aliqua, nec aliud eorũ quę in rationibus nullius. Ex his itaq; ſpeculantibus, palam quia nihil uĩr exiſtentium eſt ſubſtãtia, & quia nullum pręedicatorum ſignificat hoc aliqd, ſed tale.**

Dicit ꝙ ſi vl̃ia ſunt ſubſtantiæ, ſequitur ꝙ Socrati inerit ſubſtantiæ ſobſtantia. Si.o. oĩa vl̃ia ſunt ſubſtãtiæ. Sicut homo eſt ſobſtantia Socratis, ita aĩal erit ſuba hoĩs. Et ita iſtæ duæ ſubæ vna quæ eſt hõ, & alia quæ eſt aĩal, erunt in Socrate. Et hoc eſt quod cõcludit { qoare duorũ erit ſuba, } .i. quare ſequitur ꝙ hoc ꝙ dico animal ſit ſubſtantia nõ ſolum hoĩs, ſed ẽt Socr. Et ita vna ſubſtantia erit in duobus, cũ tñ ſupra oñſum ſit, ꝙ vna ſubſtantia non eſt niſi vnius. Et non ſolum in Socrate hoc accidit quod dictum eſt, ſed totaliter in omnibus accidit, ſi homo

Secũda rõ ad idem.
Te.c 45.

I & alia quæ ſic dũr ſicut ſpẽs, ſint ſubſtãtiæ, ꝙ nihil eorum quæ ponuntur in rõne ſpẽrum ſit ſubſtantia, neq; ꝙ poſsit eſſe ſine illis in quorũ diffõne ponunt, uel ꝙ ſint in aliquo alio, aut ꝙ ſit ipſummet aliud. Sicut quod nõ erit quoddã animal { ꝑter aliqua aialia, } id eſt ꝑter ſpẽs aialis. Et ſilr eſt de oibus aliis quæ ponunt in diffõnibus, ſiue ſint genera, ſiue dñæ. Et hoc ideo qa cum ſpẽs ſint ſubſtãtiæ, ſi ea etiã quæ in diffõnibus ſpẽrum ponuntur ſint ſubſtantiæ, in ſingularibus erũt plures ſubſtantiæ, & vna ſubſtantia erit plurium, ut de Socrate dictum eſt. Patet igitur ex dictis ꝙ nullũ vle eſt ſubſtãtia, & nullũ eorũ q̃ cõiter ꝑdicant ſignãt hoc aliqd, ſed quale. Tertiã rõnem ponit ibi.

Alioquin aliaq; cõplura accidũt, & ipſe terti⁹ hõ. Sin ãt tale, & alia quoq; multa accidũt, & terti⁹ hõ.

part. 7 Dicit ꝙ ſi ꝑdicta concluſio nõ concedat, accidẽt multa incõuenientia, inter quæ erit vnum ꝙ oportebit ponere tertiũ hominem. (Tertia ratio ad idẽ.) K Quod quidẽ põt exponi dupliciter. Vno modo ut præter duo hoĩes ſingulares, qui ſunt Socr. & Plato, ſit tertius homo qui eſt cõis. Quod quidem nõ eſt incõueniens ſm ponẽtes ideas, licet ſm rectam rõnem incõueniẽs uideat. Alio modo, ut ꝑter hoiem ſingularem & cõem, ponat tertius, eũ cõicẽt in nomine & rõne, ſicut & duo hoĩes ſingulares, ꝑter quos ponitur tertius homo cõis, & ob hãc cauſam. ſ. quia cõicant in nomine & diffinitione. Quartam rationem ponit ibi.

Inſup & hoc pacto dilucidũ eſſe uidet. Impoſſe eſt enim ex ſubſtantiis q̃ hoc inſunt pacto, ut ſint actu, ſubam unq̃ conſtare. Ea.n.q̃ ita ſunt actu duo, nunq̃ actu ſunt unum, ſed ſi potẽtia duo ſunt, erit unum, ueluti duplum ipſum ex duobus dimidiis potentia conſtat. Actus.n. nimirũ ſeparat. Quare ſi ſubſtantia ſit unũ, nõ ex ſubſtãtiis ſane conſtabit. Eoq; mõ quẽ recte Democritus dicit. Fieri.n. nõ poſſe dicit, ut ex duobus unũ aut ex uno duo, cõficiant. Ipſas.n. magnitudines indiuiduas ſubas eſſe cẽſet. Patet igit &
L in numero rẽ ſimili mõ ſeſe habere, ſi numerus unitatũ ſit cõpoſitio, ut a quibuſdã aſſerit. Aut.n. dualitas unum non eſt, aut ipſa non ineſt unitas actu.

Tex. 49 parte. 8 Amplius autem eſt & ita manifeſtum. Impoſſe.n. ſubam ex ſubſtãtiis eẽ in exiſtẽtib⁹ ſic ut actu. Duo nãq; ſic actu nunquã ſunt unũ actu, ſed ſi ptãte duo fuerint, erunt unũ. Vt quæ dupla. ex duobus dimidiis ptãte. Actus.n. ſeparat. Quare ſi ſuba unũ, non erit ex ſubſtãtiis inexiſtẽtibus. (Actus diuidit & ſepat) Et ſm hunc modum quidem dicit Democrit⁹ recte. Impoſſe.n. ait ex duobus unum, aut ex uno duo fieri. Magnitudines.n. indiuiſibiles, ſubſtãtias faciũt. Silr igit manifeſtum, quia & in numero habebit, ſi eſt numer⁹ cõpoſitio unitatũ, ſicut dicitur a quibuſdam. Aut enim non unum dualitas, aut non ineſt unitas in ipſo actu.

M Dicit ꝙ vlia non ſunt ſubſtãtiæ, ſm hãc rõnẽ. Impoſſe eſt.n. aliquam ſubſtãtiam eẽ ex pluribus ſubſtantiis, quæ ſunt in ea actu. (Quarta ratio ad idẽ.) Duo.n. quæ ſunt in actu, nunq̃ ſunt vnum actu. ſed duo quæ ſunt in potẽtia, ſunt vnum actu, ſicut patet in partibus cõtinui. Duo.n. dimidia vnius lineæ ſunt in potentia in ipſa linea dupla, quæ eſt vna in actu. Et hoc ideo, quia actus hẽt uirtutem ſeparãdi & diuidendi. Vnũquodq; n. diuidit ab altero per propriam formam. (Ex duobus in actu non fit unum in actu per ſe.) Vnde ad hoc ꝙ aliqua fiãt vnũ actu, oportet ꝙ oia cõcludant ſub vna forma, & ꝙ nõ habeant ſingula ſingulas formas, per quas ſint actu. Quare patet ꝙ ſi ſubſtãtia particularia eſt vna, nõ erit ex ſubſtantiis in ea exiſtentibus actu. Et ſic ſi eſt ex vl'bus, vlia non erũt ſubſtãtiæ. Et ſm hũc modũ Democritus recte dicit, ꝙ impoſſe eſt vnũ fieri ex duob⁹, & ex vno fieri duo. Eſt.n. intelligẽdũ ꝙ duo in actu exiſtẽtia, nunq̃ faciunt vnum. Sed ipſe nõ diſtinguẽs inter potentiam, & actũ, poſuit magnitudines indiuiſibiles, eſſe ſubſtantias. Voluit enim ꝙ ſicut in eo ꝙ eſt vnum, non ſunt multa in actu, ita nec in potẽtia. Et ſic quælibet magnitudo eſt indiuiſibilis. Vel aliter. Recte inquam dixit Democritus ſuppoſita ſua poſitione, qua ponebat magnitudines indiuiſibiles, eẽ etiam rerum ſubſtantias, & ſic eſſe ſemper in actu, & ita ex eis non fieri vnũ. Et ſicut eſt in magnitudinibus, ita eſt in numero, ſi numerus eſt cõpoſitio vnitatum, ſicut a quibuſdam dicit. Oportet.n. ꝙ uel dualitas non ſit vnum quid, ſiue quicũq; alius numerus, ſiue ꝙ vnitas, non ſit actu in ea. Et ſic dualitas non erunt duæ vnitates, ſed aliquid ex duabus vnitatibus compoſitum. Aliter numerus nõ eſſet vnum per ſe & uere, ſed per accidens, ſicut quæ coaceruantur. Deinde cum dicit. N

At enim id quod emergit, dubõnẽ habere uidet. Nã ſi neq; ex uñibus ulla ſubſtãtia eẽ põt, propterea quod nõ hoc aliqd uſe ipſum, ſed quale ſignificat: neq; fieri põt, ut ex actu ſubſtãtiis, ulla cõpoſita ſubſtãtia conſtet: ois profecto ſubſtãtia incõpoſita erit. Quare neq; ratio ullius erit ſubſtantiæ prorſus. At oibus uidet, noſq; iam dudum, aut ſolius ſubſtãtię, O aut maxĩe ipſius diffõnẽ diximus eẽ. Nũc uero neq; ipſius eẽ cõcluſimus Ergo nullius nulla ꝓrſus diffinitio erit. An modo quodã erit, quodam modo non erit? Verum id quod dicitur ex his quę poſterius dicentur, magis emerget, ac patefiet.

Habet aũt quod accidit dubõnẽ. Si.n. neq; ex uñibus poſſe eſt eẽ nec unam ſubam, ꝑp tale aliquid ſed non hoc aliqd ſignãre: nec ex ſubſtãtiis cõtigat actu eſſe, neq; unã ſubam: incõpoſita erit utiq; ſuba ois. Quare nec ratio utiq; erit neq; unius ſubſtantię. At uero uidet oibus, & dictum eſt iamdudum, aut ſolum ſubſtantię eẽ terminum, aut maxime. Nũc autẽ neq; hmõi. Nullius igitur erit diffinitio: aut modo quodam erit, modo autem quodã non. Manifeſtum autem erit quod dicitur, ex poſterioribus magis. Te. cõ. 50 parte 9

Mouet dubõnem circa ꝑdicta dicens, ꝙ id quod accidit ex ꝑdictis habet dubõnem. Dictum eſt.n. ꝙ ex vlibus nõ põt eſſe aliqua ſubſtantia, ꝑpter hoc ꝙ vle nõ ſignãt hoc aliquid, ſed quale. Secũdo dictum eſt ꝙ ex ſubſtantiis in actu non poteſt eſſe aliqua ſubſtantia. Et ſic vr ſequi ꝙ ſubſtantia nõ poteſt componi, neq; ex ſubſtantiis, neq; ex non ſubſtantiis, ergo ſequit ꝙ omnis ſubſtantia ſit in cõpoſita. Et ita cum diffinitiones non dentur de ſubſtantiis incompoſitis, (quod patet per hoc ꝙ diffinitio eſt ratio hñs partes, ut ſupra dictum eſt) ſequitur ꝙ nullius ſubſtantiæ ſit diffinitio. Sed omnibus uidet (ut ſupra oſtenſum eſt) ꝙ diffinitio, uel eſt ſolum ſubſtantiæ, uel ei⁹ maxime. Nunc autem concluſum eſt ꝙ ſubſtantiæ nõ ſit diffinitio, ergo ſequitur ꝙ nullius ſit diffinitio. Dicendum eſt autem ad prædictam dubitationem ꝙ quodãmodo ſubſtantia eſt ex ſubſtantiis, quodãmodo non. Hoc autem erit manifeſtum magis ex poſterioribus in hoc capitulo, & in. viii. eſt enim ex ſubſtantiis in potentia, ſed non in actu. (Dubiũ quoddã circa dicta. P — Te cõ. 53 — Solutio. — Te cõ. 56) Lectio XIIII.

Atqui patet ex ipſis id qđ accidit, & hiſce qui dñt ideas ſubſtãtias ſeparatas eẽ, & ſimul formã ipſam ex genere dñis cõficiũt. Nã ſi ſint formę, & aial in hoĩe ſit atq; equo, aut eſt unũ idẽq; nũero, aut diuerſum. Q Tex. 55 Parte 1

Dubitatio inſuper quædam emergit, & cur uinum non eſt aceti materies, neq; potentia acetum, & tamen fit ex ipſo acetum: & is qui uiuit, potentia cadauer ſimili modo. Aut ita non eſt, ſed per accidens ſunt ipſę corruptiones. Animalis enim ipſa materia, per corruptionem potentia eſt cadaueris materieſue: & aceti ſimiliter aquæ. Fiunt enim ex hiſce perinde atq; ex die fit nox. Et quę igitur hoc pacto mutationem mutuam ſubeunt, ea redeant in materiam ipſam oportet. Veluti ſi ex cadauere animal oriatur, primum in materia cadauer reſoluatur oportet, deinde hoc pacto fiet. Acetum idẽtidem reſoluatur in aquam, deinde uinum oriatur oportet.

H

Dubitatio autem quædam eſt, & quare uinum non materia aceti, nec potentia acetum, quamuis fiat ex ipſo acetum. Et uiuens potentia mortuus. Aut non ſed ſecundum accidẽs corruptiones. Animalis uero materia, hoc ſecũdum corruptionem, mortui potentia & materia, & aqua aceti Fit enim ex his, ut ex die nox. Et quęcunq; itaq; ſic tranſmutantur adinuicem, ad materiam oportet redire. Vt ſi ex mortuo animal, in primam materiam, deinde fit aĩal. Et acetum in aquam, deinde fit uinum.

part. 11.

I Secundam dubitationem mouet, quæ talis eſt. Illud ex quo fit aliquid, uidetur eſſe materia illius, ſicut ex elementis fiunt corpora mixta, & ſunt eorum materia. Cum igitur ex uino fiat acetum, & ex uiuo fiat mortuũ, dubitatur quare uinum non ſit materia aceti, & uiuum materia mortui, cum ordinentur ad ea, ſicut potentia ad actum. Sed ad hoc reſpondetur ꝙ acetum eſt corruptio ipſius uini, mortuum uero corruptio uiui. Non ergo acetum fit ex uino ſicut ex materia, neq; mortuum ex uiuo, ſed ſecundum accidens dicitur ex eo fieri inquantum fit ex materia eius. Vnde cyphus non eſt materia phialæ ſed argentum. Similiter uiuum non eſt materia mortui, ſed ſunt elementa Quod autem ex uiuo dicitur fieri mortuum, uel ex uino acetum, ſi referantur ad ipſam formam uini uel animalis, hæc præpoſitio Ex, ſignificabit ordinem, quia ſcilicet in eadem materia poſt formam

Secũda dubi. Cur uinũ ñ eſt materia aceti, & uiuũ mortui.

K uini eſt acetum, & poſt formam animalis eſt mortuum. Per quem modum dicimus ꝙ ex die fit nox. Et ideo quæcunq; ſic tranſmutantur adinuicem, ſicut ex uino fit acetum, & ex animali mortuum, non fit conuerſio tranſmutationis niſi redeatur ad materiam. Sicut ſi ex mortuo debet fieri animal uiuum, oportet ꝙ redeatur ad materiam primam inquantum corpus mortuum reſoluitur in elementa. Et ex elementis iterum ordine debito uenitur ad conſtitutionem animalis. Et ſimiliter de aceto & uino. Et huius ratio eſt, quia quandocunq; materia ſe habet ad diuerſa ſm ordinem, non poteſt ex poſteriori rediri in id quod præcedit ſm ordinem. Sicut in generatione animalis ex cibo fit ſanguis, & ex ſanguine ſemen & menſtruum, ex quibus generatur animal. Non poteſt autem mutari ordo ſcilicet ut ex ſemine fiat ſanguis, aut ex ſanguine cibus, niſi per reſolutionem ad primam materiam, ex eo ꝙ cuiuſlibet rei eſt determinatus modus generationis. Et ſimiliter quia materia uini non comparatur ad acetum niſi per uinum inquantum ſcilicet eſt corruptio uini. Similiter eſt de mortuo & uiuo, & de cæco & uidente, & cæteris, & ideo à talibus priuationibus non fit reditus ad habitus, niſi per reſolutionem in primam materiam. Si autem

Aduertẽdũ & cur a p uatione ad habitum ſ uel non eſt regreſſus.

L ſit aliqua priuatio ad quam materia immediate ordinatur, quæ ſcilicet nihil aliud ſignificat niſi negationem formæ in materia ſine ordine ad formam, ſicut à tali priuatione poterit fieri reditus ad formam, ſicut a tenebris ad lucem, qui a nihil aliud ſunt niſi abſentia lucis in diaphano. Lectio. V.

De dubitatione autem iam dicta circa diffinitiones ac numeros, quęnam ſit cauſa ut ſint unum, deinceps dicendum eſſe uidetur. Eſt enim profecto cauſa quędam, vt id omne ſit unum, quod plures partes habet, & non eſt uniuerſum, ut cumulus: ſed eſt quid ipſum totum pręter partes, ex quibus conſtat. Nam & corporum quibuſdam tactus quibuſdam uiſcoſitas, aut aliquid aliud ſimile cauſa eſt ut ſint una. Diffinitio autem oratio eſt una, non cõiunctione ut ilias, ſed quia unius eſt. Quid igitur eſt quod facit hominem unum? Et cur unũ eſt ſed non multa, animal atq; bipes.

M

Te. cõa 5. parte 1

DE dubitatione uero dicta circa diffinitiones & numeros, quę cauſa eſſendi unum deinceps dicendum eſſe uidetur. Omnium enim quęcunq; plures partes habent, & non eſt ut aceruus quod totum, ſed aliquid ineſt totum pręter partes, eſt aliqua cauſa. Quoniam & in corporibus his quidem tactus cauſa eſt unum eſſendi, aliis uero uiſcoſitas, aut aliqua paſſio altera talis. Diffinitio uero ratio eſt una, non coniunctione quemadmodum eſt ilias, ſed per unius eſſe. Quid igitur eſt quod facit unũ hominem, & propter quid unũ ſed non multa, puta animal & bipes?

POSTQVAM philoſophus determinauit de principio materiali & formali, nunc intendit determinare de unione eorum adinuicem, & circa hoc tria facit. Primo enim mouet dubitationem. Secundo ſoluit, ibi: {Palam itaq;, quia ſic quidem acceptantibus.} Tertio excludit falſas opiniones circa prædictam quæſtionem, ibi: {Propter hanc uero dubitationem.} Circa primum duas ponit rationes, ex quibus oſtenditur quæſtio eſſe dubitabilis dicens, ꝙ circa hanc quæſtionem quæ ſuperius tacta eſt circa diffinitiones & numeros, quid faciat utrunq; eſſe unum, hoc conſiderandum eſt, ꝙ omnia quæ habent plures partes, & totum in eis non eſt ſolum coaceruatio partium, ſed aliquid ex partibus conſtitutum, quod eſt præter ipſas partes, habent aliquid quod facit in eis unitatem. In quibuſdam enim corporibus ſic unitatem habentibus, cauſa unitatis eſt contactus, in quibuſdam uiſcoſitas, aut aliquid aliud huiuſmodi. Manifeſtum autem eſt ꝙ diffinitiua ratio eſt una ex pluribus conſtans. Nec eſt una per ſolam coaceruationem partium {ſicut ilias} id eſt poema factum de hiſtor. Troiana, quod per ſolam aggregationem eſt unum. Diffinitio autem eſt unum ſimpliciter. Eſt enim ſignificatiua unius. Vnde merito dubitatur quid ex ꝙ faciat diffinitionem hominis eſſe unam, & hominem cuius ratio eſt diffinitio. Cum enim homo ſit aĩal & bipes, quæ uidentur eſſe duo, merito dubitatur quare homo eſt unum & non plura. Secundo ibi.

N

Sermo de unione materiali ꝑ cipꝫ ca formali.

Infr. par. 3. Parte. 7. Dubitatio, ex quo talium unio cauſetur.

Pręſertim ſi ſit (ut quidam inquiunt) ipſum qđ animal ipſumq; bipes? Cur enim homo non eſt illa ipſa? At quę erunt homines, non hominis ullius participatione, ſed duorum, animalis inquam & bipedis: & homo omnino non erit unum, ſed plura, animal atq; pibes.

O

Aliterq;, & ſi eſt (ut aiunt quidam) ipſum aliqđ animal, & ipſum bipes. Quare nanq; non illa ipſa homo eſt? Et erunt ſecũdum participationem homines non hominis, & neq; unius, ſed duorum. ſ. aĩalis & bipedis: & totaliter utique non erit homo unum, ſed plura, animal & bipes. parte. 2

Ponit ſecundam rationem quæ quęſtionem reddit dubitabilem dicens, ꝙ alia ratio dubitationis accidit prædictæ quæſtioni. Si enim eſt uerum quod quidam dicunt, ſi hoc ipſum quod eſt animal ſit aliquod per ſe exiſtens & ſeparatum & ſimiliter hoc ipſum quod eſt bipes, quod Platonici poſuerunt. Si enim ſic eſt, merito quæritur quare homo non eſt illa duo aggregata, ita ꝙ homines particulares non ſint homines niſi per participationem hominis, nec per participationem alicuius unius, ſed per participationem duorum quæ ſunt animal & bipes. Et ſecundum hoc homo non erit unum, ſed duo. ſ. aĩal & bipes. Deinde cum dicit.

P

Patet igitur eos qui diffinire dicereq; ſolent, reddere non poſſe atq; ſoluere dubitationem. Si uero (ſicuti diximus) unum uti materies, alterum uti forma, & alterum potentia, alterum actu, nulla id quod quęritur dubitatio uidebitur eſſe.

Palam itaq; quia ſic quidem acceptantibus, ut conſueuerunt diffinire & dicere, non cõtingit reddere & ſoluere dubitationem. Si autem (ut diximus) hoc quidem ut materia, illud uero forma, & hoc quidem potentia, illud uero actu, non adhuc dubitatio utiq; uidebitur eſſe quod quęritur. parte. 3.

Q

Soluit prædictam dubitationem, & circa hoc duo facit. Primo proponit unde appareat uia ad ſolutionem dubitationis, dicens manifeſtum eſſe quòd ſi aliqui accipiant quod dictum eſt de poſitione Platonis, & tranſmutent ſic naturas rerum ꝙ ponant uniuerſalia ſeparata, ſicut Platonici determinare & dicere conſueuerunt, non contingit reddere cauſam unitatis hominis, & ſoluere dubitationem prædictam. Sed ſi ponatur (ſicut dictum eſt ſupra) ꝙ in diffinitionibus ſit unum ſicut materia, aliud ſicut forma, unum ſicut potentia, aliud ſicut actus, quæſtio tam facilis eſt ad ſoluendum, ꝙ dubitationem non uidetur habere.

Via ad ſolutionẽ dubi.

Eſt enim

A Eſt enim hæc dubitatio eadem, & ſi ueſtimenti diſſinitio rotundum æs erit. Hoc enim nomen ſignum huius erit orationis. Quare id quod quæritur eſt, quænam eſt cauſa ut æs atq; rotundum ſit unum? Non igitur dubitatio ulterius eſſe uidebitur, propterea quod alterum eſt materies, alterum forma. Quid igitur huius cauſa, ut id quod erat potentia, ſit actu, præter id quod fecit, in quibus ẽ generatio? Nulla eſt enim alia cauſa ut ea quæ potẽtia erat ſphera, ſit actu ſphæra: ſed hoc erat quidditas utriuſq;.

parte.4

Eſt enim hæc dubitatio eadem, & ſi terminus ueſtimenti ſit, rotundum æs. Sit enim utiq; ſignũ nomen huius ratiõis. Quare cum quæritur, quid B cauſa eſt unum eſſendi rotundum & æs: non adhuc itaq; dubitatio uidebitur, quia hoc quidẽ materia, illud uero forma. Quid igitur huius cauſa ẽ ſcilicet quod eſt potentia ens, actu ſit præter faciẽs in quibus generatio? Nulla nanq; eſt cauſa altera eius quod poteſtate ſphæra, actu eſſe ſphæram: ſed hoc erat quodquideratеſſe utriuſq;.

Sẽdo dubi. Primo in naturalibus.

Secũdo ſm uiam præmiſſam ſoluit propoſitam dubitationem, & primo ſoluit eam in naturalibus, quæ generantur & corrumpuntur, dicens q̃ prædicta dubitatio eſt eadem ac ſi quæratur, quare æs eſt rotundum? Ponamus. n. q̃ diffõ huius nõis ueſtis ſit æs rotundum, & q̃ hoc nomen ſignificet iſtam diffõnem, cum quæritur quæ eſt cã quare iſta diffõ æs rotundum ſit unum, non vr̃ eſſe dubitabilis, eo q̃ æs eſt ſicut materia, & rotundum ſicut forma. Nulla. n. alia cã eſt quare iſta ſunt unum, niſi illa quæ facit id quod eſt in potẽtia eſſe actu. Et hoc eſt agens in oibus in quibus eſt generatio. Vnde cum hoc ſit quodquideratеſſe ſignificatum per diffõnem. ſ. id qđ eſt in potentia fieri actu, manifeſtum eſt q̃ agens eſt cauſa in C rebus generabilibus & corruptibilibus, quare quodquiderat eſſe, una eſt diffinitio.

Eſt autem materies alia ſenſibilis, alia intelligibilis, & rationis ſemper pars eſt materia, pars actus: ceu circulus figura eſt plana.

parte.5.

Eſt autem materia alia intellectualis, alia ſenſibilis. Et ſemper rationis hoc quidem materia, illud uero actus eſt: ut circulus figura ſuperficialis.

Sẽdo in mathematicis

Materia duplex & q̃ diffõ mathematica, æquè q̃ naturalẽ materiã admittant.

Soluit prædictam dubitationem in mathematicis, & dicit q̃ duplex eſt materia. ſ. ſenſibilis & intelligibilis. Senſibilis quidem eſt quæ cõcernit qualitates ſenſibiles, calidum & frigidum, rarum & denſum, & alia hmõi, cum qua quidem materia concreta ſunt naturalia, ſed ab ea abſtrahunt mathematica. Intelligibilis aũt materia dr̃, quæ accipitur ſine ſenſibilibus qualitatibus uel differentiis, ſicut ipſum cõtinuum. Et ab hac materia non abſtrahunt mathematica. Vnde ſiue in ſenſibilibus, ſiue in mathematicis ſemper oportet q̃ ſit in diffõnibus aliquid quaſi materia, & aliquid quaſi forma. Sicut ĩ hac diffõne circuli mathematici. Circulus eſt figura ſuperficialis, ſuperficies eſt quaſi materia, & figura quaſi forma. Eadẽ. n. eſt rõ quare diffõ mathematica eſt una, & quare diffõ natura D lis, licet in mathematicis non ſit agens ſicut in naturalibus, quia utrobiq; alterũ eſt ſicut materia, & alterũ ſicut forma.

Quæ uero neq; intelligibilem, neq; ſenſibilem materiam habent, eorum unumquodq; continuo unum quid proprie eſt: quẽadmodum & ens qđ proprie, ſubſtantia inquam, qualitas, quãtitas, atq; non ſunt in eo quod eſt, & in uno tanquam in genere. Idcirco & in diffinitionibus nec id quod eſt, nec ipſum unum accipitur. Quidditaſq; unum qđ eſt continuo, quemadmodum & quippiam ens. Quapropter & nil aliud eſt cauſa, ut unũquodq; iſtorum ſit unum, aut ẽt ens. Continuo. n. unumquodq; iſtorum, & unum quid, & ens quid etiam eſt, non tñ a ſingularibus ſeparabilia ſunt.

E

Parte.6. Te.co.16. Hic accipe ſubas ſeparatas nõ p̃ hæc cecitaſ, ſ; ſeipſis & p̃ hoc q̃ materiã nõ hñt, eẽ indiuiduas.

Quæcunq; uero non habent materiã nec intellectualem nec ſenſibilem, ſtatim quidẽ unum aliquid eſt unum quodq; eorum, quemadmodũ & quod ens, aliquid hoc, quod quale, quod quantũ. Quapropter & non ineſt diffinitionibus nec ens nec unum. Et quodquideratеſſe ſtatim unum aliquid eſt, ſicuti & ens aliquid. Quapropter non eſt aliqua alia cauſa unum eſſendi nulli horum, neq; eſſendi ens aliquid. Statim enim unumquodq; eſt ens aliquid, & unum aliquid, non ut in genere & ente & uno, nec vt ſeparabilibus exiſtentibus præter ſingularia.

Tertio in metaphyſicis.

F

Soluit prædictam dubitationem quãtum ad ea quæ ſunt oĩno à materia ſeparata dicens, q̃ quæcunq; non habent materiam intelligibilem ut mathematica, nec ſenſibilem ut naturalia, ſicut ſunt ſubæ ſeparatæ, ſtatim unumquodq; eorũ eſt unum aliquid. In his. n. quæ habent materiam, nõ ſtatim unumquodq; eſt unum, ſed unitas eorum eſt ex hoc q̃ unitas aduenit materiæ. Sed ſi aliquid ſit quod ſit forma tm̃, ſtatim eſt unum, quia non eſt in eo ponere aliquid quocũq; ordine, prius q̃ expectet unitatem a forma. Et ponit exemplũ, quia cum decem prædicamenta non hoc modo ſe habeãt ex additione ad ens, ſicut ſpẽs ſe habent ex additione differentiarum ad genera, ſed hoc ipſum quod eſt ens, manifeſtum ẽ q̃ ens nõ expectat aliquid additum ad hoc q̃ fiat hoc. i. ſuba uel q̃tũ, uel quale, ſed ſtatim a p̃ncipio eſt uel ſuba uel q̃titas uel qualitas. Et hæc eſt cã quare in diffõnibus non ponuntur nec unum nec ens ut genus, quia oportet q̃ unum & ens ſe haberent ut materia ad differẽtias, per quarum additionem ens fieret uel ſuba uel qualitas. Et ſilr̃ id quod eſt ſuũ quodquideratеſſe, ut ſupra dictum eſt, ſtatim eſt unum, ſicut & ſtatim eſt ens. Non. n. eſt in eo materiæ expectans formam a q̃ habeat unitatem & eſſe. Et ideo in talibus non eſt aliqua cauſa mouens ad hoc q̃ ſint unum. Habent tñ quædam eorum, cãm ſubſtituentem ſubas ſine motu ſubarum earum, & nõ ſicut in generabilibus quæ per motum fiunt. Statim. n. unũquodq; eorum eſt aliquod ens & aliquod unum, non ita q̃ ens & unũ ſint genera quædã, aut ſigillatim exiſtentia p̃ter ſingularia, quæ Platonici ponebant. Deinde cum dicit.

Cur unũ & ens diffõ oĩs excludũ.

G

Propter hanc autem dubitationem quidam participationem cauſam unitatis inquiunt eſſe, ſed q̃ nam ſit participationis cauſa, & quid ſit particeps eſſe, dubitare uidentur. Quidam animę copulatione, uti Lycophron ſcientiam, copulationem ſciẽdi atq; animæ eſſe dicebat. Quidam ipſum uiuere compoſitionem aut coniunctionem animæ in corpore eſſe cenſent.

parte.7.

Propter hanc uero dubitationem hi quidẽ participationem dicunt, & cãm aliquam participationis, & quid participare dubitant. Hi n. coexiſtentiam animæ, ut Lycophron ait eſſe ſciam eius qđ eſt ſcire & aĩæ: alii uero compoſitionem, aut coniũctionem animæ cum corpore, uiuere.

H

Recitat falſã opinionẽ

Excludit quorundam falſam opinionem circa prædictã quæſtionem, & circa hoc tria facit. Primo ponit eorum poſitiones, & dicit propter prædictam dubitationem quidam ſcilicet Platonici poſuerunt participationem, qua. ſ. inferiora participant ſuperiora, ut hic homo, hominem: & homo, animal & bipes. Et inquirebant quid eſt cauſa participationis, & quid participare, ut eis innoteſceret quare eſt, unum, hoc quod dico animal bipes Alii uero ponunt cauſam unitatis hominis quandam conſubſtantialitatem ſiue coexiſtentiam animæ cum corpore, ſicut ſi ſignificaretur in abſtracto anima cum corpore, quaſi diceremus animationẽ, ſicut Lycophron dixit, q̃ ſciẽtia eſt medium inter animam & ſcire. Alii autem dixerunt q̃ ipſum uiuere eſt medium, per quod coniungitur anima corpori.

I Et tamen eadem in uniuerſis eſt ratio. Valere enim, aut copulatio, aut coniunctio, aut compoſitio animæ, aut ualitudinis erit Et æs eſſe triangulum æris, atq; trianguli compoſitio, & album idē eſſe ſuperficiei compoſitio atq; albedinis.

parti. 8.

Equidem eadem ratio in omnibus. Etenim ſanum eſſe, erit aut coexiſtentia, aut colligatio, aut coniunctio animæ & ſanitatis: & æs eſſe trigonum, compoſitio æris & trigoni: & album unum eſſe cōpoſitio ſuperficiei & albedinis.

Excludit p̄dictam opinionem.

Excludit dictas poſitiones, dicens ꝙ ſi hoc bene dicitur de anima & corpore, ꝙ ſit aliquod medium uniens, eadem ratio erit in omnibus quæ ſe habent ut forma & materia, quia ſecundum hoc, conualeſcere erit medium quaſi quædam K conſubſtantialitas, aut quædam coniunctio ſiue uinculum inter animam per quam ſubſiſtit animal, & ſanitatem. Et eſſe trigonum erit quoddam medium componens figuram trigoni. Et eſſe album erit quoddam medium, quo componit albedo ſuperficiei, quod eſt manifeſte falſum. Vnde falſum eſt ꝙ uiuere ſit medium, quo componitur anima corpori, cū uiuere nihil aliud ſit ꝗ eſſe animatum.

Hæc autem propterea dicunt, ꝙ rationem unitatis effectricem potentiæ atq; actus, & differentiā quærūt. Eſt autem uti dictum eſt ultima materia, formaq; idem, & alterum potentia, alterum actu. Quare ſimile eſt quærere quid nā ſit ipſius unius cauſa, & ut ſit etiam unum. Eſt enim unūquodq; quid unum, & id quod eſt unum, & id quod eſt actu, unū aliquo modo ſunt. Quare nulla eſt alia cauſa, præter eam quæ ad actum ex potentia mouet. Quę autem expertia materiæ ſunt, ea proprie unum quid, & proprie ens quid ſunt uniuerſa.

pat. 9.

L Cauſa uero quia potentiæ & actus quærunt unum faciens & differentiam. Eſt autem (ut dictū eſt) & ultima materia, & forma idem, & hæc potentia, hæc actu. Quare ſimile eſt quærere unius quę cauſa, & unum eſſendi. Vnum enim aliquid unūquodq;, & quod potentia, & quod actu unum aliqualiter eſt. Quare cauſa nulla alia, niſi ut quaſi mouens ex potentia ad actum. Quęcunque uero non habent materiam, omnia ſimpliciter quod uere entia aliquid.

Oſ. dit quæ fuerit prædicti erroris cauſa.

Aſſignat cauſas erroris prædictorum dicens, quód cauſa quare talia poſuerunt eſt, quia inquirebant quid faciens unū potentiam & actum, & inquirebant differentias eorum quaſi oporteret eas colligari per aliquod unum medium, ſicut ea quæ ſunt diuerſa ſm actum. Sed ſicut dictum eſt, ultima materia quæ ſcilicet eſt appropriata ad formam, & ipſa forma, ſunt idem. Aliud enim eorum eſt ſicut potentia, aliud ſicut actus. Vnde ſimile eſt quærere quæ eſt cauſa alicuius M rei, & quæ eſt cauſa ꝙ illa res ſit una, quia unumquodq; inquantum eſt, unum eſt, & potentia & actus quodammodo unum ſunt. Quod enim eſt in potentia, fit in actu. Et ſic non oportet ea uniri per aliquod uinculum, ſicut ea quæ ſunt penitus diuerſa. Vnde nulla cauſa eſt faciens unum ea quæ ſunt compoſita ex materia & forma, niſi quod mouet potētiam in actum. Sed illa quæ non habēt materiam ſimpliciter, per ſeipſa ſunt aliquid unum, ſicut aliquid exiſtens. Et hæc de. 8. lib. dicta ſufficiant. Lectio. I.

Eadē ē cā eſſendi & unitatis.

Nulla ē cā unionis materiæ cum forma niſi agens.

ARISTOTELIS STRAGYritæ Tex. libri noni Metaphyſicæ.

DIctum eſt igitur de ſubſtantia quæ quidem eſt primum ens, & ad quod omnia prędicamenta ipſius entis cætera reducūtur. Ratione nanq; ſubſtantiæ, quantitas, qualitas, & cætera N quæ hoc pacto dicuntur, entia dici ſolent. Vniuerſa enim ſubſtantię rationem habebunt, ut in prioribus ſermonibus diximus. Cum autem id quod eſt, partim ſubſtantia, aut quantitas, aut qualitas: partim potentia, atq; actu dicatur, de potentia etiā & actu determinemus oportet. Atque de potentia primo quæ maxime quidem proprie dicitur, non tamen ad id quod nunc uolumus confert. Ad plura enim ſeſe extendit potentia atq; actus, quam ea quę tantummodo per motum dicuntur. Sed ſi de hac dixerimus in hiſce, quę & de actu determinabimus, de cęteris etiam declarabimus.

Te cō. 1. Parte 1.

O DE primo quidem igitur ente, & ad omnes alię categorię entis referuntur, dictum eſt, uidelicet de ſubſtantia. Nam ſm ſubſtantię rationem dicuntur alia entia, quantitas & qualitas, & alia ſic dicta. Omnia nanq; rationem habebunt ſubſtantię, ut diximus in primis ſermonibus. Quoniam uero dicitur ens hoc quidem eo ꝙ quid, aut qualitas, aut quantitas: aliud ſm potentiam & actum, & ſm opus, determinabimus & de potentia & de actu. Et primum de potētia quę dicitur quidem maxime proprie, non tamen utilis eſt ad quod uolumus nunc. In plus.n. eſt potentia & actus eorum, quę dicuntur ſm motum ſolum. Sed cum dixerimus, de ea in determinationibus de actu, oſtendemus & de alijs.

Alia litera. Et quæ potentia q̄ dr̄ proprie [illegible]

POſtquam determinauit Philoſophus de ente ſm ꝙ diuiditur per decem prædicamenta, hic intendit determinare de ente ſm ꝙ diuiditur per potentiam & actum. Et diuiditur in duas partes. In prima continuat ſe ad P præcedentia, & manifeſtat ſuam intentionē in hoc libro. In ſecunda proſequitur quod intendit, ibi: { Quod quidem igitur. } Dicit ergo primo ꝙ in præmiſſis dictum eſt de ente primo, ad quod omnia alia prædicamenta entis referuntur ſcilicet de ſubſtantia. Et ꝙ ad ſubſtantiam omnia alia referantur ſicut ad ens primum, manifeſtat, quia omnia alia entia ſcilicet qualitas quantitas, & huiuſmodi dicuntur ſm rationem ſubſtantiæ. Dicitur .n. quantitas ex hoc ꝙ eſt menſura ſubſtantiæ, & qualitas ex hoc ꝙ eſt quædam diſpoſitio ſubſtantiæ, ſimiliter in aliis. Et hoc patet ex hoc, ꝙ omnia accidentia habent rationem ſubſtantiæ, quia in diffinitione cuiuſlibet accidentis oportet ponere propriū ſubiectum, ſicut in diffōne ſimi ponitur naſus. Et hoc declaratum eſt i præmiſſis. ſ. in principio ſeptimi. Sed quia ens diuiditur uno modo ſm ꝙ dicitur quid. ſ. ſubſtātia, aut q̄titas, aut qualitas, quod eſt diuidere ens per decē prædicamenta. Alio mō ſm ꝙ diuiditur per potentiam & actum uel operationem, à qua deriuatum eſt nomē actus, ut poſtea dicetur, oportet nunc determinare de potētia & actu. Et primo de potentia quæ maxime dr̄ proprie, non tñ utile eſt ad pñtem intentionem. Potentia.n. & actus, ut plurimum, dr̄r in his quæ ſunt in motu, quia motus eſt actus entis in potentia. Sed principalis intentio huius doctrinæ non eſt de potentia & actu ſm ꝙ ſunt in rebus mobilibus ſolū, ſed ſcd̄m ꝙ ſequunt ens cōe. Vñ & in rebus imobilibus inuenit potentia & actus, ſicut in rebus intellectualibus. Sed cū dixerimus de potētia quæ ē i rebus mobilibus, & de actu ei corrñdēte, oñdere poterimus & de potentia, & actu ſcd̄m ꝙ ſunt in rebus intelligibilibus, quæ pertinent ad ſubſtantias ſeparatas, de quibus poſtea agetur. Et hic eſt ordo conueniens, cum ſenſibilia quæ ſunt in motu ſint nobis magis manifeſta. Et ideo per ea deuenimus in cognitionem ſubſtantiarum rerum immobilium. Ex quo etiam apparet ſenſus alterius literæ quæ

ponit ſm. Oſtendit q̄ de ēta ſunt dicenda.

Lib. 7. c. 7

Q

ſic

A ſic habet. { Et quidem potentia quæ dicitur proprie, non ſolum utilis eſt ad quod uolumus nunc, } quia licet potentia (Alia litera.) quæ eſt in rebus mobilibus maxime proprie dicatur, non tamen hoc ſolum dicitur potentia, ut dictum eſt. Et utilis eſt ad præſentem intentionem, non quaſi de ea principaliter intendatur, ſed quia per eam in alias potentias deueniemos. Deinde cum dicit.

Multipliciter igitur potentia dici, ac ipſum poſſe in aliis a nobis eſt diſtinitum. Harum autem eæ quę potentię dicuntur ęquiuoce, omittantur. Nõnullæ nanq; ſimilitudine quadam dicuntur, quẽadmodum & poſſibilia & impoſſibilia quędam in geometria dicuntur, propterea ꝙ aliquo modo ſunt, aut non ſunt. Quę uero ad eandem ſunt formam, eę omnes principia quędam ſunt, & ad pri- B mum unum dicuntur quod eſt mutationis principium in alio, ut aliud eſt. Quędam enim potentia eſt patiẽdi, quę in ipſo patiente principium eſt paſſiue mutationis ab alio, ut aliud eſt. Quędam eſt habitus impaſſibilitatis ad deterius corruptionemue, quę ab alio, ut eſt aliud, proficiſcitur a principio mutatio. In his enim omnibus diffinitionibus ratio ipſius primæ potentiæ ineſt. Hæ rurſus aut faciendi patiendiue tantum potentiæ, aut benefaciendi uel patiendi dicuntur. Quare fit ut & in horum rationibus rationes quodámodo potentiarum priorum inſunt.

(Te. cõ. 5. par. 2.) Quod quidem igitur dicitur multipliciter potentia & poſſet, determinatum eſt a nobis in aliis. Harum autem quęcunq; quidem ęquiuoce dicuntur potentię prętermittantur. Quędam enim ſimilitudine quadam dicuntur, quemadmodum in geometria & poſſibilia & impoſſibilia dicimus, eo ꝙ aliquo modo ſunt, aut non ſunt. Quęcunq; autem ad eandem ſpeciem, omnes principia quędam ſunt, & ad primum unum dicuntur, quod eſt p̄n- C cipium tranſmutationis in alio inquantum aliud eſt. Nam quędam patiendi potentia eſt, quę in ipſo patiente principium mutationis paſſiue ab alio inquantum aliud eſt. Hæc autem habitus impoſſibilitatis eius quæ in deterius & corruptionis ab alio inquantum aliud, eſt a principio tranſmutationis. In his ineſt omnibus terminis potentiæ primæ ratio. Iterum autem hę potentię dicuntur, aut ſolum faciendi, aut patiendi, aut ipſius bene. Quare in harum rationibus inſunt aliqualiter priores rationes potentiarum.

(Infra le. 5.) Determinat de potentia & actu, & diuiditur in partes tres. In prima determinat de potentia. In ſecunda de actu, (Infra le. 7) ibi: { Quoniam autem de potentia ſecundum motum. } (Lec. ſeq.) In tertia de comparatione actus ad potentiam, ibi: { Quo- (Inf. par. 4) niam autem ipſum determinatum eſt. } Prima diuiditur D in duas partes. In prima determinat de potentia ſm ſe. Secundo per comparationem ad ea in quibus eſt, ibi: { Quoniam autem hæc quædam inanimatis. } Prima in duas. In prima determinat de potentia. In ſecunda de impotentia, ibi, { Et impotentia & impoſſibile. } Circa primum duo facit. Primo oſtendit quot modis dicitur potẽtia. Secundo manifeſtat quandam ueritatem ex præmiſſis circa poten- (Sermo de potentia.) tiam, ibi, { Palam igitur quia eſt quidem ut una. Dicit ergo primo ꝙ determinatum eſt in aliis. ſ. quinto huius, ꝙ multipliciter dicitur potentia & poſſe. Sed iſta multiplicitas quantum ad quoſdam modos eſt multiplicitas æquiuocationis, ſed quantum ad quoſdam analogiæ. Quædam enim dicun- (Loca) tur poſſibilia uel impoſſibilia, eo ꝙ habent aliquod principiom in ſeipſis, & hoc ſm quoſdam modos ſm quos omnes dicuntur potentiæ nõ æquiuoce ſed analogice. Aliqua uero dicuntur poſſibilia uel potentia, non propter aliquod princi- E pium quod in ſerpſis habeant, & in illis dicitur potentia æquiuoce. Dicit ergo ꝙ de modis potentiæ illi prætermittendi ſunt ad præſens, ſm quos potentia dicitur æquiuoce. In qui- (Potẽtia dupliciter, proprie vz & metaphorice.) buſdam enim dicitur potentia non propter aliquod principium habitum, ſed propter ſimilitudinem quandam, ſicut in geometricis. Dicitur enim potentia alicuius lineæ eſſe quadratum eius, & dicitur ꝙ linea poteſt in ſuum quadratum. Et ſimili modo poteſt dici in numeris, ꝙ ternarius poteſt in nouennarium quod eſt quadratum eius, eo ꝙ ex ductu eius in ſeipſum facit nouennarium. Ter enim tria nouem faciũt. Ex linea etiã quæ eſt radix quadrati ducta in ſeipſam fit quadratum. Et ſimiliter eſt in numeris. Vnde radix quadrati habet aliquam ſimilitudinem cum materia, ex qua fit res. Et propter hoc per quandam ſimilitudinem dicitur potens in quadratum, ſic ut dicitur materia potens in rem. Similiter in logicis dicimus aliqua eſſe poſſibilia & impoſſibilia, non pro- F pter aliquam potentiam, ſed eo ꝙ aliquo modo ſunt aut nõ ſunt. Poſſibilia enim dicuntur quorum oppoſita contingit eſſe uera. Impoſſibilia uero, quorum oppoſita non contingit eſſe uera. Et hæc diuerſitas eſt propter habitudinem prædicati ad ſubiectum, quod quandoq; eſt repugnans ſubiecto ſicut in impoſſibilibus. Quandoq; uero, non ſicut in poſſibilibus. His ergo modis prætermiſſis conſiderandum eſt de potentiis quæ reducuntur ad unam ſpeciem, quia quælibet earum eſt p̄cipium quoddam, & omnes potentiæ ſic dictæ reducuntur ad aliquod principium, ex quo omnes aliæ dicũtur. Et hoc eſt principium actiuum, quod eſt principium trãſmutationis in alio inquantum eſt aliud. Et hoc dicit, quia poſſibile eſt ꝙ principium actiuum ſimul ſit in ipſo mobili uel paſſo, ſicut cum aliquid mouet ſeipſum, non tamen ſecũdum idem eſt mouens & motum, agens & patiens. Et ideo dicitur ꝙ principium quod dicitur potentia actiua, eſt principium tranſmutationis in alio inquantum eſt aliud: quia etſi contingat principium actiuum eſſe in eodem cum paſſo, non tamen ſm ꝙ eſt idem, ſed ſecundũ ꝙ eſt aliud. Et ꝙ ad illud principium quod dicitur potentia actiua reducantur aliæ potentiæ, manifeſtum eſt. Nam alio modo dicitur potentia (Ad potẽtiã actiuã oẽs alia potentia realis reducitur.) paſſiua, quæ eſt principium ꝙ aliquid moueatur ab alio, inquantum eſt aliud. Et hoc dicit, quia & ſi idem patiatur a ſeipſo, non tamen ſm idem, ſed ſm aliud. Hæc autem poten- G tia reducitur ad primam potentiam actiuam, quia paſſio ab agente cauſatur. Et propter hoc etiam potentia paſſiua reducitur ad actiuam. Alio modo dicitur potentia quidam habitus impaſſibilitatis { eius quæ eſt in deterius } .i. diſpoſitio quædam ex qua aliquid habet, ꝙ non poſſit pati tranſmutationem in deterius, & hoc eſt ꝙ non poſſit pati corruptionem ab alio, { inquantum eſt aliud } .ſ. a principio tranſmutationis quod eſt principium actiuum. Manifeſtum eſt autẽ ꝙ uterq; iſtorum modorum dicitur per comparationem alicuius exiſtentis in nobis ad paſſionẽ. In quorum uno dicitur potentia propter principium, ex quo aliquis poteſt non pati. In alio autem propter principium, ex quo quis poteſt pati. Vnde cum paſſio ab actione dependeat, oportet ꝙ in diffinitione utriuſq; illorum modorũ ponatur diffinitio { potentiæ primæ } .ſ. actiuæ. Et ita iſtæ duæ reducuntur ad primam. ſ. ad potentiam actiuam ſicut ac priorem. Iterum alio modo dicuntur potentiæ non ſolum per ordinem ad facere H & pati, ſed per ordinem ad hoc quod eſt bene in utroq;, ſicut dicimus aliquem potentem ambulare, non ꝙ poſſit ambulare quoquo modo, ſed eo ꝙ poſſit bene ambulare. Et econuerſo dicimus eſſe de claudicante, ꝙ non poſſit ambulare. Similiter dicimus ligna comboſtibilia eo ꝙ comburi poſſit de facili. Ligna uero uiridia quæ non de facili comburuntur dicimos combuſtibilia. Vnde manifeſtum eſt ꝙ in diffinitione harum potentiarum, quæ dicuntur reſpectu bene agere uel pati, includuntur rationes primarum potentiarum quæ dicebantur ſimpliciter agere & pati, ſicut in bene agere includitur agere, & pati, in eo ꝙ eſt bene pati. Vnde manifeſtum eſt ꝙ omnes iſti modi potentiarum reducũtur ad unum p̄mum. ſ. ad potentiam actiuam. Et inde patet ꝙ hæc multiplicitas non eſt ſecundum æquiuocationem, ſed ſe

I cundum analogiam. Deinde cum dicit.

Patet igitur partim unam eſſe potentiam efficiẽdi ac patiendi. Eſt enim poſſibile, & quia ipſum habet potentiam patiendi, & quia ab ipſo aliquid pati poteſt. Partim aliam. Alia nanq; eſt in patiente. Etenim quia principium quoddam habet, & eſt ipſa materia principium quoddam, ideo patitur ipſum patiens, ab Alioque aliud patitur. Pingue nanque uri poteſt, & quod hoc pacto cedit, id premi poteſt ſimilis eſt & in cęteris modus. Alia in efficiente, ut in eo quod calefacere poteſt eſt calidum, & in ędificatore facultas ędificandi. Quare nullum copulatum a ſeipſo patitur. Quippe cum ſit unum, & non aliud, uti patet.

Part.3. Palam igitur quia eſt quidem ut una potentia faciendi & patiendi. Nam poſſibile eſt per ſe, & ha

K bere ipſam potentiam patiendi, & eo ꝙ aliud ab ipſo. Eſt autem ut alia. Hoc quidem enim in patiente. Propter habere enim quoddam pricipium, & eſſe materiam principium quoddam, patitur patiens, & aliud ab alio. Craſſum enim combuſtibile eſt, cedens autem ſic impreſſibile, & ſuppoſitum ſic enuntiabile, ſimiliter autem & in aliis. Hoc aũt in faciente, ut calor & ędificatiua, hoc quidem in calefactiuo, hoc autem in ędificatiuo. Quapropter inquantum ſimul natum, eſt nihil patitur ipſum a ſeipſo. Vnum enim & non aliud eſt.

Alia litera, eunuchizabile.

Veritas ſequẽs ex dictis. Ex prædictis quandam ueritatem circa prædictas potentias manifeſtat, & dicit, ꝙ potentia faciendi & patiendi eſt

L quodammodo una potentia, & quodammodo non. Vna quidem eſt ſi conſideretur ordo unius ad aliam. Vna enim dicitur per reſpectum ad alteram. Poteſt enim dici aliquid habens potentiam patiendi, quia ipſum habet ſe potentiam ut aliud patiatur ab ipſo. Et hoc ſecundo modo potentia actiua eſt idem cum paſſiua. Ex eo enim ꝙ aliquid habet potentiã actiuam, habet potentiam ut patiatur aliud ab ipſo. Si autem conſiderentur hæ duæ potentiæ, actiua. ſ. & paſſiua ſecundum ſubiectum in quibus ſunt, ſic eſt alia potentia actiua & alia paſſiua. Potentia enim paſſiua eſt in patiente, quia patiens patitur propter aliquod principium in ipſo exiſtẽs, & huiuſmodi eſt materia. Potẽtia autem paſſiua nihil aliud eſt quam principium patiendi ab alio. Sicut comburi quoddam pati eſt, & principium materiale propter quod aliquid eſt aptum combuſtioni, eſt pingue uel craſſum. Vnde ipſa potentia eſt in combuſtibili quaſi paſſiua. Et ſimiliter illud quod ſic cedit tangenti ut impreſſionem quandam recipiat, ſicut cera uel aliquid huiuſmodi inquantum tale eſt frangibile. { Vel ſuppoſitum } id eſt maſculinum eſt ſubiectum proprium huius paſſionis quæ eſt eunuchizari Et ſimiliter eſt in aliis quæ patiuntur ſecundum ꝙ in eis eſt principium quoddam patiendi, quod dicitur potentia paſſiua. Potentia uero actiua eſt in agẽte, ut calor in calefactiuo, & ars ædificatiua in ædificante. Et quia potentia actiua & paſſiua in di

potẽtia paſſiua eſt in patiente.

potẽtia actiua eſt in agente.

M uerſis ſunt manifeſtum eſt ꝙ nihil patitur a ſeipſo, inquantũ aliquid eſt aptum natum agere uel pati. Per accidens autem aliquid pati contingit a ſeipſo ſicut medicus ſanat ſeipſum, non ut medicum, ſed ſicut infirmũ. Ideo autem non patitur aliquid a ſeipſo, quia per ſe loquendo alicui uni & eidem ineſt unum dictorum principiorum, & non aliud. Cui enim ineſt principium agendi, non ineſt ꝑncipium patiendi, niſi ſm accidens, ut dictum eſt. Deinde cum dicit.

Impotentia autem quę tali potentię eſt contraria, priuatio eſt, quare eiuſdem atq; per idem omnis potentia eſt impotẽtia ſane. Priuatio uero multis dicitur modis. Et id enim quod non habet, & quod aptum eſt habere ſi non habeat, aut omnino, aut quando eſt aptum habere. Aut hoc pacto ueluti pẽitus, aut aliqua ex parte priuatũ dicimus

N eſſe. Nonnulla inſuper ſi apta quid habere ob uim illud non habeant, priuata dicimus eſſe.

parte 4. Te.c.3. Et impotentia, & impoſſibile, & quę tali potentiæ contraria eſt, priuatio eſt. Quare eiuſdem & ſecundum idem omnis potentia & impotentia. Priuatio autem dicitur multipliciter. Etenim non habens, & aptum natum, ſi non habet, aut omnino, aut quando aptum natum eſt. Et aut ſic, puta perfecte, aut ſaltem quocunq; modo. In quibuſdam uero ſi apta nata habere non habeant, ui priuata hęc eſſe dicimus.

Determinat de impotentia dicens, ꝙ impotentia quæ eſt contraria dictæ potentiæ, & impoſſibile, quod dicitur ſm huiuſmodi impotentiam, eſt priuatio prædictæ potentiæ. Hoc autem dicit ad differẽtiam impoſſibilis quod ſignificat aliquem modum falſitatis, quod non dicitur ſecundum aliquam impotentiam, ſicut nec poſſibile ſm aliquam potentiam. Quia enim priuatio & habitus ſunt eiuſdem, & ſm idẽ neceſſe eſt ꝙ potentia & impotentia ſint eiuſdem & ſecundum idem. Et ideo quot modis dicitur potentia, & tot modis dicitur impotentia ſibi oppoſita. Sed ſciendum eſt ꝙ priuatio dicitur multipliciter. Vno enim modo quicquid non habet aliquid, poteſt dici eſſe priuatum, ſicut ſi dicamus lapidem priuatum uiſu, eo ꝙ non habet uiſum. Alio modo dicitur priuatum ſolum quod eſt aptum natum habere, & non habet. Et hoc dupliciter. Vno modo uniuerſaliter quando non habet, ſicut ſi dicatur canis priuatus uiſu, quando non habet uiſum Alio modo ſi non habet, quando aptus natus eſt habere. Vnde ante nonum diem non dicitur priuatus uiſu. Et iterum hoc diuerſificatur. Nam uno modo dicitur priuatum eo ꝙ non habet aliquo modo determinato. ſ. perfecte & bene, ſicut cum uocamus cæcum eum qui non bene uidet. Alio modo quando non habet omnino, ſicut dicimus priuatum uiſu, qui omnino uiſum non habet. Quandoq; uero in ratione priuationis includitur uiolentia. Vnde quædã dicimus priuari, quando per uiolentiam amiſerunt ea quæ P nata ſunt habere.

Im potentia & quo modis.

O

priuatio dicitur multipliciter.

Lectio. 11.

Cum autem talia principia partim ſint in rebus inanimatis, partim in animatis, atq; in anima, & in animatę ea parte quę particeps eſt rationis: patet & potentiarum, alias eſſe rationis expertes, alias eſſe cum ratione. Quapropter omnes artes omneſq; ſcientię effectiuę potentię ſunt. Sunt enim principia mutandi in alio, ut aliud eſt.

Voniam autem hęc quidem in inanimatis inſunt principia talia, alia uero in animatis, & in anima, & in anima rationem habẽte, palam quia & potentiarum aliæ erunt irrationabiles: aliæ cum ratione. Quapropter oẽs artes & factiuę ſcientię, potentię ſunt. Principia nanq; ꝑ mutatiua ſunt in alio, inquantum aliud.

Part.1.

POSTQVAM Philoſophus oſtendit quot modis dicitur potentia hic determinat de potentia per comparationem ad ea quibus ineſt, & diuiditur in duas partes. In prima oſtendit differentiam potentiarum adinuicem ſm diuerſitatem eorum in quibus ſunt. In ſecunda oſtendit quomodo potentia & actus ſint ſimul uel non ſint in ſubſtantia, ibi, { Sunt autem quidam. } Circa primum tria facit. Primo oſtendit differentiam potentiarum ſm ea in quibus ſunt dicens, ꝙ cum potentiæ ſint principia quædam agendi & patiendi, horum principiorum quædam ſunt in inanimatis, & quædam inanimatis. Et quia animata componuntur ex corpore & anima, principium autem agendi & patiendi quæ ſunt in corpore animatorum, non differunt ab his quæ ſunt in animatis, ideo addit. { Et in anima. } Quia uero principia agendi quæ ſunt in anima, manifeſte differunt ab his quæ ſunt in rebus inanimatis. Et iterum animæ plures ſunt quarum multæ non multum differunt in agendo & patiendo a

Sermo de potentia ꝑ comparationẽ ad ea in quibus eſt. Lectio 11.

Q

A rebus inanimatis, quæ inſtinctu naturæ operantur. Nam partes animæ nutritiuæ & ſenſitiuæ, in pulſu naturæ operantur. Sola autem pars animæ rationalis eſt domina ſui actus in quo differt a rebus inanimatis. Et ideo poſtquam dixit differentiam in anima addit, { & anima in ratione habente. } Quia .ſ. illa principia animatorum a principiis inanimatorum ſpecialiter differunt, quæ ſunt in parte animæ rationalis. Vnde patet q potentiarum animæ, aliæ ſunt irrationales, aliæ uero cum ratione. Et quæ ſunt cum ratione exponit, cum ſubdit, q { omnes artes factiuæ } ut fabrilis, & ædificatiua, & cæteræ huiuſmodi, quarum actiones in materiam exteriorem tranſeunt, q omnes ſcientiæ, quæ .ſ. non habent operationem in exteriorem materiam tranſeuntem, ſicut ſunt ſcientiæ morales & logicæ, omnes inquam huiuſmodi artes B potentiæ quædam ſunt Quod exinde cõcluditur, quia ſunt principia permutationis in aliud inquantum aliud eſt, quod eſt diffinitio potentiæ actiuæ, ut ex pdictis patet. Scdo ibi.

Potentiarū aliæ aliæ rō. nales alia irrationales.

Atq; omnes eæ potentiæ quæ ſunt participes rationis, contrariorum eædem ſunt effectrices. Expertium autem rationis, quæque unius eſt principium ſolum. Calidum enim calefaciendi tantum principium eſt. Medendi uero facultas ægritudinis eſt & ſanitatis effectrix.

part. 2.

Et quæ quidem cum ratione omnes contrariorum ſunt eædem, & quæ irrationales una unius, ut calidum calefaciendi ſolum, medicatiue autem infirmitatis & ſanitatis.

Aſſignat differentiam inter prædictis potentias dicens, q potentiæ rationales eædem ſe habent ad contraria, ſicut ars medica quæ eſt quædam potentia, ut dictum eſt, ſe habet ad infirmitatem, & ſanitatem faciendam. Potentiæ autem irrationales non ſe habent ad oppoſita, ſed una eſt ad unum effectum tantum per ſe loquendo. Sicut calidum ſolis calefacit per ſe, & ſi per accidens poſſit eſſe cauſa frigiditatis inquantū aperiendo poros exhalare interius calidum, uel conſumendo materiam humoris calidi, ipſum calidum deſtruit, & per conſequens infrigidat. Deinde cum dicit.

Potentiæ rō nales ſe habent ad oppoſita non autem irrationales. Calidū frigefacit per accidens.

Idq; ex eo fit, quia ſcientia ratio quędam eſt. C Eadem autem ratio & rem & priuationem oſtendit, non tamen eodem modo. Et partim eſt utriuſque partim eſt magis ipſius rei. Quare tales quoq; ſciētias contrariorum quidem eſſe neceſſe eſt, unius tantum per ſe, alterius non per ſe. Etenim ratio alterius quidem per ſe, alterius autem quodammodo per accidens eſt. Negatione enim ablatioue contrarium ipſum oſtendit. Priuatio nanque prima contrarium ipſum eſt, hæc autem ablatio eſt, ut patet.

parte. 3.

Cauſa autem quia ratio eſt ſcientia. Ratio autem eadem oſtendit rem priuationem, non tamen ſimiliter. Et eſt ut amborum, eſt autem ut exiſtentis magis. Quare neceſſe & tales ſcientias eſſe qui- D dem contrariorum. Eſſe uero huius quidem ſm ſe, illius uero non ſm ſe. Etenim ratio huius quidem ſm ſe, illius uero quodammodo & ſm accidens. Nam negatione & ablatione oſtendit contrarium. Etenim priuatio prima contrarium. Hęc autem ablatio alterius.

Aſſignat Philoſophus cauſam prædictæ differentiæ, quæ talis eſt. Nam ſcientia quæ eſt potentia rationalis, eſt quædā ratio rei ſcitæ in anima. Eadem autem ratio rei manifeſtat eius priuationem. Licet nō ſimiliter, quia primo manifeſtat eam rem exiſtentem. Per poſterius autem eius priuationē. Sicut per rationem uiſus per ſe cognuſcitur ipſa uiſiua potētia, ex conſequenti uero cæcitas quæ nihil aliud eſt, quam ipſa carentia uiſus in eo quod natum eſt habere uiſum. Vnde neceſſarium eſt, ſi ſcientia eſt quædam ratio rei ſcitæ in anima, q eadem ſit ſcientia contrariorum. Vnius quidem per E prius & ſecundum ſe, alterius uero per poſterius. Sicut medicina per prius eſt cognoſcitiua & factiua ſanitatis, per poſterius autem ægritudinis, quia & hoc ut iam dictum eſt, eſt de ratione rei ſcitæ in anima, quæ eſt unius oppoſitorum ſecundum ſe, & alterius ſecundum accidens. Et quia q Philoſophus ſupra de priuatione dixerat, poſtmodum ad contrarium tranſtulit, oſtendit q eadem ratio eſt de contrario & priuatione. Sicut enim per negationem & ablationem manifeſtatur priuatio, utputa ablatio uiſus manifeſtat cæcitatem, ita per negationem & ablationem manifeſtatur contrarium, quia priuatio quæ nihil aliud eſt quam ablatio alterius, eſt quodaam primum principium inter contraria. Omnium enim contrariorum unum eſt ſicut perfectum, alterum uero ſicut imperfectum & priuatio alterius. Nigrum enim eſt priuatio albi, & frigidum eſt priuatio calidi. Sic igitur patet q eadem ſcientia ſe habet ad cōtraria. Hoc autem manifeſtat conſequenter cum dicit. F

Quare potentiæ rationales ſe habent ad appoſita.

Cum autem contraria fieri in eodem non poſſint, ſcientia uero potentia ſit cum ratione, atque anima principium habeat motus. Salubre quidem ſanitatem, & id quod calefacere poteſt caliditatem & id quod frigefacere poteſt frigiditatem efficit ſolum. Sciens enim utrunq; facit. Eſt enim amborū ratio, & ſi non ſimiliter: & in anima ipſa, quæ quidem motionis principium habet. Quare ambo ab eodem principio mouebit ad idem cõiuncta. Quapropter ea quę poſſunt per rationem, contraria hiſce quę ſine ratione poſſunt efficiunt. Vnum enim a ratione principium continetur.

Quoniam autem contraria non ſunt in eodem ſcientia autem eſt potentia in habendo rationem, & animam motus habet principium, ſalubre quidem ſanitatem ſolum facit, & calefactiuum caliditatem, & frigidatiuum frigiditatem. Sciens uero ambo. Eſt enim amborum quędam ratio. Non ſimiliter autem & in anima quę habet motus prin- G cipium. Quare ambo ab eodem principio mouebit ad ipſum copulans. Propter quod ſm rationē potentia ſine rōne potentibus faciunt contraria. Vnum enim principium continetur ratione.

Tex. cō. 4. parte. 4.

Accedit ergo ad aſſignandum cauſam prædictæ differentiæ. Manifeſtum eſt enim q res naturales operantur per formas ſibi inhærentes Nō autem poſſunt eidem ineſſe formæ contrariæ. Vnde impoſſibile eſt q eadem res naturalis faciat contraria. Sed ſcientia eſt quædam potentia actionis, & motus principium ex eo q aliquis habet rationem rei faciēdæ, & hoc principium motus eſt in anima. Et quia ita eſt, ſequitur q res naturales faciant unum tantum, ſicut ſalubre facit ſolum ſanitatem, & calefactiuum facit ſolum caliditatem, & infrigidatiuum facit ſolum frigiditatem. Sed ille qui agit per ſcientiam operatur utrunq; oppoſitorum, quia eadem ratio eſt utriuſq; in anima, quia habet principium talis motus, licet non ſimiliter ſicut dictum eſt. Et ideo ſicut actio H naturalis procedit ad effectum, quaſi copulata ad formam, quæ eſt principium actionis cuius ſimilitudo relinquitur in effectum, ita anima mouet per ſuam operationem ad ambo oppoſita { ab eodem pncipio } .ſ. a ratione quæ eſt una duorum oppoſitorum copulans ad ipſum principium utrunq; motum, & ad ipſum principium utrunq; terminans, inquantum ſimilitudo illius principii in utroq; oppoſitorum in eſſe productorum ſaluatur. Manifeſtum eſt igitur q potētiæ rationales, contrarium faciunt potentiis irrationalibus, quia potentia rationalis facit oppoſita, non autem potentia irrationalis, ſed unum tantum. Et hoc ideo eſt, quia unum principium oppoſitorum continetur in ratione ſcientiali, ut dictum eſt. Deinde cum dicit.

Quare potentiæ irrationales non ſe habēt ad oppoſita, ſi cut rationales.

Patet autem & potentiam tantummodo facien-

I di uel patiendi ad eam ſequi potentiam, quę principium eſt benefaciendi uel patiendi. Ad hanc autem illam non ſemper. Is enim qui benefacit, faciat quoq; neceſſe eſt. At eum qui ſolum efficit, nõ neceſſe eſt & bene etiam facere.

parte. 5 Palam autem quia ipſius bene potentiam, ſequitur ſolum faciendi aut patiendi potentia. Hanc uero illa non ſemper neceſſe enim benefacientem facere, ſed ſolum facientem, non neceſſe benefacere.

Lect. 1. Ponit comparationem quorundam modorum potentiæ ſuperius ſub eis poſitorum. Dictum eſt ſupra q aliquid dicitur habere potentiam actiuam uel paſſiuam, quandoq; quidem ex hoc ſolum q poteſt agere uel pati, quandoq; uero ex hoc q poteſt bene agere uel pati. Dicit ergo q ad potentiam bene faciendi uel patiendi ſequitur potentia faciendi,
K ſed non econuerſo. Sequitur enim ſi aliquis benefacit q faciat, ſed non econuerſo. Lectio. III.

Sunt autem quidam ueluti Megarici, qui dicunt eum poſſe ſolum cum operatur. Cum uero non operatur non poſſe. Ceu nõ ędificantẽ, ędificare non poſſet, ſed ędificantem quando ędificat. Et
Te. cõ. 5. in cęteris ſimili modo.

parte. SVnt autem quidam qui dicunt ut Megarici, quando operatur ſolum poſſe, & quando non operatur non poſſe, ut non ędificantem non poſſe ędificare, ſed ędificantem quando ędificat. Similiter autem & in alijs.

Sermo de ſimultate potentię & actus. Lec. ſeq. POSTQVAM Philoſophus comparauit ſuperius potentias adinuicem, hic incipit oſtendere quomodo potentia & actus ſe habent in eodem ſubiecto: & diuiditur in duas partes. In prima excludit quorundam falſas opiniones. In ſecunda determinat ueritatem, ibi: { Omnibus autem potentiis. } Prima autem diuiditur in duas. In prima
L excludit opinionem dicentium nihil eſſe poſſibile, niſi quando eſt actu. In ſecunda excludit opinionem dicentium econuerſo omnia eſſe poſſibilia, licet non ſint actu, ibi, { Si autẽ eſt quod dictum eſt poſſibile. } Circa primum duo facit. Pri-
Inf. part. 6. mo excludit dictam poſitionem erroneam. Secundo oſtendit quid ſit eſſe poſſibile, & quid ſit eſſe actu: ibi, { Eſt autẽ poſſibile. } Circa primum tria facit. Primo ponit opinionẽ, Secundo deſtruit eam, ibi, { Quibus accidentia &c. } Ter-
parte. 7. parte ſeq. Parte. 6. Opinio q nihil ſit in potẽtia niſi qñ eſt actu. tio concludit ſuam intentionem, ibi: { Si ergo contingit. } Dicit ergo primo q quidam dixerunt q tunc ſolum eſt aliquid in potentia, quando eſt in actu, utputa q ille qui non ædificat actu, non poteſt ædificare, ſed tũc ſolũ poteſt, quando actu ædificat. Et ſimiliter dicunt de alijs. Et ratio huius poſitionis eſſe uidetur quia opinabant q omnia ex neceſſitate contingerent ſm aliquam commixtionem cauſarum. Et ſic ſi omnia ex neceſſitate eueniunt, ſequitur q ea quæ non eueniunt, non poſſibile eſt eſſe. Deinde cum dicit.

Quibus ea quę eueniunt abſurda, non difficile eſt uidere. Patet enim ędificatorem non fore, ſi nõ ędificet. Eſſe nanq; ędificatoris, in potentia ędificandi conſiſtit, Et in cęteris artibus ſimili mõ. Quod
M ſi fieri nequeat, ut huiuſcemodi quiſquam habeat facultates niſi aliquando didicerit atq; acceperit, & non habeat rurſus niſi quandoq; amiſerit, aut obliuione, aut morbo quodam, aut etiam tẽpore. Non enim amittet re ipſa corrupta, eſt enim ſemper. Cum quiſpiam operari ceſſauerit, artem ſane tunc non habebit. Continuo autem rurſus ędificabit, quonam quęſo pacto tunc arte ſumpta?

parte. 8. Quibus accidentia inconuenientia non eſt difficile uidere. Palam enim quia non eſt ędificator, ſi non ędificet. Nam ędificatorem eſſe, eſt eſſe potentem ędificare. Similiter autem & in alijs artibus. Si igitur impoſſibile eſt, tales habere artes non addiſcentem aliquando & accipientem, & non habere N non abijcientem aliquando, aut. n. obliuione, aut paſſione aliqua, aut tempore. Non enim utiq; re corrupta, ſemper enim eſt. Quando ceſſauerit, non habebit artem. Item qui ſtatim ędificabit aliqualiter accipiens?

Alia litera aliter aut accipiens? Improbat prędictã opinionẽ que inter rõnibus ſumma. Ponit rationes contra prædictam poſitionem ducentes ad inconuenientia, quarum prima talis eſt. Aedificantem eſſe, eſt eſſe potentem ædificare. Si igitur nullus eſt potens facere niſi quando facit, non eſt aliquis ædificator niſi quando ædificat. Et ſimiliter eſt de alijs artibus. Nam omnes artes ſunt potentiæ quædam, ut dictum eſt. Sequitur ergo q nullus habeat artem aliquam, niſi quando ſm eam operatur. Sed id oſtenditur impoſſibile, ſuppoſitis duobus, quorum unum eſt q ille qui prius non habuit aliquam artem, impoſ- O ſibile eſt q eam habeat poſtmodum, niſi addiſcat eam, uel eam aliquo modo accipiat ſ. inueniendo. Aliud eſt q ſi quis habuit aliquam artem, impoſſibile eſt eum poſtmodum nõ habere eandem, niſi eam aliquo modo obijciat, uel per obliuionem, aut per aliquam infirmitatem, aut per longitudinẽ temporis, quo aliquis ſcientia non utitur. Hæc enim eſt cauſa obliuionis. Nõ autem poteſt eſſe q aliquis amittat artem corruptã re, ſicut quandoq; conuenit q uera cognitio amittitur mutata re, ut cum quis opinatur uero Socr. ſedere, eo ſurgente perit eius uera opinio. Hoc autem non poteſt dici circa artem. Nam ars non eſt cognitio eius quod eſt, ſed eius quod faciendum eſt. Et ita quandiu durat materia ex qua ars poteſt aliquid facere, ſemper res artis eſt. Vnde non poteſt ars amitti corrupta re niſi modis præmiſſis. Ex his autem duobus propoſitis Philoſophus ſic arguit. Si aliquis non habet artem, niſi quando ea utitur, tunc quando incipit uti, de nouo habet artem. Ergo oportet uel q diſcat eam, uel qualitercunq; acquirat eam. Et ſimiliter quando deſinit uti arte, ſequitur q arte careat, & ita amittet artem quam prius habebat, uel obliuione, uel paſſione, uel tempore. Quorũ utrũque patet eſſe falſum. Non igitur uerum eſt q ſolum tunc P aliquis habeat potentiam, quando operatur.

Inanimata etiam ſimili modo ſeſe habebunt. Neque enim calidum, neq; frigidum, neq; dulce, neq; oĩno quicquã ſenſibile erit ſi non ſentiatur. Quare fiet ut idẽ cenſeãt, quod Prothagoras aſſerebat.

parte. 9. Alia litera. pythagoræ Secta ſane. Et inanimata utiq; ſilr. Neq; n. frigidum, neq; calidum, neq; dulce, neq; amarum, neq; oĩno ſenſibile, nihil erit non ſentientibus. Quare Prothagorę rationem eis dicere continget.

Secundam rationem ponit, quæ quidem procedit in irrationabilibus quæ ſunt in rebus inanimatis ſ. calidum & frigidum, dulce & amarum, & alia huiuſmodi, quæ ſunt principia actiua immutantia ſenſus. Et ita ſunt quædam potẽtiæ: Si igitur potentia non ineſt alicui niſi quando agit, ſequitur q nihil eſt calidum uel frigidum, dulce uel amarum, & huiuſmodi, niſi quando ſentitur immutans ſenſum. Hoc autem patet eſſe falſum. Nam ſi hoc eſſet uerum, ſequeretur q opinio Prothagoræ eſſet uera, quæ dicebat omnes proprietates & naturas rerum conſiſtere ſolum in ſentiri & opinari. Q Ex quo conſequebatur contradictorie ſimul eſſe uera, cum diuerſi circa idem, contradictorie opinentur. Contra quam opinionẽ Philoſophus i quarto ſuperius diſputauit. Falſum eſt igitur q potentia non ſit ſine actu.

Alia litera. pythagoræ

At uero neque quicquam ſenſum habebit, ſi non ſentiat, nec operetur. Quod ſi cęcum id eſt quod uiſum non habet, aptum autem eſt habere, & quando eſt aptum, ac ſuper: iidem ſane uno in die cęci ſępius erunt, ac ſurdi.

parte. 4. At uero neq; ſenſum habebit nihil, ſi non ſentiat nec operetur. Si ergo cęcum non habens uiſum, aptum uero natum, & quando aptum natum eſt habere adhuc ens: idem cęci erunt ſępe die uno, & ſurdi.

A Tertia ra. Tertiam rationem ponit quæ talis eſt. Senſus eſt potentia quædã. Si igitur potentia nõ eſt abſq; actu, ſequetur ꝙ aliquis non habeat ſenſum niſi quando ſentit, utputa uiſum, aut auditum. Sed ille qui non habet uiſum, cum ſit natus habere eſt cæcus, & qui non habet auditum eſt ſurdus. Sic igitur eadem die frequenter erit ſurdus & cæcus: quod manifeſte eſt falſum. Nam cæcus non fit poſtea uidens, neque ſurdus audiens.

Præterea ſi id eſt impoſſibile quod potentia caret, id quod non fit, erit impoſſibile ortum ſubire. Qui uero id quod ortum ſubire non poteſt, uel eſſe uel fore dicit, falſum dicet profecto. Hoc enim impoſſibile ipſum ſignificat. Quare hę ſentẽtię motum generationemq; tollunt. Semper enim & id quod ſtat ſtabit, & id quod ſedet ſedebit. Nõ enim B ſurget, ſi ſedet. Fieri enim non poteſt, ut hiſce ſurgit, qui ſurgere nequit.

Te. cõ. 6. parte. 5. Amplius ſi impoſſibile quod priuatum eſt potentia, quod non fit, impoſſibile erit factum eſſe. Sed quod eſt impoſſibile factum eſſe, dicens aut eſſe aut futurum eſſe, mentietur. Nam impoſſibile hoc ſignificauit. Quare hę rationes auferũt motum & generationem. Semper enim ſtans ſtabit. Non enim ſurgit ſi ſedet. Impoſſibile nanque erit ſurgere, quod non poteſt ſurgere.

Quarta ra. Quartam rationem ponit, quæ talis eſt. Impoſſibile eſt agere quod caret potentia. Si igitur aliquis non habet potẽtiam niſi quando agit, ſequetur ꝙ quando aliquis non agit, impoſſibile ſit ipſum agere. Sed quicunq; dicit aliquid eſſe aut futurum eſſe quod impoſſibile eſt fieri, mentitur. Et hoc patet ex ipſa ſignificatione huius nominis impoſſibile. Nam impoſſibile dicitur falſum, quod non poteſt contingere. Sequitur igitur ꝙ id quod non eſt, nullo modo poſſit fieri. Et ita iſta potentia tollet motum & generationem, quia ſtans ſemper ſtabit, & ſedens ſemper ſedebit. Si enim aliquis ſedet nunquam poſtea ſtabit, quia dum non ſtat, non habet potẽ- C tiam ſtandi. Et ita non poſſibile eſt eum ſtare, & per conſequens impoſſibile eum ſurgere. Et ſiſr quod non eſt album, impoſſibile erit eſſe album. Et ita non poterit dealbari. Et ſimiliter in omnibus aliis. Deinde cum dicit.

Quod ſi hęc dici non poſſunt, patet potentiam & actum diuerſa eſſe. At illę ſententię potentiam & actum idem faciũt. Quapropter & non paruum quid tollere quęrunt, Quare contingit quippiam poſſe quidem eſſe, tamen non eſſe, & poſſe non eſſe, attamen eſſe: & cæteris in prædicamentis ſimili modo: poſſe quippiam ambulare, & tamen nõ ambulare, & item nõ ambulare, & tñ ambulare poſſe:

parte. 6. Si ergo nõ contingit hoc dicere, palam quia potentia & actus diuiſa ſunt. Illę uero rationes potentiam & actum idem faciunt. Propter quod nõ paruum aliquid quęrunt deſtruere. Te cõ. 7. D Quare contingit poſſibile quidem aliquid eſſe, non eſſe autẽ: & poſſibile non eſſe, eſſe autem. Siſr autem & in aliis categoriis, poſſibile uadere ens, non uadere: & nõ uadens, poſſibile eſſe uadere.

Concluſio oppoſita dictę opinionis. Concludit ſuam intentionem dicens, ꝙ ſi prædicta inconuenientia non poſſunt concedi: manifeſtum eſt ꝙ potentia & actus, diuerſa ſunt. Sed illi qui ponunt poſitionem prædictam, faciunt potentiam & actum eſſe idem, in eo ꝙ dicunt tunc ſolum aliquid eſſe in potentia, quando eſt actu. Ex quo patet ꝙ non paruum quid a natura deſtruere intendunt. Tollunt enim motum & generationem, ut dictum eſt. Vnde cum hoc non poſſit ſuſtineri, manifeſtum eſt ꝙ aliquid eſt poſſibile eſſe, qđ tamen non eſt, qđ aliquid eſt poſſibile non eſſe, & tñ eſt. Et {ſiſr in aliis categoriis,} id eſt prædicamentis, quia poſſibile eſt aliquem uadere, & non uadit, & econuerſo non uadere qui uadit. Deinde cum dicit. E

Id autem eſt poſſibile, cui ſi is euenerit actus cuius potentiam dicitur habere, non erit poſſibile quicquam. Dico autem hoc pacto, ſed quiſpiam ſedere poterit, is ſi ſederit nullum eueniet impoſſibile. Et ſimili modo ſi moueri aut mouere, & eſſe aut fieri, & non eſſe aut non fieri poteſt.

Eſt autem poſſibile hoc, cui ſi extiterit actus, cuius dicitur habere potentiam, nihil erit impoſſibile. Dico autem puta ſi poſſibile ſedere, & contingere ſedere: huic ſi ineſt ſedere, nihil erit impoſſibile: & aut moueri, aut mouere, aut ſtatui, aut ſtatuere, aut eſſe, aut fieri, aut non eſſe, aut non fieri ſimiliter. part. 7.

Oſtendit quid ſit eſſe in potentia, & quid eſſe in actu. Et primo quid ſit eſſe in potentia, dicens, ꝙ id dicitur eſſe in potentia, quod ſi ponatur eſſe actu, nihil impoſſibile ſequitur. Vt ſi dicatur aliquem poſſibile eſt ſedere, ſi ponatur ipſum ſedere non accidit aliquod impoſſibile. Et ſiſr de moueri & mouere, & de aliis huiuſmodi. Secundo ibi. F Poſſe ſeu eſſe in potentia quid.

Actus autem nomen & ad perfectionem ipſam, & ad cætera, ex motibus maxime ipſis acceſſit. Motus enim actus maxime eſſe uidetur. Quapropter & hiſce quæ non ſunt, non motum ſed alias quaſdam prædicationes tribuere ſolent. Intelligibilia autem illa, & deſiderabilia dicunt eſſe, moueri autem nõ dicunt. Idq; propterea quod actu quidem non ſunt, eſſe autem actu poſſunt. Quędam enim eorum quæ non ſunt, potentia ſunt. Non ſunt autem ex eo, quia non actu ſunt.

Venit autem actus ſm nomen qui ad endelechiam compoſitus & ad alia, ex motibus maxime. part. 8. Videtur enim actus, maxime motus eſſe. Quapropter & non exiſtentibus non aſſignant moueri. Alias autem categorias puta intellectualia & concupiſcibilia eſſe non entia, mota uero non. G Hoc autem, quia non entia actu, erunt actu. Non entium enim quædam potentia ſunt. Non ſunt autẽ, quia non endelechia ſunt.

Nomen actus primo ſignificat motũ & ex hoc alia. Oſtendit quid ſit eſſe in actu, & dicit ꝙ hoc nomen actus quod ponitur ad ſignificandum endelechiam, & perfectionẽ & formam, & alia huiuſmodi ſicut ſunt quæcunq; operationes, uenerunt maxime ex motibus quantum ad originem uocabuli. Cum enim nomina ſint ſigna intelligibilium conceptionum, illis primo imponimus nomina, quæ primo intelligimus, licet ſint poſteriora ſm ordinẽ naturæ. Inter alios autem actus, maxime eſt nobis notus & apparens motus, qui ſenſibiliter a nobis uidetur. Et ideo ei primo impoſitum fuit nomen actus, & a motu ad alia deriuatum eſt. Et ꝓpter hoc moueri non attribuitur non exiſtentibus. Licet quædã alia prædicata, non exiſtentibus attribuãtur. Dicimus enim non entia eſſe intelligibilia uel opinabilia. Aut etiam concupiſcibilia. H Sed non diximus ea eſſe mota. Quia cum moueri ſignificet eſſe actu, ſequeretur ꝙ non entia actu eſſent actu, quod patet eſſe falſum. Etſi enim quædam non entia ſint in potentia, tamẽ ideo non dicuntur eſſe, quia non ſunt in actu. Quid poſſit uel non poſſit de ſi ente uere ꝓdicari. Deinde cum dicit.

Quod ſi id quod diximus eſt, id quod poſſibile eſt, ad quod ſequitur actus, patet fieri non poſſe quo uere quiſpiam dicat, poſſibile quidem eẽ hoc, non autem fore. Alioquin nos pretereunt ea quæ impoſſibilia ſunt, ueluti ſi quiſpiam diametrum dixerit menſurari poſſe, non tamen menſuratum fore. Non animaduertentes id quod impoſſibile eſt eſſe, ex eo quia nihil prohibet, ut quippiam poſſit quidem eſſe uel fieri, nõ ſit autem neq; fiat: ſed

I illud ex ſuppoſitis ſequatur neceſſe eſt, ſi ſuppoſuetimus id eſſe aut fuiſſe quod non eſt quidem, poteſt autem eſſe, nullum emergere impoſſibile. At emerget ſane. Eſt enim impoſſibile diametrum menſurari, Non eſt enim idem falſum ac impoſſibile. Te nanque nunc ſtare, eſt quidem falſum, at non impoſſibile.

Te. co. 3. parte 9


Si autem eſt quod dictum eſt poſſibile, inquantum ſequitur, palam quia non contingit uerum eſſe aliquid dicere, quia poſſibile hoc: non erit autem, ut & impoſſibilia eſſe ſic diffugiant. Dico autem, puta ſi quis dicat poſſibile diametrum commenſurari, non tamen commenſurabitur, non cok gitans eſſe impoſſibile. Quia nihil prohibet aliqd ens eſſe aut fieri, non eſſe uero, aut non futurum eſſe. Sed illud neceſſe ex poſitis ſit, & ſupponamus eſſe aut fieri, quod non eſt quidem: poſſibile autẽ quia nihil erit impoſſibile. Non enim eſt idem falſum & impoſſibile. Nam te ſtare nunc, falſum quidem eſt, & non impoſſibile.

Destructio opinionis ꝙ oia ſint poſſibilia. parte ſeq.

Poſtquam Philoſophus deſtruxit opinionem dicentium nihil eſſe poſſibile niſi quando eſt actu, hic deſtruit contrariã opinionem dicentium omnia poſſibilia, & circa hoc duo facit. Primo deſtruit hanc poſitionem. Secundo determinat quandam ueritatem circa conſequentiam poſſibilium ibi, { Simul autem palam. } Dicit ergo primo ꝙ ſi uerum eſt ꝙ aliquid dicatur eſſe poſſibile, ex eo ꝙ aliquid ſequitur ſm ꝙ dictum eſt, ꝙ poſſibile eſt, quod ſi ponatur eſſe, non ſequitur impoſſibile, manifeſtum eſt ꝙ non contingit uerum eſſe hoc quod dicunt quidam, ꝙ unumquodq; poſſibile eſt, etiam ſi nunquam futurum ſit. Ita ꝙ per hanc poſitionem L impoſſibilia tolluntur. Sicut ſi aliquis dicat diametrum quadrati, commenſurari lateri, eſſe poſſibile, ſed tamen non cõmenſurabitur, & eodem modo dicatur de aliis impoſſibilibus, & non cogitet ꝙ diametrum quadrati commenſurari lateri eſt impoſſibile, dico ꝙ ponentes hanc poſitionem quantum ad aliquid dicunt uerum, & quantum ad aliquid dicunt falſum. Sũt enim aliqua de quibus nihil prohibebit dicere ꝙ ſunt poſſibilia eſſe aut fieri cum tamen nunquam ſint futura nec unquam fiant. Sed hoc non poteſt dici de omnibus. Sed ſm ea quæ ſuperius dicta ſunt, & quæ nunc oportet nos ſupponere, illa ſolum poſſibile eſt eſſe, aut fieri, licet non ſint; quibus poſitis non ſequitur aliquid impoſſibile. Poſito autẽ ꝙ diametrum commenſuraretur, ſequitur aliquid impoſſibile. Et ideo non poteſt dici ꝙ diametrum commenſurari, ſit poſſibile. Eſt enim non ſolum falſum, ſed impoſſibile.

Diametrum eſſe commenſurabilem lateri quadrati, non ſolum eſt falſum, ſed etiam impoſſibile.

M



Coſta.

Quædam uero ſunt falſa tantum, ſed non impoſſibilia, ſicut Socratem ſedere & ſtare. Non enim idem eſt falſum eſſe, & eſſe impoſſibile, ſicut te ſtare nunc eſt falſum; ſed non N impoſſibile. Prædicta ergo poſitio quantum ad aliqua, uera eſt, quia quædam ſunt poſſibilia, licet ſint falſa. Non autem quantum ad omnia, quia quædam ſunt falſa & impoſſibilia.

Deinde cum dicit.

Inſuper etiam patet ſi cum a. eſt, neceſſe eſt b. eſſe: ſi poſſibile eſt a. eſſe, & b. neceſſario poſſibile eſt eſſe. Si enim non neceſſe eſt poſſibile eſſe nihil prohibet ut non ſit poſſibile eſſe. Sit igitur ipſum a. poſſibile. Cum igitur ipſum a poſſibile eſt eſſe, ſi poſitum fuerit, nullum impoſſibile eſſe accidet: b. autem neceſſe eſt eſſe. At impoſſibile erat. Sit igitur impoſſibile. Si igitur ipſum b. impoſſibile eſt eſſe, neceſſe eſt & a. iпoſſibile eſſe. At primum eſt, O ergo ſecundum. Si ergo a. eſt poſſibile, & b. poſſibile erit ſi ita ſeſe habebant. Vt cum a. eſt, neceſſariũ ſit & b. ipſum eſſe. Si igitur a. & b. ita ſeſe habentibus; b. nõ ſit hoc pacto poſſibile, neq; ipſa a. b. ſane ita ſeſe habebunt, uti poſita ſunt. Quod ſi cum a. poſſibile ſit, & b. poſſibile eſſe neceſſe eſt, ſi eſt a. neceſſe eſt & b. eſſe. Poſſibile enim eſſe neceſſario b. ipſum eſſe, ſi a poſſibile ſit, hoc ſane ſignificat: ſi eſt a. & quando eſt poſſibile, & ut eſt poſſibile, eſſe & illud tunc, & ita neceſſario eſt.

Te. co. 4. parte 9

Simul autem palam quia ſi a. ente neceſſe b. eſſe: & poſſibili ente a. & b. neceſſe eſt eſſe poſſibile. Si enim non neceſſe poſſibile eſſe, nihil prohibet non eſſe poſſibile eſſe. Si autẽ poſſibile, ergo quando a. poſſibile erit eſſe, ſi ponatur, nihil impoſſibile eſſe accidit. B. autem neceſſe eſt eſſe, ſed erat impoſſibile. Sit itaq; impoſſibile, & ſi impoſſibile neceſſe eſſe b. & a. neceſſe eſſe. Sed erat primum im- P poſſibile, ergo & ſecundum. Si igitur ſit a. poſſibile, & b. erit poſſibile. Si quidem ſic ſe habebant. Ergo a. ente, neceſſe b. eſt eſſe. Si itaq; ſic habentibus a. b. non eſt poſſibile b. ita nec a. b. habebit: ut poſitum eſt. Et ſi a. poſſibili ente, neceſſe b. poſſibile eſſe: ſi eſt a. neceſſe eſt b. Nam poſſibile eſſe ex neceſſitate b. eſſe, ſi a. ſit poſſibile, hoc ſignificat, ſi ſit a. & quando, & ut erat poſſibile eſſe, & illud tũc eſſe, & ita eſſe neceſſe.

De conſequentia poſſibilium.

Quia dixerat ꝙ poſſibile iudicatur aliquid ex hoc, ꝙ ex ipſo non ſequitur impoſſibile, oſtendit qualiter habeant ſe conſequentia poſſibilia dicens, ꝙ ex diffinitione poſſibilis ſuperius poſita, non ſolum deſtruitur præmiſſa poſitio, ſed et ſimul eſt manifeſtum ꝙ ſi alicuius conditionalis antecedens eſt poſſibile, & conſequens poſſibile erit. Vt ſi hæc conditionalis ſit uera. Si eſt a. eſt b. neceſſe eſt ſi a. ſit poſſibile, ꝙ b. ſit poſſibile. Sciendum tamen eſt ad huius intellectum ꝙ poſſibile dupliciter dicitur. Vno modo ſm ꝙ diuiditur contra neceſſe, ſicut dicimus illa poſſibilia quæ contingunt eſſe & non eſſe. Et ſic accepto poſſibili, non habet locum quod hic dicitur. Nihil enim prohibet ꝙ antecedens ſit contingens eſſe, & non eſſe, conſequens tamen ſit neceſſarium. Sicut patet in hac conditionali. Si Socr. ridet, eſt homo. Alio uero modo poſſibile dicitur ſm ꝙ eſt commune ad ea quæ ſunt neceſſaria, & ad ea quæ cõtingunt eſſe & non eſſe, prout poſſibile contra impoſſibile diuiditur. Et ſic loquitur hic Philoſophus dicens de poſſibili, ꝙ neceſſe eſt, conſequens eſſe poſſibile, ſi antecedens fuit poſſibile. Detur enim hæc conditionalis eſſe uera, ſi eſt a. eſt b. & detur antecedẽs. ſ. a. eſſe poſſibile, aut igitur neceſſe eſt b. eſſe poſſibile, aut non. Si eſt neceſſe, habetur propoſitum. Si non eſt neceſſe, nihil prohibet ponere oppoſitum. ſ. b. non eſſe poſſibile. Sed hæc non poteſt ſtare. Nam a ponitur eſſe poſſibile, & quando ponitur eſſe poſſibile, ſimul ponitur ꝙ nihil impoſſibile ſequi ex eo. Sic enim

Poſſibile dupliciter.

Q

A ſuperius diffinitum eſt poſſibile, ad quod nihil ſequitur impoſſibile. Sed b. ſequitor ad a. ut poſitum eſt, & b. ponebatur eſſe impoſſibile. Nam idem eſt eſſe impoſſibile, quod nõ eſſe poſſibile, igitur a. non erit poſſibile, ſi ſequitur ad ipſum b. quod erat impoſſibile. Ponatur ergo b. eſſe impoſſibile, & ſi eſt impoſſibile, & poſito a. neceſſe eſt eſſe b. erit ergo impoſſibile & primum & ſecũdum. ſ. a & b. Vbi aduertendum eſt ꝙ bene ſequitur ſi conſequens eſt impoſſibile, ꝙ antecedens ſit impoſſibile, non tamen econuerſo. Nihil enim prohibet ex impoſſibili ſequi aliquid neceſſarium, ut in hac conditionali. Si homo eſt aſinus, homo eſt animal. Vnde non ſic intelligendum eſt ꝙ Philoſophus dicit hic, ſi primũ erat impoſſibile id eſt antecedens, ergo & ſecundum erat impoſſibile. ſ. conſequens. Sed ita debet intelligi. Si conſequens eſt impoſſibile utrunq; erit impoſſibile. Sic ergo manifeſtum

B eſt ꝙ ſi ſic ſe habent. ſ. a & b ꝙ a. exiſtente, neceſſe eſt b. eſſe & neceſſaria ſequitur ꝙ ſi a. eſt poſſibile, quod b. erit poſſibile. Et ſi b. non eſt poſſibile a. poſſibili exiſtente, non ita ſe habebunt a. & b. ut poſitum eſt. ſ. ꝙ ad a. ſequitur b. Sed oportet ꝙ a. poſſibili exiſtente neceſſe, eſt b. poſſibile eſſe, ſi exiſtente a. neceſſe eſt eſſe b. Cum enim dico. Si eſt a. eſt b. hoc ſignificatur ꝙ neceſſe ſit b. eſſe poſſibile, ſi a. poſſibile eſt, ita tamen ꝙ qñ & eodem modo ſit poſſibile b. eſſe quando & quõ eſt poſſibile a. Non enim poſſibile eſt ut ſit quocũque tempore & quocunq; modo. Lectio. IIII.

Cum autem potentiarum alię natura inſint, ut ſenſus, aliæ conſuetudine, ut modulandi facultas, aliæ diſciplina, ut artes: eæ quidem quæ conſuetudine cõparantur ratione ue, per operationes antecedentes habeantur neceſſe eſt. Quæ uero tales non ſunt, & quæ patiendi potentię ſunt, eas non neceſſe eſt hoc pacto haberi.

Te. cõ. 10. parte. 1. Omnibus autem potentiis exiſtentibus, his quidem cognatis, ut ſenſibus: his autem cõſuetudine, ut quæ eſt fiſtulandi: aliis autem

C diſciplinatu, ut quæ eſt artium. Has quidem neceſſe eos qui præexercitati fuerunt habere quæcũque conſuetudine & ratione. Non tales autem, & eas quæ ſunt in pati, non neceſſe.

De ſimultate potentię & actus ſm ueritatem. Parte ſeq. Triplex genus potentiarum & quã ri actus pcedant uel ſequantur. POSTQVAM Philoſophus excluſit falſas opiniones circa potentiam & actum, hic determinat ueritatem & circa hoc duo facit. Primo oſtendit quomodo actus præcedat potentiam in ſubiecto. Secundo quomodo potentia præcedens actum, ad actum reducatur, ibi, { Quoniam autem poſſibile. } Dicit ergo primo ꝙ cum potentiarum quædam ſint inditæ his quorum ſunt, ſicut ſenſus animalibus. Quædam uero per conſuetudinem acquirantur, ſicut ars tibicinandi, & aliæ huiuſmodi artes operatiuæ. Quædam uero acquirantur per doctrinam ſiue diſciplinam, ſicut medicina & aliæ huiuſmodi artes, dictarum potentiarum quæcunque per cõſuetudinem & rationem nobis inſunt, neceſſe eſt primum agere & præexercitari in eorum actibus antequã acquirantur, ſicut tibicinando, aliquis fit tibicinator, & con

D ſiderando medicinalia, aliquis fit medicus. Sed aliæ potẽtiæ quæ non acquiruntur per conſuetudinem, ſed inſunt a natura & ſunt in patiendo, ſicut patet de potentiis ſenſitiuis, non proceduntur a ſuis actibus. Non enim aliquis uidendo, acquirit ſenſum uiſus. Sed ex eo ꝙ potentiam uiſiuam habet, fit actu uidens. Deinde cum dicit.

Quoniam autem ipſum poſſibile aliquid poteſt, & quandoq;, & aliquo modo &, quæcunque alia in definitione ſunt adiungenda, & alia per rationem mouere poſſunt potentiæq; ipſorum cum ratione ſunt. Alia ſunt expertia rationis, & potentiæ ipſorum rationis identidem ſunt expertes. Et illas quidem in animante, has autem in utriſque eſſe neceſſe eſt.

parte. 2. Quoniam autem poſſibile, & quando &, quomodo, & quæcunq; alia neceſſe adeſſe in diffinitione. Et hæc quidem ſm rationem poſſunt mouere, & potentię ipſorum cum ratione. Hæc autem irrationabilia, & potentię irrationales. Et illas quidem neceſſe in animato eſſe, has uero in ambobus. E

Oſtendit quomodo potentiæ præcedentes actũ reducuntur ad actum, & circa hoc duo facit. Primo enim oſtendit quomodo in hoc differũt diuerſæ potentiæ adinuicem. ſ. rationales & irrationales. Secundo oſtendit qualiter rationales potentiæ ad actum reducantur, ibi { Neceſſe ergo. } Circa primum tria facit. Primo præmittit quædam neceſſaria ad prædictam differentiam conſiderandam, quorum unum eſt, ꝙ in ratione poſſibilis oportet multa conſiderare. Non enim dicitur poſſibile reſpectu cuiuſq;, ſed reſpectu alicuius determinati. Vnde oportet poſſibile, eſſe aliquid poſſibile, utputa ambulare uel ſedere. Et ſimiliter quod poteſt aliquid facere uel pati, non poteſt illud quocunque tempore facere aut pati, ſicut arbor non poteſt fructificare niſi determinato tempore. Et ideo cum dicitur aliquid eſſe poſſibile, oportet determinare quando ſit poſſibile. Et ſimiliter oportet determinare quomodo ſit poſſibile. Non enim poſſibile, quocunque modo poteſt agere aliquid uel pati, ſicut aliquis ſic poteſt ambulare. ſ. tarde, non autem uelociter. Et ſimile eſt de aliis circunſtantiis, quæ conſueuerunt determinari in diffinitionibus rerum, ſicut quo inſtrumento, quo loco, & alia huiuſmodi. Aliud quod præmittit eſt, ꝙ quædam ſunt poſſibilia ſm rationem, & potentiæ horum poſſibilium ſunt rationales. Quædam uero poſſibilia ſunt irrationabilia, & potentiæ irationales. Et quidem potentiæ rationales non poſſunt eſſe niſi in rebus animatis. Sed potentiæ irrationales poſſunt eſſe in ambobus. ſ. in rebus animatis & inanimatis. Et non ſolum in plantis & brutis animalibus, quæ ratione carent, ſed etiam in ipſis hominibus, in quibus inueniuntur quædam principia actionum & paſſionum quæ ſunt ſine ratione, ut potentia nutritiua, & agumentatiua, & grauitas, & alia huiuſmodi. Secundo ibi.

Quomodo potentię pcedentes actũ reducũtur ad actũ. Inf. par. 5.

F

Duplex potentia.

Talibus quidem potentiis paſſiuum atq; actiuum, cum ſunt uti poſſunt principia, alterum agat, alterum patiatur neceſſe eſt. At illis non eſt neceſſe. G

parte. 3. Tales quidem potentiæ neceſſe, quando ut poſſunt, paſſiuum & actiuum appropinquant, hoc quidem facere, illud uero pati. Illas uero non neceſſe.

Dria dictarum potentiarum. Ponit differentiam prædictarum potentiarum dicens, ꝙ in potentiis irrationabilibus neceſſe eſt quando paſſiuum appropinquat actiuo, in illa diſpoſitiõe qua paſſiuum poteſt pati, & actiuum poteſt agere, neceſſe eſt ꝙ unum patiatur, & alterum agat, ut patet quãdo combuſtibile applicatur igni. In potentiis uero rationalibus, non eſt neceſſarium. Non. n. neceſſe eſt ædificatorem ædificare quantumcunq; ſibi materia appropinquaret. Tertio ibi.

Harum enim oĩum quęq; una unius eſt effectiua. Illarum uero quęq; contrariorum. Quare facit contraria ſimul, quod quidem fieri nequit. H

parte. 4. Hę quidem enim oẽs una unius factiua, illę autem contrariorum. Quare ſimul facient contraria. ſ. ſi agerent approximata paſſiuo ſine aliquo determinante. Hoc autem impoſſibile.

Rõ pdictæ differentiæ. Te. cõ. 3. Aſſignat cauſam prædictæ differentiæ dicens, ꝙ potentiæ irrationales ita ſe habent, ꝙ una eſt factiua tãtum unius & ideo præſente paſſiuo neceſſe eſt ꝙ faciat illud unum cuius eſt factiua. Sed una & eadem potentia rationalis eſt factiua contrariorum, ut ſuperius habitum eſt. Si igitur neceſſarium eſſet, quód præſente paſſiuo faceret illud cuius eſt factiua, ſequeretur ꝙ ſimul faceret contraria, quod eſt impoſſibile. Sicut ſi medicus induceret ſanitatem & ægritudinem. Deinde cum dicit.

Aliud ergo quippiam habeat authoritatem neceſ-

I ſe eſt. Id autem eſt appetitus, aut electio. Verum.n. appetierit, id ſane faciet cum eſt ut poteſt, atq; propinquum eſt ipſi paſſiuo. Quare id omne quod per rationem poteſt, id agat cum appetit cuius potentiam habet, & ut habet neceſſe eſt. Habet autẽ ita, ut agat pręſente atq; ſic ſe habente paſſiuo, alioquin agere profecto non poterit.

parte. 5. Neceſſe ergo alterum aliquid eſſe quod propriũ eſt. Dico autem hoc appetitum aut progreſim id eſt electionem. Quod enim deſiderabit principaliter, hoc faciet, quando ut poſſit extiterit, & appropinquauerit paſſio. Quare potens ſecundum rationem omne neceſſe, quando deſiderat cuius habet potentiam, & ut habet hoc facere. Habet autẽ pręſente paſſiuo, & ita ſe habente facere. Si autem non, facere non poterit.

Quomodo potentiæ rationales reducãtur ad actum. Oſtendit quid requiratur ad hoc ꝙ potentiæ rationales exeant in actum, ex quo non ſufficit propinquitas paſſi, & circa hoc tria facit. Primo oſtendit per quid potentia rationalis reducatur in actum, concludens ex dictis, ꝙ cum potẽtia rationalis ſe habeat communiter ad duo contraria, & ita cum a cauſa communi non procedat effectus determinatus niſi ſit aliquid proprium quod cauſam communem ad hunc effectum magis determinet quam ad illum, ſequitur ꝙ neceſſe eſt præter potentiam rationalem, quæ eſt cõmunis ad duo cõtraria, poni aliqd quod approprict eam ad alterum faciẽdum ad hoc ꝙ exeat in actum. Hoc { autem eſt appetitus aut proæreſis, } id eſt electio quorumcunq;, id eſt electio quæ pertinet ad rationẽ. Quod enim aliquis conſiderat, hoc facit, ita tamen ſi exiſtit in diſpoſitione qua eſt potens agere & paſſiuum adſit. Vnde ſicut potens potentia irrationali neceſſario agit, paſſiuo appropinquante, ita omne potens ſm rationem, neceſſe eſt ꝙ faciat quando deſiderat illud cuius habet potentiam, & eo modo quo habet. Habet autem potẽtiam faciendi cum paſſiuum præſens fuerit, & ita ſe habeat ꝙ poſſit pati, aliter facere non poſſet. Secundo ibi.

L Hoc enim nullo inquam externorum prohibẽte, non eſt alterius adiungendum. Ipſam nanque potentiam habet, ut eſt potentia faciendi. At eſt, non omnino, ſed aliquo modo ſe habentibus, in quibus & ea quę probent foris comprehẽdentur. Hoc enim eorum nonnulla quæ in definitione inſunt auferre uidetur.

Parte. 6. Nullo nanq; exteriorum prohibent, adiungere nihil adhuc oportet. Potentiam enim habet, ut eſt potentia faciendi. Eſt autẽ non omnino, ſed habentium aliquo modo, in quibus excludentur quę exterius prohibẽt. Remouent enim hęc eorum quæ in determinatione apponuntur quædam.

Rñdet tacitæ qõni. Reſpondet tacitæ quæſtioni. Poſſet enim aliquis quærere quare, cum dixerit ꝙ omne potens ſm rationem quãdo deſiderat, neceſſario agit paſſiuo præſente, non addit, ſi nihil prohibeat exterius. Sed ipſe reſpondet ꝙ illud. ſ. nullo exteriorum prohibente, non oportet addere: Dictum eſt enim ꝙ neceſſe eſt agere ſi habeat potentiam, quæ eſt ſufficiens ad faciendum. Sed hoc non eſt quolibet modo. Sed quando illud quod habet potentiam, aliquo modo ſe habet, & in hoc excludontur ea quæ exterius prohibent. Nam ea quæ exterius prohibẽt, remouent aliqua eorum quæ poſita ſunt ſuperius in determinatione communi poſſibilis, ut. ſ. uel non ſit poſſibile tunc, uel non poſſibile hoc modo, uel aliquid huiuſmodi. Tertio ibi.

M Quocirca neque faciet duo ſimul aut contraria, etiam ſi ſimul ipſa uelit, aut percupiat facere. Non enim ipſorum hoc pacto potentiam habet, neq; eſt ipſa potentia ſimul agendi facultas. Nam quorum eſt, ita faciet illa.

N parte. 7. Propter quod nec ſi ſimul uolunt, aut cupiunt facere duo, aut contraria, facient. Non enim ita ſimul habent ipſorum potentiam, nec eſt ſimul faciẽdi potentia, quoniam quorum eſt, ſic facient.

Docet euitare inconueniens quod primo ſequebatur. ſ. ꝙ potentia rationalis ſimul faceret contraria. Non enim ſequitur ꝙ ſi neceſſe eſt, ꝙ faciat potentia rationalis quod deſiderat, & dato ꝙ aliqui ſimul uelint, ſm rõnem, aut cupiãt, ſm appetitum ſenſitiuum, facere duo diuerſa aut contraria, ꝙ propter hoc faciant. Non enim ſic habent potentiam contrariorum, ꝙ ſimul contraria faciant. Sed ſic faciunt ſicut habent potentiam, ut dictum eſt. Lectio. V.

O Cum autem de ea potentia dictum ſit, quæ ad motum accõmodatur, de actu deinceps determinemus oportet, quidnam ſit ipſe actus, & quale quid ſit. Nam ſi diuiſerimus ipm ſimul, & ipſum poſſibile ſane patebit. Non ſolum inquam id poſſibile dici, quod aptũ eſt aliud mouere, aut ab alio moueri, aut ſimpliciter, aut aliquo modo, ſed alio etiam modo. Qua de re quęrentes, & de hiſce quoque tranſigemus.

Tex. cõ. 2. parte. 1. QVoniam autem de potentia quæ ſm motum dicitur dictum eſt, de actu determinemus, quid eſt actus, & quale quid. Etenim poſſibile ſimul manifeſtum erit diuidẽtibus, quia non ſolum hoc dicimus poſſibile quod aptũ natũ eſt mouere aliud, aut moueri ab alio, aut ſimpliciter, aut modo quodam, ſed & aliter. Quapropter quęrentes, & de his ſuperueniemus.

Sermo de actu. P Lectio. POSTQVAM determinauit de potentia, hic determinat de actu, & diuiditur in duas partes. In prima determinat quid eſt actus. In ſecunda quando aliquid eſt in potentia ad actum. ibi { Quando autem potentia. } Et circa primum duo facit. Primo continuat ſe ad præcedentia dicẽs ꝙ quia dictum eſt de potentia quæ inuenitur in rebus mobilibus, quæ. ſ. eſt principium motus actiue uel paſſiue, oportet determinare quid eſt actus, & qualiter ſe habeat ad potentiam, quia per hoc ſimul manifeſtum erit de potentia cũ diuiſerimus actum. Actus enim non tantum inuenitur in rebus mobilibus, ſed etiam in rebus immobilibus. Ex quo manifeſtum eſt cum potentia dicatur ad actum, ꝙ actiue poſſibile uel potens, non ſolum dicatur quod eſt natum mouere actiue, uel moueri ab alio paſſiue, aut ſimpliciter, ſm quod dicitur potentia reſpectu actionis aut paſſionis communiter aut modo quodam, ſm ꝙ potentia dicitur reſpectu eius qđ eſt bene agere, aut bene pati, ſed etiam dicetur poſſibile uel potens aliter ſm ordinem ad actum, qui eſt ſine motu. Licet enim omnẽ actus a motu originem ſumpſerit, ut ſupra dictum eſt, non tamen ſolum motus dicitur actus. Vnde nec dicitur ſolum poſſibile in ordine ad motum. Et ideo oportet inquirendo de his tractare. Secundo ibi. Lectio. 3.

Q Eſt itaq; actus rem non ita ſeſe habere, quemadmodum potentia dicimus eſſe. Dicimus autem potẽtia eſſe, ut Mercurium in ligno, & dimidiam lineam ĩ tota, propterea quod auferri ab ea poteſt: & ſcientem eum etiam qui non contẽplatur, ſi contemplari poſſit. Aliud autem actu eſſe.

parte. 1. Eſt autem actus exiſtere rem non ita ſicut dicimus potẽtia, ut in ligno Mercurium, & in toto medietatem, quia aufertur utiq;: & ſcientem & non ſpeculantem ſi potẽs põt ſpeculari. Sed hoc actu.

Infra par. 4. Actus in cõi quid. Determinat de actu, & primo oſtendit quid ſit actus. Secundo quomodo diuerſimode dicatur in diuerſis. ibi { Dicitur autem actus. } Circa primum duo facit. Primo oſtendit quid eſt actus dicens, ꝙ actus eſt quando res eſt, nec tamen ita eſt ſicut quando eſt in potentia. Dicimus enim in ligno eſſe imaginem Mercurii potentia, & non actu, anteq̃ lignum

I ſculpatur:ſed ſi ſculptum fuit, tūc dr̄ eſſe in actu imago Mercurii in ligno. Et ſilr̄ in aliquo toto continuo pars eius. Pars .n. puta medietas, eſt in potentia, inq̄tum poſſe eſt ut pars illa auferatur a toto per diuiſionem totius. Sed diuiſo toto, iam erit pars illa in actu. Et ſilr̄ ſciens & non ſpeculans, eſt potens conſiderare ſine conſideratione. Sed hoc .ſ. ſpeculari ſiue cōſiderare eſt eſſe in actu. Secundo ibi.

Patet autem in ſingulis inductione id quod dicere uolumus, & non cuiuslibet quęrere diffinitionem oportet, ſed ipſam quoq; ſimilitudinem rationis animaduertere: ueluti ut ędificās ſeſe habet ad ædificatiuum, & uigilans ad id quod dormit, & uidens ad id quod claudit quidem oculos, uiſum autem habet: & id quod a materia eſt ſeiunctum, ad materiam ipſam: & id etiam quod eſt extructum, ad non extructum: ſic & quippiam eſt, ad quippiā:
K & differentiæ huius altera parte actus, altera id qđ poteſt, ſit definitum.

parte .2. Palam autem in ſingularibus inductione quod dicere uolumus, & non oportet omnis terminum inquirere, ſed proportionale conſpicere: quia ut ędificans ad ędificabile, & uigilans ad dormiens, & uidens ad claudēs quidem oculum, uiſum autem habens: & ſegregatum ex materia ad materiam, & laboratum ad illaboratum, eſt aliud: & huius differentiæ alteri parti ſit actus determinatus, alteri autem poſſibile.

[Nō pt act⁹ notificari p diffōnē ſed p proportionalitatem.] Reſpondet qōni tacitæ. Poſſet .n. aliquis quærere ab eo, ut oſtenderet quid ſit actus, per diffōnem. Sed ipſe reſpondet dicens, q̄ inducendo in ſingularibus per exempla manifeſtari pōt illud quod uolumus dicere .ſ. quid eſt actus, { & nō oportet cuiuslibet rei quærere terminum, } .i. diffōnem. Nā prima ſimplicia diffiniri non poſſunt, cum non ſit in diffōnibus abire in infinitum. Actus aūt eſt de primis ſimplicibus. Vnde [Cur nō oīa ſ diffō] diffiniri non pōt. Sed per proportionem aliquorum duorū
L adinuicem, pōt uideri quid eſt actus. Vt ſi accipiamos ꝑportionem ædificantis ad ædificabile, & uigilantis ad dormiētē, & eius qui uidet ad eum qui habet clauſos oculos cum hēat potentiam uiſiuam, & eius { quod ſegregatur a materia } .i. per operationem artis uel naturæ formatur, & ita a materia informi ſegregatur, & ſilr̄ per ſeparationem eius quod ē præparatum, ad illod quod non eſt præparatum, ſiue qđ eſt elaboratum ad id quod non eſt elaboratum, ſed quorūlibet ſic differentium altera pars erit actus, & altera potentia. Et ita proportionalr̄ ex particularibus exēplis poſſumus uenire ad cognoſcendum quid ſit actus & potentia. Deinde cū dicit.

Atq; non omnia actu ſimiliter eſſe dicūtur, niſi ſimilitudine rationis, hoc pacto ut hoc in hoc aut ad hoc, ſic hoc in iſto aut ad iſtud. Alia enim ut motus ad potentiam, alia ut ſubſtantia ad aliam materiam dicuntur.

part. 4. Dicuntur autem actu non omnia ſimiliter, ſed aut proportionaliter, ut hoc in hoc, aut ad hoc.
M Hoc quidem ut motus ad potentiam, illa uero ut ſubſtantia ad aliquam materiam.

[Actus duplex .ſ. pm⁹ & .2. vꝫ forma & operatio.] Oſtēdit q̄ diuerſimode dicatur actus, & ponit duas diuerſitates, quarum prima eſt q̄ actus dr̄ uel actus uel operatio. Ad hanc diuerſitatem actus inſinuandam dicit primo, q̄ nō oīa dicimus ſilr̄ eſſe actu, ſed hoc diuerſimode. Et hæc diuerſitas conſiderari pōt per diuerſas proportiones. Pōt .n. ſic accipi proportio ut dicamus, q̄ ſicut hoc eſt in hoc, ita hoc i hoc. Vtputa uiſus ſicut eſt in oculo, ita auditus in aure. Et per hūc modum proportionis accipitur comparatio ſubæ .i. formæ, ad materiam. Nam forma in materia dr̄ eſſe. Alius modus proportionis eſt, ut dicamus q̄ ſicut habet ſe hoc ad hoc, ita hoc ad hoc, puta ſicut ſe habet uiſus ad uidendum, ita auditus ad audiendum. Et per hunc modum proportionis accipiť comparatio motus ad potentiam motiuam, uel cuiuſcunq;
N operationis, ad potentiam operatiuam. Secundo ibi.

Atqui alio modo, & infinitum ipſum, & uacuū, & quæ ſunt iſtiuſmodi, potentia atque actu dicuntur, & alio modo complura eorum quę ſunt: ut uidens & ambulans, & quod uidetur: etenim ſit ut hæc ſimpliciter quandoq; uere dicantur. Dicitur enim uideri aliud quia uidetur, aliud quia uideri poteſt. At infinitum non hoc pacto potentia eſt, ut actu ſeparatum tandem euadat, ſed cognitione. Hoc enim diuiſionem inquam nunquam deficere, præſtat quidem ut potentia ſit iſte actus, ut ſeparetur autem non præſtat. Quid igitur eſt atque quale actu quippiam eſſe, ex his & iſtiuſmodi manifeſtum ſit nobis.
O

parte 5. Aliter autem & infinitum & uacuum & quæcunq; talia dicuntur potentia & actu multis entiū ut uidenti, & uadenti, & uiſibili. Hæc quidem .n. contingunt & ſimpliciter uerificari, aliquādo quidem hoc uiſibile, quia uidetur. Illud uero, quia uideri poſſibile. Sed infinitum non ita potentia eſt, tanquam actu futurum ſeparabile, ſed notitia. Eo enim ꝙ non deficiat diuiſio, oſtendet eſſe potentia hunc actum, in ſeparari uero non. Quod quidem Te. cō. 12. igitur actu, & quid eſt, & quale, ex his et ſimilibus manifeſtum erit nobis.

[Actus alius cōiūct⁹ potētiæ, alius ſeparatus.] Ponit aliam diuerſitatem actus dicens, quòd infinitum, & inane ſiue uacuum, & quæcunq; hmōi ſunt, alr̄ dicuntur eſſe in potētia & actu, q̄ multa alia entia. Vtputa uidens & uadēs & uiſibile. Hmōi .n. conuenit aliqñ ſimplr̄ eſſe uel in potentia tm̄, uel in actu tm̄, ſicut uiſibile in actu tm̄, qñ vr̄, & in potentia tm̄, qñ pōt uideri & non vr̄. Sed infinitum non ita dr̄ in potentia, ut qñq; ſit ſeparatum in actu tm̄. Sed actus & potentia diſtinguuntur rōne & cognitione in infinito. Puta in infiP nito ſm̄ diuiſionem dr̄ eſſe actus cum potentia ſimul, eo q̄ nunq̄ deficit potentia diuidendi. Qñ .n. diuiditur in actu, adhuc eſt ulterius diuiſibile in potentia. Nunq̄ autem ſeparatur actus a potentia, ut .ſ. qñq; ſit totum diuiſum in actu, & non ſit ulterius diuiſibile in potentia. Et ſilr̄ eſt conſiderandum in uacuo. Poſſe .n. eſt locum euacuari ab hoc corpore, nō ut ſit totum uacuum, remanet .n. plenus alio corpore. Et ſic ſemp in uacuo remanet potentia coniuncta actui. Et idem eſt i motu, & tpe, & hmōi aliis quæ non habent eſſe perfectum. Deinde in fine epilogat quod dixit. Et eſt planum in litera.

Lectio. V I.

Quando uero unumquodque potentia eſt, et quando non eſt, determinandum deinceps eſſe uidetur. Non enim quandouis potentia eſt, ueluti eſt ne ipſa potentia homo? An non eſt, ſed potius cum iam fuerit ſemen? Et neque tunc modo quodam fortaſſe.

Parte .1. Q Vando autem potentia eſt unumquodq;, et quando non, determinandum. Non .n. quandocunq;, ut terra generatione eſt potentia homo? Aut non, ſed magis cum fiat ſperma? Sed neq; hoc ſimpliciter forſan.

[Oſdit qñ aliqd ē ī potētia ad aliud] P O S T Q V A M manifeſtauit Philoſophus quid eſt actus. Hic intendit oſdere qñ in quali diſpōne exiſtens aliquid dicatur eſſe in potētia ad actum, & circa hoc duo facit. Primo dicit de quo eſt intentio dicens, q̄ determinandum ē qñ aliquid eſt in potentia, & qñ non. Non .n qñcunq; & qualitercunq; diſpoſitum, aliquid pōt dici eſſe in potentia, ēt ad id quod fit ex eo. Nunq̄ .n. poterit dici, q̄ terra ſit in potētia homo. Manifeſtum eſt .n. q̄ non, ſed magis tunc dr̄ eſſe in potentia homo, qñ ex præcedenti materia iam factum eſt ſperma. Et forte neq; adhuc eſt in potentia homo, ut infra patebit. Secundo ibi.

I Quemadmodum neq; a medendi facultate qdʼuis: neq; a fortuna ſanabitur: ſed eſt quippiam qd eſt poſſibile, atq; id eſt potentia ſanum. Diffinitio autem eius quod ex eo quod eſt potentia a mente fit actu, ſic aſſignari poteſt. Eſt ne id quod fit cum uoluerit, id quod agit, nullo eorum quæ ſunt extra obſtãte? Ibi autem in eo quod ſanatur, cum nihil eorum prohibet quę ſunt in ipſo, ſic eſt & quippiam potentia domus. Nam ſi nihil eorũ quæ ſunt in hoc, & in materia prohibeat, ut domus fiat, neq; quicquam ſit adiungendum, aut auferendum, aut mutandum, ideſt profecto potẽtia domus: & in cæteris ſimili modo. Quorũ foris eſt principium generationis, & quorum in ipſis eſt, quę quidem nullo prohibente externo per ſeſe operabuntur. Et ſemen nondum potẽtia dicitur. Sit enim in alio atq; mutetur oportet. Quando uero per ſuum principium iam tale eſt, id iam potentia eſt. Illud autem alio principio indiget. Quemadmodum terra nõdum eſt potentia ſtatua. Si mutabitur. n. ęs erit.

K

part. 2. Quẽadmodum igitur nec a medicatiua omne utiq; ſanabitur, nec a fortuna, ſed eſt aliquid quod poſſibile eſt, & hoc eſt ſanum potentia. Terminus autem eius quod ab intellectu actu fit ex potentia ente, quando uolitum fit, nullo exteriorum prohibente. Ibi autem in eo quod ſanatur, quando nihil prohibet eorum quę in ipſo. Similiter autem potẽtia & domus, ſi nihil prohibeat eorum in his materia fieri domum, nec eſt quod oporteat adiicit, aut remoueri, aut permutari, hæc domus potentia. Et in aliis ſimiliter quorumcunq; extrinſecus principium eſt generationis, & quorumcunq; etiam in ipſo habente quocunq; nullo exteriorum impediente erit per ipſum, quale ſperma nondum. Oportet enim in alio & permutari. Quando uero iam p ſuum principium eſt tale, iam hoc eſt potentia. Illa uero altero egent principio, ut terra nondum eſt ſtatua potentia. Permutata enim, erit ęs.

L

parte ſeq. Soluit propoſitam qõnem, & circa hoc duo facit. Primo oñdit in quali diſpõne materia exiſtens, dicatur eſſe in potentia ad actum. Scdo q̃ à materia in tali diſpõne denoiatur ſolum id quod eſt in materia. ibi { Vr aũt quod dicimus. } Circa primum conſiderandum eſt, q̃ ſicut. 7. ſuperius dixit, quarundam artium effectus contingunt ẽt ſine arte. Domus. n. non fit ſine arte. Sed ſanitas fit ſine arte medicinæ ex ſola operatione naturæ. Et licet id quod fit à natura, non ſit fortuitum neq; caſuale, eo q̃ natura eſt cauſa agens per ſe, fortuna uero & caſus eſt cauſa agens per accidens, tñ ex eo q̃ ille qui ſanatur, à natura ſanatur præter intentionem artis, dr̃ ſanari à fortuna. Nihil. n. prohibet aliquid nõ eſſe fortuitum in ſe, quod tñ dr̃ fortuitum per comparationem ad aliquem, qui non conſiderat cãm per ſe talis effectus. Dicit ergo q̃ nõ quicunq; uel in qualibet diſpõne exiſtens, ſanatur à medicina uel à fortuna, ſed eſt aliquod poſſe in determinata exiſtẽs diſpõne, quod ſanetur uel à natura uel ab arte. Quibuslibet. n. actiuis rñdent determinata paſſiua. Illud aũt poſſe, quod unica actione natura uel ars põt in actum ſanitatis reducere, eſt ſanum in potentia. Et ut plenius cognoſcatur, ſubiungit diffõnem huius poſſ, & q̃tum ad operationem artis, & q̃tũ ad operationem naturæ. Dicit ergo q̃ eſt poſſe, q̃ eſt potẽtia ente, cum fit actu ab intellectu ſiue arte. { Terminus. n } . i. diffõ eſt qñ ſtatim cum uult artifex facit id eſſe actu, ſi nihil exterius prohibeat. Et tunc potentia dr̃ eſſe ſanum, quia per unam operationem artis fit ſanum. In illis aũt quæ ſanantur per naturam, dr̃ eſſe aliquid in potentia ſanum, qñ non eſt aliquid prohibens ſanitatem, quod debeat moueri uel tranſmutari, prius q̃ intrinſeca uirtus ſanans, effectum habeat in ſanã do. Et ſicut diximus de ſanatione quæ fit ab arte, ita põt dici de aliis quæ per artem fiunt. Nam tũc materia eſt in potẽtia domus, qñ nihil eorum quæ ſunt in materia, prohibet domũ fieri ſtatim una actiõe, nec eſt aliquid q̃ oporteat addi uel auferri uel mutari, anteq̃ materia formetur in domum. Sicut lutum oportet tranſmutari, anteq̃ ex eo fiant lateres. Ex arboribus aũt oportet aliquid auferri per dolationem, & addi per compaginationem ad hoc q̃ cõponat domus. Vñ lutum & arbores non ſunt potentia domos, ſed lateres & ligna iam præparata. Et ſilr̃ eſt in aliis, ſiue habeant principium perfectionis extra, ſicut ſunt artificialia, ſiue intra, ſicut naturalia. Et tunc ſemper ſunt in potentia ad actum, qñ nullo exterius prohibente p propriũ principium actiuũ põt reduci in actũ. Tale aũt nondũ eſt ſperma. Oportet. n. q̃ mediantibus pmutationibus multis ex eo fiat aĩal. Sed qñ iam per propriũ principiũ actiuum põt fieri tale. ſ. actu exiſtens, tunc iam eſt in potentia. Sed illa quæ oportet tranſmutari anteq̃ ſint ſtatim reducibilia in actũ, indigent alio pncipio actiuo. ſ. pparante materiã, qđ interdum eſt aliud à pficiente qđ inducit ultimã formã. Sicut patet q̃ terra nondũ eſt in potentia ſtatua. Nõ. n. una actione nec uno agente reducit in actũ. Sed pus p nãm trãſmutat, & fit æs, & poſtea p artẽ fit ſtatua. Deinde cũ di. N

M

Aliquis ẽ p ſe effect⁹ & reſpectu alicuius cãe, & p accñs reſpectu alterius.

O

Videtur autem id quod dicimus non hoc eſſe, ſed illiuſmodi, ut arca non lignum, ſed lignea: neq; ipſum lignum terra, ſed terreum. Terra rurſus ſi hoc modo non aliud. ſed illiuſmodi ſit: ſemper illud potentia ſimpliciter eſt, quod poſterius eſt. Velut arca non terrea neq; terra, ſed lignea eſt: hoc. n. eſt potentia arca, materiaq; ipſius hoc: ſimpliciter quidem eius quę eſt ſimpliciter, huius autem lignum hoc. Quod ſi quippiam ſit primum, quod non ulterius per aliud dicitur illiuſmodi, hoc eſt materia prima, ueluti ſi ſit aerea terra. Aer autem non ignis, ſed igneus. Ignis eſt materia prima, quæ quidem hoc aliquid eſt. In hoc enim uniuerſale ſubiectumq; differunt, quod alterum hoc aliquid eſt, alterum non eſt. P

Videtur autem quod dicimus eſſe, de quo non hoc, ſed ecininum ideſt ex altero factum, uel denominatum: ut arca, nõ lignum, ſed lignea: nec lignũ terra, ſed terreum. Iterum terra ſi ſit, nõ aliud, ſed ecininum. Et ſemper illud potentia ſimpliciter qđ poſterius eſt, ut arca nõ terra nec terrea, ſed lignea. Hoc enim potentia arca, & materia arcæ hoc. Simpliciter quidem ipſius ipſum ſimpliciter, huius uero hoc lignum. Si uero aliquid eſt primum quod nõ adhuc de alio dicitur ecininum, hæc prima materia eſt, ut ſi terra aerea eſt, & aer non ignis ſed igneus, ignis ẽ prima materia, hoc aliquid exiſtẽs. In hoc enim differt uniuerſale & ſubiectum, per eſſe hoc aliquid. part. 3

Q

Oñdit q̃ à tali materia, quæ eſt in potẽtia ad actum denominatur mixtum, & circa hoc tria facit. Primo oñdit qualr̃ mixtum à materia denoĩatur dicens, q̃ id qđ fit ex materia non dr̃ hoc ſed ecininum, qđ latine non dr̃, ſed per conſuetudinem, græcum eſt denoĩatiuum ad ſigñandum illud qđ eſt ex altero tanq̃ ex materia, ac ſi dicatur materia nõ pdicatur in abſtracto de eo q̃ eſt ex materia, ſed denoĩatiue. Sicut arca non eſt lignũ, ſed lignea, & lignũ non eſt terra, ſed terreũ. Et iterũ ſi terra habeat aliã materiã priorem, terra non erit illud, { ſed ecininũ } . i. nõ pdicatur de terra in abſtracto, ſed denoĩatiue. Ita tñ fiat talis pdicatio, q̃ ſemp id qđ eſt in potẽtia ſm modum determinatũ, pdicat de eo qđ eſt immediate poſterius. Vt terra quæ non põt dici potentia arca, nõ pdicat de arca nec in abſtracto nec denoĩatiue. Arca. n. neq; ẽ terra neq; terrea, ſed lignea. Lignũ. n eſt in potentia arca & materia arcæ. Vlr̃ eſt quidẽ lignũ arcæ, pticulariter uero hoc lignum huius arcæ. Si uero eſt aliquid primum quod non dicitur de

A q̃ potẽtia materię denoĩatur mixtũ, & q̃r

tur de

A tur de { alio ecinimum, } ideſt quod non habet aliquid quod de eo quidẽ denominatiue prædicetur modo prædicto, hoc erit materia prima. Sicut ſi aer eſt materia terræ, ut quidam dixerunt, aer prædicabitur de terra denominatiue, ut dicatur terra eſt aerea, Et ſimiliter dicetur aer igneus & nõ ignis ſi ignis eſt materia eius Ignis autem ſi non denominatur ab aliqua priori materia, erit materia prima ſm poſitionem Heracliti. Sed hic oportet adiungere ſi ſit aliquid exiſtens ad differentiam uniuerſalis. Nam uniuerſale prædicatur etiam de alijs, & alia non prædicantur de eo, nec tamen eſt materia cum ſit aliquid ſubſiſtens. Vniuerſale enim & ſubiectum differunt per hoc ꝙ ſubiectum eſt hoc aliquid, non autem uniuerſale. Secundo ibi.

Vt homo quidem & corpus ac anima ſubiectũ eſt ipſorum affectuum, affectus autem eſt muſicũ, atq; album. Illud itaq; cum orta fuerit muſica, non B muſica, ſed muſicum dicitur: & homo non albedo non ambulatio, ſed album & ambulans, ut ipſum illiuſmodi dicitur.

parte.4. Vtputa paſſionibus quod ſubiicitur, homo & corpus & animal, paſſio autem muſicum & albũ. Dicitur autem muſica adueniente illud non muſica, ſed muſicum: & non albedo homo, ſed album: nec ambulatio aut motus, ſed ambulans aut motũ ut ecininum.

In quo cõuenit principiũ materiale & principiũ formale I prædicãdo denominatiue. Ponit ſimilitudinem prædicationis denominatiue dicẽs, ꝙ ſicut id quod ſubiicitur paſſionibus, ut homo, corpus, & animal, recipit denominatiuam prædicationem paſſionum, ſic id quod eſt ex materia, recipit denominatiuam prædicationem materiæ. Nam paſſio eſt muſicum. Dicitur autem ſubiectum cui aduenit muſica non eſſe muſica in abſtracto, ſed muſicum denominatione: & homo non dicitur albedo, ſed album. Neq; etiam homo dicitur ambulatio aut motus abſtractiuæ, ſed ambulans, aut motum or ecininum .i. denominatum. Tertio ibi.

C Quę igitur hoc pacto dicuntur, in his ultimũ eſt ſubſtantia. Quæ uero non hoc pacto dicuntur ſed forma quædam atq; hoc aliquid eſt id quod prædicatur: in iis ultimum eſt materies, ſubſtantiaque materialis. Et recte igitur fit, ut ipſum illiuſmodi & per materiam & per affectus dicatur. Ambo.n. ſunt ut patet indefinita. Quando igitur quippiam dicendum eſt potentia eſſe, & quando non eſt dicẽdum, ſatis iam diximus.

Parte 5. Quęcunq; quidem, igitur ſic ultimum, ſubſtantia. Quęcunq; uero non ſic, ſed ſpecies quędam, & hoc aliquid quod prædicatur, ultimum materia, & ſubſtantia materialis. Et recte itaq; accidit ecininum dici ſm materiam & paſſiones. Ambo nanq; D indeterminata. Quando quidem igitur dicẽdum Te.cõ. 14. eſt potentia, & quando non, dictum eſt.

In quo ſunt dicta ecinum differant. Ponit comparationem utriuſq; denominationis, & dicit ꝙ quæcunq; ſic prædicantur denominatiue, ſicut iſta accidẽtia, ultimum quod ſuſtentat ea, eſt ſubſtantia. Sed quæcunq; non prædicantur ſic denominatiue, ſed id quod prædicatur denominatiue eſt quædam ſpecies, & hoc aliquid, ut lignum aut terra, ultimũ in talibus prædicationibus ꝙ ſuſtentat alia, eſt materia, & ſubſtantia materialis. Et conuenienter { accidit dici ecininum } .i. denominatiue { ſm materiã & paſſiones } .i. accidentia quæ ambo ſunt indeterminata. Nam & accidẽs determinatur & diffinitur per ſubiectum, & materia per id ad quod eſt in potentia. Vltimo epilogat quod dictum eſt, & eſt manifeſtum. Lectio. VII.

Cum autem ſit diſtinctum quot modis ipſum prius dicatur, patet actum potentia eſſe priorem: atq; non ſolum ea potentia definita, quæ principiũ mutandi in alio, ut eſt aliud dicitur, ſed omnino oĩ principio motionis, atq; quietis. Etenim natura in eodem eſt genere, in quo eſt & potentia ipſa. Eſt E enim principium mouendi, at non in alio, ſed in ipſo ut ipſum eſt. Omnem igitur talem potentiam ipſe actus ratione atq; ſubſtantia antecedit. Tempore uero partim eſt prior, partim non prior.

Te cõ 15. parte.1. Voniam autem ipſum prius, determinatũ eſt quod modis dicitur, palam quia prior ẽ actus potentia. Dico autem potentia non ſolum determinata, quæ dicitur principium permutatiuum in alio inquantum aliud, ſed totaliter oĩ principio motiuo, aut immobilitatiuo Etenim natura in eodem fit. In eodem enim genere potẽtiæ. Principium enim motiuum, ſed non in alio, ſed in aliquo inquantum idem. Omni itaq; tali prior eſt actu ratione & ſubſtantia. Tempore uero, eſt quidem ut ſic, eſt autem ut non.

F Comparat potẽtiã ad actũ ſecũdũ prius & poſterius. Infr. lect. 2. ibi part 5. POSTQVAM determinauit Philoſophus de potentia & actu, hic comparat ea adinuicem, & diuiditur in tres partes. In prima comparat ea adinuicem ſm prius & poſterius. In ſecunda ſm bene & male ibi { Quod autem melior & honorabilior. } In tertia ſm cognitionem ueri & falſi, ibi { Inueniuntur autem & diagramata. } Circa primũ duo facit. Primo proponit quod intendit dicens, ꝙ cum ſupra determinatũ ſit in quinto quot modis prius dicitur, manifeſtum eſt ꝙ actus eſt prior potentia diuerſis modis. Loquimur autem nunc de potentia non ſolum ſm ꝙ eſt principiũ motus in alio, ſm ꝙ eſt aliud, ut ſupra diffinita eſt potentia actiua, ſed uniuerſaliter de omni principio, ſiue ſit principiũ motiuum, ſiue immobilitatis & quietis, aut operatiõis abſq; motus exiſtentis, cuiuſmodi eſt intelligere, quia & natura ad idem pertinere uidetur quod potentia. Eſt enim natura in eodem genere cum potentia ipſa, quia utrunq; eſt principium motus, licet natura non ſit principium motus in alio, ſed in eo in quo eſt, inquantum huiuſmodi, ut manifeſtatur in ſcdo phyſico. & tamen natura non ſolum eſt principium motus, G ſed etiam quietis. Et propter hoc potentia intelligenda eſt nõ ſolum principium motus, ſed ẽt principium immobilitatis. Oĩ ergo tali potentia, actus prior eſt, & rõne, & ſubã, & etiã tẽpe quodammodo, alio uero modo non.

Te c. 3. Actꝰ ẽ prior poteñ rõe & ſubã & aliquo mõ tempore.

Atq; ratione quidem eſſe priorem patet. Ex eo nanq; poſſibile eſt id quod primo poteſt, quia agere poteſt. Aedificatiuum enim id eſt, quod ædificare poteſt: & uiſiuum id quod uidere, & uiſibile id quod uideri poteſt. Eadem eſt & in cæteris ratio. Quare rationem antecedere, cognitionemue cognitione neceſſe eſt.

parte. 2 Ratiõe quidem igitur ꝙ prior, palam. Nam per contingere actu eſſe, poſſibile eſt quod primo poſſibile, puta dico ędificatorem potentem ædificare, & ſpeculatorem ſpeculari, & uiſibile potẽs uideri. Eadem autem ratio & in alijs. Quare neceſſe rõnem præexiſtere, & notitiam notitia.

H Oſtẽdit actũ eẽ priorem potẽtia rõe e parte ſeq: Secũdo oſtendit propoſitum. Et primo ꝙ actus eſt prior potentia ratione. Secundo oſtendit quomodo eſt prior tempore, & quomodo non. ibi { Tempore uero prius. } Tertio oſtendit ꝙ eſt prior ſm ſubſtantiã ibi { At uero & ſubſtantia prius quidem. } Primum ſic probatur. Id per quod oportet alterum diffiniri, eſt prius eo ratione, ſicut animal prius homine, & ſubiectum accidente. Sed potentia non poteſt diffiniri niſi per actum. Nam prima ratio poſſibilis in hoc conſiſtit, ꝙ conuenit ipſum agere uel eſſe in actu, ſicut ædificator dicit qui poteſt ædificare, & ſpeculator qui poteſt ſpeculari, & uiſibile dicitur aliquid quod poteſt uideri, & ſic eſt in alijs. Ergo eſt neceſſarium ꝙ ratio actus præcedat rationẽ potentiæ, & notitia actus notitiam potentiæ. Et propter hoc Te.cõ. 2. ſuperius Ariſt. manifeſtauit potentiam diffiniendo per actũ, actum aũt non potuit per aliquod aliud diffinire, ſed ſolum inductiue manifeſtauit. Deinde cum dicit.

I Tempore autem in eiſdem quidem ſpecie prior eſt: antecedit enim id tempore, quod idem efficit ſpecie, in eodem uero numero ſequitur. Dico auté hoc pacto. Hoc homine qui quidem actu iam eſt, & tritico, ac uidente, materies, & ſemen, ipſumq; uiſiuum, tempore prius eſt. Quæ ſane potentia quidem ſunt, homo, triticum, atq; uidens, ſed nondũ actu. At his alia tempore ſunt priora, quæ actu ſunt, a quibus hæc ipſa ſunt orta. Semper enim ab eo quod iam eſt actu, ex eo quod eſt potentia, ens actu fieri ſolet, ut homo ab homine, muſicus a muſico, ſemper mouente aliquo primo. Id uero quod mouet actu iam eſt, In ſermonibus autem de ſub-
K ſtantia diximus, omne quod fit ex aliquo, atq; ab aliquo fieri, idq; ſpecie idem eſſe.

parte 3 Tempore uero prius, ſpecie idem agens prius, ſed numero non. Dico autem hoc, quia hoc quidẽ homine iam ente ſm actum, & frumento, & uidente, prius eſt tempore materia, & ſemen, & uiſiuum quę potentia ſunt homo, & frumentum, & uidẽs, nondum autem actu. Sed his tempore priora altera entia actu, ex quibus hęc acta ſunt. Semper enim ex poteſtate ente, fit actu ens, ab actu ente, ut hõ ex homine muſicus a muſico, ſemper mouente ali-
Te.cõ.14. quo primo. Mouens aũt actu iam eſt. Dictum eſt aũt in ſermonibus de ſuba, quia omne quod fit, fit ex aliquo, & ab aliquo, & hoc ſpecie idem.

Oſtendit quõ ſit actus potentia prior tpe, & quõ non: &
Oſtẽdit quõ actus ſit prior potẽtia tpe & quõ nõ. parte ſeq: circa hoc duo facit. Primo manifeſtat hoc in potentiis paſſiuis. Secundo in potentiis actiuis quibuſdã. ibi { Quapropter uř impoſſibile. } Dicit ergo primo q̃ actus eſt prior tpe potentia, ita tñ q̃ idem ſpecie eſt prius agens uel ens actu q̃ ens
L in potentia, ſed idem numero eſt prius tpe in potentia q̃ in actu, Quod ſic manifeſtatur. Si. n. accipiamus hunc hoiem q eſt iam actu homo, fuit prius ſm tp̄s materia, quæ erat potẽtia homo. Et ſilr prius tpe fuit ſemen quod potentia eſt frumentum, q̃ frumentum actu, { & uiſiuum, } .i. hñs potentiam uidendi, q̃ uidens in actu. Sed tñ quædam exñtia i actu fuerunt priora ſm tp̄s his exiſtentibus in potentia .ſ. agentia à quibus reducta ſunt in actum. Semper. n. oportet q̃ id qđ eſt in potentia ens, ſit actu ens ab agente, quod eſt actu ens. Vnde homo in potentia fit homo actu ab hoie generante, q eſt ĩ actu. Et ſilr muſicum in potentia reſpicit muſicũ in actu diſcendo a doctore qui eſt muſicus actu. Et ita ſemper eo qđ eſt in potentia eſt aliquid prius quod mouet, & mouens eſt ĩ actu. Vnde relinquitur q̃ licet idem numero prius tpe ſit in potentia q̃ in actu, tñ aliquod ens in actu ſm idem, ſpẽ eſt ẽt
M prius tpe quã ens in potentia. Et quia poſſet aliquis dubitare de quibuſdam quæ dixerat, ideo ſubiungit ea eſſe manifeſta
T.com.22 ſuperius. Dictum eſt .n in ſuperioribus de ſubſtantia .ſ. in. 7. lib q̃ omne quod fit, fit ex aliquo, ſicut ex materia, & ab aliquo ſicut ab agente. Et hoc ẽt agens eſt ſpecie idem cum eo quod fit. Quod manifeſtum eſt in generationibus uniuocis. Sed in generationibus æquiuocis oportet eſſe aliquam ſimitudinem generantis ad genitum, ut ibidem oſtenſum eſt.

Deinde cum dicit.

Quapropter & impoſſibile eſſe uidetur ędificatorem eſſe quẽquam, ſi non antea quicquam ędificauerit; aut citharœdum etiam, niſi antea pulſauerit citharam. Qui nanq; pulſare diſcit, pulſando diſcit pulſare; & in ceteris ſimili modo.

Pare 4. Quapropter & uidetur impoſſibile eſſe ędificatorem eſſe, qui non ędificauerit aliquid: aut citharœdum, qui non citharizauit. Similiter autem &
T.cõ.15. alii. Nam addiſcens citharizare, citharizãs addiſcit citharizare. Similiter autem & in aliis.

Oſtendit ordinem actus & potentiæ ſm tẽpus in quibuſ- N
dam potentiis actiuis, & circa hoc tria facit. Primo oſtendit propoſitum. Dictum enim fuit ſupra, q̃ quædã potẽtiæ operatiuæ ſunt, quas oportet accipere præagentes ſiue præexercitantes ſe in eorum actionibus. Sicut quæ acquiruntur per conſuetudinem uel diſciplinam. Et de his dicit hic q̃ etiam ĩ eiſdem ſm numerum, actus præcedit potẽtiam. Impoſſibile enim uidetur q̃ aliquis fiat ædificator, qui non prius ædificauerit: aut q̃ fiat citharœdus, qui non prius citharizauerit.
Hoc aũt inducit concludens ex præmiſſis. Dictum eſt enim Te.cõ. ſupra, q̃ potentia muſicũ fit actu muſicum à muſico in actu inquantum .ſ. ab eo addiſcit. Et ſilr in aliis eſt artibus. Addiſcere aũt non poterit artem hmõi, niſi exercitando ſe in actu eius. Nam aliquis citharizando, addiſcit citharizare. Et ſilr eſt in aliis artibus. Vnde manifeſtandum eſt q̃ impoſſe eſt haberi hmõi potentias, niſi prius inſint actiones earum etiam ĩ O
eodem ſm numerum. Secundo ibi.

Vnde & redargutio illa ſophiſtica emergebat, qua quempiam non habentem ſcientiam, idem cuius eſt ſcientia facturum inſerebatur. Qui nanq; diſcit, non habet.

Vnde ſophiſticus elenchus factus eſt, quia non parte 5.
habens quis ſcientiam, faciet cuius ſcientia eſt. Addiſcens enim non habet.

Ponit quandam ſophiſticam obiectionem contra prædicta dicens, q̃ quidam { ſophiſticus elenchus factus eſt } ideſt ſyllogiſmus apparens contradicens ueritati, qui talis eſt. Diſcens artem operatur actionem artis. Sed diſcens artem nõ habet artem Ergo qui non habet ſciam nec artem facit id cuius eſt ſcia aut ars. Qđ uř contrarium ueritati. Tertio ibi.

Sed quia eius quod fit, aliquid factũ eſt, & eius omnino quod mouetur, aliquid motũ eſt, (quod quidem in libris de motu patuit demonſtratum) ideo diſcẽtem etiam fortaſſe neceſſe eſt ſcientię qđ habere. Verum & hinc actum, hoc quoq; pacto potentiam priorem eſſe generatione atq; tpe patet. P

Sed quia eius quod fit, factum eſt aliquid: & to parte 6.
taliter eius quod mouetur, motum eſt aliquid: palam autem in his quę de motu hoc. Et diſcentem neceſſe habere aliquid ſcientię forſan. Sic igitur & hoc palam, quia & actus ſit prior potentia ſecundũ generationem & tempus.

Soluit dictam obiectionem aſſignando quoddam, quod dictum eſt & probatum in ſexto phyſicorum. Oſtenſum .ſ. 6. phy.
eſt ibi quòd omne moueri præcedit motum eſſe, propter di Te.c.8 &
uiſionem motus. Oportet enim quòd quacunque parte mo- Te.c.6, xv.
tus data cum diuiſibilis ſit, aliquam partem eius accipi, quæ iam peracta eſt, dum pars motus data peragitur. Et ideo quicquid mouetur, iam quantum ad aliquid motum eſt. Et eadem ratione quicquid fit, iam quantum ad aliquid factum eſt. Licet enim factio in ſubſtantia quantum ad introductio- Q
nem formæ ſubſtantialis ſit indiuiſibilis, tamen ſi accipiatur alteratio præcedens cuius terminus eſt generatio, diuiſibilis eſt, & totum poteſt dici factio. Quia igitur quod fit, quantũ ad aliquid factum eſt, poteſt aliqualem operationem habere quod fit eius ad quod terminatur factio: ſicut quod calefit poteſt aliquo modo calefacere, licet non perfecte, ſicut id quod iam factum eſt calidum. Et ſic cum diſcere ſit fieri ſcientem, neceſſe eſt quòd diſcens quaſi aliquid iam ſcientiæ & artis habeat. Vnde non eſt inconueniens ſi aliqualiter facit operationem artis. Non enim eam facit perfecte, ſicut qui iam habet artem. Sed & in ipſa ratione, naturaliter præinſunt quædam ſemina & principia ſcientiarum & uirtutum, uirtute quorum poteſt homo aliqualiter exire in ſcientiæ & uirtutis actum, antequam habeat habitum ſcientiæ & uirtutis, quo adepto, operatur perfecte, prius autem imperfecte. Vltimo epilogat quod ſupra dictum eſt, ut patet in litera.

Lectio. V I I I.

A At uero ſubſtantia quoq; eſt prior. Primo quidem ex eo, quia quæ poſteriora ſunt generatione, forma atq; ſubſtantia ſunt priora, ut uir puero & homo ſemine. Alterum enim iam habet formam, alterum non habet.

Te.cõ. xv. partic. 1.

AT uero & ſubſtantia prius quidem, quia quæ generatione poſteriora, ſpecie & ſubſtantia ſunt priora; ut uir puero, & homo ſpermate. Hoc quidem .n. iam habet ſpẽm, illud uero nõ.

POSTQVAM Philoſophus oſtendit q̃ actus ẽ prior potentia, rõne, & tpe quodammodo, hic oſtendit q̃ ſit prior ſm ſubam, qđ erat ſuperius tertio propoſitum. Et diuiditur in partes duas. In prima oſtendit propoſitum rõnibus ſumptis ex his, quæ quñq; ſunt in potentia quñq; in actu. In ſecunda uero per comparationem ſempiternorum quæ ſemp ſunt actu, ad mobilia quæ quñq; ſunt in potentia, quñq; i actu. ibi { At uero magis ꝓprie. } Et quia eſſe prius ſm ſubam ẽ eſſe prius perfectione, perfectio aũt attribuitur duabus cauſis .ſ. formæ & fini, ideo duabus rõnibus in parte prima utitur ad propoſitum oſtendendum. Quarum prima ſumitur ex parte formæ. Secunda ex parte finis, quæ ponitur ibi { Et quia oẽ ad principium uadit. } Dicit ergo primo, q̃ non ſolum actus eſt prior potentia & rõne & tpe, { ſed ſuba } .i. perfectione. Noĩe .n. ſubæ conſueuit forma ſignari per quam aliquid ẽſt perfectum. Et hoc quidem primum apparet tali rõne, quia ea quæ ſunt poſteriora in generatione, ſunt { priora ſm ſubam & ſpẽm } .i. perfectione, quia generatio ſemp procedit ab imperfecto ad perfectum, ſicut uir eſt poſterior generatione q̃ puer, nam ex puero fit uir, & homo poſterius generatione q̃ ſperma. Et hoc ideo quia uir & homo iam hñt ſpẽm perfectam, puer aũt & ſperma nõdum. Cum igitur in eodem ſm numerum actus generatione & tpe ſit poſterior potentia, ut ex ſuperioribus patet, ſequitur q̃ actus ſit prior potentia ſubſtantia & rõne. Deinde cum dicit.

B Parte ſeq. — par. ſeq. Actũ eſt ꝓ ſi potentia ſecũdũ ꝓfectionẽ oſtẽdit rõnibus ſumptis ex parte formæ. — Te.cõ. 13.

C Deinde ex eo quia omne quod fit ad principiũ proficiſcitur atq; finem. Id .n. gratia cuius cætera fiunt, principium eſſe conſtat. At generatio finis ipſius eſt gratia, & ipſe actus eſt finis, & huius gratia potentia ſane ſumitur.

part. 2.

Et quia omne ad principium uadit quod fit & finem. Principium enim cuius cauſa, finis uero cauſa generatio. Finis autem actus, & huius gratia potentia ſumitur.

Oñdit idẽ qđ ſupra rõne ſupta ex parte finis. — parte ſeq.

Oñdit idem rõne ſumpta à parte finis, & circa hoc tria facit. Primo proponit rõnem. Secundo manifeſtat quoddam in rõne ſuppoſitum. ibi { Non .n. ut uiſum habeant. } Tertio determinat quoddam quod poſſet facere dubium circa ꝓdicta ibi { Qm̃ uero eſt horum. } Dicit ergo primo, q̃ oẽ q̃ fit uadens ad finem, uadit ad quoddam principium. Nã finis cuius cã fit aliquid eſt qđ principium. Eſt .n. prius in intentiõe agentis, quia eius cauſa fit generatio. Sed actus eſt finis potẽtiæ, ergo actus eſt prior potẽtia & principium quoddã eius. Deinde cum dicit.

D Non enim animalia uident, ut habeant uiſum; ſed ut uideant, uiſum habent.

part. 3.

Non enim ut uiſum habeant, uident animalia, ſed ut uideant, uiſum habent.

Oñdit actũ eſt finẽ potẽtiæ.

Oñdit qđ ſupra poſuerat .ſ. q̃ actus ſit finis potentiæ. Qđ quidem primo manifeſtat in potentiis actiuis naturalibus dicens, q̃ aĩalia non uident, ut habeant potẽtiam uiſiuam: ſed magis hñt potentiam uiſiuam, ut uideant. Et ſic manifeſtum eſt q̃ potentia eſt ꝓp actum, & non ecõuerſo. Secundo ibi.

Similiter & ut ædificent ac contemplentur, ædificandi contemplãdiq; facultatem homines habẽt. Sed non contemplantur ut habeãt facultatem, niſi qui meditantur. Atq; hi non contẽplantur, ſed aut hoc pacto, aut talis non indigent cõtemplationis.

part. 4

Similiter autem & ędificandi ſcientiam ut ædificent, & theoricam habent ut ſpeculentũr. Sed non ſpeculantur ut theoricam habeant niſi meditãtes. Hi autem non ſpeculantur, ſed inquãtum ſic. Aut quia non egent ſpeculari. E

Oñdit idẽ i potẽtiis rõnalibus.

Manifeſtat idem in potentiis rõnalibus dicens, q̃ ad hoc hoĩes potentiam hñt ædificandi ut ædificent, ad hoc habent { theoricam } .ſ. ſciam ſpeculatiuam, ut ſpeculentur. Non aũt ſpeculantur ut habeant theoricam, niſi addiſcentes, qui meditantur ea quæ ſunt ſciæ ſpeculatiuæ, ut acquirant eam. Et hi non perfecte ſpeculantur, ſed quodammodo & imperfecte, ut ſupra dictum eſt: quia ſpeculari non eſt ꝓp aliq̃ indigentiam, ſed ſcia iam habita uti. Diſcentium aũt ſpeculatio eſt, quia indigent acquirere ſciam. Tertio ibi.

Præterea materies eſt potentia, propterea quod ad formam accedere poteſt. Cum eſt autem actu, tunc eſt in forma. Simile eſt in cæteris, & quorum finis eſt motio. Quapropter ut ii qui docent, cum diſcipulum operantem oſtenderint, finem iam reddidiſſe arbitrantur. F

Te.cõ. 16. partic. v.

Amplius autem materia potentia eſt, donec ueniat ad ſpeciem. Quando uero actu eſt, tunc eſt in ſpecie. Similiter autem & in aliis, & quorum motus eſt finis. Propter quod ſicut docẽtes, operantẽ oſtendentes, putãt finem reddidiſſe, & natura ſiſr.

Oñdit idẽ i potẽtiis paſſiuis.

Manifeſtat idem in potentiis paſſiuis dicens, q̃ materia eſt in potentia donec ueniat ad formam uel ſpẽm. Sed tunc primo eſt in actu, qñ habet ſpẽm. Et ita eſt in oĩbus aliis quæ mouentur ꝓp finem. Vnde ſicut docentes putant ad finem pertingere, qñ demonſtrant diſcipulum quem inſtruxerunt operãtem ea quæ ſunt artis, ita & natura pertingit ad finem qñ conſequitur actum. Et ſic manifeſtum eſt q̃ actus eſt finis in motu naturali. Quarto ibi.

G Alioquin ille Mercurius erit Paxonas. Erit .n. incertum, ſi ſcientia intus an extra ſit perinde ut ille, ſic & ipſa natura facit. Nam ipſum opus ẽ finis. Ipſa autem operatio eſt ipſum opus. Idcirco & nomen ipſum operatio ab opere dř, atq; ad actũ tẽdit.

Partic. 6.

Nã ſi non ſit ita, Paxonas Mercurius erit. Non manifeſtius enim & ſciẽtia ſi interius aut exterius, quemadmodũ ille. Opus .n. finis. Actus aũt opus. Propter quod & nomen dicitur actus ſecundum opus, & tendit uerſus endelechiam.

Opus eſt finis. — Manifeſtat idẽ ducẽdo ad impoſſ.

Manifeſtat propoſitum deducendo ad inconueniens dicẽs q̃ ſi perfectio & finis non conſiſterent in actu, tunc non uideretur differentia inter aliquem ſapientem, ſicut fuit Mercurius, & aliquem inſipientem, ſicut fuit Paxonas. Si enim perfectio ſcientiæ non eſſet in agendo, non eſſet Mercurius manifeſtatus in ſua ſcientia, ſi haberet { ſciẽtiam interius } ſcilicet quantum ad interiorem actum, { aut exterius } q̃tũ ad exteriorem actum, ſicut nec Paxonas. Nam per actum ſciæ manifeſtatur aliquis eſſe ſciens, & non per potentiam. Operatio .n. eſt finis ſciæ. Operatio aũt eſt actus quidã. Propter quod & nomen actus dicitur ab operatione, ut ſupra dictum eſt. Et inde deriuatum eſt ad formam, quæ dicitur endelechia ſiue perfectio. Deinde cum dicit. H

Te.cõ. 7.

Quãquam aũt in quibuſdam ultimum eſt ipſe uſus, ut uidendi potẽtiæ uiſio, ubi nihil aliud a uiſu fit opus. in quibuſdã fit aliquid pręter uſum, ut ab extruendarũ ædium facultate præter ædificationẽ fit domus. In utriſq; tñ actus erit potentiæ finis & ſi magis in illis finis eſſe uidetur. Etenim ędificatio in eo eſt quod ædificatur, & fit atq; eſt una cũ ædibus ipſis. In quibus igiť aliud quippiã eſt qđ fit ꝑter uſum, eorũ actus in eo quod efficiť ineſt, qualis eſt ædificatio atq; actus texẽdi. Illa .n. in eo qđ ædificať, hæc in eo quod texitur ineſt. Et i cęteris identidẽ quæ talem ſubeũt rõnem. Atq; omni-

I no motus ipſe in eo eſt quod mouetur. In quibus autem præter actum nõ eſt aliud quicquam opus, in iis ipſis eſt ipſe actus. Nam uiſio in eo eſt ſane ꝙ uidet, & contemplatio in eo quod contemplatur, & uita in anima. Quapropter & felicitas ipſa, quippe cum ſit uita quædam.

parti. 7. Quoniam uero eſt horũ quidem ultimũ uſus, ut uiſus uiſio, & præter hanc nullum fit alterum a uiſu opus; a quibuſdam uero fit aliquid, ut ab ędificatoria, domus præter ædificationem. Tamen non minus quidem hic finis, hic autem magis finis potentiæ eſt; Nam ędificatio in ædificato, & ſimul fit & eſt cum domo. Quorumcunq; igitur aliquid al

K terum eſt, quod fit præter uſum, horum actum in facto eſt: ut ædificatio in ędificato, & contextio in contexto. Similiter auté & in aliis. Et totaliter motus in eo quod mouetur. Quorum uero non eſt aliquod aliud opus præter actionem, in ipſis exiſtit actio, ut uiſio in uidente, & ſpeculatio in ſpeculante, & uita in anima. Quare & felicitas. Vita nãq; qualis quædam eſt.

Opus nõ ẽ finis vl'r, ſꝫ i aliqbus operatum.

Manifeſtat quoddam quod poterat eſſe dubium circa ꝑdicta. Quia enim dixerat ꝙ opus eſt finis, poſſet aliquis credere ꝙ hoc eſſet uerum in omnibus. Sed ipſe hoc remouet dicens, ꝙ quarundam actiuarum potentiarum ultimus finis ẽ ſolus uſus potentiæ, & non aliquid operatum per actionem potentiæ, ſicut ultimus finis potentiæ uiſiuæ eſt uiſio. Et ꝓter eam non fit à potẽtia uiſiua aliquod opus operatum. In quibuſdam uero potentiis actiuis fit aliquod opus præter actionem, ut ab arte ædificatiua fit domus præter ipſam ædificationem. Tamen hæc differentia non facit ꝙ in aliquibus harum potentiarum minus ſit actus finis potentiæ, & in aliquibus magis, quia ipſa actio eſt in facto, ut ædificatio in eo qđ

L ædificatur. Et ædificatio ſimul fit & habet eſſe cum domo.

Actio terminata ad paſſum ẽ i ipſo paſſo. Actio uero imanẽs ẽ i agẽte.

Vnde ſi domus aut ædificatum ſit finis, non excluditur quin actus ſit finis potentiæ. Talis autem differentia inter prædictas potentias eſt conſideranda, ꝙ quando præter actum ipſum potentiæ, qui eſt actio ſit aliquod operatum, actio taliũ potentiarum eſt in facto, & actus facti, ut ædificatio in ædificato, & contextio in cõtexto, & vl'r motus in moto. Et hoc ideo quia quando per actionem potentiæ, conſtituitur aliqđ operatum, illa actio perficit operatum, & non operantem. Vnde eſt in operato ſicut actio & perfectio eius, non autem in operante. Sed quando non eſt aliquod opus operatum ꝑter actionem potentiæ, tunc actio exiſtit in agente & ut perfectio eius, & non tranſit in aliquid exterius perficiendum, ſicut uiſio eſt in uidente ut perfectio eius, & ſpeculatio in ſpeculante, & uita in anima, ut per uitam intelligamus opera uitæ.

Felicitas eſt operatio & uita pfecta.

Vnde manifeſtum eſt ꝙ etiam felicitas in tali operatione conſiſtit, quæ eſt in operante, non quæ tranſit in rem exte-

M riorem, cum felicitas ſit bonum felicis & perfectio eius. Eſt enim aliqua uita felicis, ſcilicet uita perfecta eius. Vnde ſicut uita eſt in uiuente, ita felicitas in felice. Et ſic patet ꝙ felicitas non conſiſtit nec in ædificando, nec in aliqua huiuſmodi actione quæ in exterius tranſeat, ſed in intelligendo & uolẽdo. Vltimo autem cum dicit.

Quare ſubſtantiam ipſam ac formam actũ eſſe patet. Ex hac igitur ratione dilucidum euaſit, actũ ſubſtantia, potentia ipſa priorem eſſe. Et uti diximus, tempore ſemper alium actum alius antecedit uſq; ad primi ſemper mouentis actum.

Te. cõ 17. parti. 8. Quare manifeſtum ꝙ ſubſtãtia & ſpecies, actus quidam eſt. Secundum hanc itaq; rationem, palam quia prior ſubſtantia, eſt actus potentia. Et ut diximus, tempore ſemper præaccipitur actus alius ante alium, uſq; ad eũ qui eſt ſemꝑ mouẽtis principiũ.

Redit ad concludendum principale propoſitum dicens, ꝙ manifeſtum eſt ex prædictis ꝙ ſubſtantia & forma & ſpecies eſt actus quidam. Et ex hoc manifeſtum eſt ꝙ actus eſt prior quàm potentia ſm ſubſtantiam & formam. Et eſt prior tpe, ut ſupra dictum eſt, quia ſemper prius exigitur actus ſm quẽ generans, aut mouens aut faciens eſt actu, ante alterum actũ quo generatum uel factum eſt in actu, poſtꝗ fuit in potẽtia, quouſq; ueniatur ad primum mouens quod eſt in actu tm̃. Id. n. quod exit de potentia in actum, requirit actum præcedentem in agente à quo reducitur in actum. Lectio. IX. N

At uero magis etiã proprie, prior ipſe actus potentia eſſe uidebitur. Res enim perpetuę priores ſunt eis ſubſtantia, quæ oriuntur & occidunt. Eſt autem res perpetua potentia nulla.

A T uero magis ꝓprie ſempiterna, priora ſubſtantia ſunt corruptibilibus. Eſt autem nihil potentia ſempiternum. O

S V P E R I V S probauit Ariſt. ꝙ actus erat prior potentia, ſubſtantia, diffinitione, & perfectione, per rationes ex ipſis corruptibilibus ſumptas. Hic autem idem oſtendit per comparationem ſempiternorum ad corruptibilia. Et diuiditur iſta pars in duas. In prima oſtendit propoſitum. In ſecunda ex propoſito oſtenſo excludit quoddam à Platone dictum, ibi { Si ergo aliquæ ſunt naturæ. } Et circa primũ duo facit. Primo oſtẽdit propoſitum, & hoc tali ratione. Sempiterna comparantur ad corruptibilia ſicut actus ad potentiam. Nam ſempiterna inquantum huiuſmodi non ſunt i potentia, corruptibilia uero inquantum huiuſmodi in potentia ſunt. Sed ſempiterna ſunt priora corruptibilibus ſubſtantia & perfectione. Hoc enim manifeſtum eſt Ergo actus eſt potentia prior ſubſtantia & perfectione. Dicit autem ꝙ hac ratione magis proprie oſtenditur propoſitum, quia non aſſumitur actus & potentia in eodem, ſed in diuerſis, quod facit probationem magis euidentem. Secundo ibi.

Ratio cuius hæc eſſe uidetur. Omnis potentia nimirum ſimul eſt contradictionis. Quod enim eſſe nequit, id nulli competet unquam. Fieri autem põt ut poſſibile omne nõ operetur. Fieri ergo poteſt, ut id & ſit & nõ ſit, quod eſt poſſibile eſſe. At ut id non ſit quod poſſibile eſt non eſſe, fieri ſane poteſt. Quod autem fieri poteſt ut non ſit, id corruptibile eſt, aut ſimpliciter, aut hoc ipſo quo fieri poſſe dicitur ut non ſit, aut loco, aut quantitate, aut qualitate. Abſolutæ uero ſubæ rõne. P

Ratio uero hęc. Omnis potentia ſimul contradictionis eſt. Quod quidem enim eſt non poſſibile exiſtere, non utiq; exiſtet in aliquo. Poſſibile autẽ omne, contingit non actu eſſe. Quod igitur poſſibile eſſe, contingit eſſe & non eſſe. Idem igitur poſſibile eſſe & non eſſe. Poſſibile uero non eſſe, contingit non eſſe. Contingens autem non eſſe, corruptibile, aut ſimpliciter hoc ipſum qđ dicitur contingere non eſſe, aut ſm locum, aut ſm quantum, aut ſm quale. Simpl'r aũt quod ſm ſubſtantiam. Q

Probat quod ſuppoſuerat. ſ. ꝙ nullum ſempiternum ſit in potentia, & circa hoc duo facit. Primo ponit rationem ad oſtendendum hoc, quæ talis eſt. Omnis potentia ſimul ẽ contradictionis. Dicitur autem hic non de potentia actiua. Iam enim ſupra dictum eſt ꝙ potentiæ irrationales nõ ſunt ad oppoſita. Sed loquitur hic de potentia paſſiua, ſecundum quam aliquid dicitur poſſibile eſſe & non eſſe, uel ſimpliciter, uel ſm quid. Hoc autem quod poſuerat manifeſtat per oppoſitum, quia ubi non eſt talis potentia, non contingit utraque pars contradictionis. Nam quod non eſt poſſibile eſſe, nunquam in aliquo eſt. Si enim non eſt poſſibile eſſe, impoſſibile eſt eſſe, & neceſſe eſt non eſſe. Sed id

quod

A quod poſsibile eſt eſſe, contingit non eſſe in actu. Manifeſtũ eſt ergo q illud quod poſsibile eſt eſſe, contingit eſſe & non eſſe. Et ſic potentia ſimul contradictionis eſt, quia idem eſt in potentia ad eſſe & non eſſe. Sed id quod poteſt non eſſe, contingit non eſſe. Hæc enim duo æquipollent. Quod aũt contingit non eſſe, eſt corruptibile, uel ſimpliciter, uel ſm quid prout dicitur contingere non eſſe. Sicut ſi contingat aliquod corpus non eſſe in aliquo loco, illud eſt corruptibile ſm locum. Et ſimiliter eſt de quanto, & de quali. Sed ſimpliciter eſt corruptibile, quod poteſt non eſſe ſm ſubſtantiam. Relinquitur ergo quod omne quod eſt in potentia, inquantum huiuſmodi, corruptibile eſt. Secundo ibi.

Nihil enim eorum quę ſimpliciter corruptionẽ non ſubeunt, potentia eſt abſolute. Vt aliqua uero ex parte ſit, nihil obſtare uidetur, uelut quale uel

B ubi. Actu ergo ſunt uniuerſa.

Parte. 3.

Nihil ergo incorruptibilium ſimpliciter, potentia eſt ens ſimpliciter. Aliud autem nihil prohibet ut quale, aut ubi. Actu ergo omnia.

Infert concluſionem ex põne præmiſſa intentam, & circa hoc tria facit. Primo concludit propoſitum circa ſempiterna inferens ex prædictis, q ſi omne quod eſt in potentia eſt corruptibile, ſequitur q nullum incorruptibilium ſimplr, ſit ens in potẽtia, ut accipiamus incorruptibile ſimplr, & ens in potentia ſimplr ſm ſubam Sed nihil prohibet id quod eſt incorruptibile ſimplr, eſſe in potentia ſm quid, aut ſm quale, aut ubi. Vt luna eſt in potentia ut ſit illuſtrata à ſole, & ſol eſt in potentia cum eſt in oriente q ſit in occidente. Patet ergo ex prædictis q omnia ſempiterna inquantum huiuſmodi, ſunt in actu. Secundo ibi.

Corruptibile duplex.

Neq; eorum quę neceſſario ſunt, at hęc ſunt prima. Si.n. hęc non eſſent, nihil eſſet profecto.

Parte. 4.

C Nec eorum quę ex neceſsitate ſunt. Et quidem ipſa prima. Nãq; ſi hęc non eſsent, nihil utiq; eſſet.

Concludit idem de neceſſariis quod concluſerat de ſempiternis, quia etiam. In ipſis rebus corruptibilibus ſunt quædam neceſſaria, ut hominem eſſe animal, omne totum eſſe maius ſua parte. Dicit ergo quod neq; aliquid eorũ quæ ſunt ex neceſsitate, in potẽtia eſt. Quæ enim neceſſaria ſunt, ſemper ſunt in actu, & non poſſunt eſſe & non eſſe. Ea uero quæ ſunt neceſſaria, ſunt prima inter oĩa, quia eis ablatis nihil remanet aliorum, utpote ſi tollerentur eſſentialia prædicata quæ neceſſario prædicantur, non poſſent ineſſe accidentalia prædicata, quæ contingit ineſſe & non ineſſe. Et ſic relinquit q actus eſt prior potentia. Tertio ibi.

Neceſſaria ut ſic ñ ſunt i potentia. Neceſſaria ſunt ſp actu, & ſi conſe. quẽs ſempiterna.

Neq; igitur motus is eſt potentia, qui ſempiternus eſt. Neq; ſi quid perpetuo mouetur potentia motu cietur, niſi ea ratione, qua ex hoc in hunc terminum proficiſcitur. Huiuſce uero nihil prohibet materiam eſſe.

Neq; utiq; motus ſi quis eſt ſempiternus, nec ſi

Parte. 5.

D quid motum ſempiternum, non eſt ſecundum potentiam motum, niſi unde quo. Huius autem materiam nihil prohibet exiſtere.

Concludit idem de motu ſempiterno, quod concluſerat de ſubſtantiis ſempiternis, & circa hoc tria facit. Primo ex prædictis concludit propoſitum dicens, q ſi aliquis motus eſt ſempiternus, ille motus non eſt in potentia, nec id qđ mouetur eſt in potentia ad motum, ſed eſt in potẽtia {unde quo,} ideſt ut ab hoc in id tranſeat. Cum enim motus ſit actus exiſtentis in potentia, oportet omne quod mouetur eſſe in potentia ad terminum motus, non autem ad ipſum moueri, ſed ad aliquod ubi quo tẽdit per motum. Et quia quod mouetur oportet habere materiam, ſubiungit quod nihil prohibet id quod mouetur motu ſempiterno habere materiam, quia licet non ſit in potentia ad moueri ſimpliciter, eſt tñ in potentia ad hoc uel ad illud ubi. Secundo ibi.

Hic hñs ex pſſe a phõ q̃ cœlo ſit materia. Mot' ſẽpiternus uſ ſic ñ ẽ i potentia, & ſiñ motum.

E Quocirca ſol atq; aſtra ſemper operantur, atque mouentur, totumq; cœlum. Atq; non eſt pertimeſcendum ne tãdem ſtent, moueriq; deſinant, quod quidem naturales philoſophi pertimeſcunt. Neq; id agentia defatigantur. Motus.n. ipſis non uti rebus caducis atq; mortalibus circa contradictionis potentiam competit, ut laborioſa ſit ipſa continuatio motus. Huius.n. cauſa ſubſtãtia eſt ea, quę materies eſt atq; potentia, & non actu.

Propter quod agit ſemper ſol, & aſtra, & totum cœlum. Non eſt autem timendum, ne quando ſtent, quod timent qui de natura. Neq; laborant hęc agentia. Non enim ineſt potentia contradictionis ipſis, ut corruptibilibus motus, ut laborioſa ſit continuatio motus Nam ſubſtantia materia, & potentia non actu cauſa huius. F

Parte. 6.

Concludit quoddam corollarium ex dictis Quia n. quod mouetur motu ſempiterno, non eſt in potẽtia ad ipſum moueri, motus autem cœli ſempiternus eſt, ſm quod traditur in libro. 8. phyſi ſequitur quod ſol & aſtra & totum cœlum ſemper agant, quia ſemper mouentur, & per motum ſuum agunt. Nec eſt timendum q aliquando motus cœli ſtet, ut {timuerunt quidam naturales} ſcilicet Empedocles & ſequaces eius, qui poſuerunt q per litem & amicitiam mũdus quandoq; corrumpitur, & rurſus reparatur. Et ideo dicit nõ eſſe timendum, quia non ſunt in potentia ad non mouere Et propter hoc etiam non corruptibilia, in eo q mouentur, nõ laborant. Non enim ineſt eis {potentia contradictionis} ſcilicet ut moueantur & non moueantur ſicut eſt in corruptibilibus, quæ hæc habent per motum, & ita per hunc modũ continuus motus ſit eis motus cum labore. Quod enim corruptibilia laborent in eo q mouentur cauſa eſt, quia ſunt in potentia ad moueri & non moueri, & non habent hoc ex natura ſubſtãtiali ſua q ſemper moueantur. Vnde uidemus q tanto aliquis motus eſt laborioſior, quanto etiam natura rei eſt propinquior ad non moueri. Sicut patet q moueri ſurſum in animalibus laborioſum eſt. Quod autem hic dicitur de perpetuitate motus cœli, dicitur ſm conuenientiam naturæ corporis cœleſtis, quam experti ſumus. Sed hoc non præiudicat diuinæ uoluntati, à qua dependet motus cœli & eſſe eius. Tertio ibi.

Probat per totum. Lectio. 5.

G

Motus cœli eſt ex ſe poſsibilis ſẽpiternus, ſed cum ſit erit ex diuina uoluntate.

Rerum autem eę quę corruptionem mutationemue ſubeunt, ut terra, ut ignis, res ipſas perpetuas imitantur. Etenim ſemper operantur. Per ſe enim motum & in ſeipſis habent.

Imitantur autem incorruptibilia, & quę in trãſmutatione ſunt entia, ut terra & ignis. Etenim hęc ſemper agũt. Nam ſm ſe & in ſeipſis habẽt motũ.

Te. cõ. 15. part. 7.

Comparat corpora corruptibilia corporibus incorruptibilibus in agendo, & primo quantum ad ſimilitudinẽ dicẽs, q corpora eorum quorum eſſe eſt in tranſmutatione, imitãtur corpora incorruptibilia in eo q ſemper agũt, ſicut ignis qui ſm ſe ſemper calefacit, & terra quæ ſm ſe ſemper facit operationes proprias & naturales. Et hoc ideo eſt, quia habẽt motum & operationem ſuam propriam ſm ſe, & in eis, inquantum ſ formæ eorum ſunt principia talium motuum & actionum. Secundo ibi.

Conuenientia corruptibiliũ incorruptibiliũ corporũ i agẽdo.

H

Cæterę uero potentię de quibus eſt definitum, contradictionis ſunt uniuerſæ. Quod.n. hoc pacto mouere põt, põt & nõ hoc pacto mouere. Dico aũt eas oẽs quę ſunt participes rõnis. Expertes uero rationis, præſentia nimirum abſentiaq; potentiæ cõtradictionis eædem erunt.

Potẽtiæ uero aliæ de quibus diffinitum eſt, oẽs cõtradictionis ſunt Nã poſe, ſic mouere põt, & nõ ſic, quæcunq; ſm rõnem. Irrõnabiles uero p aliud eſſe, & non, contradictionis erunt eædem.

Parte. 8.

Dña corũ dñ ſcḋr i agẽdo. Lectio 2. Tã potẽtiæ rõnales ꝙ irrõnales ſũt cõ tradi-ctiõnis, licet diuerſimode.

Ponit comparationẽ ſm diſſimilitudinem dicens ꝙ aliæ potentiæ rerum mobilium, de quibus ſupra determinatum eſt, omnes ſunt contradictionis, econtrario rebus ſempiternis, quæ ſemper ſunt in actu. Sed diuerſimode. Nam potẽtiæ rationales ſunt contradictionis, eo ꝙ poſſunt mouere ſic, uel non ſic, ut ſupra dictum eſt. Potentiæ uero irrationales operantur uno modo. Sed & ipſæ ſunt contradictionis per hoc ꝙ poſſunt ad eſſe & non eſſe ſicut animal poteſt amittere potentiam uiſiuam. Deinde cum dicit.

Quod ſi naturæ quædam ſubſtantiæq; ſunt tales, quales ii qui circa doctrinas uerſati ſunt, ipſas ideas inquiunt eſſe: longe magis quippiam ſciens quam ipſa ſcia, & quippiam itidem quod moueaſ, quam motus erit. Hæc.n. magis actus, illa potẽtiæ ſunt iſtorum. Actum igitur potentia principioq;

K omni mutandi priorem eſſe, ex hiſce quę dicta ſũt perſpicuum iam euaſit.

partic. 9.

Si ergo aliquę ſunt naturę tales aut ſubſtantię, quales dicunt qui in rationibus ideas, multo magis ſciens utiq; erit aliquid quã per ſe ſcia, & motũ quã motus. Hic.n. actus magis, illę autẽ potentiæ horum. Quod quidem igitur eſt prius actus potẽtia, & omni principio mutabili, palam.

Ex dictis arguit contra platonẽ ideas.

Ex præmiſſis excludit quoddam à Platone poſitum. Ponebat.n. Plato formas ſeparatas, quas maxime eſſe dicebat ſicut ſi ponerem ſ. iam eſſe ſeparatam, quam uocabat per ſe ſciam, & dicebat ꝙ hoc erat principaliſſimum in genere ſcibilium, & ſilr per ſe motum in genere mobilium. Sed ſm poſtenia, aliquid erit primo in genere ſcibilium ꝙ per ſe ſcia. Oñſum eſt.n. ꝙ prior eſt actus perfectione ꝙ potentia. Scia enim ipſa eſt quædam potentia. Vnde conſideratio quæ eſt actus eius erit ea potior, & ſic de aliis hmõi. Vltimo epilogat

L quod dictum eſt. ſ. ꝙ actus eſt prior potentia & oĩ principio motus.

Lectio. X.

At præſtabiliorem ẽt potentia ſtudioſa honorabilioremq; eſſe, ex hiſce patere põt. Vnumquodq; enim eorum quæ poſſe dñt, idem contraria põt: ceu idem eſt quod dr̃ ſanum eſſe poſſe, & ęgrotare, ac ſimul. Eſt.n. eadem potentia ſanitatem morbumq; ſuſcipiendi, & quieſcendi ſubeundiq; motum: & eadem facultas extruendi deſtrũendiq; domum, & eadem item potentia qua extrui domus atq; deſtrui põt. Poſſe igitur cõtraria, ſimul eſt, uti patet. At ut contraria ſimul ſint, minime fieri põt: ceu ſanum eſſe ac ægrotare. Quare alterum horũ ſit bonum neceſſe eſt. At poſſe, æque eſt ad utrũq; uel ad neutrum ſane accommodatur. Actus ergo potentia preſtabilior eſſe uidetur.

Te. cõ. 19. partic. 1.

M Quod aũt & melior & nobilior & honorabilior ſtudioſa potentia actus, ex his eſt palã. Quę unq; n. ſm poſſe dñt, idem eſt potẽs contraria: ut quod dicitur poſſe conualeſcere, idẽ eſt & languens. Et ſimul. Eadem.n. potentia cõualeſcendi & laborandi, & quieſcendi & mouendi, & ędificandi & deſtruendi, & ędificandi & corruẽdi. Poſſe quidem igitur contraria, ſimul exiſtit. Contraria uero impoſſe ſimul exiſtere, ut ſanum eſſe & laborare. Quare neceſſe horum alterum eſſe bonum. Poſſe uero ſilr utrunq;, aut neutrum. Actus uero melior eſt.

Alia. 1. ergo

Act⁹ ĩ bõis melior ꝙ potentia.

POSTQVAM comparauit Philoſophus actũ & potentiam ſm prius & poſterius, hic comparat ea ſm bonum & malum, & circa hoc duo facit. Primo dicit ꝙ in bonis actus eſt melior potentia. Quod quidem manifeſtum ex hoc ꝙ id quod eſt potentia, eſt idem in potentia exiſtens ad contraria. Sicut quod põt conualeſcere, hoc põt infirmari, & ſimul eſt in potentia ad utrunq;. Et hoc ideo quia eadem eſt potentia utriuſq;, conualeſcendi & laborandi, & quieſcẽdi & mouendi, & aliorum hmõi oppoſitorum. Et ita patet ꝙ aliquid ſimul põt contraria, licet contraria nõ poſſint ſimul eſſe actu. Contrariorum igitur utrunq; ſeorſum, eſt hoc qdẽ bonum, ut ſanum: aliud uero malum, ut infirmum. Nã ſem per in contrariis unum eſt ut deficiens, quod ad malum pertinet. Sic igitur quod eſt bonum in actu, eſt tm̃ bonum. Sed potentia ſe habet ſilr {ad utrunq;}. ſ. ſm quid quod eſt eſſe in potẽtia. Habet aũt neutrum ſimplr, quod eſt eſſe in actu. Relinquitur igitur ꝙ actus eſt melior potentia, quia quod ẽ ſimplr & pure bonum, eſt melius eo quod eſt ſm quid bonũ & coniunctum malo. Secundo ibi. N

In malis aũt finem actumue potentia deteriorẽ eſſe neceſſe eſt. Idem eſt enim quod ambo contraria poteſt.

O Neceſſe autem & in malis, finem & actum eſſe deteriorem potentia. Quod enim potens idem cõtraria ambo. parte. 2.

Actus ĩ malis peior eſt potentia.

Oſtendit ꝙ econtrario in malis eſt actus peior potentia, & circa hoc tria facit. Primo oſtendit propoſitum ex rõne ſupra inducta, quia id quod eſt ſimplr malum, & non ſe habens niſi ad malum, eſt peius eo quod eſt ſm quid malum, & quod ſe habet ad malum & ad bonum. Vnde cum potentia ad malum nondum habeat malum niſi ſm quid, & eadem ẽ ad bonum, nam idem eſt potentia quod eſt ad contraria, relinquiſ ꝙ actus malus eſt peior potentia ad malũ. Scḋo ibi.

Patet ergo malum ipſum non eſſe quid pręter res ipſas. Malũ namq; potẽtia poſterius eſt natura.

Palam ergo quia non eſt aliquid pręter res. Poſterius.n. ipſi naturę malum quam potentia. par. 3.

Malũ nõ ẽ aliq̃ natura præter res.

Concludit ex dictis ꝙ ipſum malum non eſt quædam natura præter res alſ, quæ ſm naturam ſunt bonæ. Nam ipſum malum ſm naturam eſt poſterius ꝙ potentia, quia eſt poſterius & magis elongatum à perfectione naturæ. Vnde cum potentia non poſſit eſſe alia præter res, multo minus ipſum malum. Tertio ibi.

Nec ĩ iis ergo quę ſunt perpetua mali quicquã eſt, aut peccati, aut corrupti. Etenim mali rationẽ corruptio ſubit.

P Non ergo nec in eis quę a principio & ſempiternis, nihil eſt neq; malum, neq; peccatum, neq; corruptum. Etenim corruptio malorum. parte. 4.

In ſempiternis ut ſic nõ ĩ malũ neq; peccatum.

Inducit aliam concluſionẽ. Si.n. malum non eſt niſi poſt potentiam, potentia aũt nõ inuenitur in rebus ſempiternis, ut ſupra oſtenſum eſt, non erit in eis aliquod malum, neque peccatum, neq; alia corruptio. Nam corruptio quoddam malum eſt. Eſt hoc aũt intelligendum inquantum ſunt ſempiterna & incorruptibilia. Nam ſm quid, nihil prohibet in eis eſſe corruptionem, ut ſm ubi; aut ſm aliquid huiuſmodi.

Inueniuntur autẽ & ipſę deſignationes geometricę actu. Diuidentes.n. inueniuntur. Quod ſi eſſent diuiſę, eſſent utiq; manifeſtę. Nunc aũt poten-

Q tia inſunt. Cur triãgulus ſuos angulos duobus rectis ęquales habet? Quia anguli qui ſunt circa unũ punctũ, ſunt duobus rectis ęquales. Quod ſi ęque diſtans a latere eſſet perducta, continuo pateret uidenti cur is angulus, qui eſt in ſemicirculo rectus eſt abſolute. Quia tres ſunt ęquales, duę in quas ẽ baſis diuiſa, & ea quę eſt erecta e medio ſuper illã. Quę ſi is uiderit qui id antea ſciuiſ qḋ inde ſequiſ illud ſibi profecto continuo patefiet. Quare patet ea quę ſunt potentia, inueniri ſi redigãtur ad actũ. Et cã eſt in promptu. Ipſe.n. actus eſt intellectio. Quare ex actu, potentia ipſa deducitur. Et idcirco facientes cognoſcũt. Is.n. actus qui eiuſdem eſt numero, poſterior eſt generatione.

Inueniuntur

A Inueniuntur autem & diagramata actu. Nam diuidentes inueniunt. Si ergo eſſent diuiſa manifeſta utiq; eſſent. Nunc autem inſunt potētia. Propter quid duo recti trigonum? quia qui circa unū punctum anguli ęquales duobus rectis. Si ergo educeretur qui iuxta coſtam, uidenti utiq; ſtatim eſſet palā. Propter quid in ſemicirculo rectus uniuerſaliter? quia ſi ęquales tres quę baſes duę, & quę ex medio ſuperſtans recta uidenti, palam ei qui illud ſciunt. Quare palam quia potētia entia ad actū reducta inueniuntur, cauſa uero quia intelligentia eſt actus. Quare ex actu potētia, & propter hoc facientes cognoſcunt. Poſterius enim generatione

Tex. co. 10. Parti. 5.

B quę ſm numerum actus.

Actus eſt magis cognoſcibilis potētia eſſendo.


Poſtquam comparauit potētiam, & actum ſm prius & poſterius & bonum & malum, hic comparat eadem ſm intelligentiam ueri & falſi. Et circa hoc duo facit. Primo comparat ipſa ſm intelligere. Secunda uero ſm ueritatem & falſitatem, ibi { Quoniam uero ens. } Dicit ergo prima { q diagramata } ideſt deſcriptiones geometriæ, { inueniunt } ideſt per inuentionem cognoſcuntur ſm diſpoſitionem figurarum in actu. Geometræ enim inueniūt uerum quod quærunt diuidendo lineas & ſuperficies. Diuiſio autem reducit in actum quod erat in potentia. Nam partes cōtinui ſunt potentia in toto ante diuiſionem. Si autem omnia eſſent diuiſa ſm quod requirit inuentio ueritatis, manifeſtæ eſſent cōcluſiones quæſitæ. Sed quia in prima protractione figurarum ſunt in potentia huiuſmodi diuiſiones, ideo non ſtatim fit manifeſtum quod quæritur. Hoc autē notificat per duo exēpla, quorum pmum eſt circa quæſitum quare { trigonum eſt duo recti, } .i. quare triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis: Quod quidem ſic demonſtratur.

C



D

Sit triangulus a.b.g. & protrahatur baſis a.g. in continuum & directum. Hæc igitur baſis protracta facit cum latere trianguli b.g. angulum in puncto g. qui quidem angulus extra exiſtens æqualis eſt duobus angulis interioribus ſibi oppoſitis. ſ. angulo a b.g. & angulo b.a.g. Manifeſtum eſt autem q duo anguli cōſiſtentes circa punctum g. quorum unus eſt extra triangulum, & alter intra ſunt æquales duobus rectis. Demonſtratum eſt enim q linea recta ſuper aliā lineam cadens qualitercunq; faciet duos angulos rectos, aut æquales duobus rectis. Relinquitur ergo q angulus interior in puncto g conſtitutum cum aliis duobus qui ſunt æquales angulo exteriori omnes. ſ. tres ſunt æquales duobus rectis. Hoc eſt ergo quod Philoſophus dicit, q probatur triangulum habere duos rectos, quia duo anguli qui ſunt circa unū punctum, puta circa pūctum g. quorum unus eſt interior & alius exterior, ſunt æquales duobus rectis. Et ideo quando producitur angulus qui fit extra, producto uno latere trianguli, ſtatim manifeſtum fit uidenti diſpoſitionem figuræ, q triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis. Secūdum exemplum eſt circa hoc quæſitum, quare omnis angulus qui eſt in ſemicirculo deſcriptus eſt rectus. Quod quidem demonſtratur ſic. B



F

Sit ſemicirculus a.b.c. & in puncto b. qualitercunq; cadat conſtituatur angulus, cui ſubtenditur baſis a. c. quæ eſt diameter circuli. Dico ergo q angulus b. eſt rectus. Cuius probatio eſt, quia cum linea a.c. ſit diameter circuli, oportet qd tranſeat per centrum. Diuidatur ergo per medium in puncto d. & producatur linea d.b. Sic igitur linea d.b. æqualis eſt lineæ d.a. quia ſunt protractæ a centro uſq; ad circunferentiam, ergo in triangulo d.b.a. æqualis eſt angulus b. angulo a. quia omnis trianguli cuius duo latera ſunt æqualia, anguli qui ſunt ſupra baſes, ſunt æquales. Duo igitur anguli a. & b. ſunt duplum ſolius anguli b. Sed angulus b. d.c. cum ſit exterior eſt æqualis duobus angulis a. & b. partialibus, ergo angulus b d.c. eſt duplus anguli b. partialis. Et ſimiliter probatur quod angulus c. eſt æqualis angulo b. trianguli b. d.c. eo quod duo latera d.b. & d.c. ſunt æqualia cum ſint protracta a centro ad circunferentiam, & angulus exterior. ſ. a. d.b. eſt æqualis utriq;, ergo eſt duplus anguli b. partialis. Sic ergo duo anguli a.d.b. & b.d.c. ſunt duplum totius anguli a.b.c. Sed duo anguli a.d.b. & b.d c. ſunt aut recti aut æquales duobus rectis, quia linea d.b. cadit ſupra lineam a. c. ergo angulus a.b.c. qui eſt in ſemicirculo, eſt rectus. Et hoc eſt quod Philoſophus dicit, quod ideo demonſtratur eſſe rectus ille qui eſt in ſemicirculo, quia tres lineæ ſunt æquales, ſcilicet duæ in quas diuiditur baſis. ſ. d.a. & d c. & tertia quæ ex media iſtarum duarum protracta ſuperſtat utriq;. ſ. b. d. Et hanc diſpoſitionem uidenti, ſtatim manifeſtum eſt ſcienti principia geometriæ, quod omnis angulus in ſemicirculo eſt rectus. Sic igitur cōcludit Philoſophus manifeſtum eſſe, qd quando aliqua reducuntur de potentia in actum, tunc inuenitur earum ueritas. Et huius cauſa eſt, quia intellectus actus eſt. Et ideo ea quæ intelliguntur, oportet eſſe actu. Propter quod ex actu cognoſcitur potentia. Vnde facientes aliquid actu cognoſcūt, ſicut patet in pdictis deſcriptionibus. Oportet enim q in eodem ſm numerum, poſterius ſm ordinem generationis & temporis ſit actus quam potentia, ut ſupra expoſitum eſt.

G H

Probat idē quod ſupra a priori.

Le. 7. & . 8

Lectio. XI.

Cum autem quod eſt, & id quod non eſt, partim per figuras prę
dicamentorum, partim per potētiam, aut actum iſtorum, aut contraria: partim

I proprijsſime, aut uerum, aut falſum dicatur.

Te. cõ. 21. parte 1.

QVoniam autem ens dicitur & nõ ens, hoc quidem ſm figuras categoriarum, illud uero ſecundum potentiam aut actum horum, aut contraria. Hoc autem maxime proprie, aut uerum, aut falſum.

HIC comparat Philoſophus actum ad potentiam ſecundum ueritatem & falſitatem, & circa hoc tria facit. Primo ponit ꝙ uerum & falſum præcipue dicitur ſm actum. Secundo manifeſtat propoſitum, ibi { Hoc autem in rebus eſt componi aut diuidi. } Tertio cõcludit quoddam corollarium, ibi { Palam etiam & quia de immobilibus. } Dicit ergo primo ꝙ cum ens & non ens et oppoſitum diuidantur dupliciter. Vno modo ſm diuerſa prædicamenta quæ ſunt ſubſtantia quantitas, qualitas &c. Alio modo ſm potentiam & actum uel unius, uel alterius contrariorum, quia utrunque contrariorum contingit actu eſſe & potentia. Hoc quod eſt in actu, maxime proprie dicitur, aut uerum aut falſum.

parte ſeq. Diui io entis duplex Verũ & falſum magis pprie dñr de ente in actu ꝙ de ente in potentia.

K Deinde cum dicit.

Idq; in rebus fit ipſis compoſitione, aut diuiſione, quibus efficitur ut uerum quidem is dicat, qui diuiſum diuiſum, compoſitumue compoſitum eſſe putat. Falſum autem iſce qui contrario modo ſe ſe habet, atq; res ipſę ſe habent quando eſt id atque non eſt, quod ut uerum dicitur, aut falſum. Hoc enim conſiderandum eſt quidnam dicimus. Non enim quia te nos album eſse uere putamus, ideo tu es albus, ſed quia tu es albus, ideo nos qui hoc diximus uerum dicimus.

Part. 2.

Hoc autem in rebus eſt componi aut diuidi. Vnde uerus eſt, diuiſum putans diuidi, & compoſitũ

L componi. Mentitur autem econtrario habens res. Quandocunq; eſt, aut non eſt, quod uerum dicitur aut falſum. Hoc perſcrutãdum quid dicimus. Non enim propter nos exiſtimare te uere albũ eſſe, tu albus es, ſed propter te eſse album, eſse nos hoc dicentes, uerum dicimus.

Probat ꝙ propoſuerat, & circa hoc tria facit. Primo manifeſtat in ſubſtantiis continuis. Secundo in ſimplicibus, ibi { Circa incompoſita. } Tertio colligit utrunq;, ibi { Eſſe uero ut uerum. } Circa primum duo facit. Primo manifeſtat propoſitum dicens, quod { hoc } .ſ. eſſe uerum uel falſum in rebus, nihil eſt aliud q̃ componi & diuidi. Vnde qui putat diuidi quod eſt diuiſum in rebus, uerus eſt in ſua opinione, ut qui putat hominem non eſſe aſinum. Et ſimiliter qui putat componi quod eſt compoſitum in rebus, ut qui putat hominem eſſe animal. Ille autẽ mentitur in opinando qui econtrario habet res aliter in ſua opinione, quam res ſint in ſua natura, ut qui putat hominem aſinum, aut non eſſe animal, quia quando aliquid eſt aut nõ eſt, tũc dicitur uerum uel falſum. Quod ſic conſiderandum eſt. Non enim ideo tu es albus, quia nos uere exiſtimamus te eſſe album, ſed econuerſo, ideo exiſtimamus te album, quia tu es albus. Vnde manifeſtum eſt ꝙ diſpoſitio rei eſt cauſa ueritatis in opinione & oratione. Hoc autem addit ad manifeſtandum quod ſupra dixerat, qđ uerum & falſum eſt in rebus componi & diuidi. Oportet .n. ueritatem & falſitatem quæ eſt in oratione uel opinione, reduci ad diſpoſitionem rei ſicut ad cauſam. Cum autem intellectus compoſitionem format accipit duo, quorum unum ſe habet ut formale reſpectu alterius. Vnde accipit id ut in alio exiſtens, propter quod prædicata tenentur formaliter. Et ideo ſi talis operatio intellectus, ad rem debeat reduci ſicut ad cauſam, oportet ꝙ in compoſitis ſubſtantiis ipſa compoſitio formæ ad materiam, aut eius quod ſe habet per modum formæ, uel etiam compoſitio accidentis ad ſubiectum, reſpondeat quaſi fundamentum & cauſa ueritatis, compoſitioni quam intellectus interius format & exprimit uoce. Sicut cum dico Socra. eſt homo, ueritas huius enuntiationis cauſatur ex eſſe poſitione formæ humanæ ad materiam indiuidualem per quam Socrates eſt hic homo. Et cum dico homo eſt albus, cauſa ueritatis eſt compoſitio albedinis ad ſubiectum. Et ſimiliter eſt in aliis. Et idem patet in diuiſione. Secundo ibi.

parte. 4. parte. 7 Verũ & falſum in rebus nil aliud eſt ꝙ componi & diuidi.

M

Ver. ueritatis & falſitatis in oratione uel opiniõe eſt ex compoſitione & diuiſione rei.

N

Si itaq; quędam compoſita ſemper ſint, diuidique minime poſſunt, quędam perpetuo ſint diuiſa componiq; nequeant, quędam ſubire contraria poſſint, eſſe quidem eſt compoſitum eſſe, ac unũ, non eſſe uero compoſitum non eſſe, ſed plura eſſe. Circa igitur ea quę ſubire contraria poſſunt, eadem opinio atque oratio uera fit atq; falſa, & fit ut interdum uerum, interdum falſum dicatur. Circa autem ea quę aliter ſeſe habere non poſſunt, nõ interdum fit uerum interdum falſum, ſed ſemper hęc uera ſunt atq; falſa.

O

Si igitur hęc quidem ſemper componuntur, & impoſſibilia diuidi: hęc uero ſemper diuiſa ſunt, & impoſſibilia componi: hęc autem contingunt eſſe contraria, eſſe quidem componi & unum eſſe, & non eſſe, non componi, ſed plura eſſe. Circa contingentia quidem igitur eadem fit falſa & uera opinio, & oratio eadem contingit quandoq; ueram eſſe, & contingit quandoq; eſſe falſam. Circa impoſſibilia uero aliter ſe hr̃e non fit aliquando uerum, aliquando falſum, ſed ſemper hęc uera, & hęc falſa.

parte. 3.

Te. cõ. 22

Concludit ex dictis ꝙ ſi compoſitio & diuiſio rei eſt cauſa ueritatis, & falſitatis in opinione & oratione, neceſſe eſt ꝙ ſm differentiam compoſitionis & diuiſionis eius quod eſt in rebus, eſt differentia ueritatis & falſitatis in opinione & oratione. In rebus autem talis differentia inuenitur circa compoſitionem & diuiſionem ꝙ quædam ſemper componuntur, & impoſſibile eſt ea diuidi, ſicut animæ rationali coniũgitur natura ſenſitiua ſemper, & impoſſibile eſt ꝙ diuidatur ab ea, ita .ſ. ꝙ anima rationalis ſit ſine ratione. Quædam uero ſunt diuiſa & impoſſibile eſt ea componi, ſicut nigrum albo, & formam aſini homini. Quædam uero ſe habent ad contraria, quia poſſunt componi & diuidi, ſicut homo & albus, & etiam currens. Eſſe autem in quo conſiſtit compoſitio intellectus, ut affirmatio, compoſitionem quandam & unionem indicat, non eſſe uero quod ſignificat negatio, tollit compoſitionem, & deſignat pluralitatem & diuerſitatẽ. Vnde manifeſtum eſt ꝙ in his quæ contingit componi & diuidi, una & eadem oratio fit quandoq; uera quandoq; falſa, ſicut hæc oratio, Socra. ſedet, eſt uera eo ſedente. Eadem autem falſa eo ſurgente. Et ſimiliter eſt de opinione. Sed in his quæ non poſſunt aliter ſe habere .ſ. quæ ſemper componuntur uel diuiduntur, non eſt poſſibile quod eadem opinio uel oratio quandoque ſit uera, quandoque falſa. Sed quæ eſt uera ſemper eſt uera, & quæ eſt falſa ſemper eſt falſa. Sicut hæc eſt uera, homo eſt animal: hæc autem falſa, homo eſt aſinus. Deinde cum dicit.

Propoſitiones neceſſariæ ſunt ſempiternæ ueritatis.

P

Rerũ qdam ſemp cõponunt, qdam ſemp diuidunt, qdam indifferenter, ſic & ueritas & falſitas.

Eſſe qđ ſignificat affirmatio & nõ eſſe qđ ſignificat negatio, quid.

Q

At circa ea quę non ſunt compoſita, quid eſt eſſe atque non eſſe, & uerum ac falſum? Non eſt .n. quicquam compoſitum, ut ſit quidem cum eſt cõpoſitum: non ſit autem, ſi ſit diuiſum: perinde atque album lignum, aut diameter incommenſurabilis coſtæ, neque uerum ac falſum in illis ſimiliter erit. An ut neque uerum in his eſt, eſt idem, ſic neq; eſſe eſt idem?

parte. 4

Circa incompoſita uero quid eſſe & non eſſe, & uerum & falſum? Non .n. eſt compoſitum ut ſit quidem quandocunq; cõpoſitum, & non ſit, quandocunq; diuiſum fuerit, ſicut album lignum, aut incommenſurabile diametrum. Nec uerum & falſum ſimiliter adhuc exiſtet, & in aliis. Aut ſicut

A nec uerum in his idem, ſic nec neceſſe,

NŌ eſt uerū & falſum in ſimplicibus eo mō quo in cōpoſitis

Oſtendit quomodo in ſimplicibus poſſit eſſe uerum & falſum, & circa hoc tria facit. Primo oſtendit non ſimiliter eſſe uerum in ſimplicibus & in compoſitis dicens, ꝙ circa in compoſita & ſimplicia cuiuſmodi ſunt ſubſtantiæ immateriales, non eſt uerum uel falſum per compoſitionem aut diuiſionem quæ fit in rebus, ſed per hoc ꝙ cognoſcitur quodquideſt, aut non cognoſcitur. Cum enim attingamus ad cognoſcendum quodquideſt alicuius ſimplicis, tunc intellectus uidetur uerus eſſe. Cum autem non attingimus ad cognoſcendum quodquideſt, ſed aliquid aliud ei attribuit, tunc falſus eſt. Non enim in ſimplicibus eſt compoſitio ut poſſit dici ꝙ quando componitur res, tūc intellectus componens ſic uerus: uel quando diuiſum eſt in re, quod intellectus componit, tunc intellectus non ſit uerus. Vel aliter non eſt in ſimplicibus compoſitio, ita ꝙ cum dicitur de eo affirmatiue qđ ſit, ſignificetur eius compoſitio: & cum dicitur de eo quod

B non ſit negatiue, ſignificetur eius diuiſio. Sicut in rebus compoſitis cum dicitur, ꝙ lignum ſit album, ſignificatur eius cōpoſitio, aut cum dicitur, ꝙ non ſit lignum album, aut ꝙ diametrum non ſit commenſurabile, ſignificatur eius diuiſio. Et ſic patet ꝙ uerum & falſum non eſt ſimiliter in ſimplicibus, ſicut in compoſitis. Neq; hoc mirum eſt, quia etiam eſſe non eſt ſimiliter in utriſq;. Sed eſſe compoſitorum ſurgit ex

Te.cō.4 componentibus, non autem eſſe ſimplicium. Verum autem conſequitur ens, quia ſicut in ſecundo huius eſt habitum, eadem eſt diſpoſitio rerum in eſſe & in ueritate. Vnde quæ nō ſunt ſimilia in eſſe, non ſunt ſimilia in ueritate. Secūdo ibi.

Sed eſt quidem uerum tangere atq; dicere. Nō eſt enim idem affirmatio atq; dictio. Eſt autem falſum id ignorare, non tangere. Nō enim fit ut quiſquam circa ipſum quid eſt decipiatur, niſi per accidens. Similiter res ſeſe habet & circa ſubſtantias cōpoſitas. Non enim fit ut quiſquam decipiatur.

parte.5. Alia litera dicere. Alia litera dictio.

Sed hoc eſt uerum quidem aut falſum. Attingere & quidem repreſentare, uerum. Nō enim idem affirmatio & repreſentatio. Ignorare autem nō at-

C tingere. Decipi enim circa quodquideſt, nō eſt, ſed aut ſm accidens. Similiter autem & circa compoſitas ſubſtantias. Non enim eſt decipi.

Quomodo uerū & falſū eſt in ſimplicibus. Dicere decipi. iter.

Oſtendit qualiter ſit uerum & falſum in ſimplicibus dicens, ꝙ huiuſmodi eſt uerum & falſum in ſimplicibus, ut dicetur. Attingere enim mēte ad ipſum ſimplex, ut. ſ. apprehēdatur quid eſt, { & dicere } ideſt ſignificare uoce ipſum ſimplex, hoc eſt uerum quod eſt in ſimplicibus. Et quia dicere quandoque ſumitur pro prædicatione affirmatiua quæ cum compoſitione fit, hunc intellectum remouet dicens, ꝙ non eſt idem affirmatio, & dictio, quia affirmatio eſt per hoc ꝙ aliquid dicitur de aliquo, quod eſt cum compoſitione, dictio autem ſimplex prolatio alicuius. Sic ergo attingere & dicere, eſt uerum. Sed non attingere mente ipſa ſimplicia, eſt ea penitus ignorare. Quicunq; enim non attingit ad quodquid

Dictio non eſt ſimplex affirmatio.

D eſt rei ſimplicis, penitus ignorat ipſam. Non enim poteſt aliquid eius ſcire, & aliquid ignorare, ex quo non eſt compoſitum. Videbatur autem ꝙ ſicut dixerat ꝙ attingere ſimplicia eſt dicere uerum in eis, ita non attingere eſt falſum, aut decipi. Hoc autem non dixit, ſed dixit ꝙ non attingere eſt ignorare. Et ideo ſubdit cauſam, quare non attingere nō eſt decipi dicens, ꝙ circa quodquideſt, non eſt decipi niſi ſm accidens. Quod ſic intelligēdum eſt. Dictum eſt. n. ſuperius in 7. & in. 8. ꝙ in ſubſtantiis ſimplicibus idem eſt res, & quodquidaſt eius. Sic igitur cum ſubſtantia ſimplex ſit ipſum qđquideſt, iudicium eſt de cognitione ſubſtantiæ ſimplicis, & de cognitione eius quodquideſt. Sed circa quodquideſt, non decipitur intellectus niſi per accidens. Aut enim per intellectum attingit aliquis quodquideſt rei, & tunc uera cognoſcit quid eſt res. Aut non attingit, & tunc non apprehendit rem illam. Vnda circa eam non uerificatur neq; decipitur. Propter quod dicit Ariſto. in tertio de anima, ꝙ ſicut ſenſus circa propria obiecta ſemper eſt uerus, ita intellectus circa qđquideſt quaſi circa proprium obiectum Et ꝙ intellectus circa quodquideſt non decipiatur, non ſolum eſt in ſimplicibus ſubſtantiis, ſed etiam in compoſitis. Quomodo autem per accidens decipiatur aliquis circa quodquideſt conſiderādum eſt. Non enim decipitur quis circa quodquideſt, niſi componendo aut diuidendo. Quod quidem in ſubſtantĳs compoſitis contingit dupliciter. Vno modo per compoſitionem diffinitionis ad rem diffinitam, aut diuiſionem. Vt ſi aliquis diceret aſinum eſſe animal rationale mortale, aut homo non eſt animal rationale mortale, utrobiq; falſum eſt. Alio modo ſm ꝙ diffinitio conſtituitur ex partibus, quæ nō ſunt inuicem compoſſibiles, ut ſi quis aſſignaret hanc diffinitionem, homo eſt animal inſenſibile. Primo igitur modo diffinitio dicitur eſſe falſa, quia non eſt huius. Secundo modo dicitur falſa per ſe, ut ſupra in quinto docuit Philoſophus. In ſimplicibus uero ſubſtantiis non poteſt eſſe deceptio circa quodquideſt per accidens niſi primo modo. Non enim eorum quodquideſt, eſt compoſitum ex pluribus, circa quorum compoſitionem uel diuiſionem poſſit accidere falſum. Tertio ibi.

Decipi in ſimplicibus nō eſt circa qđquid niſi ſm accidēs

Te. cō.41. Te.cō.8.

Te.cō.26.

E

Hec loco ſi ſūb Tho. opponit Ant.ar. Sed uide de ſen. 21.

Te.cō.34.

F

Et non potentia, ſed actu ſunt uniuerſe. Generarentur enim atque corrumperentur. Nunc autem ipſum quod eſt non, generatur neq; corrumpitur. Ex aliquo nanque generaretur. Quę igitur quid proprie ſunt atq; actu, circa ea non fit ut quiſquam decipiatur, ſed fit ut aut intelligat ipſa, aut nō intelligat ipſa, Sed de ipſis quęritur ipſum quid eſt, ſi talia ſint nec ne.

Et omnes ſunt actu, non potentia. Generarentur enim utiq; & corrumperentur. Nunc autem ipſum ens non generatur nec corrumpitur. Ex aliquo enim utiq; generaretur. Quęcūq; igitur ſunt ꝙ uere eſt quid & actu circa hoc nō eſt decipi, ſed aut intelligere, aut non. Sed quodquideſt quęrit de ipſis, ſi talia ſunt aut non. Par.6.

G

Ex dictis oſtēdit principale propoſitum

Adaptat quod dixerat de ſubſtantiis ſimplicibus ad principale propoſitum. ſ. ad oſtendēdum ꝙ uerum magis ē actu quam in potentia. Oſtenderat quidem hoc circa compoſita, pro eo ꝙ uerum eſt circa compoſitionem & diuiſionē quæ actum deſignant. In ſubſtantiis uero ſimplicibus ex eo ꝙ nō eſt in eis falſum, ſed tantum uerum. Propter quod non ſunt in potentia, ſed in actu. Dicit ergo ꝙ omnes ſubſtantiæ ſimplices ſunt actu entes & nunquam entes in potentia, quia ſi quandoq; eſſent in actu, & quandoq; in potentia, generarentur & corrumperentur. Sed hoc non poteſt eſſe, ut oſtēſum eſt. Nam huiuſmodi ſubſtantiæ ſunt formæ tantum. Vnde etiam ſm ſe ſunt entes. Ens autem ſm ſeipſum non generatur neq; corrumpitur. Omne enim quod generatur ex aliquo generatur. Ens autem ſimpliciter inquātū ens non, poteſt ex aliquo generari. Non enim eſt aliquid extra ens, ſed extra tale ens, utputa extra hominem eſt aliquod ens. Vnde hoc ens poteſt generari ſm quid, ſed ens ſimpliciter non. Id ergo quod eſt ens ſm ſe, per hoc quod ipſum eſt forma, ad quam ſequitur ens, non eſt generabile. Vnde non eſt quādoq; in potentia, quandoq; in actu. Et ideo quia circa actum maxime conſiſtit uerum, quæcunq; ſunt talia quæ ſunt ſolum in actu, & ſunt id quod uere aliquid eſt, quia ſunt quidditates & formæ, circa ea non conuenit decipi, aut eſſe falſum. Sed oportet ut intelligantur ſi mente attingantur, uel penitus non intelligantur ſi mēte non attingantur. Sed quāuis in eis non contingat decipi ſecundum ſe, contingit tamē cum { quæritur de eis quodquideſt } ſcilicet ſi talia ſunt, aut non. Et ſic contingit decipi in eis per accidens, utpota ſiquis quærat de aliqua ſubſtantia ſimplici, utrum ſit ignis aut ſubſtantia corporea uel nō, quia ſi attribuitur ei eſſe ſubſtantiā corpoream, erit falſitas per accidens propter compoſitionē.

H

Simplicia aut totaliter intelliguntur aut totaliter ignorantur.

Deinde cum dicit.

I Ipſum autem eſſe ut uerum, & non eſſe ut falſum, uno modo eſt, ſi compoſitum ſit, atq; ita dicatur, & ſi compoſitum non ſit, atq; non ita dicatur. Etenim illud uerum, hoc falſum. Alio modo ſi proprie ſit, hoc pacto eſt. Si non hoc pacto ſit, non eſt. Sed intelligere quidem ipſa eſt uerum. Falſum autē non eſt, neq; deceptio, ſed ignoratio, non talis, qualis eſt cęcitas. Cęcitas.n. perinde eſt atq; ſi intelligendi quiſpiam potentiam omnino non habeat.

parte. 7. Eſſe uero ut uerū, & non eſſe ut falſum, unum quidem eſt ſi componitur, uerum, hoc autem ſi non componitur, falſum. Vnum autem, ſi uere ens, ſic eſt. Si uero non ita, non eſt. Verum autem intelligere ipſa. Falſum uero non eſt, nec deceptio, ſed ignorantia, non qualis cæcitas. Cęcitas

K enim eſt, ut utique ſi intellectiuum omnino non habeat aliquis.

Colligit q̄ dicta ſint de uero & falſo tā circa cōpoſita q̄ circa ſimplicia.

Colligit quod dixerat de uero & falſo tam circa compoſita quam circa ſimplicia dicens, ꝙ hoc ipſum eſſe quod ſignificat ueritatem, & non eſſe quod ſignificat falſitatem, q̄a qui dicit homo eſt albus ſignificat hoc eſſe uerum, qui dicit non eſt albus ſignificat hoc eſſe falſum, hoc inquam eſſe & non eſſe, uno modo dicitur ſ. in compoſitis. ſ. ꝙ eſt uerum ſi componitur in re quod intellectus componit. Falſum autem ſi non componit in re quod intellectus componit, intelligēs aut denuntians. Alio uero modo in rebus ſimplicibus uerū eſt, ſi id {quod eſt uere ens,} idest quod eſt ipſum quodquideſt, id eſt ſubſtantia rei ſimplex, ſic eſt ſicut intelligitur. Si uero non eſt ita ſicut intelligitur, non eſt uerum in intellectu. Et ſic eſt uerum intelligere ipſa, ſed falſum non eſt ibi neq; deceptio, ut expoſitum eſt, ſed ignorantia: Quia ſi non attingit ad quodquideſt, penitus ignorat rem illam. In com-

L poſitis aūt pōt unū ſcire, & circa alīs proprietates eius decipi. Qualis autem ignorantia eſt, oſtendit cum dicit, quod illa ignorantia non eſt {talis priuatio ſicut cæcitas} quæ eſt priuatio potentiæ uiſiuæ. Vnde illa ignorantia ſimilis cæcitati eſſet, ſi aliquis non haberet uim intellectiuam ad attingendum ſubſtantias ſimplices. Ex quo patet ꝙ ſm ſententiā Ariſto. humanus intellectus poteſt pertingere ad intelligendum ſubſtantias ſimplices. Quod uidetur ſub dubio reliquiſſe in tertio de anima. Deinde cum dicit.

Intellectus humanus pōt intelligere ſubſtās ſimplices. Te. cō. 36

Patet autem & de immobilibus non interdum eſſe deceptionem, ſi quis illa immobilia eſſe putet, ueluti triangulum ſi non mutari ipſum exiſtimet non interdum duobus rectis ęquales habere angulos, interdum non habere putabit. Mutaretur enī profecto, ſed quippiam putabit, quippiam non putabit: ueluti primum quidem parem numerū nullum eſſe, aut quoſdam non eſſe putare poteſt. Circa uero unum numero, non poteſt. Nō enim quēdam putabit, quendam nō putabit, ſed uerum aut falſum dicet, propterea quod ita ſe habet ſemper.

p. tex. 8. M Palam etiam & quia de immobilibus non eſt deceptio ſm quando, ſi quis putet immobilia, ut trigonum ſi non permutari putat, non opinabitur quandoque duos rectos habere, & q̄nq; non. Permutaretur enim utiq;. Sed aliquid quidem, aliquid uero non: ut parem numerum primum eſſe nullum, aut aliquos quidem aliquos uero non. Numero uero circa unum, nec hoc. Non enim eſt aliquem, quidem aliquem uero non putabit, ſed uerum dicet, aut mentietur, ſemper ſic ſe habente.

Corollariū ꝙ in immobilibus nō ē deceptio ſm q̄ndo.

Inducit quoddam corollarium dicens ꝙ ex dictis manifeſtum eſt, quod de immobilibus non eſt deceptio ſm quando, In contingentibus uero contingit decipi ſm quando, in his. ſ. quæ non ſemper ſunt, utputa, ſi Socrates eſt ſeſſurus & hoc aliquis putet, poteſt aliquis decipi in eo ꝙ putet eum ſeſſurum quando non eſt ſeſſurus. Et ſimiliter ſi putet eclipſim futuram quando non eſt futura. Sed in rebus immobilibus & quæ ſemper ſunt, non poteſt contingere niſi uno modo ſ. ſi quis putet ea eſſe mobilia, & non ſemper eſſe. Tunc enim decipitur in eis, ſed non ſm quando. Et ideo dicit ſi quis putet ea eſſe immobilia, non decipitur in eis ſm quando. Et hoc ideo dicit, quia ſi quis putat ea eſſe immobilia, non putabit ea quandoq; eſſe & quandoq; non eſſe. Et ſic non decipitur in eis ſm quando. Vt ſi quis putet triangulum non permutari, non opinabitur ꝙ quandoq; habeat duos rectos, q̄tum ad æquiualentiam, & quandoq; non. Sic enim permutaretur, & non permutaretur. Sed in rebus immobilibus conuenit ſub aliquo communi accipere aliquid quod ſic ſe habet & aliquid quod non ſic, puta ſub triangulo aliquem æquilaterum, & aliquem non. Et conuenit dubitari de numero pa-

N

ri utrum nullus ſit primus, uel aliqui ſint primi, aliqui non. O

Numerus primus dicitur quem ſola unitas menſurat. Vnde inter numeros pares, ſolus binarius eſt primus, & nullus aliorum. Et circa unum numero in rebus immobilibus non conuenit errare ac decipi, neq; quantum ad hoc. Non enim in eodem numero poteſt aliquis putare aliquem ſic ſe habere, & aliquem non ſic. Vnum enim numero non diuiditur in multa. Vnde oportebit ꝙ ſimpliciter dicat uerum uel falſum, cum illud unum numero ſemper ſimiliter ſe habeat, nec ſit in eo accipere diuerſitatem, neq; quātum ad tempus neq; quantum ad ſuppoſita. Ex quibus apparet ꝙ uerum eſt magis circa actum. Immobilia enim inquantum huiuſmodi ſemper ſunt actu. Lectio. I.

Numerus ꝓmus quid & quis.

ARISTOTELIS STRAGYritæ Tex. libri decimi Metaphyſicæ.

PLuribus quidem modis ipſum unum dici ſolere, in hiſce ſermonibus dictum eſt antea, in quibus unumquodq; quot modis dicatur, explicauimus. Cum autem multis modis dicatur, modi primorum & eorum quæ per ſe unum dicitur, & non per accidens quatuor eſſe uidentur, ſi in ſummam atq; capita redigantur. Dicitur enim unum continuum ipſum. Continuum autem aut ſimpliciter, aut id maxime quod eſt natura, & nō tactu, neque ligamine, tale. Et hiſce magis id eſt unum priuſue, cuius motus eſt indiuiſibilior, magiſque ſimplex.

P

VNum quia multis modis dicitur, in diuiſis de quotiens dictum eſt prius. Multiplicitер uero dicto, capitales modi ſunt quatuor primorum, & ſecundum ſe dictorum unum, ſed non ſm accidens. Cōtinuum enim aut ſimpliciter aut maxime quod natura, & non tactu, nec ligatione. Et horum magis unum & prius, cuius indiuiſibilior motus eſt, & magis ſimplex.

Te cō. 1. parte 1.

Te. cō. 7.

Q

SVperius in. 4. huius Philoſophus oſtendit ꝙ iſta ſcientia habet pro ſubiecto ens, & unum quod cum ente conuertitur. Et ideo poſtquā determinauit de ente per accidens & de ente quod ſignificat ueritatem propoſitionis in ſexto, & de ente per ſe ſm ꝙ diuiditur per decem prædicamenta in. 7. & in. 8. & ſm ꝙ diuiditur per potentiam & actum in. 9. Nunc in hoc. 10. intendit determinare de uno & de his quæ conſequuntur ad unum & diuiditur in duas partes. In prima determinat de uno ſm ſe. In ſecunda per comparationem ad multa, ibi, {Opponuntur autem unum & multa,} Prima diuiditur in duas. In prima oſtēdit, quot modis unum dicit-

T. 7. & 8. & 9. Sermo de uno abſolute.

Infra. lec. 4.

A In ſecunda determinat quandam proprietatem eius, ibi { Maxime uero in eo q́ eſt metrũ eſſe. } Prima in tres. In prima determinat quot modis dicitur unum. In ſecunda reducit omnes illos ad rationem unam, ibi { Dicitur quidem igitur unum. } in tertia oſtendit quot modis unum prædicatur de his de quibus dicitur, ibi { Oportet enim intelligere. } Circa primum tria facit. Primo ponit duos modos unius, ſecundo oſtendit rationem unitatis in his duobus modis, ibi { Tale uero. } Tertio ponit alios duos modos unius ibi, { Hæc autem. } Circa primum primo ponit primum modum dicendi unum dicens, q́ in. 5. libro oſtenſum eſt, quoniens dicantur nomina quæ pertinent ad conſiderationem huius ſcientiæ. Dictum eſt enim q́ unum dicitur multis modis. Sed cum multipliciter dicatur unum, principales modi ſunt quatuor, ita tamen q́ dicamus modos unius ſm quos unum dicitur primo & per ſe & non per accidens. Nã unum per accidens habet alios ſuos modos. Et inter modos unius dicti per ſe, unus modus eſt ſm quod continuum dicitur unum.

B Quod quidem accipi poteſt dupliciter, aut uniuerſaliter. ſ. quocunq; modo ſit aliquid continuum dicatur unũ aut unum continuitate ſolum, quod ſecundum naturam eſt continuum, quod maxime continuum eſt, & non eſt continuum per uiolentiam, aut per artem, neq; per alium modũ contactus, ſicut patet in caſtraturis lignorum: neq; per aliquam continuationem, ſicut in his quæ continuantur uel ligantur clauo uel quocunq; uinculo. Continuum autem ſecundum naturam dicitur dupliciter. ſ. quod eſt totum uniformæ, ut linea recta, aut etiam circularis. Et q́ non eſt totum uniforme, ſicut duæ lineæ conſtituentes angulũ in quo continuãtur. Maxime autem horum eſt unum, & per prius unum, quod dicitur linea recta uel circularis, quam lineæ angulum conſtituentes. Nam linea recta oportet quod habeat unum motum. Non enim poteſt eſſe q́ una pars eius moueatur & alia quieſcat, nec una ſic moueat, alia uero aliter, ſed tota ſimul & uno motu mouetur. Et ſimiliter etiam in circulari eſt. Sed in duobus continuis conſtituentibus angulum, hoc nõ cõuenit. Poſſumus enim imaginari q́ una linea quieſcat, & altera moueatur ei appropinquans, & minorẽ angulum

C conſtituat, aut ab ea elõgata, & conſtituens angulum maiorem. Vel ẽt q́ utraq; moueatur in diuerſas partes. Et ideo dicit q́ illud continuum eſt magis unum, cuius motus eſt indiuiſibilior, & magis ſimplex. Secundo cum dicit.

Quatuor modi unius dicti p ſe. primus continuũ, duplicẽ.

Continuũ ſm naturã duplex.

Continuum quid.

Prꝫterea unũm eſt atq; magis totum ipſum habens aliquam ſpeciem atq; formam, & maxime ſi quippiam eſt tale natura & non ui, ut ea quꝫ glutine talia ſunt, aut uinculo, aut clauo. Sed in ſeipſo, ut continuum ſit, ſibi cauſam habet.

Part. 2.

Amplius tale, & magis totum, & habens aliquã formam & ſpeciem. Maxime autem ſi quid natura eſt tale, & non ui, ut quꝫcunque uiſco aut clauo, aut coniunctione. Sed habet in ſe, quod eſt cauſa ſibi, q́ ſit continuum.

Ponit ſecundum modum, In quo quidem conſideratur non ſolum q́ id quod dicitur unum, { ſit tale, } id eſt con-

D tinuum, ſed & q́ plus habeat. ſ. q́ ſit quoddam totum habẽs aliquam formam aut ſpeciem, ſicut animal eſt unum, & ſuperficies triangularis eſt una. Hoc igitur unum ſupra unitatem continuitatis addit unitatem quæ eſt ex forma, ſecundum quam aliquid eſt totum, & ſpeciem habens. Et quia aliquid eſt totum per naturam, aliquid uero per artem, addidit, q́ { maxime eſt unum } ſiquidem eſt unum per naturã & non per uiolentiam. Sicut per uiolentiam ad aliquod totum conſtituendum coniunguntur, quæcunque uniuntur aut uiſco, aut aliqua tali coniunctione. Sed id quod eſt coniunctum per naturam eſt magis unum, quia ſcilicet eſt ſibiipſi cauſa q́ ſit continuum, quia per ſuam materiam eſt tale. Deinde cum dicit.

Secũs modus unius.

Totũ & cõtinuum duplex.

Tale autem eſt ex eo, quia, motus eſt unus, & indiuiſibilis tempore atq; loco. Quare patet ſi quippiam primum motus principium habeat primi, qui quidem eſt conuerſio. Hꝫc enim lationum eſt prima, id eſſe primam magnitudinem unam. Quꝫdam igitur hoc pacta ſunt unum, aut continuum, aut totum.

E

Tale uero, eo q́ in motu unum eſſe & indiuiſibile loco & tẽpore. Quare palam ſiquid per naturam, motus habet principium primi primum, ut puta dico lationis circulationem: quia hꝫc prima magnitudo una. Hoc quidem itaq; ſic unum continuum aut totum.

Parte. 3.

Oſtendit rationem unitatis in iſtis duobus modis dicens, q́ aliquid eſt tale & continuum & unum, eo q́ motus eius eſt & unus & indiuiſibilis loco & tempore. Loco quidem, quia uerſus quamcunq; partem loci mouetur una pars continui, & alia. Tempore uero, quia quando mouetur una, & alia. Vnde ſi aliquod continuum & totum per naturam dicitur unum, quia motus eius eſt unus, manifeſtum eſt q́ ſi aliquod continuum & totum habet in ſe ꝓncipium primi motus, hoc erit primum unum in magnitudine. Sicut inter motus, primus motus eſt localis, & inter motus locales, primus eſt circularis, ut probatur in. 8. phyſi. Et inter corpora quæ mouentur motu circulari, aliquod eſt quod habet ꝓncipium talis motus. ſ. corpus quod reuoluitur & reuoluit alia corpora motu diurno. Vnde manifeſtum eſt, q́ hoc eſt ꝓma magnitudo una, quia habet primum principium motus primi. Sic igitur apparent duo modi unitatis, aut ſicut continuum dicitur unum, aut ſicut totum dr̃ unum. Deinde cum dicit.

Rõ unitatis in duobus ꝓdictis modis.

F

Te. cõ. 77. Primũ mobile eſt unũ de duob⁹ ꝓdictis modis.

Quꝫdam autem unum dicuntur, ſi ratio eorum ſit una. Talia uero ſunt ea quorum eſt intellectio una. Et talia ſunt ea quorum indiuiſibilis eſt intellectio. Eius autem eſt indiuiſibilis intellectio, quod eſt indiuiſibile ſpecie, aut numero. Atque numero quidem eſt indiuiſibile ipſum ſingulare. Specie autem id quod cognitione eſt ſcientia que indiuiſibile. Quare unum erit primo, quod eſt cauſa ſubſtantiis unitatis.

Hꝫc autem ſi ratio una fuerit. Talia uero ſunt quorum intellectiua una. Talia autem quorum indiuiſibilis. Indiuiſibilis uero eius quod indiuiſibile ſpecie, aut numero. Numero uero ſingũlare indiuiſibile. Specie uero quòd noſcibili & ſcientia. Quare unum utiq; erit primum q́ ſubſtantijs cauſa unius.

parte. 4. G

Ponit alios modos unius dicens, q́ quædam alia dicitur unum non propter motum unum, ſed propter rationem unã. Hmõi aũt ſunt quorũ itelligẽtia ẽ una, quæ una apꝓhẽſione apprehenduntur ab anima. Et dicuntur una apprehenſione apprehẽdi talia, quorum eſt una apprehenſio indiuiſibilis. Quod quidem contingit dupliciter, aut quia apprehenſio indiuiſibilis eſt eius quod eſt unum ſpecie, aut eius quod eſt unum numero. Numero qdem indiuiſibile eſt ipſum ſingulare, quod non poteſt prædicari de multis. Specie autem unum, eſt indiuiſibile, quod eſt unum ſm ſcientiam & notitiam. Nõ enim ĩ diuerſis ſingularibus eſt aliqua natura una numero, quæ poſſit dici ſpecies. Sed intellectus apprehendit ut unum, id in quo omnia inferiora conueniunt. Et ſic in apprehenſione intellectus ſpecies ſit indiuiſibilis, quæ realiter eſt diuerſa in diuerſis indiuiduis. Et quia ſubſtantia prior eſt ratione omnibus aliis generibus, cum unum dicatur his modis propter rationem unam, ſequitur q́ primum unum ſm hos modos, ſit unum ſubſtantia, quod. ſ. eſt ſubſtantiis cauſa unius, ſicut ſm primos duos modos, primum unum erat magnitudo circulariter mota. Deinde cum dicit.

Terti⁹ modus unius & quartus.

Vnũ numero & ſpecie quid.

H

Hinc accipe ex pꝫte unitatem uſis nõ eſt realem,

Tot igitur modis dicitur ipſum unum continuũm natura, totum ſingulare, atque uniuerſale. Hꝫc autem uniuerſa ex eo ſunt unum: quia quo-

rundam motus, quorundam intellectio, uel ratio eſt indiuiſibilis, uti patet.

patte 5

Dicitur quidem igitur unum tot modis, continuum natura, & totum, & ſingulare, & uniuerſale. Omnia enim hęc unum ꝑ indiuiſibile eſſe. Horum quidem motum, illorum autem intelligentiam aut rationem.

Reductio ꝑdicti quatuor mod unius ad unã rõnẽ.

Reducit modos unius ſupra poſitos ad unam rationem, colligendo quæ ſupra dixerat. Dicit ergo ꝙ unum dicitur quatuor modis. Primo quidem continuum ſm naturam. Secundo totum, tertio ſingulare Quarto, uniuerſale ut ſpecies. Et omnia hæc dicuntur unum per rationem unam. ſ. ꝑ hoc ꝙ eſt eſſe indiuiſibile. Nam proprie unum eſt ens indiuiſibile. Sed in primis duobus dicitur unum, quia eſt motus indiuiſibilis. In aliis autem duobus, quia eſt intelligentia, aut ratio indiuiſibilis, ut ſub hoc etiam comprehendatur apprehenſio rei particularis. Deinde cum dicit.

K Intelligere autem oportet non eſſe ſumendum modo eodem dici, quęnam una dicũtur, & quid eſt eſſe unius, & quęnam ipſius eſt ratio. Dicitur enim ipſum unum tot modis & quodq; dictorum cui modorum iſtorum aliquis competit, unum erit. Eſſe uero unius nunc horũ alicui, nũc alii, quod etiam magis propinquum eſt homini competit. Illa autem potentia ſunt unum. Quemadmodum & ſi de elemento cauſaq; opus ſit dicere, res diſtinguere, & nominis aſſignare diffinitione oportet. Forſitã enim ignis, aut ipſum etiam infinitum aut aliquid tale partim per ſe eſt elementum, partim non eſt. Non eſt enim eſſe ignis & elementi idem, ſed ut eſt res quędam ipſe ignis atq; natura eſt elementum. Nomen autem ſignificat hoc ipſum

L accidiſſe, eſſe inquam aliquid ex hoc primo ea lege ut inſit, ſic & i cauſa, & uno, & i iſtiuſmodi uniuerſis res ſeſe habere uidetur. Quapropter & eſſe unius, eſt eſſe indiuiſibilis proprie huius entis atque inſeparabilis, aut loco, aut ſpecie, aut mẽte, aut etiam ipſo toto, ac definito.

Te.cõ.2. part. 6

Oportet enim intelligere quia non ſimiliter ſumendum qualia una dicuntur, & quidem uni eſſe & quę ipſius ratio. Dicitur enim unũ tot modis: Et unumquodq; erit unum horum, cuicunq; extiterit horum aliquis modorum. Vni autem eſſe, quandoque quidem horum alicui inerit, quan-

M doq; aũt alii, qđ & magis propinquũ nomini eſt, potẽtia uero illa. Sicut de elemẽto & cauſa ſi oportet dicere in rebus determinantem, & nominis terminum reddentem. Eſt quidem enim ut elementum ignis. Eſt autem forſan ſm ſe & infinitum, aut aliud aliquid tale. Eſt autem ut non. Non.n. idem igni, & elemẽto eſſe. Sed ut quidem re & natura, ignis elementum. Nomen uero ſignificat eo ꝙ accidit ipſi, quia eſt aliquid ex hoc, ut primo in exiſtente, Sic & in cauſa, & in uno, & talibus omnibus. Propter quod & uni eſſe, idiuiſibili eſt eſſe. Quod quidem hoc enti & inſeparabili, aut loco, aut ſpecie, aut mente, aut & toto, & determinato.

Oſtendit quomodo unum prædicetur de his quæ dicuntur unum dicens, ꝙ oportet intelligere ꝙ non ſimiliter ſumendum eſt unum, cum aliqua res dicitur una, & cum dicitur quodquideſt unum, quod eſt ratio unitatis. Sicut etiam non hoc modo dicitur lignum eſſe album, quia lignum ſit hocipſum quod eſt album, ſed quia album accidit ei. Hoc autem quod dixerat ſic manifeſtat. Quia unum dicitur multis modis, ut dictum eſt, quælibet res dicitur eſſe una, ex eo ꝙ

Nomen un⁹. & aliter ꝑdicat de ſuo qđqđ ẽ & de aliis rebus.

ineſt ei aliquis iſtorum modorum, puta uel continuum, uel N totum, uel ſpecies, uel ſingulare. Sed hoc ipſum ꝙ eſt unum quandoq; quidem accipitur ſm ꝙ ineſt alicui dictorum modorum, puta ut dicam ꝙ unum ſm quod eſt continuũ, unũ eſt. Et ſimiliter de aliis. Quandoq; autem hocipſum quod eſt unum, attribuitur ei quod eſt magis propinquum nomini unius, ſicut indiuiſibili, quod tamen ſm ſe, poteſtate continet prædictos modos, quia indiuiſibile ſm motum, eſt continuum & totum. Indiuiſibile autem ſm rationem, eſt ſingulare & uniuerſale. Et ad hoc ſubdit exemplum de elemento & cauſa, quæ quidem accipiuntur ſm determinationes ad res, prout dicimus rem talem eſſe elementum uel cauſam aſſignando diffinitionem nominis, prout dicimus cauſam hoc ipſum quod eſt eſſe cauſam. Quo modo dicimus ꝙ ignis eſt elementum, aut { etiam infinitum ſm ſe } ideſt hoc ipſum quod eſt infinitum, ꝙ Pythagorici ponebant ſeparatum, & O elementum omnium, uel aliquid aliud tale, propter quod poteſt dici elementum eſſe. Sed quodammodo ignis non eſt elementum neq; infinitum. Non enim ignis eſt hocipſum quod eſt elementum, quia non eſt eadem ratio ignis & elementi, ſed quantum in re eſt & in natura, ignis eſt elementum. Sed nomen elementi cum de igne prædicatur, ſignificat aliquid { accidiſſe igni } ſcilicet ꝙ ignis ſit ex quo aliqđ eſt, ut ex primo interius exiſtente, quo eſt ratio elementi. Dicit autem { inexiſtente } ad remouendum priuationes. Sicut autem dictum eſt de elemento, ſic eſt in cauſa, & uno, & omnibus talibus, quia res de quibus dicuntur nõ ſunt hoc ipſum, quod ſignificant nomina, ſicut homo albus, non eſt hoc ipſum quod ſignificat hoc nomen album. Album enim ſignificat qualitatem. Propter quod & hoc unum eſſe eſt indiuiſibile eſſe. Quod quidem cõpetit enti, qđ eſt inſeparabile loco & ſpecie, uel quocunq; alio modo. Lectio. II.

Maxime uero eſſe unius in hoc conſiſtit, ut ſit generis uniuſcuiuſq; prima menſura, & propriiſſime quanti. Hinc enim & ad alia acceſſiſſe uidetur. Eſt enim id menſura quo cognoſcitur quantum. Cognoſcitur autem quantum, ut quantum P eſt, aut uno, aut numero. At numerus omnis cognoſcitur uno. Quare omne quantum ut quantũ eſt, uno ſane cognoſcitur.

Maxime uero in eo quod eſt metrum, id eſt menſuram eſſe primum uniuſcuiuſq; generis, & maxime proprie quantitatis. Hinc.n. ad alia uenit. Metrum etenim, id eſt menſura eſt quo primo quantitas cognoſcitur. Cognoſcitur uero aut uno, aut numero quantitas inquantum quantitas. Numerus autem omnis, uno. Quare oĩs quãtitas cognoſcitur inq̃tum quãtitas, uno. Q

POSTQVAM oſtendit Philoſophus quot modis unum dicitur, & quæ ſit ratio unius ad quam omnes modi reducuntur. ſ. eſſe indiuiſibile, hic ex hac ratione unius oſtendit quandam eius proprietatem. ſ. eſſe menſuram, & diuiditur in partes duas. In prima oſtendit quomodo uni competit ratio menſuræ, & aliis generibus accidentium. In ſecunda uero oſtendit quomodo unum habens rationem menſuræ inueniatur in ſubſtantia, ibi: { Secundum ſubſtantiam uero & naturam. } Circa primum duo facit. Primo oſtendit in quo genere primo inueniatur unum habens rationem mẽſuræ, & quomodo exinde ad alia deriuetur ſm propriam rationem menſuræ. Secundo ponit quomodo deriuetur ad alia ſm quandam ſimilitudinem, ibi: { Et ſcientiam autem rerum metrum. } Circa primum duo facit. Primo oſtendit ubi primo ſit unum rationem menſuræ habens, & quomodo exinde ad alia fiat deriuatio. Secũdo ponit quædam conſideranda circa menſuras, ibi: { Non ſemper autem numero unum. } Circa primũ tria facit. Primo oſtendit quomodo unum quod eſt menſura inueniatur in quantitate, & exinde ad alia genera deriuetur. Secundo in qua ſpecie quantitatis ẽ primo, ibi, { Et quo ꝑmo cognoſcitur. } tertio quo-

Eſſe menſuram eſt per ſe ꝓpria paſſio unius.

Lect. ſeq.

infra. pt. 8.

parte. 6

pare ſeq. parte. 3.

A modo deriuetur in alias ſpecies quantitatis, ibi, { Hinc autem & in aliis. } Dicit ergo primo, ꝙ cum ratio unius ſit indiuiſibile eſſe, id autem quod eſt aliquo modo indiuiſibile in quolibet genere ſit menſura, maxime dicetur in hoc quod eſt eſſe primam menſuram cuiuſlibet generis. Et hoc maximo proprie dicitur in quãtitate, & inde deriuatur ad alia genera ratio menſuræ. Menſura autem nihil aliud eſt quam id quo quantitas rei cognoſcitur. Quantitas uero rei cognoſcitur per unum aut numerum. Per unum quidem ſicut cum dicimus, unum ſtadium, uel unum pedem. Per numerum autem, ſicut dicimus tria ſtadia, uel tres pedes. Vlterius autem omnis numerus cognoſcitur per unum, eo ꝙ unitas aliquotiens ſumpta quemlibet numerum reddit. Vnde relinquitur ꝙ omnis quantitas cognoſcatur per unum. Addit autem inquantum quantitas, ut hoc referatur ad menſuram quantitatis. Nam proprietates & alia accidentia quantitatis alio B modo cognoſcuntur. Deinde cum dicit.

Menſura, quid.

Et idipium eſt unum, quo cognoſcitur primo. Quapropter idipſum unum, numeri principium eſt, ea ratione qua numerus eſt.

Parte. 2

Et quo primo cognoſcitur, hoc ipſum unum. Quapropter unum, numeri principium ſecundum quod numerus.

Rõ mẽſuræ pmo inuenitur in quãtitate diſcreta.

Oſtendit ꝙ ratio menſuræ primo inuenitur in diſcreta quantitate, quæ eſt numerus dicens, ꝙ id quo primo cognoſcitur quantitas { eſt ipſum unum } ideſt unitas quæ eſt principium numeri. Nam unum in aliis ſpeciebus quantitatis nõ eſt ipſum unum, ſed aliquid cui accidit unum, ſicut dicimus unam manum aut unam magnitudinem. Vnde ſequitur, ꝙ ipſum unum quod eſt prima menſura, ſit principium numeri ſm ꝙ eſt numerus. Deinde cum dicit.

Hinc & in cæteris menſura dicitur id quo primo unũquodq; cognoſcitur, Atq; menſura uniuſcuiuſq; eſt una in longitudine, in latitudine, in pro C funditate, in celeritate. Pondus enim atq; celeritas commune eſt in cõtrariis. Duplex eſt enim ipſorũ utrunq;, ueluti pondus eſt, & quod quantumuis habet momentum, & quod exceſſus habet momẽti. Et celeritas item, & quę quantumuis habet motum, & quæ motus habet exceſſum. Eſt enim quędã & ipſius tardi celeritas, & pondus etiã leuioris.

Tex cõ. 3. Parte. 3.

Hinc autem & in aliis dicitur metrum, quo primo unumquodque cognoſcitur. Et metrum, id eſt menſura uniuſcuiuſque unum, in longitudine, in latitudine, in profunditate, in grauitate & uelocitate. Grauitas enim & uelocitas commune eſt in contrariis. Duplex enim eorum utrunque. Vt graue, & quod eſt ut quantamcunque habens inclinationem, & quod eſt habens exceſſum inclinationis. Et uelocitas, & quãtumcunq; motus habens, & exceſſum motus. Eſt enim uelocitas quæ D dam & tardi, & grauitas liuioris.

Qualr rõ menſuræ a quantitate diſcreta ad alias ſpẽs deriuetur.

Oſtendit quomodo deriuetur in alias ſpecies quantitatis, & circa hoc duo facit. Primo oſtendit ad quas ſpecies quantitatis deriuetur dicens, ꝙ hinc. ſ. ex numero & uno quod eſt principium numeri dicitur menſura in aliis quantitatibus id. ſ. quo primo cognoſcitur unumquodq; eorum. Et id quod eſt menſura cuiuſlibet generis quantitatis, dicitur unum in illo genere. Et hoc exemplificat in tribus generibus. ſ. in dimenſionibus quæ ſunt. ſ. longitudo, & latitudo, & profunditas. Et in põderibus, in hoc ꝙ dicit, in grauitate. Et in motibus, in hoc ꝙ dicit, in uelocitatẽ, quod referatur ad menſuram temporis. Et de dimenſionibus quidem nulli dubium erat quin quantitates eſſent, & ꝙ proprie eis primo competeret menſurari. Sed de grauitate & uelocitate poterat eſſe dubium, eo ꝙ magis uidentur eſſe qualitates quam quantitates. Et ideo dicit quomodo pertinent ad genus quantitatis, & quomodo competit eis menſurari dicens, ꝙ grauitas & uelocitas habent aliquid commune in contrariis, quia. ſ. E in uno contrariorum inuenitur alterum. Nam graue eſt aliquo modo leue, & econuerſo, & uelox eſt aliquo modo tardum. Vtrunq; enim eorum eſt duplex. Sicut graue, uno modo dicitur abſolute. ſ. quod habet inclinationem, ut feratur ad medium ſine hoc ꝙ conſideretur quantum habeat de tali inclinatione. Et ſic non pertinet ad genus quantitatis, nec competit ei menſurari. Alio modo dicitur graue per comparationem ad aliud. ſ. ꝙ excedit alterum in inclinatione prædicta, ut. ſ. dicamus ꝙ terra eſt grauis in cõparatione ad aquã & plumbum in comparatione ad lignum. Sic igitur ratione huius exceſſus, inuenitur aliqua ratio quantitatis & menſuræ. Et ſimiliter uelox dicitur dupliciter. Vno modo abſolute. ſ. quod habet motum quemcunq;. Et alio modo quod habet exceſſum motus. Et uno modo competit ſibi ratio quantitatis & menſuræ. Alio modo non. Et ut exponat quod di F xerat de conditione grauitatis & uelocitatis in contrariis, ſubdit ꝙ in ipſo tardo inuenitur uelocitas, inquantum id quod eſt ſimplr & abſolute tardum, per exceſſum ſe habet ad tardiora. Et ſilr grauitas inuenitur in leui, ſicut aer eſt leuis ad terram, & grauis ad ignem comparatus.

In his autem uniuerſis, menſura atq; principiũ, unum quid eſt & indiuiſibile. Nam & in lineis, ipſa pedali, ut indiuidua uti ſolent. Vbiq; enim unũ quid ipſum menſuram atq; indiuiſibile quęrunt. Hoc autem ſimplex, aut qualitate, aut quantitate eſt ſimplex. Vbi igitur fieri non poſſe uidetur, ut auferatur quicquam, aut addatur, hoc eſt exacta menſura. Idcirco numeri menſura eſt exactiſſima. Quippe cum unitatem diffinientes, indiuiſibilem eſſe penitus dicant. In cæteris autem tale per imitationem ſumunt. In paſſu nanq; ac libra ſemperq; in maiore magis latere poteſt, ſit quippiam G ablatum atq; additum fuerit quã in minore. Quare a quo primo id fieri ſenſu non poſſe putant, id omnes & humidorum & ſiccorum menſuram, & ponderis ac magnitudinis faciunt. Atque quantum ipſum ſcire tunc arbitrantur, quando per mẽſuram hanc ſciunt.

Parte 4

In omnibus autem his metrum, id eſt menſura & principium unum aliquid & indiuiſibile. Quoniam & in lineis utimur quaſi indiuiſibili, pedali ubiq;. Nanq; metrum unum aliquid quærunt & indiuiſibile. Hoc autem aut ſimpliciter, aut quali aut quanto. Vbicunq; quidẽ igitur uidetur nõ eẽ auferre, aut addere, hoc eſt certum metrum. Quapropter numerus certiſſimũ. Vnitatem. n. ponunt oĩno indiuiſibilem. In aliis uero imitantur tale. A ſtadio. n. & talento, & ſemper maiore, latebit utiq; & additum aliquid & ablatum, magis q̃ a minore. Quare a quo primo ſm ſenſum nõ contingit, hoc H oẽs metrũ faciũt, & humidorũ, & ſiccorum, & grauitatis, & magnitudinis. Et tunc putant cognoſcere quantum quãdo cognoſcunt per hoc metrum.

Alia Litera numeri metrum.

Oſtendit qualiter a numero deriuetur ratio menſuræ ad alia, & pmo hoc manifeſtat ſimul in dimenſionibus & ponderibus. Scdo in uelocitate motuum, ibi, { Et motu ſimplici. } Dicit ergo pmo, ꝙ hoc modo deriuatur ratio mẽſuræ a numero ad alias quantitates, ꝙ ſicut unum quod eſt menſura numeri eſt indiuiſibile, ita in oĩbus aliis generibus quantitatis aliquod unum indiuiſibile eſt menſura & prĩcipium. Sicut in menſuratione linearum utuntur homines quaſi indiuiſibili, { menſura pedali } .i. unius pedis. Vbiq;. n. quæritur pro menſura aliquid indiuiſibile, quod eſt aliquod ſimplex uel ſm qualitatem, uel ſcdm quantitatem. Scdm qualitatem quidem, ut albũ in coloribus, qđ quodãmõ eſt menſura colorum, ut dicetur infra. Scdm quantitatem uero, ut

parte ſeq.

Mẽſura habet rõné in diuiſibilis. Te. cõ. 7.

A unitas in numero, & menſura pedalis in lineis. Aſsignat autē rationem quare menſuram oportet eſſe aliquid indiuiſibile, quia .ſ. hoc eſt certa menſura, a qua non poteſt aliquid auferri uel addi. Et ideo unum eſt menſura certisſima, quia unū quod eſt pncipium numeri eſt omnino indiuiſibile, nullamque additionem aut ſubtractionem ſuſcipiens manet unum. Sed menſuræ aliorum generum quantitatis imitantur hoc unum quod eſt indiuiſibile, arripientes aliquid minimum pro menſura ſcd̄m ꝙ poſsibile eſt. Quia ſi acciperetur aliqd magnum, utpote ſtadium in longitudinibus, & talentum in ponderibus, lateret ſi aliquod modicū ſubtraheretur uel adderetur, & ſemper in maiori menſura hoc magis lateret q̄ in minori. Et ideo omnes accipiunt hoc pro menſura tam in humidis, ut eſt oleum & uinum, q̄ in ſiccis, ut eſt granū & hordeum, q̄ in ponderibus & dimenſionibus, quæ ſignificantur

B per graue & magnitudinem, quod primo inuenitur tale, ut ab eo non poſsit aliquid auferri ſenſibile uel addi, quod lateat. Et tunc putant ſe cognoſcere quantitatem rei certitudinaliter, quando cognoſcunt per huiuſmodi menſuram minimam. Deinde cum dicit.

Menſura debet eſſe certa.

Motum quoq;, ſimplici motu uelocisſimoq; mēſurant. Breue enim hic tēpus habet. Quapropter & in aſtrologia tale unum principium eſt & menſura. Cœli nanq; motum uniformem, eſſe celerrimumq; ſupponunt, quo cęteros iudicant motus. Muſica etiam menſura eſt primus ſenſibilis ſonus quia minimum eſt, & elementū item in uoce. Atq; hęc oīa hoc pacto ſunt unum, nō ut cōe quid ipm unum de iſtis dicatur, ſed ut eſt dictum.

Te. cō. 4. parte. 5.

Et motum ſimplici motu & uelocisſimo. Paruiſſimum .n. hoc habet tempus. Quapropter in aſtrologia, tale unum principium & metrum. Motum enim regularem ſupponunt, & uelocisſimū eum qui cœli, ad quem alios iudicāt. Et in muſica dieſis, quia minimū. Et in uoce elemētum. Et hęc oīa

C unum aliquid, nō ita ut commune aliquid quod unum, ſed ſicut dictum eſt.

Manifeſtat idem in uelocitate motuum dicens, ꝙ etiam motum menſurant homines { motu ſimplici } .i. uniformi, & uelocisſimo quod habet minimum de tempore. Et ideo in aſtrologia accipiunt tale principium ad menſurandum. Accipiunt enim motum { primi cœli } .ſ. motum diurnū qui eſt regularis & uelocisſimus, ad quem iudicant & mēſurāt omnes alios motus. Et quia ex uelocitate & tarditate motuum contingit grauitas & acuitas in ſonis, ut determinatur in muſica, ſubdit exemplum de menſuratione ſonorum dicens, ꝙ in muſica prima menſura { dieſis eſt. } .i. differentia duorum ſemitonorum. Tonus enim diuiditur in duo ſemitona inæqualia, ut muſica probatur. Et ſimiliter in uoce, mēſura eſt elementum, quia etiam breuitas & longitudo uocis, uelocitatem & tarditatem motus conſequitur. Omnes autē iſtæ menſuræ ſunt aliquid unum, non ita ꝙ aliquā menſura ſit communis omnibus, ſed quia quælibet menſura in ſe eſt

D aliquid unum, ut dictum eſt.

Motus ſimplicisſim⁹ eſt mēſura oīuꝫ aliorum motuum.

Non ſemper autem menſura una eſt numero, ſed interdum & plures: ut plurimi ſenſibiles ſoni duo, qui non auditum, ſed ad rationes accōmodātur, & uoces plures quibus metimur. Diameter quoq; duabus menſuris, & latus itidem, oēsq; magnitudines menſurantur. Sic ipſum igitur unum oīum eſt menſura, propterea ꝙ cognoſcimus ea ex quibus ſubſtantia conſtat, diuidentes aut per quātitatem, aut per formā Et idcirco ipſum unum indiuiſibile eſt, quia primum ſingulorum indiuiſibile eſt. Non ſilr autem omne indiuiſibile eſt, ueluti pes atq; unitas, ſed aliud ē penitus, aliud ad ſenſum indiuiſibile ſumi ſolet, ut iam antea diximus.

Omne nanq; continuum fortaſſe diuiſibile eſt.

E Parte. 6.

Non ſemper autem numero unum metrum, uerum aliquando plura, ut dieſes duæ, quæ non ſm auditum, ſed in rationibus. Et uoces plures quibus menſuramus. Et diameter duobus menſuratur, & latus, & magnitudines omnes. Sic itaque metrum omnium quod unum, qui cognoſcimus ex quibus eſt ſubſtantia, diuidentes aut ſm quantitatem, aut ſm ſpeciem. Et ideo quod unum, indiuiſibile, quia quod primum ſingulorum indiuiſibile. Nō ſimiliter autem omne indiuiſibile, ut pes, & unitas. Sed hoc quidem omnino, illud vero indiuiſibile ad ſenſum uoluit, ſicut dictum eſt iam; Nam forſan omne continuum eſt diuiſibile.

F

Nō omnis mēſura eſt quid unum numero.

Poſtquam oſtendit Philoſophus ubi ſit primo unum habens rationem menſuræ hic determinat quædam circa menſuras conſideranda. Et eſt primum, ꝙ licet id quod eſt menſura habeat rationem unius, inquantum accedit ad indiuiſibilitatem, non tamen neceſſarium eſt unum numero eſſe qd menſurat. Sed aliquando plura ſunt menſurantia, ſicut in melodiis { ſunt duo dieſes } .i. duo ſemitona. Sed propter paruitatem non diſcernitur ſm auditum. Nam ſenſus non percipit differentiam ualde paruorum, ſed eorum differentia percipitur { in rationibus } .i. ſm diuerſas rationes proportionum; quia ex diuerſis proportionibus numeralibus cauſantur. Similiter etiam uoces quibus etiam menſuramus plures ſunt. Quantitas enim unius metri uel unius pedis, mēſuratur ex diuerſis ſyllabis, quarum aliæ ſunt breues, & aliæ longæ. Similiter etiam eſt diameter circuli uel quadrati, & etiam latus quadrati, & quælibet magnitudo mēſuratur duobus. Non enim inuenitur quantitas ignota niſi per duas quātitates notas. Hoc aūt dicto concludit epilogādo, quæ ſupͣ dicta ſunt .ſ. ꝙ unum eſt menſura omnium. Cuius ratio eſt,

G quia unum eſt, ad quod terminatur diuiſio. Ea uero ex quibus eſt ſubſtantia uniuſcuiuſq;, cognoſcuntur per diuiſionē ſiue reſolutionem totius in componētia, ſiue ſint partes ſm quantitatem, ſiue ſint partes ſcd̄m ſpēm; ut materia & forma; & elementa corpoꝝ mixtorum. Et ideo oportet id quod eſt per ſe unum, eſſe indiuiſibile, cum ſit menſura qua cognoſcitur res, quia quod in ſingulis eſt pmum in cōpoſitionem & ultimum in reſolutionem, eſt indiuiſibile, & per hoc cognoſcitur res, ut dictum eſt. Sed tamen non ſilr in oibus inuenitur indiuiſibile, ſed quædam ſunt oīno indiuiſibilia, ſicut unitas quæ eſt pncipium numeri. Quædam uero non ſunt omnino indiuiſibilia, ſed indiuiſibilia ſm ſenſum, ſm quod uoluit autoritas inſtituentium tale aliquid pro menſura; ſicut menſura pedalis, quæ quidem indiuiſibilis eſt proportione, ſed non natura. Nam omne continuum forſan diuiſibile eſt. Dicit autem forſan propter dubitationem quorundam ponentium magnitudinem componi ex indiuiſibilibus, uel quia magnitudines naturales non diuiduntur in infinitum, ſed ſolæ mathematicæ. Eſt enim inuenire minimā carnem, ut tangitur .I. Phyſi. Deinde cum dicit.

Te. cō. 36

H

Semper autem menſura generis eſt eiuſdē. Magnitudinum enim magnitudo eſt (ut patet) menſura, & ſingularum longitudinis longitudo, latitudinis latitudo uox, item uocis, ponderis pōdus, unitas unitatum. Sic enim dicere oportet, ſed non numerum dicere numerorum eſſe menſuram. Oportebat tamen ſi ſimiliter menſura eſt aſſignanda. Sed qui hoc cenſet, non ſane ſimiliter cenſet, ſed perinde atq; ſi unitatum unitates menſuram, ſed non unitatem cenſeret. Numerum autem unitatū multitudinem eſſe conſtat.

Semper autē cognatum eſt metrum magnitudinum quidem .n. magnitudo. Et ſm unumquodq; longitudinis lōgitudo, & latitudinis latitudo, uocis uox;

parte. 7.

Verum enim contrariorum, alia quibuſdam per accidens competunt, qualia ſunt & ea quæ nuper diximus, & alia ſane complura. Alia impoſſibile eſt illo competere modo. Quorum de numero corruptibile eſt ipſum atq; incorruptibile. Non eſt enim corruptibile quicquam per accidens. Etenim ipſum quidem accidens poteſt non eſſe. Corruptibile autem de numero eſt eorum quæ hiſce quibus competunt neceſſario inſunt, uel idem & unum corruptibile atque incorruptibile erit, ſi fieri poteſt ut corruptibile ipſi non inſit. Ipſum ergo corruptibile aut ſubſtantiam eſſe cuique corruptibilium, aut in ſubſtantia eſſe neceſſe eſt.

I Eadem eſt profecto & de incorruptibili ratio. Ambo enim ex hiſce ſunt omnino quæ neceſſario competunt. Quo ergo & ratione, qua primo aliud eſt corruptibile, aliud incorruptibile, hoc oppoſitionẽ habent. Quare neceſſe eſt diuerſa genere eſſe.

Sed contrariorum hæc quidem ſecundum accidens inſunt quibuſdam, ut quæ nunc dicta ſunt, & alia multa. Hæc autem impoſſibile, quorum eſt & corruptibile & icorruptibile. Nihil enim eſt corruptibile ſecundum accidens. Nam accidens contingit non exiſtere, & corruptibile ex neceſſitate exiſtentium ex quibus ineſt. Aut erit idem & unum corruptibile & incorruptibile, ſi contingit non exiſtere ipſum corruptibile. Aut ſubſtantiã igitur, aut in ſubſtantia neceſſe eſt ineſſe corruptibile unicuiq; corruptibilium. k Eadem uero ratio & de incorruptibili. Ex neceſſitate enim exiſtentium ambo ſunt. Inquantum igitur & ſecundum q̃ primum, hoc quidem corruptibile, hoc autem incorruptibile habet oppoſitionem, unde neceſſe genere eſſe diuerſa.

Excludit p[...] opinionem.

Excludit prædictam opinionem dicens, q̃ contrariorum quædam ſunt in his de quibus dñr ſm accñs: ſicut album & nigrum homini, de quibus nunc dictum eſt, & alia multa ſunt hmõi contraria, in quibus locum habet quod dictum eſt. ſ. q̃d pñt ſimul eſſe in eadem ſpẽ, & ſucceſſiue in eodem ſingulari. Sed quædam contraria ſunt, de quibus hoc eſt impoſſe, de quorum numero ſunt corruptibile & incorruptibile. Non. n. corruptibile ineſt ſm accñs alicui eorum de quibus prædicatur, quia q̃d eſt ſm accñs, contingit non ineſſe. Corruptibile autẽ, ex neceſſitate ineſt his quibus ineſt. At ſi hoc non ſit uerum, ſequeretur quod unum & idem ſit q̃nq; corruptibile, & q̃nq; ĩcorruptibile, quod eſt impoſſe ſm naturam. Licet per hoc nõ excludatur quin uirtus diuina poſſit aliqua corruptibilia ſm ſuam naturam, incorruptibiliter conſeruare. Sic igitur neceſſe eſt cum corruptibile non prædicetur ſm accidens, q̃ aut ſignificet ſubam eius de quo prædicatur, aut aliquid quod eſt in ſuba. Eſt. n. unumquodq; corruptibile per materiam, quæ eſt de ſuba rei. L Et ſilis rõ eſt de incorruptibili, quia utrunq; ex neceſſitate ineſt. Sic igitur patet, quod corruptibile & incorruptibile opponuntur, ſicut ſm ſe prædicata, quæ. ſ. prædicantur de aliquo inquantum hmõi ſm quod tale & primo. Et ex hoc ſequitur ex neceſſitate, quod corruptibile & incorruptibile ſint genere diuerſa. Manifeſtum eſt. n. quod contraria quæ ſunt in uno genere, non ſunt de ſuba illius generis. Non. n. rõnale & irrõnale ſunt de ſuba animalis. Sed aĩal eſt potentia utrunq;. Quodcunq; aũt genus accipiatur, oportet quod corruptibile & incorruptibile ſint de intellectu eius. Vnde impoſſe eſt q̃d cõicent in aliquo genere. Et hoc rõnabiliter accidit. Nam corruptibilium, & incorruptibilium non poteſt eſſe materia una. Genus aũt phyſice loquendo, a materia ſumitur. Vnde ſupra dictum eſt, q̃ ea quæ non cõicant in materia, ſunt genere diuerſa. Logice aũt loquendo nihil prohibet quod conueniant ĩ genere, inquantum conueniunt in una cõi rõne, uel ſubæ, uel qualitatis, uel alicuius hmõi. Deinde cum dicit.

Contraria ſunt in du[…]plici d[…]a.

Corruptibile non põt natur[…]liter fieri icorruptibile, ſecus per dei potentiam.

Corruptibile & icorruptibile ſũt genere diuerſa, loquendo de genere phyſico. Le. 2. & 10.

M Quæ cum ita ſint, patet fieri non poſſe, ut tales ſint formæ, quales quidam inquiunt eſſe. Homo enim alius corruptibilis, alius incorruptibilis erit, & tamen ipſæ formæ & hæc eiuſdem eſſe ſpecies dicũtur, & non diuerſas rationes ſubire. Ea uero quæ genere ſunt diuerſa, plus diſtant quam ea quæ ſpecie ſunt diuerſa.

Palam igitur q̃ non contingit eſſe ſpecies, tales quales dicunt quidam. Erit enim homo, hic quidem corruptibilis, hic autem incorruptibilis. Equidem ſpecie eadem dicuntur eſſe ſpecies, & non æquiuoce. Diuerſa uero genere, plus diſtant quam quæ ſpecie.

Infert quoddam corollarium ex dictis. ſ. q̃ non poſſunt eſſe ſpẽs ſeparatæ, ſicut Platonici poſuerunt. N Ponunt. n. duos hoies, unum ſenſibilem qui eſt corruptibilis, & unum ſeparatum qui eſt incorruptibilis, quem dicunt ſpẽm uel ideam hominis. Spẽs aũt ſiue ideæ dicuntur eſſe eadem ſpecie ſm Platonicos cum ſingularibus. Et nomen ſpeciei non æquiuoce prædicatur de ſpecie & de ſingulari, cum tamen incorruptibile & corruptibile ẽt genere differant. Et ea quæ ſunt diuerſa genere plus diſtant, q̃ quæ differunt ſpẽ. Attendendum eſt aũt q̃ licet Philoſophus oſtenderit, quæ quædam contraria non faciunt differre ſpecie, & quædam faciunt differre ẽt genere: tamen oia contraria aliquo modo faciunt differre ſpecie, ſi fiat comparatio contrariorum ad aliquod determinatum genus. Nam album & nigrum, licet non faciant differre ſpecie in genere aĩalis, faciunt tñ differre ſpecie in genere coloris. Et maſculinum & fœmininum faciunt differre ſpecie in genere ſexus. O Et aĩatum & inaĩatum, licet faciant differre genere quãtum ad infimas ſpẽs, tñ quantum ad genus quod per ſe diuidit in aĩatum & in inaĩatum, faciunt differre ſpecie tm̃. Nam oẽs differentiæ generis ſunt cõſtitutiuæ ſpẽrum quarundam, licet illæ ſpẽs poſſint genere eſſe diuerſa. Corruptibile aũt & incorruptibile diuidunt per ſe ens, quia corruptibile ẽ quod poteſt non eſſe. Incorruptibile aũt quod non poteſt non eſſe. Vnde cum ens non ſit genus, non mirum ſi corruptibile & incorruptibile non conueniant in aliquo uno genere. Et hæc de decimo libro. Lectio. I.

Corollarium contra ideas Platonis.

Oĩa contraria faciunt quoquo mõ differre ſpecie.

ARISTOTELIS STRAGYritæ Tex. libri undecimi Metaphyſicæ.

SApientiam quidem circa principia ſcientiam eſſe, ex primis iam patuit, in quibus ad ea quæ ab aliis dicta ſunt, de principiis rerũ eſt dubitatũ.

P QVod quidem igitur ſapientia circa principia ſcientia eſt, palam ex primis, in quibus dubitatum eſt ad dicta ab aliis de principiis.

QVia particulares ſcientiæ quædam eorũ quæ perſcrutatione indigent prætermittunt, neceſſe fuit quandam ſcientiam eſſe uniuerſalem & primam, quæ perſcrutetur ea de quibus particulares ſcientiæ non conſiderant. Huiuſmodi autem uidentur eſſe tam communia quæ ſequuntur ens commune, de quibus nulla ſcientia particularis conſiderat, cum non magis ad unam pertineant quam ad aliam, ſed ad omnes communiter: quam etiam ſubſtantiæ ſeparatæ quæ excedunt conſiderationem omnium particularium ſcientiarum. Et ideo Ariſtot. huiuſmodi ſcientiam nobis tradens, poſtquam perſcrutatus eſt de communibus, accedit ad tractandum ſpecialiter de ſubſtantiis ſeparatis, ad quarum cognitionem ordinantur non ſolum ea quæ in hac ſcientia tractata ſunt, ſed etiam quæ in aliis ſcientiis tractantur. Q Et ideo ad manifeſtiorem conſiderationem de ſubſtantiis ſeparatis habendam, primo ſub quodam compendio recolligit ea quæ dicta ſunt, tam in hoc libro, quam in libro phyſicorum, utilia ad cognitionem ſubſtantiarum ſeparatarum. Secundo de ipſis ſubſtantiis ſeparatis inquirit, circa medietatem ſequentis libri, ibi. { Sed quoniam tres ſunt ſubſtantiæ. } Prima ps diuiditur in duas. In prima recolligit ea quæ præcedunt conſiderationem ſubſtantiæ. In ſecunda recolligit ea quæ ad conſiderationem ſubſtantiæ pertinent, ibi, in principio ſequentis libri. { De ſubſtantia quidem theorica. } Tria autem præmiſerat ante conſiderationem ſubſtantiæ. Primo mouerat dubitationes in tertio libro, quas in hoc primo recolligit. Secundo determinauerat ea quæ ad conſiderationem huius ſcientiæ pertinent in. 4. lib. quæ & hic ſecundo recolligit, ibi. { Quoniam aũt phyſi. ſcientia. } Tertio determinat de ente imperfecto, ſcilicet de ente per accidens, & de motu, & infinito, &

In hoc lib. ſub compẽdio recolligit oĩa, q̃ i phyſica & i præcedẽtib. lib. ſũt dicta, q̃ conferũt ad cognitionẽ ſubarum ſeparatarũ.

de quibus

de quibus partim determinauerat in. 2. & .6. huius, partim in 3. phyſi. Et de his in. 3. loco hic recolligit, ibi. { Qm̃ aũt ſimpliciter ens &c. } Prima pars diuiditur i duas. Primo mouet dubitationem circa conſiderationem huius ſciæ. In ſecunda circa res de quibus in hac ſcia determinatur, ibi. { Adhuc unum oportet poni. } Circa primum duo facit. Primo inquirit quõ ſit conſideratio huius ſciæ circa principia, & ſubas. Secundo circa quæ principia, & circa quãs ſubas, ibi. { Sed nec circa dicta a phyſicis. } Circa primũ duo facit. Primo dubõnes mouet de conſideratione huius ſciæ circa principia. Secundo de conſideratione huius ſciæ circa ſubas, ibi. { Adhuc utrum omnium ſubarum. } Circa primũ tria facit. Primo ſupponit cõſiderationem huius ſciæ eſſe circa principia, dicens, ꝙ manifeſtũ eſt ex. 1. lib. in quo diſputauit contra ea quæ alii philoſophi dixerunt de primis rerum principiis, quod ſapientia eſt ſcia quædã circa principia. Oſtenſum eſt .n. in procemio iſtius libri, ꝙ ſapientia conſiderat cãs altiſſimas, & maxime uniuerſales, & eſt nobiliſſima ſciarum. Secundo ibi.

Lec. 3.

K

Dubitauerit autem quiſpiam utrum ſapientiam ipſam unam eſſe ſcientiã, an plures exiſtimare oporteat. Nam ſi unam ipſam eſſe putemus, una eſt ſemper contrariorũ. Principia uero non ſunt contraria. Si non unam, quas illas plures ponere oportet?

Dubitabit autem utiq; aliquis, utrum unam exiſtimare eſſe oportet ſapientiam, ſcientiam, aut multas. Siquidem enim unam, una aũt eſt ſemper contrariorum, principia autem nõ contraria. Si autem non una, quales oportet ponere has?

Dubõnes de conſideratione hu⁹ ſciæ. Pria an ſapientia quæ conſiderat principia ſit una vel plures.

Mouet qõnem de conſideratione huius ſciæ, quæ ſapientia dr̃ circa principia rerum, dicẽs ꝙ aliquis põt dubitare, utrum oporteat ſapientiam quæ conſiderat principia, eſſe unam ſciẽtiam aut multas. Et ſi dicatur ꝙ eſt una, vr̃ hoc eſſe in contrarium: quia plura de quibus conſideratur in una ſcia ſunt contraria, eo ꝙ unum contrariorum eſt rõ ad cognoſcendum alterum. Propter hoc vñr ſub una arte cadere. Sed principia rerum cum ſint plura non ſunt contraria. Alioquin non poſſent conuenire in uno principiato. Sapientia ergo quæ eſt de principiis, non vr̃ eſſe una ſcia. Si uero dicatur ꝙ non eſt una, ſed plures, non eſt eas aſſignare. Eſt autẽ ueritas quod ſapientia eſt una ſcia, quæ tñ conſiderat plura principia, inquantum reducuntur ad unum genus, quia & hac rõne contraria ſub una ſcia cadunt, inquantum ſunt unius generis. Tertio ibi.

L

Terminatio quæſiti.

Præterea unius ne eſt, an plurium, demonſtratiua principia contemplari? Si enim unius eſt, cur potius huiuſce quam cuiuſuis? Sin plurium, quas ponere oportet?

Adhuc ſpeculari demonſtratiua principia, unius aut plurium? Siquidem enim unius, quare magis huius, quam cuiuſq;? Si aũt plurium, quales oportet eas ponere?

M

2. dub. An conſiderare principia demonſtratiua ſit unius ſciæ, an plurium. Veritas quæſiti.

Mouet dubõnem de conſideratione huius ſciæ circa principia demõſtrationis dicens, ꝙ adhuc dubitabile eſt, utrum ſpeculari principia demonſtratiua, ut oẽ totum eſt maius ſua pte & ſimilia ſit unius ſciæ, aut plurium. Et ſi dicatur ꝙ unius, vr̃ difficile aſſignare, quare magis ſit iſtius ſciæ q̃ alicuius alterius, cũ oẽs ſciæ cõiter eis vtantur. Si aũt detur ꝙ ſit plurium ſciarum, uidebitur difficile aſſignare plures ſcias tales. Eſt aũt ueritas, ꝙ una ſcia principalr conſiderat iſta principia, ad quam conſideratio pertinet cõium qui ſunt termini illorum principiorũ, ſicut ens, & non ens, totum & pars, & alia hmõi, & ab ea aliæ ſciæ hmõi principia accipiunt. Deinde cum dicit.

Præterea omnium ne ſubſtantiarum, an non omnium, una ſcientia eſt putanda? Nam ſi non omniũ, per difficile eſt quę quarum eſt aſſignare. Sin oĩum una, obſcurum eſt quo modo plurium eadem eſſe ſcientia poteſt.

Adhuc utrum omnium ſubſtantiarum, aut nõ? Si quidem enim non omnium, quale difficile aſſignare. Si autem omnium una, non manifeſtum quõ contingit plurium eandem ſcientiam eſſe.

N

3. dub. De conſideratione metaph. circa ſubas. Veritas quæſiti.

Mouet dubõnes de conſideratione huius ſciæ circa ſubas, & quærit duo. Primo utrum hæc ſcia conſideret de oĩbus ſubis, aut non. Et ſi detur ꝙ non, difficile eſt aſſignare de qbus ſubis conſideret, & de quibus non. Et ſi detur ꝙ de oĩbus cõſideret, cum ſit una, remanet dubium, quõ eadem ſcia poſſit eſſe de pluribus, cum una ſcia ſit unius. Et ueritas eſt, ꝙ hæc ſcia eſt de oĩbus ſubſtantiis, licet de quibuſdam principalius .ſ. de ſubſtantiis ſeparatis, inquantum oẽs conueniunt in uno genere, quod eſt ens per ſe. Secundo ibi.

Pręterea circa ſubſtantias ne ſolum, an & circa accidentia eſt demonſtratio? Etenim circa accidentia ſi ſit demonſtratio, circa ſubſtantias non eſſe uidet. At ſi alia eſt, quæ nam utraq; ſit, & utra ſit ſapiẽtia? Demonſtratiua nanq; facultas, ſapientia eſt: eaq; circa accidẽtia ipſa uerſatur. Ea uero quæ circa prima uerſatur, ſubſtantiarum eſſe uidetur.

O

Adhuc utrum circa ſubſtantias ſolum, aut circa accidentia demonſtratio eſt? Si enim circa accidẽtia demonſtratio eſt, circa ſubſtantias non eſt. Si autẽ altera, quæ utraq; & utra ſapientia? Demonſtratiua quidem ſapientia quæ circa accidentia. Hæc aũt circa prima, quæ ſubſtantiarum.

4. dub. An metaph. conſideret ſolũ de ſubſtantiis

Quærit utrum demonſtratio ſit ſolum circa ſubas, aut etiã circa accñtia. Si .n. demõſtratio proprie eſſet circa accñtia, qa ad demonſtrationem pertinet concludere p ſe accñtia de ſubſtantiis, non erit demõſtratio circa ſubas. Sed ſi dicatur, ꝙ alia demõſtratiua ſcia eſt ſubarum, & alia accñtium per ſe, quærẽdum reſtat quæ ſit utraq; earum. Et ſi utraq; earum ſit digna noĩe ſapientiæ. Quia ex una parte vr̃ ꝙ illa quæ circa accñtia ſit ſapientia, quia demonſtratio proprie eſt accñtium, & demõſtratiua ſcia certiſſima eſt. Et ſic vr̃ ꝙ ſapientia ſit demonſtratiua quæ eſt circa accñtia. Ex alia parte vr̃ ꝙ ſit circa ſubas, quia cum ſuba ſit prima in entibus, ſcia quæ eſt circa ſubas vr̃ eſſe prima. Eſt aũt ueritas ꝙ ſapientia ſubas & accñtia conſiderat inquantum conueniunt in ente, qd̃ eſt eius ſubiecti, ſed ſubſtãtias principaliter, ſicut per ſe prima entia, & de his accidentia demonſtrat. Deinde cum dicit.

Veritas quæſiti.

P

At neq; circa cauſas eas ponẽda eſt ea ſcientia quã quærimus, quas in naturalibus diximus. Neq; .n. circa id eſt, gratia cuius cætera fiunt. Tale eſt enim ipſum bonum Hoc autem eſt in rebus agendi, & in hiſce quæ ſunt in motu. Atq; hoc primum mouet. Tale enim eſt ipſe finis. At id quod primum mouit non eſt in hiſce quæ mobilia ſunt.

Sed non circa dictas in phyſicis cauſas quęſitam ſcientiam ponendum. Neq; enim circa quod cuius gratia. Tale enim bonum. Hoc aut in operabilibus exiſtit, & exiſtentibus in motu, & hoc primum mouet. Tale enim finis. Primum autem mouens non eſt in immobilibus.

Q

5. dub. An metaph. conſideret .4. gña cãrum. Te. cõ. 37

Mouet qõnes magis ſpãles de conſideratione huius ſciæ, & primo circa quas ſubas ſit conſideratio huius ſcię. Secũdo circa quæ principia. ibi. { Dubitabit aũt utiq;. } Circa primum mouet .4. qõnes. Et .1. qõ pertinet ad cãs ſubarum ſenſibilium dicens, ꝙ non vr̃ ponendum hanc ſciam q̃ quærimus, circa .4. genera cãrum, de quibus dictum eſt in lib. phyſ. quia maxime uideretur eſſe circa cãm finalem, quæ eſt potiſſima inter alias. Sed non vr̃ eſſe hæc ſcia { circa id cuius gña } .i. circa cãm finalem, quia finis habet rõnem boni. Bonum aũt conſiſtit operationibus, & in his quæ ſunt in motu. Vñ in imobilibus ſicut in mathematicis, nihil demonſtratur per cãm finalem. Et manifeſtum eſt ꝙ finis eſt qd̃ primum mouet. Mouet .n. efficiẽtẽ. Primum aũt mouẽs non vr̃ eſſe in rebus imobilibus. Eſt aũt ueritas, ꝙ hæc ſcia cõſiderat dicta genera cãrum, & præcipue cãm formalem & finalem. Et ulterius finis qui eſt primũ mouens eſt oĩno immobile, ut infra oſtendetur. Secundo ibi.

Veritas quæſiti. Li. 12. c. 6.

I Omnino autem hic exiſtit dubitatio, utrum circa ſenſibiles ſubſtantias ea ſcientia quæ nunc quæritur, an non circa ipſas, ſed circa alias quaſdam uerſetur. Ná ſi circa alias uerſatur, aut circa ipſas formas, aut circa mathematica ipſa uerſabitur. At formas quidem patet nou eſſe.

Totaliter autem dubitationem habet, utrũ quidẽ circa ſenſibiles ſubſtantias eſt quæſita nunc ſcia, aut non, ſed circa quaſdam alias. Si.n.circa alias, aut circa ſpẽs, aut ſicut circa mathematica. Spẽs quidẽ enim ꝗ non ſunt palam.

6.dubĩ. An metaphy.cõſideret ſolum ſubas ſenſibiles. Mouet quæſtionem de conſideratione ſubſtantiarum ſenſibilium, & quærit, utrum hæc ſciencia ſit circa ſubſtantias ſenſibiles, aut non. Si enim ſit circa ſubſtantias ſenſibiles, non uidetur differre à ſcientia naturali. Si autem circa alias ſubſtantias difficile eſt aſsignare circa quas alias. Aut enim eſt { circa ſpecies } .i. circa ideas, quas Platonici poſuerunt. K Aut eſt circa mathematica, quæ etiam quidam poſuerunt eſſe media inter ideas & ſubſtantias ſenſibiles, ſicut ſunt ſuperficies, & lineæ, & figuræ, & alia huiuſmodi. Sed manifeſtom eſt per ſuperiores libros, ꝗ { ſpecies non ſunt, } .i. ideæ ſeparatæ, & de mathematicis ſtatim quæretur. Veritas q̃ſiti. Eſt autem ueritas huius q̃onis, ꝗ iſta ſcia determinat de ſubſtantiis ſenſibilibus. inquãtum ſunt ſubſtantiæ, non inquantum ſunt ſenſibiles & mobiles. Hoc.n. proprie pertinet ad naturalem. Sed propria conſideratio huius ſcientiæ eſt de ſubſtantiis, quæ non ſunt ideæ, nec mathematica ſeparara, ſed ꝑmi motores, ut iſra patebir. Li.12.t.c6. Tertio ibi.

Dubitatio autem emergit, ſi quiſpiam etiam ipſas eſſe poſuerit, cur non ut in mathematicis, ſic & i cæteris res ieſe habet, quorum ſunt formę? Dico autem hoc pacto. Mathematica quidem, inter formas & res ſenſibiles ponunt, uti tertia quędam inter ipſas formas, & ea quæ ſunt hoc loco. Tertius autem
L homo non eſt, neq; equus pręter ipſum & ſingulos hommes atq; equos.

Attamẽ dubitationem habet, & ſi eſſe quis ipſas ponat propter quid quidem non quemadmodum in mathematicis, ſic habet & in aliis quorum ſunt ſpecies? Dico autem quia mathemarica quidem intermedia ſpecierum, ponunt & ſenſibilium, uelut tertia quædam præter ſpẽs, & quæ hic. Tertius aũt hõ non eſt, neq; equus præter auton & ſingulares.

7.dubĩ. An mathematica ſint ſeparata. Mouet tertiam dubitationem ex incidenti. Quia enim dixerat manifeſtum eſſe ꝗ non ſunt ſpecies ſeparatæ, mouet dubitationem de mathematicis, utrum ſint ſeparatæ. Et oſtendit primo ꝗ non, quia ſi aliquis ponat ſpeciet ſepaeatas, & mathematica ſeparata præter ſubſtantias ſenſibiles, quare non eſt ita in omnibus quæ habent ſpecies, ſicur in mathematicis? ut ſicut mathematica ponitur media inrer ſpecies & ſenſibilia, quaſi quædam tertia entia præter ſpecies & particularia quæ ſunt hic, ur linea mathematica præter ſpeciem lineæ, & lineã ſenſibilem, ita poneretur tertius homo, & tertius { equus præter auton } .i. per ſe hominem, & per ſe equum, quæ appellabãt
M Platonici ideas, & equum & hominem, ſingulares. Sed in his Platonici media non ponebanr, ſed ſolum in mathematicis. Poſtea uero cum dicit.

Quod ſi ruſus non ſunt, (ut inquiũt) circa quæ ponendum eſt mathematicum ipſum uerſari? Non enim circa ea quę ſunt in hoc loco, quippe cum iſtorum nihil ſit tale quale mathematicæ ſcientię quęrunt. At uero neq; circa mathematica, ſciẽtia ea uerſatur quam quærimus. Nihil enim ipſorum eſt ſeparabile. Ar neq; eſt ſubſtãtiarum ſenſibilium. Oriũtur enim atq; intereunt.

Si autem iterum non eſt (ũt dicunt) circa qualia ponendum negociari mathematicum? Nõ eſt enim utiq; circa ea quę hic. Horum enim nullum eſt, quale mathematicę quęrũt ſcientiarum. Neq; enim circa mathematica quęſita eſt nunc ſcientia. Saparabile enim ipſorum nullum. Sed neq; ſenſibilium ſubſtantiarum. Corruptibiles enim. N

Obiicit in contrarium. Obiicit in contrarium, quia ſi non ſunt mathematica ſeparata, difficile eſt aſsignare circa quæ mathematicæ ſcientiæ negocientur. Non enim negociari uidentur circa ſenſibilia inq̃tũ huiuſmodi, quia in iſtis ſenſibilibus non ſunt tales lineæ, & tales circuli, quales ſcientiæ mathematicæ quærunt. Vnde uidetur neceſſe ponere quaſdam lineas, & quoſdam circulos ſeparatos. Veritas q̃ſiti. Eſt autem ueritas quod mathematica non ſunt ſeparata à ſenſibilibus ſm ſe, ſed ſolum ſm rationem, ut ſupra oſtenſum eſt in ſexto, & infra declarabitur. Te.c6.2. Et quia hanc dubitationem ex incidenti interpoſuerat de ſeparatione mathematicorum ea occaſione, quia dixerat manifeſtum eſſe quod ſpecies non ſunt ſeparatæ, conſequenter cum dicit, { Neq; etiam circa mathematica, } redit ad quæſtionem principalẽ, qua quærebatur circa quas ſubſtantias ſit iſta ſcientia. O Et cum oſtenderit ꝗ non ſit circa ſpecies, quia ſpecies non ſunt ſeparatæ, nũc oſtendit eadem ratione, quod non eſt circa mathematica, q̃a nec ipſa ſunt ſeparata ſcilicet ſm eſſe. Sed nõ uidetur eſſe circa ſenſibiles ſubſtantias, cum ſint corruptibiles & in motu exiſtẽtes. Eſt autem ueritas huius quæſtionis, quæ ſupra poſita eſt. Quartam dubitationem ponit ibi.

Omnino autem dubitauerit quiſpiam, qualis nã ſit ſcientię, de mathematicarum materia dubitare. Neq; enim naturalis eſt facultatis, propterea ꝗ omnis tractatio naturalis philoſophi circa ea uerſatur, quę in ſeipſis principium motus ſtatuſue habent. Neq; etiam eſt facultatis, quę de demõſtratione ſciẽtiaq; conſiderat. Nam circa hoc ipſum genus, facit inquiſitionem. Reſtat igitur philoſophiam propoſitam de ipſa conſiderare.

Totaliter autem dubitabit utiq; aliquis, cuius ſcientię dubitare de mathematicarum materia. Neque enim phyſicę, propter circa habẽtia in ipſis principium motus & quietis naturalis omne eſſe negocium. Neq; etiam intendentis de demonſtratione & ſcientia. Circa hoc ip ſum genus enim inquiſitionẽ facit. Relinquitur igitur propoſitam philoſophiam de ipſis conſiderationem facere. P

7.dubĩ. Ad q̃ ſcia ꝑtineat de materia mathematicorũ dubitatiõ. Et quærit cuius ſciæ ſit { dubitare de materia mathematicarum ſciarum } .i. inquirere de quibus mathematicæ conſiderent. Non.n. hoc eſt ſciæ naturalis, ꝑꝑ hoc ꝗ totum negociũ naturalis philoſophiæ, eſt circa ea quæ hñt in ſeipſis principiũ motus, & quietis, quæ naturalia dñr. Vñ de hac dubõne ſe nõ intromittit. Silr ẽt conſideratio huius dubõnis non uř pertinere ad illam ſciam, quæ intendit de demonſtratione, & ſcia mathematicorum quæ dř mathematica ſcia, quia hnõi ſcia ꝓſuponit hnõi materiam, ſiue hnõi ſubm, & circa ipm aliqua inquirit. Vñ relinquitur ꝗ ad hanc phiam pertineat cõſiderare, de quo tractant ſciæ mathematicæ. Deinde cum dicit. M

Q Dubitauerit autem quiſpiam, ſi ſcientiam eam q̃ quęrimus ponere oporteat circa principia, q̃ a quibuſdam elementa uocantur. Hęc autem omnes ipſis ineſſe compoſitis ponunt. Potius autem ea ſcientia quam quęrimus uniuerſalium uidebitur eſſe. Omnis enim ratio & omnis ſcientia, uniuerſalium eſt, & nõ ultimorum. Quare hoc pacto primorum generum erit.

Dubitabit autem utiq; aliquis ſi oportet quęrere, quæſitam ſcientiam circa principia uocata ab aliquibus elementa. Hæc autem omnes in exiſtentia compoſitis ponunt. Magis autem utiq; uidebitur uniuerſalium oportere eſſe quęſitam ſcientiam. Oĩs n. ratio & oĩs ſcia uniuerſalium, & nõ extremorum. Quare erunt utiq; ſic primorum generum.

Inquirit

8. dubĩ. An iſta ſcia ſit circa principia q̃ a quibuſdã elementa uocantur.

Inquirit circa qualia principia ſit conſideratio huius ſciæ, & circa hoc mouet tres q̃ões. Primo.n.quærit, utrum hæc ſcia ſit circa principia, quæ a quibuſdam elñta dñr. Quod uidetur ex hoc q̃ oẽs ponunt hmõi principia eſſe inexiſtentia .i. interinſeca compoſito. Et ita oportet ad cognitionem compoſitorum, q̃ ipſa cognoſcantur. Sed ex alia rõne vr, q̃ iſta ſcia ſit magis vlium, quia ois rõ & ois ſcia videt eſſe { vlium & non extremorum, } .i. particularium, ad quæ diuiſio cõium terminatur. Et ſic vr q̃ iſta ſcia maxime ſit priorum generum.

Veritas q̃ſti. Et ueritas eſt, q̃ hæc ſcia præcipue conſiderat cõia, non tñ q̃ cõia ſint principia, ſicut Platonici poſuerunt. Conſiderat autẽ & principia intrinſeca rei, ſicut materiã & formã. Secdo ibi.

. Hæc autem fient id quod eſt, ipſumq; unũ. Hæc enim omnia quæ ſunt, continere maxime uidebuntur, & pricipiis maxime ſimilia eſſe, propterea q̃ natura ſunt prima. His enim corruptis, cætera quoq; continuo ſimul uniuerſa tolluntur. Omnia enim
K ens ſunt & unum. Verum cum differentias participes ipſorum eſſe neceſſe eſt, ſi quiſpiam ipſa genera poſuerit eſſe, differẽtia uero nulla generis particeps eſſe poteſt: hoc ſane non uidebitur, ipſa eſſe genera ponere. aut principium oportere.

Hæc autem fient utiq; ens & unum. Hæc enim maxime utiq; exiſtimabuntur continere entia oĩa, & maxime principia uideri, quia prima natura ſũt. Corruptis enim ipſis, cointerimuntur reliqua. Oĩa enim ens & unum. Secundũ quod aũt differentias ipſis, neceſſe pticipare, ſi ponat quis ipſa genera, differentia aũt nulla genere participat: ſic non utiq; uidebitur oportere ipſa poni genera, neq; principia.

9. dubĩ. An unũ & ens ſint principia & genera.

Mouet ſecundam dubitationem. Videtur enim ex una parte, q̃ unum & ens ſint principia & genera, quia hæc maxime uidentur continere omnia ſuo ambitu communitatis. Et maxime uidentur eſſe principia, quia ſunt prima naturaliter, q̃a
L eis interemptis interimuntur alia. Omnia enim ſunt ens & unum. Vnde ſi auferatur unum & ens, omnia alia auferuntur ſed non conuertitur. Et ſic uidentur eſſe prima naturaliter, cũ prius naturaliter dicatur, a quo non conuertitur conſequentia eſſendi. Ex alia parte uidetur, q̃ unum & ens non ſint genera, & per conſequens nec principia, ſi genera ſunt principia. Nulla enim differentia participat actu genus, quia differentia ſumitur a forma, genus autem a materia Sicut rationale a natura intellectiua, animal a natura ſenſitiua. Forma autem nõ includitur in eſſentia materia actu, ſed materia eſt in potentia ad ipſam. Et ſimiliter differentia non pertinet ad naturam generis, ſed genus habet differentiam poteſtate. Et propter hoc differentia non participat genus, quia cum dico rationale, ſignifico aliquid habens rationem. Nec eſt de intellectu rationalis q̃ ſit animal. Illud autem participatur, quod eſt de intellectu participantis. Et propter hoc dicitur, q̃ differentia non participat genus. Nulla autem poſſet differentia ſumi, de cuius intellectu non eſſet unum & ens. Vnde unum & ens non poſſunt habere aliquas differentias. Et ita non poſſunt eſſe genera. Cum oẽ genus habeat dñas. Eſt aũt ueritas, q̃ unum &
M
Veritas q̃ſti. ens non ſunt genera, ſed ſunt oĩbus cõia analogice. Tertiã quæſtionem ponit ibi.

Preterea ſi ſimplicius eſt principium, magis q̃ id quod minus eſt tale, ultima uero eorum quę ſũt ex genere, generibus ſunt ſimpliciora, ſunt .n. indiuidua, genera uero in plura atq; differentia diuidũtur: ſpecies ſane magis eſſe principium, quam genera uidebuntur. At quum ſpecies una cum generibus ipſis tollantur, genera rurſus principiis magis ſimilia eſſe uidentur. Eſt enim id principium, quod ſecum alia tollit. Sunt igitur quę dubitationem habent, & hæc & alia iſtiuſmodi.

Adhuc autem ſi magis principium quod ſimplicius, eo quod minus tale, ultima autem eorum quę ex genere, ſimpliciora generibus, indiuiſibilia enim, N
genera autem in plura & differentia diuiduntur, magis utiq; principium uidebitur eſſe ſpecies generibus. Quia autem cointerimuntur generibus ſpecies, genera principiis aſſimilantur magis. Principiũ enim quod interimit. Quę quidem igitur dubõnẽ habent, hæc & talia ſunt altera.

10. dubĩ. An principia ſint magis genera quã ſpecies.

Et eſt dubitatio, utrum principia ſint magis genera q̃ ſpẽs, & primo oſtendit q̃ ſpecies magis ſint principia q̃ genera, q̃a quod eſt ſimplicius, eſt magis principium. Sed ſpecies uidẽtur eſſe ſimpliciores. Sunt enim indiuiſibilia, ad quæ terminatur diuiſio generis formalis. Sed genera in plura & differẽtia ſpecie diuiduntur, ergo magis uidentur principia eſſe ſpecies q̃ genera. Sed ex ea parte qua genera conſtituunt ſpecies, & nõ econuerſo, uidentur genera eſſe magis principia. Hoc enim eſt de ratione principii, q̃ eo remoto alia remouẽtur. Eſt autem O
Veritas q̃ſti. ueritas q̃ uniuerſalia ſunt principia ſcilicet in cognoſcendo, & ſic genera magis ſunt principia, quia ſimpliciora. Et q̃ diuidantur in plura q̃ ſpecies, hoc eſt, quia continent plura in potentia. Sed ſpecies continent plura in actu. Vnde ſunt magis diuiſibiles per modum reſolutionis compoſiti in ſimplicia.

Lectio. II.

Preterea utrum quippiam preter ſingula ponere oporteat, an non oporteat, ſed iſtorum ſit ea ſcia quam nunc quęrimus. At hęc infinita ſunt? Ea uero quę preter ſingula ſunt genera, aut ſpecies eſſe conſtat. Sed horum neutri ſcientia eſt ea quam nũc quęrimus. Quam enim ob cauſam id eſſe non poſſit, iam antea diximus.

Adhuc utrũ oportet poni aliquid preter ſingularia, aut non, ſed horum quęſita ſcientia. Sed hęc infinita? Quę uero preter ſingularia, genera aut ſpecies ſunt. Sed neutrius horum quęſita nunc ſcientia. Propter quod enim impoſſibile P
hoc, dictum eſt.

Dubõnes de conſideratis ab hac ſcia Prima an ſit in natura aliqd pter ſingularia exiſtat.

POSTQVAM Mouit dubitationem de conſideratione huius ſciæ, hic mouet dubõnem, de his quæ in hac ſcia conſiderantur. Et primo de ſubſtantiis. Secundo de principiis. ibi. { Adhuc aũt ſiquidem eſt. } Circa hoc mouet duas dubitationes, quarum prima eſt, utrum oporteat aliquid poni in rerum natura exiſtere præter ſingularia, aut non. Et ſi dicatur q̃ non vr ſequi, q̃ hæc ſcia quæ nunc quæritur ſit ſingularium, & quælibet alia. Sed hoc vr impoſſe, quia ſingularia ſunt infinita, & infinitorum non eſt ſcia. Si aũt dicatur q̃ aliquid exiſtit præter ſingularia, oportet q̃ ſint uel genera, uel ſpẽs. Et ſi hæc ſcia eſſet de generibus uel ſpẽbus. Sed quare hoc ſit impoſſe dictũ eſt prius, quia nec genera nec ſpẽs vñr eſſe principia, cum tñ hæc ſit ſcia de principiis. Et ueritas hæc eſt, quia nihil eſt in rerum natura præter ſingularia exiſtens, ſed tñ in conſideratione intellectus abſtrahentis communia a propriis. Secundam dubitationem ponit ibi.

Et .n. omnino dubitatio quędam emergit, utrũ aliquam ſubſtantiam ſeparatã præter ſenſibiles ſub- Q
ſtantias, & eas quę ſunt hoc putãdum ſit eſſe, an nõ putandum, ſed hęc eſſe ea quę ſunt, & circa hęc ſapiẽtiam ipſam uerſari putare oporteat. Quęrere.n. alia quędam uidemur, & hoc eſt propoſitum nobis, uidere inquã ſi quippiam ſit in rõne rerum ſeparatũ per ſe, quod quidem nulli rerũ ſenſibilium inſit.

Etenim totaliter dubitationem habet, utrum oportet aliquam exiſtimari ſubſtantiam ſeparabilẽ preter ſenſibiles ſubſtantias, & eas quę hic aut nunc ſed hęc eſſe entia, & circa hęc ſapientiam exiſtere. Quęrere quidem enim uidemur aliam quandam, & propoſitum eſt hoc nobis. Dico autem ſcire ſiquidem ſeparabile ſecundum ſe, & nulli ſenſibilium exiſtens.

I Et eſt utrum ſit aliqua ſuba ſeparabilis pter ſenſibiles ſubas, quæ ſunt hic & nunc. Et hæc qō neceſſaria eſt hic ad quærēdū: quia ſi nihil eſt præter ſenſibilia, tunc ſola ſenſibilia ſunt entia. Et cum ſapientia ſit ſcia entium, ſequitur q ſapientia ſit circa ſola ſenſibilia, cum tñ in hac ſcia uideamur quærere q̃dam alia naturam ſeparatam. Et ſic ad propoſitum huius ſciæ pertinet quærere, ſi eſt aliquid ſeparatū a ſenſibilibus uel non. Et qcqd horum detur, ſequitur alia qō. Et ideo conſequenter dicit.

3. dubiū. An ſit aliq ſuba ſeparabilis pter ſenſibiles ſubas q̃ ſūt hic & nūc.

Præterea ſi præter ſenſibiles ſubſtantias alia ſit ſubſtantia quædam, preter quas ſubſtantias ſenſibiles hanc eſſe ponere oportet? Cur enim potius preter homines aut equos, quam preter cætera animalia, aut inanimata omnino quiſpiam ipſam ponet? Aequales tamē ſubſtantiis ſenſibilibus atq; caducis, alias æternas conficere, fines egredi rōnis uidetur.

K Adhuc aūt ſi præter ſenſibiles ſubſtantias eſt aliqua alia ſubſtantia, præter quales ſenſibiles oportet ponere hanc eſſe? Quid enim magis præter homines, aut equos, quam aliorum aialium ponet quis ipſam, aut totalr inaiatorum? Aequales quidē ſenſibilibus & corruptibilibus ſubſtātiis ppetuas alteras conſtituere, extra rōnabilia uidebitur utiq; cadere.

Mouet qōnem quæ uī ſequi, ſi ponatur aliquid ſeparabile a ſenſibilibus, quæ quidem qō eſt. Utrum præter oēs ſubas ſenſibiles ſit aliquid ſeparabile, aut præter quaſdam tm. Si præter quaſdam tm, difficile eſt aſſignare rōnem præter quales ſubarum ſenſibilium oportet ponere ſubam ſeparatam, & præter quales non. Non.n. uī eſſe rō aliqua, quare præter hoies & equos ſenſibiles ſit homo & equus ſeparatus, & nō ſilr de aliis aialibus, & ēt de aliis inaiatis. Si aūt pter oia ſenſibilia ſit aliq ſuba ſeparata, ſequitur q oporteat ponere aliquas ſubas ſeparatas, perpetuas, æquales numero ſubſtantiis ſenſibilibus & corruptibilibus: ut. ſ. ſicut eſt homo corruptibilis, ita ſit homo
L incorruptibilis, & equus, & bos, & ēt i rebus naturalibus aliis. Et hoc uī cadere in irrōnabilia. Deinde cum dicit.

3 dubiū. An pter oēs aut tm pter quaſdā ſubas ſenſibiles ſit aliqua ſeparata

Quod ſi id principium qđ nunc quærimus, non ſit a corporibus ſeparatum, quod nam aliud magis quiſpiam quam materiam ponet? Hęc tñ potentia ē, & nō actu. Atq; forma potius quam hæc, principiū propriuſue uidebitur eſſe. At hęc caduca eſt atq; perit. Quare non eſt ſeparabilis & per ſe ſubſtantia ulla perpetua. At hoc eſt abſurdum. Vī.n. eſſe, atq; ab elegantiſſimis quæritur quoddam principium, atq; ſubſtantia talis. Quo nanq; modo fuerit ordo, ſi nō ſit quicquam ęternum & ſeparatum ac manens?

Si aūt non ſeparabile a corporibus quęſitum nūc principium eſt, quod utiq; aliud quis ponet magis materia? Hæc tñ actu quidem non eſt, potentia aūt eſt. Magis utiq; principium principalius hac, uidebi
M tur eſſe ſpēs & forma. Hoc aūt corruptibile. Quare totalr non eſt perpetua ſubſtantia ſeparabilis & ſm ſe. Sed inconueniens. Vī.n. & quęritur fere a gratioſiſſimis tanq̃ exiſtis quoddam principium & ſubſtantia talis. Quomodo.n. erit ordo non exiſtēte aliquo principio perpetuo, & ſeparabili, & manente?

Mouet aliam qōnem quæ dī ſequi, ſi nō ſit aliqua ſuba ſeparata a ſenſibilibus. Et eſt qō quid ſit primum principium. Utrū ſ. materia uel forma. Ex his.n. duobus componuntur ſubæ ſenſibiles. Vī.n. primo aſpectu q nihil magis poſſit poni principium q̃ materia, quæ eſt primum ſubm, & ſemper manet, ſicut primi naturales poſuerunt. Sed hoc ut uī non pōt eſſe principium, quia materia non eſt in actu, ſed in potētia. Et ita cum actus naturalr ſit prior potentia, ut in nono habitum eſt, uī q ſit principium ſpēs & forma quæ eſt actus. Sed nec forma pōt eſſe principium, ut uī quia forma ſenſibilis uī eſſe corruptibilis. Et ita ſi forma ſenſibilis ſit primum principium, uī ſequi q nulla ſuba ſit perpetua, quæ ſit ſeparabilis, & ſm ſe exiſtens. Quod uī inconueniēs, quia a famoſis philoſophis, & quæritur aliquod principium perpetuum, & ſeparatum, & aliqua talis ſuba, & hoc rōnabiliter. Non.n. eſſet ordo perpetuitatis in rebus, niſi eſſet aliquod principium ſeparabile & perpetuum, quod daret rebus perpetuitatem. Et ueritas harum qōnum eſt, q eſt aliqua ſuba ſeparata a ſenſibilibus, non qdē ſpēs rerum ſenſibilium, ut Platonici poſuerunt, ſed primi motores ut infra oſtendetur. Deinde cum dicit. N

4 dubiū. Quid ſit primū principium, materia, an forma.

Veritas terti & q̄rti dubōnis.

Præterea ſi ſubſtantia ſit aliqua principiumq; tale natura, quale nunc quærimus, atq; hoc unum ſit oium idemq; tam perpetuarum rerum, q̃ caducarū exiſtit utiq; dubitatio, cur nam ſub eodē principio alia ſunt ſempiterna, alia non ſempiterna? Hoc.n. abſurdum eſſe uidetur. Quod ſi aliud illorum, aliud eſt iſtorum, ſi caducorum ēt ſit ęternum, modo ſane ſimili dubitabimus. Cur.n. ſi principium ſit perpetuum, non ſint & ea quæ ſub ipſo ſunt ſempiterna? Sin uero ſit caducum ac perit, aliud quippiā huius, & aliud illius itidem principium erit, atq; hoc i. infinitum abibit. O

Adhuc aūt ſi quidem eſt aliqua ſubſtantia & principium tale ſecundum naturam, quale nunc quærimus, & hoc unum oium & idem perpetuorum, & corruptibilium, dubōnem habet, pp quid quidem eodem principio exiſtente, hec quidem ſunt perpetua eorū quæ ſub principio, hec aūt non perpetua? Hoc.n. inconueniēs. Si aūt aliud quidem principiū eſt corruptibilium, aliud aūt perpetuorum. Siquidem perpetuum & quod corruptibilium, ſimiliter dubitabimus. Propter quid.n. non perpetuo principio exiſtente, & quę ſub principio perpetua? Corruptibilium aūt exiſtēte, aliud aliquid principium ſit huius, & illius alterum, & hoc in infinitū procedit.

P Mouet qōnem de principiis, & primo qualia ſunt. Secundo quæ ſunt. ibi. { Si aūt rurſus aliquid. } Tertio q̄o ſe habeant adinuicem. ibi. { Adhuc aūt utrum principium. } quærit ergo ſi ſit aliqua ſuba ſeparata & principium ut nunc quærimus utrum ſit aliquod principium oium. ſ. corruptibilium & incorruptibilium, uel non. Si ſit principium aliquod oium, dubō remanet, quare ex eodem principio, quædam ſunt perpetua, quædam non perpetua. Si aūt aliud eſt principium corruptibilium, et aliud incorruptibilium, adhuc remanet dubō, quare cum principium ſit perpetuum ea quæ ſunt ex primo nō ſunt perpetua. Si aūt principium ſit corruptibile, oē aūt corruptibile eſt gñabile, oē aūt gñabile habet principium, ſequitur qđ principium corruptibile habeat aliquod principium: & illud, aliud: & ſic in infinitum. Quod eſt impoſſe, ut oñſum eſt ſupra in ſecundo. Et ueritas eſt, quod primum principium oium eſt incorruptibile. Sed quædam pp longe diſtare ab eo ſunt corruptibilia, in quibus gñatio & corruptio cātur per cām mediā quæ eſt incorruptibilis ſecundum ſubam, & uariabilis ſm ubi.

5 dubiū. An idē ſit principiū corruptibiliū & incorruptibilium.

Veritas q̄ſti.

Quod ſi rurſus quiſpiam ea quæ maximæ immobilia principia eſſe uidentur, id inquam quod eſt, ac ipſum unum poſuerit, primo quidem ſi neutrum ipſorum hoc aliquid, ſubſtantiamq; ſignificet, quonam pacto ſeparabilia atq; per ſe erunt? Talia autē quęrimus ęterna ipſa principia atq; prima. Deinde ſi hoc aliquid utrunq; & ſubſtantiam ſignificat, oia quæ ſunt, continuo ſubſtantiæ erunt, quippe cum de uniuerſis ipſum ens, & de nonnullis ipſum unū etiam prędicetur. At falſum eſt, uniuerſa quæ ſunt ſubſtantias eſſe. Q

Si autem rurſus aliquis putata maxime principia immobilia, eſſe ens & unum ponat, primo quidem, ſi non hoc aliquid & ſubſtantiam utrunq; ipſorum ſignificat, quomodo erunt ſeparabilia & per ſe? Talia autem quærimus perpetua quæ & prima principia.

A principia. Si uero hoc aliquid & ſubſtantiam utrũque ipſorum ſignificat, omnia erunt ſubſtantia entia. De omnibus enim ens prædicatur, de quibuſdam autem & unum. Subſtantiam autem eſſe omnia entia falſum.

6. dub. Vtrũ unũ & ens ſignificet hoc aliquid & ſub.

Quærit quæ ſunt principia, & primo quærit de opinione illorum, qui poſuerunt principia unum & ens, quia ſunt maxime immobilia. Qualitercunq; enim varietur aliquid, ſemper remanet unum & ens. Sed ex eorum opinione conſurgit duplex dubitatio, quarum una eſt, utrum unum & ens ſignificat hoc aliquid & ſubſtantiam. Si enim non, non potuerunt eſſe ſeparabilia & per ſe exiſtentia. Sed talia principia quærimus, quæ ſint perpetua & ſeparata exiſtentia. Si autem ſignificat hoc aliquid & ſubſtantiam, ſequitur ꝙ omnia ſint ſubſtãtiæ & nihil ſit accidens, quia ens prædicatur de omnibus enti B bus, unum autem prædicatur de quibuſdam. Quædam uero ſunt quæ in multitudine conſiſtunt, de quibus uere manifeſtũ eſt qualiter prædicetur unum. Hoc autem eſt falſum, ꝙ omnia ſint ſubſtantiæ. Vnde uidetur ꝙ unum & ens non ſignificent ſubſtantiam.

Præterea, dicant illi oportet, qui id quod principium primum, atq; ſubſtantias inquiunt eſſe, ex ipſo uero uno atq; materia primo numerum generant, atq; hunc aſſerunt ſubſtantiam eſſe, quonam pacto id quod dicitur, uerum eſſe poteſt? Dualitatem enim & cæterorum numerum quẽque compoſitorum, quonam modo unum intelligere oportet? De hoc enim neque quicquam omnino dicunt neq; eſt facile dicere.

Adhuc autem primum principium ꝙ unum dicentibus & hoc ſubſtantiam, ex uno autem & materia, numerum generant primo &, hanc ſubſtantiam dicunt eſſe, quomodo contingit quod dicitur C uerum eſſe? Dualitatem enim & reliquorum unũquemq; numerum compoſitorum, quomodo unũ oportet intelligere? De hoc enim neq; dicunt nihil, neq; facile eſt dicere.

7. dub. An numerus generetur ex uno & materia, ut dicebãt antiqui.

Secunda dubitatio quam ponit talis eſt. Ponentes enim unum principium & ſubſtantiam, dicunt ꝙ ex uno & ex materia generatur numerus tanquam primus effectus. Et hunc .ſ. numerum dicunt eſſe ſubſtantiam. Sed hoc non uidetur eſſe uerum. Quia ſi numerus componitur ex uno & materia, oportet ꝙ ſit aliquid unum, ſicut quod componitur ex anima & materia, oportet ꝙ ſit animatum. Sed quomodo dualitas & quilibet aliorum numerorum qui ſunt compoſiti ex multis unitatibus, ſint unum ut dicunt Platonici, nec facile eſt aſſignare, ut poſſit dici eſſe relictum ab eis, quaſi de facili intelligibile. Secundo ibi.

Si lineas tamen, uel ſuperficies principium quiſpiam poſuerit prima, hæc non ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ, ſed inciſiones atq; diuiſiones lineę quędam ſu D perficierum. Superficies autem corporum, & linearum etiam puncta. Et inſuper eorũdem ſunt fines. Hęc autem oĩa in aliis inſunt, & nihil eſt ſeparatũ.

Si uero lineas aut his habita, dico autem ſuperficies, prima ponat quis principia. Hæc autem non ſunt ſubſtantiæ ſeparabiles. Deciſiones autem & diuiſiones, hæ quidem ſuperficierum, hæ autem corporum, puncta autem linearum. Adhuc autem termini eorũdem horum. Omnia autem exiſtunt in aliis, & ſeparabile nullum eſt.

8. dub. An lineæ & ſuperficies ſint principia.

Proſequitur aliam opinionem de principiis. Quidam enim poſuerunt { lineas & habita } ideſt conſequenter ſe habentia ad eas. ſ. ſuperficies eſſe principia, quia ponebant corpora cõponi ex ſuperficiebus, & ſuperficies ex lineis. Sed manifeſtum eſt quod huiuſmodi non ſunt ſubſtantiæ ſeparabiles & per ſe exiſtentes, quia ſunt quædam deciſiones & diuiſiones, lineæ quidem ſuperficierum, ſuperficies corporum, puncta uero li- B nearum. Et ſunt etiam termini eorũdem puncta. ſ. linearum, & ſic de aliis. Punctum enim quod eſt in extremitate lineæ, eſt terminus lineæ. Quod autem ſignificatur actu infra lineã eſt deciſio lineæ. Et ſimiliter eſt de linea ad ſuperficiẽ & de ſuperficie ad corpus. Manifeſtum eſt autẽ ꝙ termini & deciſiones ſunt exiſtentia in aliis ſicut in ſubiectis. Vnde non poſſent eſſe ſeparabilia. Et ſic lineæ & ſuperficies non ſunt principia. Deinde cum dicit.

Præterea quonam pacto ſubſtantiam unius punctiue putare oportet? Nam ſubſtantiæ quidem omnis eſt generatio. At puncti non eſt. Eſt enim ipſum punctum diuiſio.

Adhuc quomodo ſubſtantiam exiſtimare oportet unius & puncti? Subſtantiæ quidem enim om F nis generatio eſt, puncti autem non eſt. Diuiſio.n. punctum exhibet.

Inducit aliam rationem, dicens quod non poteſt opinari quod ſit aliqua ſubſtantia unitatis & puncti, quia ſubſtantia non incipit eſſe niſi per generationem. Cum autem linea diuiditur in actu, ipſa diuiſio eſt punctum. Eſt autem harum quæſtionum ueritas, quod nec unum nec lineæ & ſuperficies ſunt principia. Tertio ibi.

Veritas q̃ſiti.

Affert aũt & hoc dubitationem, omnem quidẽ ſcientiam uniuerſalium eſſe, ac talis. Subſtantiam uero de uniuerſalium numero non eſſe, ſed potius hoc aliquid eſſe ac ſeparatum. Quare ſi ſcientia ſit circa principia, quonam pacto putare oportet principium ſubſtantiam eſſe?

Exhibet autem dubitationem, & oportet quidẽ ſcientiam eſſe uniuerſalium, & talis, ſubſtantiam autem non uniuerſalium eſſe, magis autem hoc aliquid ſeparabile. Quare ſi circa principia eſt ſcientia, quomodo oportet principium exiſtimare ſub G ſtantiam eſſe?

9. dub. An ſub. ſit principiũ.

Poſt quæſtionem de uno & ente, & de dimenſionibus mouet quæſtionem de ſubſtantiis, & primo quærit utrum ſubſtãtiæ ſint principia. Et uidetur ꝙ nõ, quia omnis ſcientia eſt uniuerſalium, & quælibet ſcientia eſt { talis uniuerſalis } ideſt alicuius ſubiecti uniuerſalis determinati. Sed ſubſtantia non eſt de numero uniuerſalium, ſed magis eſt hoc aliquid ſeparabile, ideſt per ſe exiſtens. Et ita uidetur ꝙ de ſubſtantiis non ſit ſcientia. Sed ſcientia eſt circa principia, ergo ſubſtantia nõ eſt principium. Et ueritas eſt ꝙ licet uniuerſalia non per ſe exiſtant, tamen naturas eorum quæ per ſe ſubſiſtunt eſt conſiderare uniuerſaliter. Et ſecundum hoc accipiuntur genera & ſpecies in prædicamento ſubſtantiæ, quæ dicunt ſecundæ ſubſtantiæ, de quibus eſt ſcientia. Quædam etiam per ſe exiſtens ſunt principia, quæ quia immateriales, pertinẽt ad intelligibilem cognitionem, licet excedant intellectus noſtri comprehenſionem.

Veritas q̃ſiti.

Præterea eſt ne quippiam præter ipſum totum, an non eſt? Dico autem totum, materiam cum eo quod eſt cum ipſa. Nam ſi non eſt, ea quæ ſunt in materia caduca ſunt uniuerſa. Si ẽ, ſpecies illud erit H ac ipſa forma. Hoc igitur in quibus eſt, & in q̃bus non eſt, difficile eſt diffinire. In quibuſdam.n. ueluti in domo, formam non eſſe ſeparabilem conſtat.

Adhuc utrũ eſt aliquid pręter ſynolon, aut non? Dico autem materiam, & quod cum hac. Si quidẽ enim non, quę quidem in materia corruptibilia omnia. Si autem eſt aliquid, ſpecies utiq; erit & forma. Hoc igitur in quibus eſt, & in quibus non, difficile eſt determinare. In quibuſdam.n. palam non exiſtẽs ſeparabilis ſpecies, puta domus.

An ſit aliqđ princi. piũ præter ſynolon.

Secundo quærit, utrum ſit aliquod { principium præter ſynolon, } ideſt præter ſimul totum quod eſt compoſitum,

A aut non. Et exponit ſynolon q eſt materia, & q cum materia componitur. Si enim non ſit aliquid præter compoſitum ex materia & forma, quæ autem ſunt in materia dicuntur corruptibilia, ſequitur q nihil ſit perpetuum. Et ſi eſt aliquid præter compoſitum, hoc erit ſpecies & forma & remanebit dubitatio in quibus forma ſeparatur, & in quibus non. Manifeſtum eſt enim q in quibuſdam forma non ſeparatur. Forma enim domus non ſeparatur a materia. Vnde & platonici non poſuerunt idea rerum artificialium, quia formæ rerum artificialium ſunt actus, quæ non poſſunt per ſe exiſtere. Et ueritas eſt q eſt aliquid præter materiam, non tamen forma rerum ſenſibilium. Deinde cum dicit.

Veritas q.ſti.

Preterea principia ſunt ne ſpē an numero eadem? Nam ſi eadem numero ſunt, omnia unum erunt.

B Adhuc utrum principia ſpecie aut numero eadem? Si enim numero, omnia erunt eadem.

10 dub. Vtrū oium pncipia ſint eadē nume ro an ſpecie tantum. Veritas q.ſti. Lib 12. Te cō. 39 & inde. Cap. 3.

Quærit qualiter principia ſe habeant adinuicem, utrum ſ. omnium principia ſint eadem numero, aut ſpecie tantum. Si enim ſint eadem numero, ſequitur q omnia ſint eadem numero. Si autem non ſunt eadem numero, oportebit quærere cauſam diuerſitatis. Et ueritas eſt quod loquendo de principiis extrinſecis, unum numero ſunt, cum id quod eſt pmum pncipium oium, ſit agens & finis. Principia uero intrinſeca. ſ. materia & forma, non ſunt unum numero oium, ſed ſm analogiam, ut infra oſtendetur. Lectio. III.

Cum autem ſcientia philoſophi circa id uerſetur quod eſt, ea ratione qua ens eſt, uniuerſaliter & nō per partem: id autem quod eſt, multipliciter & non uno modo dicatur, ſi æquiuoce quidem dicitur, & non per rationem ullam cōmunem, non ſub unam ſane ſcientiam cadit. Non eſt enim talium unum genere. Sin uero per cōmune quippiam dicitur, cadet profecto ſub ſcientiam unam.

C QVoniam autem philoſophi eſt ſcientia entis inquantum ens, uniuerſaliter & non ſecundum partem: ens autem multipliciter, & non ſecundum unum dicitur modum. Siquidem igitur æquiuoce ſm cōe autem nihil, nō eſt ſub una ſcientia. Non enim eſt unum genus talium. Si autē ſecundum aliquid cōe, erit utiq; ſub una ſcientia.

POSTQVAM mouit quæſtiones, hic incipit colligere ea quæ pertinēt ad conſiderationem huius ſcientiæ, & diuiditur in duas partes. In prima oſtendit de quibus hæc ſcientia conſiderat. In ſecunda comparat hanc ſcientiam ad alias. ibi. { Omnis autem ſcientia. } Prima diuiditur in duas partes. In prima oſtendit q ad hanc ſcientiam pertinet conſiderare de omnibus entibus In ſecunda q ad hanc pertinet cōſiderare de principiis demonſtratiuis ibi. { Quoniam autē. } Circa primum duo facit. Primo oſtendit q omnium eſt reductio aliqualiter ad unum. Secundo oſtendit q de omnibus reductis ad unum eſt conſideratio huius ſcientiæ. ibi. { Quemadmodum autem. } Circa primum duo facit. Primo oſtendit q neceſſarium eſt ad præſentem conſiderationem inquirere,

An oia ſit aliqualr in unū reducere.

D utrum omnia reducantur aliqualiter ad unum, dicens q quia ſcientia philoſophiæ eſt de ente inquantum eſt ens, ita q conſiderat de ente ſm uſem rationem entis & non ſm rationem entis alicuius particularis, cum ens multipliciter & non uno modo dicatur, ſi iſta multiplicitas eſſet pura æquiuocatio quæ non diceretur ſm aliquid commone, non caderent omnia entia ſub una ſcientia, quia non reducerent aliquo modo ad unum genus. Oportet autem unam ſcientiam eſſe unius generis. Sed ſi iſta multiplicitas habeat aliquod commune, omnia entia poſſunt eſſe ſub una ſcientia. Vnde ad quæſtionē qua quærebatur, utrum iſta ſcientia ſit una, cum ſit de pluribus & diuerſis neceſſarium eſt conſiderare, utrum omnia entia reducantur ad aliquid unum, uel non. Secundo ibi.

Hic ſe Ma nifeſtat no minare ſe. cit ut hā in 25. dcā ſtione

Videtur igitur modo iam dicto dici ut medicatiuum ac ſanum. Et horum enim utrunq; multis dicitur modis. Vnum quodq; autem hoc ex eo dicitur modo, quia aliud ad medendi facultatem, aliud ad ſanitatem, aliquo redigitur modo: & aliud item alio modo, ad idem tamē reducitur unumquodq;. Medicatiua nanq; ratio cultelluſq; propterea dicitur, q illa quidem a medendi proficiſcitur facultate, iſte autem huic eſt utilis. Similiter & ſanum, partim ex eo dicitur quia ſignificatiuum eſt ſanitatis, partim ex eo quia eiuſdem eſt effectiuum. Idem eſt & in cæteris ſimilibus modis. Eodem & ens omne dicitur modo. Ex eo nanq; unumquodq; ipſorum ens dicitur. quia eius quod eſt, ea ratione qua eſt ens, aut affectus, aut habitus, aut diſpoſitio, aut motus, aut quippiam ceterorum talium eſt. E

Videtur itaq; dicto modo dici, quemadmodum medicatiuum & ſalubre. Etenim horum unūquodque multipliciter. Dicitur autem ſecundum unumquemq; modorum, eo q hoc quidem ad medicatiuam ſcientiam reducitur aliqualiter, hoc autem ad ſanitatem, hoc autem aliter ad idem, aut unūquodque. Medicatiuus enim ſermo dicitur & cultellus, eo q hic quidem a medicatiua ſciētia ſit, hic autem huic utilis ſit. Similiter autem & ſalubre. Hoc quidem enim quia ſignificatiuum ſanitatis, hoc autem quia factiuum. Idem autem modus & in reliquis. Eodem itaq; modo & ens omne dicitur. Eo enim q entis inquantum ens paſſio, aut habitus, aut diſpoſitio, aut motus, aut aliorum aliquid talium ſit, dicitur unumquodq; eorum ens. F

Oſtendit q omnia reducuntur ad aliquid unum, & circa hoc duo facit. Primo oſtendit propoſitum. Secundo manifeſtat quoddam quod poterat eſſe dubium. ibi. { Quoniam autem ſunt. } Prima diuiditur in duas. In prima oſtendit q omnium reductio eſt ad unum. In ſecunda oſtendit ad quod omnia reducantur. ibi. { Differt autē nihil. } Circa primum duo facit. Primo oſtendit q omnia entia reducuntur ad aliquod unum cōmune ens. Secundo quod omnes contrarietates reducuntur ad unam contrarietatem. ibi. { Quoniam autem omnes &c. } Dicit ergo primo q ens uidetur dici modo prædicto. ſ. q dicatur multipliciter ſm aliquid commune. Quod manifeſtat per duo exempla. ſ. medicatiuum & ſalubre. Vtrunque enim eorum dicitur ſm diuerſos modos, tamen per reductionem ad aliquid unum. Medicatiuum enim aliquid dicitur multipliciter, ſm q hoc refertur ſic ad medicamentum, & id aliter. Et ſimiliter ſalubre dicitur multipliciter ſm q hoc refertur ſic ad ſanitatem, & id aliter. Vtrubiq; tamen idem eſt ad quod ſit reductio, licet diuerſis modis. Sicut ſermo dicitur medicans, eo q eſt a ſcientia medicatiua. Cultellus autem dicitur medicatiuus, eo q eſt utilis eidem ſcientiæ ſicut inſtrumentum. Et ſimiliter hoc dicitur ſalubre, quia eſt ſignificatiuum ſanitatis ſicut urina: Hoc autem quia eſt factiuum ſanitatis, ſicut potio medicinalis. Et ſimiliter eſt in aliis quæ hoc eodem modo dicuntur. Manifeſtum eſt enim quod quæ ſic dicuntur, media ſunt inter uniuoca & æquiuoca. In uniuocis enim nomen unum prædicatur de diuerſis ſm rationem totaliter eandem, ſicut animal de equo & de boue dictum, ſignificat ſubſtantiam animatam ſenſibilem. In æquiuocis uero idem nomen prædicatur de diuerſis ſm rationem totaliter diuerſam. Sicut patet de hoc nomine canis prout dicitur de ſtella, & quadam ſpecie animalis. In his uero quæ prædicto modo dicuntur, idem nomen de diuerſis prædicatur ſm rationem partim eandem, partim diuerſam. Diuerſam quidem quantum ad diuerſos modos relationis. Eandem uero quantum ad id ad quod ſit relatio. Eſſe enim ſignificatiuum, & eſſe effectiuum, diuerſum eſt. Sed ſanitas una eſt. Et propter hoc huiuſmodi dicuntur analoga, quia proportionantur ad unum. Et ſimiliter eſt de multiplicitate entis. Nam ens ſimpliciter dicitur id quod in ſe habet eſſe, ſ. ſubſtantia. Alia uero dicun-

G

Ens dr analogice ſicut ſanum.

H

Quomodo in analogis ſ eadē ſ & diuerſa.

A tur entia, quia ſunt huius quod per ſe eſt, uel paſſio, uel habitus, uel aliquid huiuſmodi. Nun enim qualitas dicitur ens, qa ipſa habeat eſſe, ſed per eam ſubſtantia dicitur eſſe diſpoſita. Et ſimiliter eſt de aliis accidẽtibus. Et propter hoc dicit ꝙ ſunt entis. Et ſic patet ꝙ multiplicitas entis habet aliquid cõmune ad quod ſit reductio. Deinde cum dicit.

Cum autem reductio eius omnis quod eſt, ad unum quid commune fiat, contrarietatum & quęque, ad primas differentias eius quod eſt, ac contrarietates, utiq; reducetur, ſiue multitudo ac unum, ſiue ſimilitudo ac diſſimilitudo ſint eius quod eſt, differentiæ primæ, ſiue aliæ quædam. Sint enim hę contemplatione perceptæ.

Quoniam autem omnis entis ad unum aliquid & commune reductio ſit, & cõtrarietatum unaquęque, ad primas differentias & contrarietates reducetur entis, ſiue pluralitas, & unum, ſiue ſimilitudo & diſſimilitudo primę entis ſint differẽtię: ſiue alię aliquę. Sunt enim hę ſpeculatę.

B

Oēs cõtrarietates ad unũ primũ ſūt reduci.

Oſtendit ꝙ reductio omnium cõtrarietatum ſit ad unam primam. Quia enim omnium entium ſit reductio ad aliquid unum commone, contrarietates autem entium quæ ſunt oppoſitæ differentiæ per ſe conſequuntur entia, neceſſe eſt ꝙ cõtrarietates reducantur ad aliquam primam contrarietatem q̃cunq; ſit illa, ſiue pluralitas & unum, ſiue ſimilitudo & diſſimitudo, ſiue quæcunq; aliæ ſint primæ differentiæ entis. Et huiuſmodi contrarietates debent conſiderari in ſcientia quæ determinat de entibus. Deinde cum dicit.

Intereſt autem nihil ad id quod eſt, an ad ipſum unum eorum quę ſunt, reductio fiat. Nam ſi non eadem ſunt, ſed diuerſa, conuertuntur tamen. Ipſum enim unum, & ens quodammodo eſt: & id qđ eſt unum, etiam eſt.

C Differt autem nihil entis reductionem ad ens, aut ad unum fieri: Et enim ſi non idem, ſed eſt aliud, conuertitur quidem. Vnum enim ens aliqualiter, & ens unum.

Entium reductio ſiue ad unũ, ſiue ad ens fiat, nihil refert

Oſtendit quid ſit illud commune ad quod ſit reductio omnium entium, & dicit ꝙ nihil differt utrum fiat reductio ad eris uel unum. Si enim dicatur ꝙ ens & unum non ſunt idem ſed differunt ratione ſm quod unum addit indiuiſibilitatem ſupra ens, tamen manifeſtum eſt ꝙ adinuicem conuertuntur quia omne unum eſt aliqualiter ens, & omne ens eſt aliqualiter unum. Et ſicut ſubſtantia eſt proprie & per ſe ens, ita proprie & per ſe unum. Q̃o autem unum ad ens ſe habeat, ſup̃ dictum eſt in quarto & decimo. Deinde cum dicit.

Tex. cõ. 3. Tex. cõ. 7.

Atqui cum eiuſdem atq; unius ſcientiæ ſit omnia contemplari contraria, contrariorum autem alterum priuationis ſubeat uicem, dubitauerit quiſpiam, quonam pacto nonnulla per priuationem dicuntur, quorum eſt aliquid medium, qualia ſunt

D iuſtum atq; iniuſtum. Circa igitur talia cuncta, priuationem ponere oportet, non totius rationis, ſed ultimæ formæ. Ceu ſi ipſe iuſtus eſt, is qui legibus per quendam obtemperat habitum, non omnino ipſe iniuſtus is erit qui tota ratione priuatur. Eſt enim & qui ex aliqua parte deficit in obtemperando, atque hoc pacto priuatio inerit ipſi. Idem eſt & in cæteris modus.

Quoniam autem contraria omnia unius & eiuſdem ſcientię ſpeculari, dicitur autem unumquodque ipſorum ſecundum priuationem, & utiq; quædam dubitabit aliquis quomodo dicuntur ſecundum priuationem, quorum eſt intermedium aliquid, quemadmodum iniuſti & iuſti. Circa omnia itaq; talia, priuationem oportet poni, non totius rationis, ſed ùltimæ ſpeciei. Puta ſi eſt iuſtus ſm habitum quẽdam obediens legibus, non ſemper erit iniuſtus tota priuatus ratione. Circa perſuaderi autẽ legibus deficiens in aliquo, & ſecundum hoc priuatio ineſt ipſi. Eodem autem modo & in aliis. E

Q̃ oīa cõtraria ſe habeant ut habitus & priuatio.

Remouet quandam dubitationem dicens, ꝙ omnia contraria pertinent ad conſiderationem unius ſcientiæ, & huius ratio potiſſima uidetur eſſe, quia in omnibus cõtrariis unum dicitur ſm priuationem, quod cognoſcitur ex ſuo oppoſito, remanet dubitatio quomodo contraria dicuntur ſm priuationem inter quæ eſt medium, cum in oppoſitis priuatiue nõ ſit medium. Et ad hoc reſpondendum eſt ꝙ in talibus contrariis alterum contrariorum non ponitur priuatio, quaſi tollens totam rationem alterius oppoſiti, ſed quia eſt priuatio ultimæ ſpeciei, inquantum. ſ. tollit completam rationem totius ſpeciei. Sicut ſi aliquis dicitur iuſtus, eo ꝙ eſt obediens legibus ſm habitum aliquem, non ſemper dicetur iniuſtus eo, quod ſit priuatus tota ratione iuſtitiæ, ꝙ in nullo obediat legibus, ſed quia perſuaſus eſt, ut in aliis deficiat ab obedientia legis. Et ſic ineſt ei priuatio iuſtitiæ, inquãtum deficit a perfecta ratione iuſtitiæ. Et propter hoc poteſt habere medium, quia non omnis qui caret iuſtitia, totaliter iuſtitia priuatur, ſed aliqua parte. Et hoc eſt medium quod diuerſificatur ſm magis & minus. Et ſimiliter eſt in aliis contrariis. Sed priuatio uiſus dicitur in hoc, ꝙ totaliter aliquis caret uiſu. Et ideo inter cæcitatẽ & uiſionem non eſt medium. Deinde cum dicit.

F Duplex priuatio.

Vt autem mathematicus circa ea contemplationem facit, quę per abſtractionem ſumuntur, abſtractis nanq; ſubſtantiis uniuerſis ſenſibilibus cõtemplatur, ut pondere, leuitate, duritie, ac contrario, caliditate inſuper & frigiditate, cæteriſque ſenſibilibus contrarietatibus, ſolis relictis quanto atq; continuo quorundam ad unum, quorundam ad duo quorundam ad tria, atque affectus horum ut quanta ſunt, & continua, & non ut quicquam aliud contemplatur, & aliorum quidem inter ſeſe poſitiones G & ea quæ ipſis competunt: aliorum autem commẽſurationes & incommenſurationes, & aliorum rõnes conſiderat, attamen unam omnium horum eandemq; geometricam ſcientiam ponimus, ſic & circa id quod eſt, res ſeſe habere uidetur.

Quemadmodum autem in aliis mathematicus circa ea quę ex ablatione, theoricam facit. Circuntollens enim omnia ſenſibilia ſpeculatur, puta grauitatem, & leuitatem, & duritiem, & cõtrarium, adhuc autem caliditatem & frigiditatem, & alias ſenſibiles contrarietates: ſolum autem derelinquit quãtum & continuum, & horum quidem ad unum, horum autem ad duo, horum uero ad tria, & paſſiones horum inquantum quanta ſunt & continua & non ſecundum aliud aliquid ſpeculatur, & hõrũ quidem eas quę adinuicem poſitiones conſiderat, & H in his exiſtentia, horum autem cõmenſurationes & incõmenſurationes, horum uero rationes, ſed tñ oium unam & eandem ponimus ſcientiam geometricam, eodem modo ſe habet & circa ens.

Oſtendit ꝙ de omnibus entibus reductis ad unum, ſit conſideratio huius ſcientiæ, & circa hoc tria facit. Primo exemplo geometriæ oſtendit ꝙ ad unam ſcientiam pertinet conſiderare omnia quæ reducuntur ad ens, dicens ꝙ ſicut mathematica habet conſiderationem {circa ea quæ ſunt ex ablatione} ideſt circa abſtracta, quæ quidem abſtractio ſit non ex hoc quod ponat ea de quibus conſiderat in rerum natura eſſe ſeparata a ſenſibilibus, ſed quia conſiderat ea abſq; conſideratione ſenſibiliũ. Speculatur enim mathematica auferens a ſua conſideratione omnia ſenſibilia, ſicut leuitatem, grauitatem, duritiem, mollitiem, caliditatem & frigiditatem, & oẽs

Sicut mathematici eſt conſiderare ea q̃ p ſe reducũt ad quantũ, ita metaphyſici ea quę p ſe reducũtur ad ens.

A alias ſenſibiles contrarietates, & derelinquit in ſua conſideratione ſolummodo quantum & continuum, ſiue ſit continuum ad unam tantum dimenſionem, ut linea, ſiue ad duas, ut ſuperficies: ſiue ad tres, ut corpus, & conſiderat primo paſſiones horum inquantum ſunt continua, & non ſm aliquid aliud. Non enim conſiderat paſſiones ſuperficiei ſm q eſt ſuperficies lignea uel lapidea. Et ſimiliter rationes eorum adinuicem. Conſiderando figuras etiam conſiderat accidentia quæ exiſtunt in figuris, & conſiderat menſurationes & incommenſurationes quantitatum, ut patet in decimo Euclidis, { & rationes } id eſt proportiones earum, ut patet in quinto. Sed tamen de omnibus his eſt una ſcientia quæ eſt geometria. Et ſicut eſt de mathematico, ita eſt de philoſopho qui conſiderat ens, & prætermittit conſiderare omnia particularia entia, & conſiderat ea tantum quæ pertinent ad ens commune, quæ B licet ſint multa, tamen de omnibus eſt una ſcientia, inquantum. ſ. reducuntur oia in unū, ut dictum eſt. Secundo ibi.

Nam ea quę huic accidunt ea ratione qua ens eſt & contrarietates ipſius, ut ens eſt, non ad aliam ſciētiam, ſed ad philoſophiam ipſam pertinet contemplari. Naturali nāq; ſcientiæ nemo eorum quę ſunt ut entia, ſed potius ut motum ſubeunt, tribuet contemplationem. Diſſerendi quoq; facultas, atque ſophiſtica, circa accidentia quidem eorum quæ ſunt non tamen ut entia ſunt, neque circa ipſum ens, ut eſt ens, uerſantur. Quare reſtat, circa ea quæ dicta ſunt, ut ſunt entia, philoſophum ipſum eſſe contemplatorem.

Huic enim accidentia inquantum eſt ens, & contrarietates ipſius inquantum ens, non alterius ſcientię quam philoſophię ſpeculari. Naturali quidem enim non inquantum entia, magis autem inquantum motum participant, theoriam utiq; quis diſtribuet. Dialectica enim entia & ſophiſtica ſunt acC cidentium quidem entibus, non autem inquantum entia, neque circa ens inquantum ens eſt. Quare relinquitur philoſophum inquantum entia ſunt, eſſe circa dicta ſpeculatiuum.

Metaphyſici eſt tm̄ mō cōſiderare accidentia entis ut ens. Oſtendit cuius ſcientiæ ſit prædicta conſiderare, dicens q conſiderare accidentia entis, inquantum eſt ens, non eſt alterius ſcientiæ, quam huius philoſophiæ. Si enim eſſet alterius, maxime uideretur eſſe naturalis ſcientiæ & dialecticæ, quæ uidentur maxime inter ſcientias eſſe communes. Naturalis quidem ſm opinionem antiquorum, qui non ponebant alias ſubſtantias, niſi ſenſibiles. Sic enim ſequeretur q ad naturalem pertineret conſiderare de omnibus ſubſtantiis, & per conſequens de omnibus entibus quæ reducuntur ad ſubſtantiam. Dialectica autem uidetur eſſe communis, & ſimiliter ſophyſtica, quia conſiderat quædam accidentia entibus. ſ. intentiones & rationes generis & ſpeciei, & alia huiuſmodi. Vnde relinquitur q Philoſophus conſideret prædicta inquantum ſunt accidentia entis. Tertio ibi.

D Quoniam autem omne quod eſt, per unum quid dicitur, & commune, quod quidem pluribus dicitur modis, contrariaque modo eodem, (ad primas nanque contrarietates ipſius entis, & differentias reducuntur) talia uero ſub una eſſe ſcientia poſſunt, ſolui profecto dubitatio ea, poteſt quam in principio diximus. Dico autē eam qua querebatur, quonam pacto multorum generecp differentium, una quadam ſcientia fuerit.

Quoniam autem ens omne ſecundum unum, & commune aliquid dicitur multipliciter dictum, & contraria eodem modo, ad primas enim contrarietates & differentias entis, (talia enim poſſunt ſub una ſcientia eſſe) diſſoluetur utique quę ſecundum principia dubitatio dicta. Dico autem in qua dubitatum eſt, quomodo erit multorum et differentiū E genere una aliqua ſcientia.

Vna ſcientia pōt eſſe differentiū genere. Ex dictis infert concluſionem principaliter intentam, dicens q quia ens dicitur multipliciter ſm aliquid unum, & omnia contraria reducuntur ad primam contrarietatem entis, & talia ſic reducta in unum poſſunt cadere ſub una ſcientia, ut dictum eſt, per hoc ſoluitur dubitatio prius mota, utrū. ſ. multorum differentium genere ſit una ſcientia. Lectio IIII.

Diſtinguit de genere.

Cum autem & mathematicus ipſis communibus ſibi accommodatis utatur, horum quoq; principia ad primam philoſophiā pertinet contemplari. Hoc enim ab æqualibus inquam, ſublatis ęqualibus, ea quę reſtant ęqualia eſſe, commune quidem in omnibus quantis ineſt. Mathematica uero id ſumēs, circa aliquam ſuę materiei partem contemplationem F facit, ut circa lineas, aut angulos, aut numeros, aut cęterorum quippiam talium, non ut entia ſunt, ſed ut ipſorum quodq; continuum eſt, una dimenſione uel duabus uel tribus. At philoſophia de ſingulis quidem, ut horum cuiq; quippiam accidit, non conſiderat: circa uero id quod eſt ut eſt ens, unumquodq; talium contemplatur.

Quoniam autem mathematicus utitur communibus, proprie & horum principia erit utique ſpeculari philoſophię primę. Quod enim ab ęqualibus, ęqualibus ablatis, quę relinquūtur ęqualia, commune quidem eſt omnibus quantis. Mathematica autem aſſumens circa aliquā partem conuenientis materię facit theoriam. Puta circa lineas, aut angulos, aut numero, aut reliquorum aliquod quantorum, non inquantum autem entia, ſed inquātum continuum ipſorum unumquodq;, G aut unum aut duo, aut tria. Philoſophia autem de his quę in parte quidem inquantum horum unicuiq; aliquid accidit, non intendit. Circa ens autē inquantum ens unumquodq; talium ſpeculatur.

POSTQVAM Philoſophus oſtendit quomodo conſideratio huius ſcientiæ eſt circa entia, & ea quæ conſequuntur ens inquantum huiuſmodi. Hic oſtendit quomodo conſideratio huius ſcientiæ eſt de primis principiis demonſtrationis, & diuiditur in duas partes. In prima oſtendit q ad hāc ſcientiam pertinet conſiderare de his. In ſecunda determinat de quodam principio demonſtrationis quod eſt inter alia primum, ibi { Eſt autem quoddam &c. } Circa primum duo facit. Primo oſtendit propoſitum ex cōſideratione ſcientiæ mathematicæ. Secundo ex conſideratione ſcientiæ naturalis, ibi { Eodem autem. } Vtitur autem in prima parte tali ratione. Quæcunque communia a ſcientiis particularibus accipiuntur particulariter, & non ſm q ſunt in ſua communitate, pertinent ad cōſiderationem huius ſcientiæ. Sed prima principia demonſtrationis accipiuntur a mathematica, & ab aliis particularibus ſcientiis particulariter tantum, ergo eorum conſideratio ſm q ſunt communia pertinet ad hanc ſcientiam, quæ conſiderat de ente inquantum eſt ens. Dicit ergo q mathematicus utitur { principiis communibus proprie, } id eſt ſm q̄ appropriantur ſuæ materiæ. Oportet autem q ad primam philoſophiā pertineat cōſiderare principia huiuſmodi ſm ſuā communitatem. Sic enim accepta ſunt principia ſcientiarum ſm q ſunt alicui materiæ particulari appropriata. Et hoc q̄d dixerat, manifeſtat per exemplum. Nam hoc principium, Si ab æqualibus æqualia demas, quæ relinquuntur æqualia ſunt. eſt commune in omnibus quantis, in quibus inueniunt æquale & inæquale. Sed mathematica aſſumunt huiuſmodi principia ad propriā cōſiderationem circa aliquam partem quanti, quæ eſt materia ſibi conueniens. Non eſt enim aliqua mathematica ſcientia quæ conſideret ea quæ ſunt quantitatis communia inquantum eſt quantitas. Hoc enim eſt primæ philo-

Quia ſcientia particularis nō cōſiderat prima principia niſi particulariter, ideo metaphyſicus cōſiderat ea vniuerſaliter. H

A ſophiæ. Sed conſiderant mathematicæ ſcientiæ ea quæ ſunt huius uel illius quantitatis, ſicut arithmetica ea quæ ſunt numeri, & geometria ea quæ ſunt magnitudinis. Vnde arithmeticus accipit prædictum principium, ſm q pertinet ad numeros tãtum, geometria autem ſm q pertinet ad lineas uel ad angulos. Nõ autem conſiderat geometra hoc principium circa entia inquantum ſunt entia, ſed circa ens inquantum eſt cõtinuum, uel ſm unam dimenſionem ut linea, uel ſm duas ut ſuperficies, uel ſm tres ut corpus. Sed phia prima non intendit de partibus entis inquantum aliquid accidit unicuiq; eorũ ſed ſpeculatur unumquodq; communium talium circa ens inquantum eſt ens. Deinde cum dicit.

Eodem modo res ſeſe habet & circa ſcientiam naturalem. Ipſam nanque naturalis facultas accidentia principiaq; eorum quę ſunt, ratione qua mouen
B tur, non ut entia ſunt, contemplatur. At primã ſciẽtiam iſtorũ diximus eſſe ut ſunt entia, & non aliud quicquam. Quapropter & hanc ſciẽtiam, & mathematicam ipſam partes eſſe ſapientię eſt ponendum.

Eodem autem habet modo & circa naturalem ſcientiam mathematicę. Naturalis enim accidentia & principia ſpeculatur entium inquantum mota, & non inquantum entia. Primam autem ſcientiam diximus horum eſſe ſecundum quod entia ſubiecta ſunt, ſed non alterum aliquid. Propter quod & hanc & mathematicam ſcientiam partes ſapientię eſſe ponendum.

Naturalis & mathematica ſunt aliquomõ partes metaphiſicæ.

Oſtendit idem ex conſideratione naturalis ſcientiæ, dicẽs q eodem modo ſe habet naturalis ſcientia quantum ad hoc ſicut & mathematica, quia naturalis ſcientia ſpeculatur accidẽtia entium & principia, non inquantum ſunt entia, ſed inquantum ſunt mota. Sed prima ſcientia eſt de his ſm q ſunt entia, & non ſm aliquid aliud. Et ideo naturalem ſcientiam & mathematicam oportet partes eſſe primæ philoſophiæ, ſicut particularis ſcientia pars dicitur eſſe uniuerſalis. Quod autem hu
C iuſmodi principia communia pertineant ad cõſiderationem primæ philoſophiæ, huius ratio eſt, quia cum omnes primæ propoſitiones per ſe ſint, quorum prædicata ſunt de ratione ſubiectorum, ad hoc q ſint per ſe notæ quantum ad omnes oportet q ſubiecta & prædicata ſint nota omnibus. Huiuſmodi autem ſunt communia quæ in omnium conceptione cadũt ut ens & non ens, & totum & pars, æquale & inæquale, idem & diuerſum, & ſimilia, quæ ſunt de conſideratione philoſophi primi. Vnde oportet q propoſitiones communes quæ ex huiuſmodi terminis conſtituuntur, ſint principaliter de conſideratione philoſophi primi. Lectio. V.

Eſt autem in hiſce quę ſunt principium quoddã circa quod fieri non poteſt, ut falſo dicamus, quin potius ſemper contrarium faciamus ideſt uerũ dicamus, neceſſe eſt. Veluti fieri non poteſt, ut idem
D uno eodemq; tempore ſit & non ſit, & cętera q̃ hoc opponuntur modo.

Cap. 4.

Eſt autem quoddam in entibus principium, circa quod nõ eſt mentiri, contrarium autem neceſſarium ſemper facere. Dico autem uerũ dicere. Puta quod non contingit idem, ſecundum unum & idem tempus eſſe & non eſſe, & alia ipſis oppoſita hoc modo.

Sermo de pmo pncipio

POSTQVAM Oſtendit Philoſophus q principia communia demonſtrationis, ſunt principaliter de conſideratione huius philoſophiæ, hic determinat de primo principio inter ea. Neceſſe eſt enim q ſicut omnia entia reducuntur ad aliquod primum, ita oportet q principia demonſtrationis reducantur ad aliquod principium, quod principalius cadit in conſideratione huius philoſophiæ. Hoc autem eſt q

Qd ſit pncipium, & quare.

contingit ſimul eſſe & non eſſe. Quod quidem ea ratione primum eſt, quia termini eius ſunt ens & non ens, qui primo in conſideratione intellectus cadunt. Diuiditur autem hæc pars E
in duas. In prima determinat ueritatem circa illud principiũ. In ſecunda excludit errorem. ibi { Addiſcentes, autem. } Circa primum duo dicit de iſto principio. Primo dicit q eſt quoddam principium demonſtratiuum in entibus { circa quod nõ contingit mentiri }. ſ. ſm interiorem rationem. Sed neceſſarium { eſt ſemper facere contrarium }. ſ. dicere uerum circa ipſum. Et hoc principium eſt, q non contingit idem eſſe & nõ eſſe ſm unum & idem tempus, & aliis conditionibus ſeruatis quæ conſueuerunt in condictione apponi. ſ. ſm idem, ſimpliciter, & alia huiuſmodi. Impoſſibile enim eſt q aliquis opinetur hoc principium eſſe falſum, opinaretur enim contradictoria eſſe ſimul uera. Et ſic idem haberet ſimul contrarias opiniones. Nam contrariæ opiniones ſunt quæ ſunt de contrariis. Sicut opinio qua quis opinatur Socra. ſedere, eſt contraria opinioni qua quis opinatur eum non ſedere.

Vide cõditiones pmi princi. pmo elẽchorum. Cap. 3 & 4 hu.⁹ l. c. 4

Atq; de talibus abſolute quidem demonſtratio F
eſſe neqũit, ad hunc autem eſt. Fieri enim non poteſt, ut ex alio principio magis credendo, ratiocinatio huiuſce conficiatur. Quod tamẽ fieri oportet ſi ſimpliciter fuerit demonſtratio.

Et de talibus ſimplr quidem non eſt demonſtratio, ad hunc autem eſt. Non enim eſt ex credibiliori principio hoc ipſo facere ſyllogiſmum. Oportet aũt ſiquidem erit ſimpliciter demonſtrare.

Alia litera. Adhuc.

Secundo dicit q de prædicto principio & ſimilibus non poteſt eſſe ſimpliciter demonſtratio, ſed poteſt eſſe demonſtratio ad hominem. Quod autem non poſſit ſimpliciter demonſtrari, probat ex hoc q non contingit facere ſyllogiſmum ad hoc principium demonſtrandum ex aliquo principio magis noto, quod oporteret ſi contingeret illud principio ſimpliciter demonſtrare. Sed ad hominem contingit hoc principium demonſtrare, qui concedit aliquid aliud licet minus notum, & hoc negat. Deinde cum dicit.

Ad eum uero qui dictiones oppoſitas ueras ſi G
mul aſſerit eſſe, ei qui falſum id eſſe oſtendit, tale quippiam eſt ſumendum: Quod ſi idem erit quod illud, non poſſe inquam uno eodem tempore idem eſſe atq; nõ eſſe, non tñ idem uidebitur eſſe. Hoc. n. pacto duntaxat id demõſtratur ad eum, qui dictiones oppoſitas de eodem uero aſſerit eſſe poſſe.

Ad dicentem autem oppoſitas dictiones ei qui falſum id eſſe oſtendit, ſumendum aliquid tale, qđ idem quidem erit ei quod eſt, non contingere idẽ eſſe & non eſſe ſecundum unum & idem tempus, non uidebitur autem eſſe idem. Sic enim ſolũ utiq; demonſtrabitur ad dicentem, contingere oppoſitas dictiones uerificari de eodem.

Excludit opinionem negantium illud principium, & diui- H
ditur in partes duas. Primo diſputat contra negantes hoc pn cipium. Secundo oſtendit quomodo ad hanc opinionem poſſit reſponderi, ibi. { Soluet autem. } Circa primum duo facit. Primo diſputat contra negantes hoc principium ſimpliciter. Secundo deſcendit ad ſpeciales opiniones, ibi. { Circa autem. } Circa primum duo facit. Primo ponit modum diſputandi contra hunc errorem dicens, q ille qui contraponentẽ contradictorias propoſitiones eſſe ueras uult oſtendere q ſit falſum debet ſumere aliquid tale quod idem ſit huic principio. ſ. non contingere idem eſſe & non eſſe, ſm idem tempus, ſed non uideatur idem. Si enim uideretur idem, non concederetur ab aduerſario. Si autem non eſſet idem, non poſſet concludere propoſitum: quia huiuſmodi principium non poteſt ex notioribus oſtendi. Et ideo hoc ſolum modo poteſt ſumi demonſtratio contra dicentem, q contradictoria uerificantur de eodem, ut. ſ. illud quod ſumitur ſit idem concluſioni, ſed non uideatur idem.

Diſputat cõtra negantẽ pmũ principium. Lect. 6. pte. prima. Modum diſputãdi cõtra pdictos docet.

A Quibus itaq; inter ſeſe communicare nomen, diſputareq; placet, ii ſeipſos intelligendos pręſtare debent. Nam ſi idipſum non fiat, quonam pacto inter ipſos communicatio nominis, diſputatioq; fieri poteſt? Nominum igitur unumquodque notum eſſe oportet, & aliquid ſignificare, & non plura, ſed ſolum unum. Quod ſi plura ſignificet, id deſinetur oportet ad quid illorum ipſum nomen pro pręſenti uſu mentem ducere libet. Qui igitur hoc eſſe, & hoc non eſſe dicit, is ſane quod omnino eſſe dicit, id dicit non eſſe. Quare quod nomen ſignificat, id nõ ſignificare dicit. Hoc autem eſt impoſſibile. Quare ſi quippiam hoc ſignificat, eſſe inquam hoc, fieri nõ poteſt ut contradictio de eodem ſit uera.

B Futuros itaque inuicem ratione communicare, oportet aliquid ipſorum intelligere. Non facto autem hoc, quomodo eſt communicatio his adinuicem ſermonis? Oportet igitur nominũ unũquodq; eſſe notum, & ſignificare aliquid, & non multa, ſolum autem unum. Si autem plura ſignificet, manifeſtum facere ad quod fert nomen eorum. Dicens itaq; eſſe hoc, & non eſſe hoc, quod totaliter eſſe dicit non dicit. Quare quidem quod ſignificat nomẽ, hoc non inquit ſignificare. Hoc autem impoſſibile. Quare ſiquidem ſignificat aliquid eſſe hoc contradictionem uerificari impoſſibile de eodem.

Arguit tribus rationibus contra negãtes primũ principium in generali.

Secundo procedit ad diſputandum contra prædictum errorem, & circa hoc facit tres rationes, quarum prima eſt, ꝙ ſi duo homines debeant adinuicem communicare rationem, ut. ſ. unus alteri rationem ſuam cõmunicet diſputando, oportet unum ipſorum intelligere aliquid, quod ab alio dicit, quia ſi hoc non eſſet, non communicarent adinuicem in ſermone ſiu ratione. Et ita fruſtra acciperetur diſputatio contra eũ, C qui hoc negaret. Si autem unus ex eis intelligeret quod alius dicit, oportet ꝙ unumquodq; nominum quæ proferuntur, ſit notum in ſua ſignificatione, & per conſequens ꝙ ſignificet aliquid & non multa, ſed ſolum unum. Et ſignificet multa, ꝙ manifeſtetur ad quod illorum multorum ſignificandum utatur nomine. Alias neſciret unus, quod alius uellet dicere. Hoc igitur ſuppoſito ꝙ nomen ſignificet unum, manifeſtum eſt ꝙ ille qui dicit eſſe hoc, & non eſt hoc, puta ꝙ Socra. eſt homo & non homo, illud unum quod attribuit Socrati, quod. ſ. eſt homo, negat, cum adiungit ꝙ non eſt homo. Et ſic negat iam quod primo ſignificauit. Vnde relinquitur ꝙ nomen non ſignificet id quod ſignificat, quod eſt impoſſibile. Sequitur ergo ꝙ ſi nomen aliquid determinate ſignificat, quod impoſſibile eſt contradictionem uerificari de eodem. Secundam rationem ponit ibi.

Præterea ſi quippiam ipſum nomen ſignificat, atque hoc uere dicitur, id neceſſario ſit oportet. At quod neceſſario eſt id, fieri non poteſt ut interdum D non ſit. Non ergo fit, ut contradictoria de eodem ſint uera.

Adhuc autem ſi quid ſignificat nomen, & hoc uerificatur, oportet & hoc ex neceſſitate eſſe. Quod autem ex neceſſitate eſt, non contingit tunc non eſſe. Oppoſitas igitur non contingit dictiones & negationes uerificari de eodem.

Quæ talis eſt. Si nomen ſignificet aliquid & hoc quod ſignificatur per nomen uerificatur de eodem, de quo primo prædicatur nomen, neceſſe eſt hoc ineſſe ei de quo prædicatur nomen, dum propoſitio uera fuit. Manifeſtum eſt enim ꝙ hæc conditionalis eſt uera, ſi Socr. eſt homo, Socrates eſt homo. Omnis autem conditionalis uera eſt neceſſaria, Vnde neceſſe eſt ꝙ ſi conſequens ſit uerum, ꝙ antecedens ſit uerum, quoniam concluditur ꝙ neceſſe eſt quamlibet propoſitionem eſſe ueram dum uera eſt. Sed quod eſt aliquando non contingit tunc non eſſe quia neceſſe eſſe, & non contingens non eſſe æquipollent, Ergo dum hæc eſt uera, Socra. eſt homo, non contingit hanc eſſe ueram, Socra. non eſt homo. Et ſic patet ꝙ non contingit oppoſitas affirmationes & negationes ſimul uerificari de eodem. Tertiam rationem ponit ibi. E

Prǽterea ſi non magis affirmatio ſit quam negatio uera, dicit hominem, aut non hominem, non magis dicet uerum. Videbitur autem hominem ipſum non equum eſſe dicens, aut magis, aut non minus dicere uerum, quam ſi nõ hominem eſſe dicat. Quare ſi equum etiam dicat eundem eſſe, uerum ſimiliter dicet. Oppoſite nanq; uere ſimiliter dicebatur. Fit igit ut idem homo ſit atq; equus, aut quippiam animalium cęterorum. Atq; nulla quidem rõnum iſtarum, demonſtratio eſt abſolute, eſt tamen F ad eum demonſtratio qui hæc ponit.

Adhuc autem ſi nihil magis dictio quam negatio uerificatur, dicens hominem, aut non hominem nihil magis uerum dicet. Videbitur autem utique non equum eſſe, dicens hominem, & magis aut nõ minus uerum dicere, quam non hominem. Quare & equum dicens eſſe eundem, uerum dicit. Oppoſitas. n. ſilr erat uerũ dicere. Accidet igitur eundem hoiem eſſe & equum, aut aliorum aliquod animalium. Demonſtratio quidem igitur nulla horũ eſt ſimplr. Ad ponentem tamen hęc demonſtratio.

Quæ talis eſt. Si affirmatio non eſt uera, magis quam negatio ei oppoſita ille, qui dicit Socratem eſſe hominem, nõ magis uerum dicit quam ille, qui dicit Socratem non eſſe hominem. Sed manifeſtum eſt ꝙ ille qui dicit hominem non eſſe equum, aut magis uerum dicit, aut non minus quam ille, qui dicit hominem non eſſe hominem. Ita ergo per locum a ſimili uel a minori, uerum dicet, qui hominẽ dicet non eſſe equũ. G Sed ſi oppoſita contradictorie ſunt ſimul uera ſi hæc eſt uera, homo non eſt equus, & hæc erit uera, homo eſt equus. Et ita ſequitur ꝙ homo ſi equus & quodcũq; aliud animalium. Sed quia poſſet aliquis calumniari prædictas rationes, ex hoc ꝙ ea quæ aſſumuntur in eis ſunt minus nota quam concluſio quæ intenditur, ideo reſpondet dicens ꝙ nulla prædictarum rationum eſt demonſtratiua ſimplr, ſed tamen poteſt eſſe demonſtratio ad hoiem qui ponit hanc rõnem, quem oportebit concedere ea quæ aſſumuntur licet ſint minus nota ſimpliciter ꝙ id quod negat. Deinde cum dicit.

Excludit tacitã calũniã.

At enim & ipſum quiſpiam Heraclitum, ſi hoc interrogaſſet pacto, fateri cito coegiſſet, nunquam oppoſitas dictiones ueras de eodem eſſe poſſe. Nũc uero non animaduertens quid dicit, hanc ſibi ſumpſit opinionem. Omnino autem ſi id quod ab ipſo dicitur uerum ſit, neq; idipſum uerum etiam erit, idem inquam uno eodemq; tempore eſſe atq; non eſſe poſſe. Nam ut & diuiſis non magis eſt affirmatio quam negatio uera, ſic ſi utrunq; atq; complexum, ut una quædam ſit affirmatio, non magis H ipſa a negatio quam totum ipſum fuerit uerum, ut affirmatio poſitum.

Cito aũt & utiq; quis & ipſum Heraclitum hoc interrogans modo, cogeret confiteri nunquam oppoſitas dictiones poſſibile eſſe de eiſdem uerificari. Nunc autem non intelligens ſeipſum quid quidem dicit, hãc accidit opinionem. Totaliter ſi quod dicitur ab ipſo eſt uerum, neque utique ipſum hoc uerum erit. Dico autem idem contingere ſecundũ unum & idem tempus, & eſſe & non eſſe. Quemadmodum enim & diuiſis ipſis, nihil magis affirmatio quam negatio uerificatur, eodem modo & ſimul

A utriſq; , & ſimul cōplexi , uelut una quadam affirmatione exiſtēte, nihil magis, negatio quam totum ut in affirmatione poſitum, uerum erat.

Diſputat contra Heraclitū qui negabat primum principiū. Lect. ſin. parte. 9.

Excludit prædictum errorem deſcendendo ad ſpeciales opinantes & primo ad Heraclitum. Secundo ad Pythagoram, ibi. { Simile autem. } Ponebat autem Heraclitus duo. ſ. ꝙ affirmatio & negatio ſit ſimul uera. Ex quo ſequebatur ꝙ oīs propoſitio tam affirmatiua quam negatiua ſit uera. Item ponebat ꝙ inter affirmationem & negationem ſit aliquod modum. Et ſic ſequebatur quod cōtingeret neq; affirmationem neq; negationem eſſe ueram. Et per conſequens omnem propoſitionem eſſe falſam. Primo ergo inducit rationem contra primum. Secundo contra ſecundum, ibi { Adhuc autem. }

Deſtruit primū errorem Heracliti qui credebat contradictoria eſſe ſimul uera.

Dicit ergo ꝙ de facili aliquis hoc modo diſputando ad hominem coget ipſum Heraclitum, qui fuit autor huius propoſitionis, conſiteri ꝙ oppoſitæ propoſitiones non uerificantur de eodem. Videtur enim hanc opinionem accepiſſe ꝙ uerificentur de eodem, ex hoc ꝙ non intellexit ſeipſum quid diceret. Hoc autem modo cogeretur negare quod dicit quia ſi il-

B lud quod dictum eſt ab eo, uerum eſt. ſ. ꝙ contingat idem ſm unum & idem tempus eſſe & non eſſe, ſequitur ꝙ hoc ipſum non erit uerum. Sicuti enim ſi diuiſim accipiantur affirmatio & negatio, non magis uera eſt affirmatio quam negatio, ita & ſi accipiantur affirmatio & negatio ſimul tanquam ex eis una affirmatio fiat, non erit minus negatio uera huius totius compoſiti ex affirmatione & negatione, quam ipſa tota affirmatio compoſita. Manifeſtum eſt enim ꝙ contingit aliquam propoſitionem copulatiuam eſſe ueram, ſicut aliquam ſimplicem propoſitionem, & contingit accipere eius negationem. Siue autem illa copulatiua componatur ex duabus affirmatiuis, ſicut eſt dr̃ Socra. ſedet & diſputat, ſiue ex duabus negatiuis, ſicut cum dicitur uerum eſſe Socratem non eſſe lapidem neq; aſinum, ſiue ex affirmatione & negatione ut cum dicitur, uerum eſt Socratem ſedere & non diſputare, ſemper tamē copulatiua uerificata ſumitur in uirtute unius affirmatiuæ. Et il le qui dicit eam eſſe falſam, aſſumit negationem quaſi totius copulatiuæ. Qui ergo dicit ſimul eſſe, uerum hominem eſſe &

C non eſſe, aſſumit hoc ut quandam affirmationem, & hoc non eſſe uerum, ē eius negatio. Si ergo affirmatio & negatio eſt ſimul uera. ſequitur quod hæc etiam negatio ſit uera, qua dicitur non eſſe uerum ſcilicet ꝙ affirmatio & negatio ſint ſimul uera. Oportet enim ſi aliqua negatio eſt ſimul uera cum affirmatione ſibi oppoſita, ꝙ omnis negatio ſit ſimul uera cum affirmatione ſibi oppoſita. Eadem enim eſt ratio in omnibus. Deinde cum dicit.

Pręterea ſi non ſit ut quicquam uere affirmetur, & id ipſum erit utiq; falſum, nullam inq̄ affirmationem dicere eē uerā. Quod ſi ſit uerum, ſoluetur id profecto quod ab hiſce dicitur qui talibus obſtant, Atq; omnino diſputationem e medio tollunt.

Adhuc autem ſi nihil eſt uere affirmare, hoc ipſum utiq; falſum erit dicere, nullam ueram affirmationē exiſtere. Si autem eſt aliquid, ſoluetur utiq;

D quod dicitur ab his qui talia inſtant, & penitus auferentibus diſputare.

Deſtruit ſecundū errorē Heracliti quo putabat, inter cōtradictoria dari mediū.

Heraclitus enim aufert diſputationem.

Inducit rationem contra hoc quod ponebatur ꝙ nulla affirmatio ſit uera. Si enim nihil contingat uerum affirmare, qui autem dicit nullam affirmationem uera eſſe, aliquid affirmat, hoc. ſ. ꝙ uerum ſit nullam affirmationem eſſe ueram, ergo hoc ipſum falſum erit. Et ſi aliquid affirmatiue dictum uerum ſit, remouebitur opinio talium qui contra omnia inſtāt. Et qui iſta poſitione utitur, auferunt totaliter diſputationem, quia ſi nihil eſt uerum, non poteſt aliquid concedi ex quo diſputatio poſſit procedere. Et ſi affirmatio & negatio ſint ſimul uera, non erit ſignificare aliquid per ſermonem, ut ſupra dictum eſt. Et ſic ceſſabit diſputatio. Deinde cum dicit.

Simile eſt hiſce quę dicta ſunt, & id quod a Pythagora dicebatur. Etenim ille rerum omnium hominē menſuram eſſe dicebat, nil aliud ex eo nimirū innuens, quam id eſſe certo quod cui uidetur atq; apparet. Quod ſi fiet, euenit profecto ut idem ſit & non ſit, & bonum ſit & non bonum, cæteraq; omnino quę per oppoſitas dictiones dicentur, propterea quod perſæpe idem his malum eſſe uidetur, & id eſt menſura quod cuiq; apparet atq; uidetur. B

Simile autem dictis eſt, & quod dicitur a Pythagora. Etenim ille dixit omnium rerum eſſe menſuram hominem, nihil aliud dicens, quam quod uidetur unicuique hoc & eſſe firmiter. Hoc autem facto idem accidit & eſſe & non eſſe & bonū & malum eſſe, & alias ſecundum oppoſitas dictiones dicta, propter multotiens his quidem uideri eſſe hoc bonum, his autem contrarium. Menſuram autem eſſe, quod uidetur unicuiq;. F

Arguit contra Pythagorā de primo principio. Lect. 2.

Deſcendit ad opinionem Pythagoræ, & dicit ꝙ id quod dictum eſt a Pythagora, ſimile eſt dictis ab Heraclito, & ab aliis qui ponunt affirmationem & negationem ſimul eſſe ueram. Dicit enim Pythagoras ꝙ homo eſt mēſura omnium rerum ſcilicet ſm ſenſum & intellectum ut in nono dictum eſt, quaſi eſſe rei ſequatur apprehenſionem intellectus & ſenſus. Et ſic qui dicit hominem eſſe menſuram omnium, nihil aliud dicit quam hoc eſſe uerum, quod uidetur unicuiq;. Quo poſito ſequitur ꝙ idem ſit & non ſit, & ꝙ idem ſimul ſit bonum & malum. Et ſimile eſt in aliis oppoſitis, eo ꝙ multotiens uidetur hominibus aliquibus aliquid eſſe bonum, & aliis uidetur contrarium, & ipſum uideri eſt menſura rerum ſm opinionem Pythagoræ, ut ſ. intantum ſit uerum rem eſſe, inquantum uidetur. Lectio. VI.

Soluetur autem hęc dubitatio, ſi prius cōtemplabimur unde orta hęc exiſtimatio fuerit.

Soluetur autem utiq; huiuſmodi dubitatio, conſiderantibus unde uenit. principium exiſtimationis huius. Cap. 5.

G

POSTQVAM Philoſophus diſputauit contra ponentes contradictoria ſimul uerificari de eodem, hic oſtendit quomodo hæc ratio poſſit ab eorum mentibus remoueri. Et diuiditur in partes duas. In prima oſtendit propoſitum. In ſecūda inducit quædam corollaria ex dictis, ibi. { Quare manifeſtum. } Prima pars diuiditur in partes duas. In prima oſtendit quomodo prædicta ratio in aliquibus ſolui poſſit. In ſecunda oſtendit in quibus poſſit ſolui, & in quibus non, ibi. { Ad habentes igitur. } Circa primum tria facit. Primo proponit modum quo prædicta ratio in aliquibus ſolui poſſit, dicens quod dubitatio prædicta ex qua aliqui mouentur ad ponendum contradictoria ſimul uerificari de eodem poterit ſolui, ſi quis conſideret unde principium ſumpſit hæc poſitio. Secundo ibi.

Lect. prim. parte. 2. Lect. prim. parte. 10. Solui motiua prædicti erroris.

Quibuſdam enim ex phyſicorum opinione naturalium, orta fuiſſe uidetur, Quibuſdam ex eo quia non oēs eadem de eiſdem cognoſcunt, ſed aliis hoc dulce, aliis contrarium eſſe uidetur.

Videtur enim quibuſdam quidem ex phyſiologorum opinione aliis autem ex non eadem de eiſdē omne cognoſcere, ſed his quidem delectabile hoc uideri, his autem contrarium. H

Ponit prædicta motiua.

Aſſignat duplex principium prædictæ poſitionis, dicens ꝙ quibuſdam uidetur ꝙ principium dictæ opinionis ſit ex opinione naturalium philoſophorum, qui poſuerunt aliquid non fieri ex non ente. Aliis autem uidetur ꝙ principium ſumpſerit ex hoc quod non omnes eadem iudicant de eiſdem. Sed quibuſdam uidetur hoc eſſe delectabile, & aliis contrarium. Ex hoc. n. ſequitur ꝙ oppoſita ſint ſimul uera, ſi quis credat ꝙ oē quod uidetur alicui ſit uerum. Tertio ibi.

Nihil enim ex non ente, ſed omne ex ente fieri, opinio fere omnium naturalium eſt communis, Cū igitur ex perfecte albo, minimeq; non albo, fiat ac

A oriatur non album. Si nunc generetur non album ex eo quod eſt non album, ex non ente ipſum illorũ ſcientia fiet, niſi idem & non album eſſet & album. At non difficile eſt hanc ſoluere dubõnem. Dictum eſt enim in naturali ſcientia, quonam pacto ex non ente, & quo pacto ex ente fiunt ea quæ generatur.

Nihil enim ex non ente fieri, omne autem ex ente, fere omnium eſt commune dogma eorum qui de natura. Quoniam igitur non album fit ex albo perfecte exiſtente, & nequaquam ex non albo. Núc autem factum non album, fiet utiq; ex non ente nõ albo quod, fit non albũ. Quare ex non ente fiet utique ſecundum illos, ſi non exiſtit, non album idem & album. Non difficile autem diſſoluere dubitationem hanc. Dictum eſt enim in phyſicis, qũo ex non ente fiunt quæ fiunt, & quomodo ex ente.

B

Manifeſtat quomodo ex præmiſſis duobus principiis dicta opinio ſequatur, & quomodo ſoluatur. Et primo quomodo ſequatur ex opinione naturalium phyſicorum. Secundo quomodo ſequatur dicta opinio ex eo q creditur, quodcũq; uidetur eſſe uerum, ibi. { Sed eſt ſimiliter. } Dicit ergo primo, q fere omnium eorum qui de natura tractauerunt, commune dogma eſt q nihil fit ex non ente, ſed omne quod fit, fit ex ente. Manifeſtum eſt etiam, q aliquid fit non album ex eo quod eſt perfecte albom, non autem fit album ex non albo. Vlterius etiam manifeſtum eſt q non album fit ex eo, quod non eſt non album. Quod exinde patet, q id quod non eſt non album, fit non album, ſicut quod non eſt nigrum fit nigrum. Sic igitur illud ex quo fit non album, eſt album, & non eſt non album. Quod non poteſt intelligi tanquam penitus ſit nõ ens non album, quia ſic uideretur ſequi q aliquid fieret ſimpliciter ex non ente. Sicut ſi diceremus q ignis fit ex non igne, quomodo intelligebant q illud quo fit ignis ſit penitus non ignis? Sic enim uidebatur eis q ſequeretur, q fieret aliquid ex non ente. Et propter hoc ponebant quod in eo ex quo fit ignis, erat ignis latens, ut patet ex opinione Anaxagoræ, quæ ponitur in primo phyſi. Similiter credebant, q ſi aliquid fit non album ex eo q non eſt non album, q nihilominus non album præexiſteret in eo ex quo fit non album, ut dictũ eſt. Sequebatur etiam ſm eos quod illud ex quo fit non albom, eſſet album & nõ album ſimul, niſi ponatur q aliquid fiat ex non ente. Sed hanc dubitationem, ut ait Philoſophus, non difficile eſt ſoluere. Expoſitum enim eſt in primo phyſicorum quomodo aliquid fiat ex ente, & quomodo ex non ente. Dictum eſt enim q aliquid fit ex nõ ente in actu, & ente in actu per accidens. Sed ex materia quæ in potentia eſt, fit aliquid per ſe. Accidit enim factioni quod materia ex qua fit aliquid, fuerit ſubiecta formæ & priuationi. Et ſic non oportet, quod id ex quo aliquid fit, ſimul ſit ens & non ens in actu ſed quod de ſe ſit potentia ad ens & non ens ideſt ad formam & priuationem. Deinde cum dicit.

Contra pſ eum mo. tuum.

C

Lect. 5. Te cõ. 33

Soſo meti ui. Te. cõ. 75 Lect. 12.

Atq; fidem utriſq; ſimiliter opinionibus eorum ac imaginationibus adhibere, qui inter ſeſe contendunt, inſignis dementię eſt. Conſtat enim alterum ipſorum neceſſario dicere falſum. Patet autem ex hiſce quæ fiunt in ſenſu. Nunquam enim idem aliis dulce, aliis contrarium uidetur, ſi non corruptum atque infectum inſtrumentum eius habeant ſenſus qui dictos ſapores diſcernunt. Quod cum eſt tale, alteri putandi ſunt menſura, alteri non putandi. Idem & in bono & honeſto, ac turpi, & eiuſmodi cæteris eſt cenſendum. Illud enim cenſeri, nõ aliud eſſe cõſtat quam tot eſſe ea putare oportere, quot hiſce uidentur qui uiſu digitum ſubmittunt, atq; faciunt ut ex uno duo tunc uideantur, propterea quod illis tot eſſe uidentur. Et rurſus unum. Nam hiſce qui uiſum non mouent, ipſum unum, nõ plura, ſed unum eſſe uidetur.

D

B

Sed & ſimiliter attendere utriſq; opinionibus & phantaſiis ad ipſos dubitantium, ſtultum. Palam enim q alterum ipſorum neceſſe eſt mentiri. Palam autem hoc ex his quæ fiunt ſecundum ſenſum. Nũquam enim uidetur idem his quidem dulce his autem contrarium non corruptis & priuatis alteris ſecundum organum ſenſus, & iudicatoris dictorum ſaporum. Hoc autem exiſtente tali, alteros quidem exiſtimandum menſuram eſſe, alteros autem non putandum. Similiter autem hoc dico, & in bono, & in malo, & pulchro, & turpi, & in aliis talibus. Nihil enim differt hoc dignificare, quam quæ apparent ſubmittentibus ſub uiſu digitum, & facientibus ex uno uideri duo, oportere eſſe propter apparere tanta, & iterum unum. Non mouẽtibus enim uiſum, unum apparet quid unum.

F

Remouet prædictam opinionem ſm q cauſatur ex alio principio, quod eſt opinari omne quod uidetur eſſe uerum. Et primo remouet hoc principium, q ſecundo cauſam eius, ibi. { Totaliter autem. } Dicit ergo primo q ſicut ſtultum eſt propter prædicta opinari, q contradictoria ſimul uerificantur de eodem, ſimiliter { etiam eſt ſtultum attendere } ideſt aſſentire prædictis utriſq; opinionibus philoſophorum dubitantiũ contra ipſos. Manifeſtum eſt enim q neceſſe eſt alterum eorum mentiri. Et hoc palam eſt ex his quæ apparent ſm ſenſum. Nũquam enim idem uidetur his quidem dulce, aliis amarum, niſi in alteris eorum ſit aliqua corruptio aut priuatio ſecundum organum ſenſus, & ſm uirtutem quæ iudicat de ſaporibus. Huiuſmodi autem corruptione in alteris eorum exiſtente, exiſtimandum eſt { alteros eorum eſſe menſuram, } ideſt accipiendum eſt eorum iudicium quaſi regulam & menſuram ueritatis. Illorum. ſ. in quibus non eſt corruptio. Non autem hoc putandum eſt & de alteris in quibus eſt corruptio. Et ſicut hoc manifeſtum eſt in cognitione ſenſus, ſimiliter dicendum eſt in bono & malo, in pulchro & turpi, & huiuſmodi omnibus quæ per intellectum cognoſcuntur. Si enim quibuſdam uideatur ſm intellectum hoc eſſe bonum, aliis autẽ malum, ſtandum eſt eorum iudicio in quibus non eſt aliqua corruptio ſm intellectuos, nec ex praua conſuetudine, neq; ex praua affectione, neq; ex aliqua huiuſmodi cauſa. Nam ſi quis dicat q nihil minus dignum eſt credere his quam illis, nihil hoc differt quam ſi diceret, q ea quæ apparent { hominibus ponentibus ſub uiſu digitum, } id eſt mouentibus oculũ digito, & ex hoc facientibus q id quod eſt unum uideantur duo, q propter hoc oporteat eſſe duo, quia apparent tot. Et iterum oporteat eſſe unum, quia quando aliquis non mouet oculum, apparet unum id quod eſt unum. Manifeſtum eſt. n. q iudicandum eſt de unitate rerum, ſm id quod uiſus iudicat nulla extranea paſſione exiſtente in eo. Non autem ſm quod iudicat ex prædicta paſſione. Sic autem iudicat unum eſſe duo quia ſpecies unius uiſibilis duobus modis redditur organo uiſus quando mouetur, & ſm utriuſq; diſpoſitionem peruenit ad organum ſenſus communis, quaſi eſſent duo uiſa. Deinde cum dicit

Cõtra 12. moriũm. P & ſequẽ.

G

Quare ex ſup. ſm e di giti oculo, unum uide tur duo.

H

Omnino autem abſurdum eſſe uidetur ex eõ de ueritate iudicium facere, quia res quę hic ſunt mutari uidentur, & nunquã in eiſdem perſiſtere. Oportet enim ex hiſce ueritatem uenari, quæ ſemper eodem modo ſeſe habent, mutationemq; nullam ſuſcipiunt. Talia uero ſunt ea quę ſunt in cœlo. Hæc enim non interdum talia, interdum alia, ſed ſemper eadem uidentur, nullamq; mutationem ſuſcipere.

Totaliter autem inconueniens eſt uideri præſentia permutantia, & nunquam permanentia in eiſdẽ ex hoc de ueritate iudicium facere. Oportet enim ex ſemper ſecũdum eadem habentibus, & neq; unã

permutationem

I permutationem facietibus uerum uenari. Talia aũt ſunt quæ ſm mundum. Hęc.n.non qñq; quidem talia, iterum autem alia uidentur. Eadem autem ſemper, & permutatione nulla participant.

Impugnat cām ſcḋ. motiuũ quo querbant.

Excludit cām pp quam ponebant oē quod vř eſſe uerum. Hoc.n ponebant aliqui, quia exiſtimabant res oēs eſſe in continuo fluxu, & q̃ nulla natura eſſet in rebus fixa & determinata. Et ſic ſequebatur q̃ rem eſſe talem non erat niſi uideri. Contra hoc ergo ponit. 5. rōnes, quarum prima talis eſt, q̃ totaliť inconueniens eſt ſumere iudicium de tota ueritate ex hoc q̃ iſta ſenſibilia quæ ſunt prope. ſ. uicina nobis, permutãtur & nunq̃ permanent. Oportet aũt magis uenari uerum ex his, quæ ſemper ſe habent eodem modo, & non patiuntur aliquã permutationem q̃tum ad ſubām ſuam, licet appareat ĩ eis motus ſm locum. Talia.n. ſunt { quæ continent mundũ }. ſ. corpora cœleſtia ad quæ comparata hæc corpora corruptibilia, quaſi nullius ſunt q̃titatis, ut mathematici probant. Corpora aũt cœleſtia ſunt ſemper eadem & non vñr qñq; talia, & alia uice alia, ſed nulla permutatione participant, quæ. ſ. ſit in eorũ ſubſtantia. Secundam rationem ponit ibi.

Iudiciũ de ueritate eſt ex immobilibus ſumẽdũ & nõ ex mobilibus.

K Præterea ſi eſt motus atq; aliquid mouetur, omne autem quod motu cietur ex aliquo atq; ad aliqđ pergit, id ſane quod mouetur, ĩ illo eſſe ex quo mouetur, & non in ipſo eſſe, & ad hoc moueri, atq; in hoc eſſe, ſnīa ipſorum oportet, uel non ſunt ſimul contradictoria uera.

Adhur autem ſi motus eſt, & motũ aliquid, mouetur autem omne ex aliquo ad aliquid, oportet igitur quod mouetur, eſſe & adhuc in illo ex quo mouebit, & non eſſe in ipſo. Et ad hoc moueri & fieri in hoc, ſecundum contradictionem autem non uerificari ſecundum ipſos.

Quæ talis eſt. Si motus eſt in iſtis inferioribus, oportet q̃ id quod mouetur ſit aliquid, & ēt oportet q̃ id quod mouet, L moueatur ex aliquo, & ēt ad aliquid. Vñ oportet id quod mouetur adhuc eſſe in eo ex quo mouetur, & nondum eſſe in eo ad quod mouetur, ſed moueri ad ipſum & continue fieri in ipſo. Et ſic aliqua affirmatio determinate eſt uera, & aliqua negatio, & non oportebit q̃ contradictio uerificetur de eodem: q̃a ſm hoc nihil moueretur. Si.n.idem foret eſſe in termino ad quem, & non eſſe, nulla rō eſſet quare moueretur ad terminũ ad quem aliqoid quod nondum eſt in illo: quia iam eſſet ibi. Tertiam rationem ponit ibi.

Oſtendit ꝙ fortuna non eſt prima cauſa rerum. Nullum enim per accidens eſt prius his quæ ſunt ſm ſe. Vnde neq; cauſa per accidens eſt prior ea quæ eſt per ſe. Et ſic ſi fortuna & caſus quæ ſunt cauſæ ꝑ accidens, ſint cauſa cœli, oportet quod per prius ſint cauſæ intellectus & natura; quæ ſunt cauſæ per Q ſe. Lectio. IX.

Atqui eorum quę ſunt, quędam actu tantum, quędam potentia ſunt atq; actu. Horum autem aliud eſt ens, aliud quantum, aliud ex numero cęterorũ. Non eſt autem ullus motus pręter res ipſas. Mutatur enim ſemper id quod mutatur per ipſius entis prędicamenta. Atq; in hiſce commune nihil eſt prorſus quod nullo eſt in prędicamento. Vnumquodq; autem dupliciter cunctis ineſt, ut hoc: aliud enim eſt ipſius forma, aliud eſt priuatio. Et quale: aliud enim eſt album, aliud nigrum. Et quantum: aliud enim eſt perfectum, aliud imperfectum. Et in latione ſimili modo, aliud eſt ſupra, aliud infra, aut leue, aut graue. Quare tot ſunt ſpecies ipſius quod eſt, quot motus mutationiſue ſpecies ſunt.

Cap. 8. I EST aũt hoc quidẽ actu ſolum, hoc aũt potẽtia, hoc aũt potentia & actu, hoc quidem ens, hoc aũt quantum, hoc aũt reliquorum. Nõ eſt aũt aliquid motus pręter res. Permutatur .n. ſemper ſecundum entis categoria. Cõe aũt in his nullum eſt, quod neq; in una categoria. Vnumquodq; aũt dupliciter exiſtit in oĩbus, utputa ꝙ hoc: iſtud forma quidem ipſius, hoc aũt priuatio. Et ſecundum quale: hoc quidem album, hoc aũt nigrum. Et ſecundũ quantum: hoc quidem perfectum, hoc aũt imperfectum. Et ſecundum lationem, hoc quidem ſurſum, hoc aũt deorſum, hoc eſt aũt leue, hoc autem graue. Quare motus & permutationis tot ſpẽs, quot entis.

K ·POSTQVAM determinauit Philoſophus de ente per accidens, hic determinat de motu: & diuiditur in partes tres. In prima determinat de motu ſm ſe. In ſecũda de infinito quod eſt quædam paſſio motus & aliorum continuorũ. ibi { Infinitum aũt. } In tertia determinat de diuiſiõe motus in ſuas ſpẽs. ibi { Prætermittatur aũt. } Prima diuiditur in partes duas. In prima oñdit quid ſit motus. In ſecunda oſtẽdit in quo ſit. ibi { Et ꝙ eſt in mobili. } Circa primum tria facit. Primo præmittit quædam quaſi neceſſaria ad diffiniendũ motum. Secundo diſtinguit ipſum ibi { Diuiſio aũt &c. } Tertio probat diffõnem bene eſſe aſſignatam, ibi { Quod aũt bene. } Circa primum ponit quatuor, ex quibus concludit quintum, quorum primum eſt ꝙ ens diuiditur per actum & potentiam. Et hoc eſt quod dicit ꝙ entium quoddam eſt actu ſicut primũ mouens, quod Deus eſt: quoddam potentia tm̃, ut materia prima: quoddam potentia & actu, ſicut oĩa intermedia. Vel eſſe actu tm̃ dicit id quod iam perfecte habet formam, puta quod perfecte iam eſt album. Eſt aũt potẽtia tm̃, quod nõdum habet formam, puta ꝙ nullo modo eſt album. Actu aũt & potentia eſt, ꝙ & ſi nondum perfecte habet formam, eſt tñ

Recolligit dcã ĩ phyſi cis de motu & mobili.

L in moueri ad formam. Secundum eſt ꝙ ens diuiditur per. 10. prædicamenta, & hoc eſt quod dicit, ꝙ entium quoddam eſt per ſe .i. ſcõa, quoddam eſt q̃tum, quoddã quale, & ſic de aliis generibus. Tertium eſt ꝙ motus non habet aliq̃ aliam naturã ſeparatam a rebus aliis, ſed unaquæq; forma ſm quod eſt in fieri, eſt actus imperfectus qui dr̃ motus. Hoc .n. ipſum eſt moueri ad albedinem, quod eſt albedinem incipere actu fieri in ſubiecto. Sed non debet eſſe in actu perfecto. Et hoc eſt quod dicit, ꝙ motus non eſt aliquid præter res. Oẽ .n. quod mutaſ, mutatur ſm prædicamenta entis. Et ſicut non eſt aliquid cõe decem prædicamentis ꝙ ſit genus eorum, ita non eſt aliquod genus cõe oĩum motuum. Et pp̃ hoc motus non eſt aliquod unum prædicamentum diſtinctum ab aliis prædicamẽtis, ſed ſequitur alia prædicamenta. Quartum eſt ꝙ in unoquoq; genere inuenitur aliquid dupl̃r .ſ. ſm perfectionem & imperfectionem, ſicut in genere ſubæ unum eſt ut forma, & aliud ut priuatio. Et in genere qualitatis hoc eſt, quod eſt perfectum ut album quod habet perfectum colorem: & hoc eſt ut nigrum, quod eſt imperfectum in genere coloris. Et in q̃titate unum ẽ perfectum quod dr̃ magnum, & aliud imperfectum quod dr̃

M paruum. Et in ubi i quo { eſt locatio } .i. motus localis, eſt ſurſum & deorſum, & graue & leue, ſm ꝙ graue dr̃ ꝙ actu ſubſidet, & leue quod actu ſupereminet. Et horum unum eſt ut pfectum, & aliud ut imperfectum. Et rõ huius eſt, quia oĩa genera diuidontur per contrarias drĩas. Contrariorum aũt ſemper alterum eſt ut perfectum, alterum ut imperfectũ. Ex his quatuor concludit quintum .ſ. ꝙ tot ſunt ſpẽs motus & permutationis, quot ſunt ſpẽs entis. Quod quidẽ non dicit eo ꝙ in quolibet genere entis ſit motus, ſed quia ſicut ens diuiditur p actũ & potentiam, per ſubam & q̃titatem, & hmõi, & ſm perfectũ & imperfectum, ita & motus. Et hoc ſequitur ex eo quod dcm̃ eſt, ꝙ motus non eſt præter res. Quõ aũt differant permutatio & motus, infra dicetur. Deinde cum dicit.

Tot ſunt motus ſpẽs quot & entis ſ ꝑ motũ acquiſitĩ.

Cum autem eorum quæ in unoquoque genere collocantur, quoddam actu, quoddam potentia ſit. Actum ejus quod eſt potentia ut eſt tale motum eſſe dico.

Diuiſo autem ſecundum unumquodq; genus, hoc quidem potentia, hoc autem actu, eius quod potentia inquantum tale actum, dico motum. N

Diffinit motum, & primo ponit diffõnem ipſam, dicens, ꝙ cum ens ſm unumquodq; genus entis diuidatur per potentiã & actum, motus dicitur eſſe actus eius quod eſt in potẽtia inquantum huiuſmodi. Secundo ibi.

Diffõ motus.

Atq; uera eſſe ea quæ dicimus, hinc perſpici poteſt. Nam cum ædificabile tale eſt, tum ipſum ut ędificatur actu dicimus eſſe. Atq; hoc eſt ędificatio. Similiter & medicatio, & ambulatio, ac ſaltatio, & iſtiuſmodi cætera. Fit autem ut tunc res moueatur, cum eſt hic ipſe actus, & neq; prius, neq; poſterius. Atq; actus eius quod eſt potentia cum actu eſt, ac nõ ut ipm̃, ſed ut mobile eſt, opaſ, motus nimirũ ẽ. O

Quod autem uerum dicimus, hinc palam. Cum enim ædificabile inquantum tale, ipſum dicimus eſſe actu inquantum ędificatur: & eſt hęc ædificatio. Similiter doctrinatio, ambulatio, curatio, ſaltatio, orbatio. Accidit autem moueri cum fuerit actu eorum, & neq; prius, neq; poſterius. Iam potentia entis cum actu ens operatur, non inquantum ipſum, ſed inquantum mobile, motus eſt.

Exponit poſitam diffõnem, & circa hoc duo facit. Primo exponit id quod ponitur in diffõne ex parte ſubiecti motus. Secundo id quod ponitur in diffinitione quaſi genus motus. ibi { Horum quidẽ .n. ẽ } Circa primũ duo facit. Primo exponit hanc particulam eius quod eſt in potentia. Secundo hãc inq̃tum hmõi. ibi { Dico aũt inq̃tum. } Dicit ergo primo, ꝙ ex hoc manifeſtum eſt uerum eſſe motum eſſe hoc quod dcm̃ eſt. Manifeſtum eſt .n. ꝙ ædificabile ſigñat aliquid exiſtens in potentia. Et iſta potentia ſigñatur eſſe reducta in actum p hoc quod dr̃ ædificari. Et iſte actus uocatur ædificatio. Et ſimilr̃ in oĩbus aliis motibus, ut in ambulatiõe & alteratione & hmõi. Dr̃ aũt aliquid moueri, cum hmõi fiat in actu, & hmõi fuerit ĩ potentia, & non prius nec poſterius. Cum ergo ita ſit, ſequeſ ꝙ motus eſt alicuius exiſtentis in potentia, cum ſit reductum ad actum. Et hoc dico .ſ. ꝙ ſit reductum ad actum inquantum eſt mobile. Nam mobile dr̃ aliquid per hoc ꝙ eſt in potentia ad moueri, & ſic reducitur hmõi potentia in actum qñ moueſ actu. Non aũt habet reduci in actum per motum, id quod in potentia eſt { inq̃tum ipſum, } .i. ſm id quod actu eſt, & ſm ſeipſum. Nam hoc ẽt eſt in actu anteq̃ incipiat moueri. Neq; ẽt reducitur ad actum per motum, ſm ꝙ eſt in potentia ad terminum motus, quia dum mouetur adhuc remanet in potẽtia ad terminum motus. Sed ſolum per motum reducitur aliqd in actum, de illa potentia quæ ſigñatur cum dr̃ { aliquid eſſe mobile, } .i. potens moueri. Deinde cum dicit.

Exponit uñ ꝑt diffinitionis motus.

P

Atq; ut mobile, dico hoc pacto. Eſt enim æs potentia ſtatua, attamen non eris actus ut eſt æs, eſt motio. Non eſt enim idem eſſe æris atq; alicuius potentiæ. Nam ſi eſſe idem ſimpliciter ratione ue, eris actus motus quidam nimirum eſſet. Non eſt autẽ idem. Patet autem in contrariis. Nam ualere quidẽ poſſe, ac ęgrotare poſſe, non eadem ſunt, ſed diuerſa. Eſſet enim idem ægrotare atq; ualere. Subſtantiam autem, & id quod ualet atq; ęgrotat unum & idem eſt, ſiue humiditas ſit ſiue ſanguis. Cum uero non ſit idem, quemadmodum neq; color eſt idem atq; uiſibile, patet actum poſſibilis ea ratione qua poſſibile eſt, motum eſſe. Q

Dico aũt inquantũ ſic. Eſt .n. æs potentia ſtatua, ſed tñ nõ æris actus inquantũ æs eſt, motus eſt. Nõ enim idem eſſe æri, & potentiæ alicui. Quod ſi idẽ erat ſimpl̃r & ſecundum rationem, erit utique æris actus motus quidam. Non eſt autem idem. Palam autem in contrariis. Poſſe quidem enim ſanari &

poſſe

A poſſe laborare non idem. Etenim ſic ſanari & laborare idem eſſent. Subiectum autem & ſanum & languens, ſiue humiditas ſiue ſanguis idem & unum. Quoniam autem non eſt idem, quẽadmodum neque color idem & uiſibile, poſſibilis inquãtum poſſibile actus, motus eſt.

Exponit aliā partem diffinitionis motus.

Exponit hanc particulam poſitam in diffinitione motus. ſ. inquantum huiuſmodi, uel inquantum tale. Ad cuius expoſitionem dicit q æs eſt in potentia ad ſtatuam. Et ſic idem eſt ſubiectum æs, & æs in poteotia ad ſtatuam. Tamen non eſt idem ratione. Sed alia eſt ratio æris inquantum æs, & alia eſt ratio æris inquantum habet aliquam potentiam. Et hoc eſt q dicit, q non eſt idem æri eſſe, & alicui potentiæ. Si enim eſſet idem ſimpliciter ſm rationem, tunc ſicut motus eſt actus æris inquantum eſt æs in potentia, ita eſſet actus æris inquantum eſt æs. Sed non eſt idem ſm rationem æs. & potentia æris. Et
B hoc manifeſtum eſt in potentia contrariorum, quia poſſe { ſanari & poſſe laborare. } .i. infirmari nõ eſt idem ſm rõnem. Ratio enim potentiæ ſumitur ex actu. Vnde ſi poſſe ſanari & poſſe infirmari eſſet idem ſm rationem, ſequeretur q idẽ eẽt infirmari & ſanari, quod eſt impoſſibile. Sicut igitur non eſt eadem potentia ad utrunq contrariorum ſm rationem potentiæ, ſed eſt eadem ſubiecto. Idem enim eſt ſubiectum quod poteſt eſſe ſanum & languens, ſiue illud ſubiectum ſit quicunque humorum in corpore animalis, ſiue ſanguis qui eſt naturalior & magis proprius uitæ, & animalium outrimento poſſit eſſe caoſa ſanitatis & ægritudinis. Quia ergo poſſe ſanari & poſſe infirmari non eſt idem ſm rationem, manifeſtum eſt q neutrum horum eſt idem ſm rationem cum ſuo ſubiecto, qa quæ uni & eidem per ſe ſunt eadem, ſubinuicem ſunt eadem per ſe. Quia ergo non eſt idem ſm rationem æs, & æs in potentia ad ſtatuam, ſicut neq color & uiſibile quod eſt potens uideri, ideo neceſſarium fuit q in diffinitione motus, dicto q eſt actus exiſtentis in potẽtia adderetur inquantum huiuſmodi. Deinde cum dicit.

Nunc igitur eſſe, atq tunc rem moueri cum eſt iſte actus, & neq; prius, neq; poſterius, patet. Fit.n.
C ut quodq; interdum operetur, interdum non operetur, ceu ædificabile inquantum ædificabile eſt, atque ędificabilis actus inquantum ędificabile ędificatio eſt. Nam actus ipſius aut eſt ędificatio, aut domus. At cum eſt domus, tunc nõ eſt (ut patet) ędificabile. Aedificabile uero ędificatur. Neceſſe eſt ergo actum ipſius ædificationem eſſe. At ædificatio motus eſt quidam. Eadem & ad cæteros accommodabitur motus ratio.

Quod quidem enim eſt hic, & quod accidit tunc moueri quando fuerit actu ſic, & nec prius nec poſterius palam. Contingit enim unũquodq; aliquando quidem actu eſſe, aliquando autem non. Puta ædificabile inquãtum ædificabile, & ædificabilis actus inquãtum ędificabile, ędificatio eſt. Aut enim
D hęc domus eſt, aut ędificatio actus. Sed cũ domus fuerit, non adhuc ędificabile erit. Aedificatur autẽ ędificabile. Neceſſe igitur ędificationem actum eſſe. Aedificatio autem motus quidam. Eadem autem ratio & in aliis motibus.

Exponit id qđ ponitur in diffinitione motus eſquam genus.

Exponit id quod ponit in diffinitione motus tanquam genus, dicẽs manifeſtum eſſe q hoc ſit motus, quia dico motus tunc eſt, quia tunc accidit moueri { quando hic } ideſt actus exiſtentis in potentia fuerit actu, & neq prius neq poſterius. Manifeſtum eſt enim q unumquodque mobilium contingit aliquando eſſe actu, aliquando non. Sicut ædificabile inquantum ædificabile quandoq eſt in potentia, & quandoq eſt in actu. Dicit autem q ædificabile inquantum ædificabile, quia materia domus eſt ad duo in potentia, ſ. ad formam domus, & ad hoc q ædificetur. Et quod ad utrunq contingit eſſe, quãdoq in potentia quandoqꝫ in actu. Sed potentia quæ eſt in materia domus ad hoc q ædificetur, ſignificatur in hoc q dicitur ædificabile. Tunc ergo ædificabile inquantum ædificabile ſit actu, quando ædificatur. Et ſic ædificatio eſt actus ædificabilis, inquantum ædificabile. Quod ſic probat, quia materia domus non eſt in potentia niſi ad duos actus. ſ. ad ædificationem domus & ad formam. Aedificabile autem ſignificat quãdam potentiam in materia domus exiſtentem. Oportet igitur cum omni potentiæ reſpondeat aliquis actus, q potentiæ ſignificatæ per hoc quod dico ædificabile, reſpõdeat alter duorum actuũ ſ. uel forma domus, uel ædificatio. Sed non eſt actus ædificabilis inquantom ædificabile forma domus, quia adueniente forma domus non eſt adhuc ædificabile, ſed eſt iã ædificatum. Sed ædificabile eſt actu, quando ædificatur actu. Neceſſe eſt igitur q ædificare ſit actus ædificabilis. Aedificare autem eſt quidam motus, & ſic motos eſt actus ædificabilis. Et eadem ratio eſt de omnibus aliis motibus. Vnde manifeſtum eſt quod motus eſt actus exiſtentis in potentia. F
Deinde cum dicit.

E

Atque patet nos de ipſo motu recte dixiſſe, & ex hiſce quę cęteri de ipſo dixerunt, & quia non eſt facile ipſum aliter definire. Neq; enim quicquã alio in genere ipſum ponere poteſt.

Quod autem bene dictum eſt, palam eſt quibus alii dicunt de ipſo, & ex eo q non facile eſt aliter ipſum diffinire. Neq enim in alio poterit aliquis genere ponere ipſum.

Probat diffinitionem prędictā in generali.

Probat diffinitionem poſitam eſſe bene aſſignatam, & primo ponit probationem in generali, dicens q manifeſtum eſt motum eſſe bene diffinitum, ex his quæ alii dixerunt de motu diffinientes ipſum. Et iterum ex eo q non poteſt de facili aliter diffiniri. Non enim poteſt poni in alio genere niſi in genere actus. Secundo ibi.

Neq qui aliter de ipſo dicere recte dixiſſe uidetur, id ita eſſe inde ſane patebit. Quidam enim diuerſitatem, & inæqualitatem, & id etiam quod non eſt, ipſum eſſe dixerunt. G

Palam autem ex quibus dicunt. Hi quidem alteritatem & inæqualitatem & non ens.

Quod dixerūt alii eſſe motum.

Ponit ea quæ alii dixerunt de motu, dicens q quidam dixerunt motum eſſe alteritatem, & quidam inæqualitatem, & quidã nõ ens. Forte iõ qa illud quod mouet recedit ab eo qđ prius erat, & dum mouetur ſemp alio & alio modo ſe habet, & magis appropinquat ad terminum. Tertio ibi.

Nihil tamen ſiue ſit diuerſum, ſiue inęquale, ſiue nõ ens, neceſſario moueri uidetur. At neq; ipſa mutatio, aut ad hęc, aut hiſce, magis quã expoſitũ eſt.

Quorũ nullum neceſſe moueri. Sed nec permutatio, neq; in hoc, neq ex his magis quam oppoſitis.

Reprobat aliorū dcā.

Oſtendit prædictas diffinitiones non eſſe conuenientes. Neque enim cõueniunt motui ex parte ſubiecti quod mouetur. Si enim motus eſſet non ens uel inæqlitas uel alteritas, ſequeretur q omne non ens uel alterum uel inæquale moueretur. Sed nullum horum neceſſe eſt moueri. Non eſt igitur motus quod dictum eſt. Idem etiam apparet ex parte terminorum motus, qui ſunt terminus a quo, & terminus ad quem. Non enim magis eſt motus ad non ens, uel inæqualitatem, uel alteritatem, quam ad oppoſita horum, neq magis eſt motus ex his, q̃ ex oppoſitis. Contingit .n. moueri ex non ente ad ens, & econuerſo, & de alteritate ad ſimilitudinem, & ab æqualitate ad inæqualitatem, & econuerſo. Quarto ibi. H

Ponendi autem motum in hiſce cauſa fuit, motum indefinitum quoddam eſſe uideri. Alterius uero principia ſeriei, indefinita ſunt ſane, ex eo quia ſunt priuatiua. Nihil enim ipſorũ aut hoc aliquid aut tale, aut cęterorum quicquã eſt prędicamẽtorũ.

Cauſa autem in hoc ponendi, quia infinitum aliquid uidetur eſſe motus. Alterius coelementationis autem principia, quia priuatiua ſunt indetermi

A nata. Neq; enim hoc, neq; tale nullum ipſorum, neque reliquorum prædicamentorum.

Poſuit motum inter indeterminata quorum.

Oſtendit quare prædicto modo diffinierunt motum, dicẽs ꝙ iſta eſt cauſa quare poſuerunt motum in prædicta quaſi genera, quia motus uidetur eſſe aliquid indeterminatum, & illa ſunt indeterminata quæ ſunt priuatiua. Et ideo motum poſuerunt quaſi priuationem quandam. Et ſciendum ꝙ, ſicut in primo huius dictum eſt, Pythagorici poſuerunt duos ordines in quorum uno quem dicebant ordinem bonorum, poſuerũt illa quæ uidebantur perfectionem habere, ſicut lucem, dextrum, maſculum, quietem, & huiuſmodi. In alio autem ordine quem ſub malo conſtituebant, poſuerunt tenebras, ſiniſtrũ fœminam, motum, & huiuſmodi. Et oia hmõi dicebant eſſe indeterminata & priuatiua, quia nullum iſtorum uidebatur ſignificare {neq; hoc} .ſ. ſubſtantiam, {neq; tale} .ſ. qualitatem, neq; aliquod aliud prædicamentorum. Quinto ibi.

B At ut uideatur motus indefinitum eſſe, cauſa fuit illud non poſſe inquam, aut in potentia rerum ipſum, aut in actu poni. Neq; enim id quod eſſe poteſt quantum, neque id quod eſt actu quantum, neceſſario iam mouetur, & motus actus quidem eſſe quidam uidetur, imperfectus tamen. Cuius rurſus illud eſt cauſa, ipſum inquam poſſibile, imperfectum eſſe, cuius eſt actus, & propterea difficile eſt accipere quid nam ſit ipſe. Neceſſe eſt enim ipſum aut in potentia, aut in priuatione, aut in actu ſimplici ponere. At nihil horum eſſe poſſe uidetur: Quare reſtat id quod dictum eſt eſſe, atque actum quem dicimus, qui difficilis quidem eſt cognitu, poteſt autem eſſe.

C Cur autem uideatur indeterminatus, cauſa quia nec in potentia entium, neque in actum eſt ponere ipſum. Neque enim poſſibile quantum, eſſe mouetur ex neceſſitate: neque quod actu quantum, motuſq; actus quidem uidetur aliquis, imperfectus autem. Cauſa autem, quia imperfectum quod poſſibile, cuius eſt actus. Et propter hoc difficile ipſum ſumere quid eſt. Aut enim in priuationem neceſſe eſt poni, aut in potentiam, aut in actum ſimplicẽ. Horum autem nullum uidetur contingens. Quare relinquitur, quod dictum eſt eſſe & actum, & nõ actu dictum, uidere quidem difficile, cõtingentem autem eſſe.

Cur quare motus inter indeterminata ponat.

Dicit cauſam quare motus inter indeterminata ponatur, & dicit ꝙ cauſa huius eſt, quia motus neq; poterat poni in genere potentiæ, neq; in genere actus. Si enim eſſet in genere potentiæ, ſequeretur ꝙ quicquid eſt in potentia ad aliquid, puta ad eſſe quantum, moueretur ad illam quantitatem. D Sed hoc nõ eſt neceſſarium, quia etiam antequam incipiat aliquid moueri ad quantitatem, eſt ĩ potentia ad quantitatem illam. Neq; etiam mouetur quando iam actu eſt quantum ſm illam quantitatem, ad quam erat in potentia, ſed tunc iam terminatus eſt motus. Sed oportet ꝙ motus ſit actus quidam, ut ſup probatum eſt. Sed eſt actus imperfectus. Et huius cauſa eſt, quia illud cuius eſt actus, eſt imperfectum. Et hoc eſt ens poſſibile ſiue ens potentia. Si enim eſſet actus perfectus, tolleret totam potentiam quæ eſt in materia ad aliquod determinatum. Vnde actus perfecti non ſunt actus exiſtentis in potentia, ſed exiſtẽtis in actu. Motus autem ita eſt exiſtentis in potentia, ꝙ non tollit ab eo potentiam. Quãdiu enim eſt motus, remanet potentia in mobili ad id quod intendit per motum, ſed ſolum potentia quæ erat ad moueri tollitur per motum, & tamen non totaliter, quia id quod mouetur, adhuc in potentia eſt ad moueri, quia omne quod mouetur mouebitur, propter diuiſionem motus continui, ut probatur in .6. phyſi. Vnde relinquitur ꝙ motus eſt actus exiſtentis in potentia, & ſic eſt actus imperfectus & imperfecti. Et propter hoc difficile eſt accipere quid ſit motus. Videtur enim ꝙ aut neceſſe ſit ponere motum in genere priuationis, ſicut patet ex præmiſſis diffinitionibus. Aut in genere potentiæ. Aut in genere actus ſimplicis & perfecti. Quorum nullum contingit eſſe motum. Vnde relinquitur ꝙ motus ſit id quod dictum eſt, ſcilicet actus, & ꝙ non dicatur actus perfectus. Quod quidem difficile eſt uidere, ſed tamẽ contingens eſt eſſe, quia hoc poſito nullum ſequitur inconueniens. Quidam autem diffinierũt, dicentes, ꝙ motus eſt exitus de potentia in actum, non ſubito. Sed errauerunt, quia neceſſe eſt quod in diffinitione exitus ponatur motus, cum ſit ſpecies motus. Et ſimiliter in diffinitione eius quod eſt ſubito, ponitur tempus, & in diffinitione temporis motus. E

Deinde cum dicit.

Patet & motum in ipſo mobili eſſe. Eſt.n. actus huius ab eo quod eſt motiuum.

Et quod eſt motus in mobili palam. Actus eſt.n. huius a motiuo. F

Motus eſt ſubiectiue in mobili.

Oſtendit in quo ſit motus, & primo oſtendit ꝙ in mobili, quia omnis actus eſt in eo cuius eſt actus. Sed motus eſt actus mobilis a mouente cauſatus. Vnde relinquitur ꝙ ſit in mobili. Et quod ſit actus mobilis, ex ſuperioribus patet. Scdo ibi.

Motiui quoq; actus non alius eſt, amborum namque actum eſſe oportet.

Et motiui actus non alius eſt. Oportet quidem enim eſſe actum amborum.

Mo.⁹ ē act⁹ mo[t]iui & mobilis.

Oſtendit qualiter ſe habeat motus ad mouens, & proponit duo .ſ. ꝙ motus eſt actus motiui, & ꝙ non eſt alius motus qui eſt actus motiui & qui eſt mobilis. Oportet enim motus eſſe actus amborum. Tertio ibi.

Eſt enim hoc quidem motiuum, quo poteſt, hoc autem mouens, quo agit.

Et motiuum quidem enim eſt in poſſe, mouens autem in operari.

Probat motũ eē actũ motiui.

Primum eorum duorum probat .ſ. ꝙ motus ſit motiui actus. Illud enim actus eſt alicuius, quo fit actu. Sed motiuum dicitur ex eo ꝙ eſt potens mouere, mouens autem in operari .ſ. in eo quod eſt eſſe actu, & ita cum mouens dicatur propter motum, motus erit actus motiui. Quarto ibi. G

At ipſius mobilis, eſt actiuum. Quare perinde, amborum unus eſt actus.

Sed eſt actiuum mobilis. Quare ſimiliter unus amborum actus.

Probat ꝙ idẽ motus ſit act⁹ motiui & mobilis.

Probat ſecundum ppoſitorum .ſ. ꝙ unus motus ſit actus motiui & mobilis, hoc modo. Dictum eſt enim ꝙ motus eſt actus motiui inquantum facit motum. Eſt autem mobilis inquãtum fit in eo motus, ſed motiuum facit illum motum qui eſt in mobili & non alium. Et hoc quod eſt dicit ꝙ mouens eſt actiuum mobilis. Vnde relinquitur ꝙ unus motus ſit actus & mouentis & mobilis. Quinto ibi.

Atq; ut unius ad duo, & duorum ad unũ idem eſt interuallum, & ut accliue atq; decliue, eſſe tamẽ unum eſt, ſic res ſeſe habet & in hiſce, quorum alterum mouetur, alterum mouet. H

Quemadmodum eadem diſtantia unius ad duo, & duorum ad unum, & aſcendentis & deſcendentis, ſed eſſe non unum. Similiter autem & in mouẽte & in moto.

Manifeſtat hoc per exempla & dicit, ꝙ una eſt diſtantia duorum ad unum, & unius ad duo. Sed differt ratione. Propter quod diuerſimode ſignificatur .ſ. per duplum & dimidium. Similiter una eſt uia ad aſcendendum & deſcendendum ſed differt ratione. Et propter hoc dicuntur hi aſcendentes & illi deſcendentes. Et ita eſt de mouẽte & moto. Nam unus motus ſm ſubſtantiam eſt actus utriuſq;, ſed differt ratione. Eſt enim actus mouentis ut a quo, mobilis autem ut in quo, & nõ actus mobilis ut a quo, neq; mouentis ut in quo. Et ideo actus mouentis dicitur actio, mobilis uero paſſio. Sed ſi actio & paſſio ſunt idem ſm ſubſtantiam, uidetur ꝙ non ſint diuerſa

A prædicamenta. Sed ſciendum q prædicamenta diuerſificâtur ſ'o diuerſos modos prædicandi. Vnde idem ſm q diuerſimode de diuerſis prædicatur, diuerſa prædicamenta pertinet. Locus enim ſm q prædicatur de locante, pertinet ad genos quantitatis. Secundum autem quod prædicatur denominatiue de locato, conſtituit prædicamentum ubi. Siſr motus ſm q prædicatur de ſubiecto in quo eſt, conſtituit prædicamentum paſſionis. Scdm autem q prædicatur de eo a quo eſt, conſtituit prædicamentum actioni. Lectio. X.

Hinc hls capiſſe non ola pdicamẽta eſſ ad inuicẽ reali ter diſtincta.

Infinitum autem eſt, aut id quod impoſſibile eſt per tranſire, ex eo quia non eſt aptum ut per ipſum trãſitio fiat perinde, atq; uox inuiſibilis dici ſolet, aut id quod habet ſine fine tranſitionem, aut qđ uix, aut quod eſt aptum quidem habere, non habet tamen tranſitionem uel finem.

Cap. 9. B

INfinitum autem aut quod impoſſibile pertranſire eo q non ſit natum pertranſiri, quemadmodum uox inuiſibilis, aut pertranſitionem habens imperfectam, aut quod uix, aut quod natum eſt habere & non haber pertranſitionem terminum.

Tractat de infinito.

POSTQVAM Philoſophus determinauit de motu, hic determinat de infinito quod eſt paſſio motus & cuiuſlibet quanti uniuerſalis, & circa hoc tria facit. Primo diſtinguit quod modis dicitur infinitum. Secundo oſtendit q non eſt infinitum actu. ibi. { Separabile quidem. } Tertio quomodo ĩfinitum ĩuenitur ĩ diuerſis. ibi. { Infinitum autem. } Circa primum duo facit. Primo oſtendit quot modis dicitur ĩfinitum ĩ actu. Secundo quot modis dicitur infinitum in potentia. ibi. { Adhuc autem appoſitione. } Circa primum conſiderandum eſt q omne finitum diuidendo pertranſitur. Vnde infinitum proprie eſt quod menſurando pertrãſiri non poteſt. Tot ergo modis dicitur infinitum, quot modis dicitur intranſibile. Vtrunque autem dicitur quatuor modis. Quorum primus eſt ſm q infinitum ſiue intranſibile dicitur quod non poteſt tranſiri menſurando, eo q non eſt natum ſm ſuum genus pertranſire. Sicut dicimus punctum, aut unitatem, aut aliquid quod non eſt quantum & menſurabile, eſſe infinitum ſeu intranſibile. Per quem modum uox dicitur inuiſibilis, quia nõ eſt de genere uiſibilium. Secundo modo dicitur infinitum uel intranſibile quod nondum eſt pertranſitum, licet inceptũ ſit. Hoc enim eſt quod dicit (habens tranſitionẽ imperfectã.) Tertius modus eſt ſm q dicitur infinitum uel intranſibile q uix tranſitur. Vt ſi dicamus profunditatem maris infinitam, uel altitudinem cœli, uel aliquam uiam longam immenſurabilem ſeu intranſibilem ſeu infinitam, quia excedit uires menſurantis, licet in ſe ſit tranſibilis. Quartus modus eſt ſm q dicitur infinitum illud quod natum eſt habere tranſitionem aut terminum ſecundum ſuum genus, ſed non habet. Puta ſi ſit linea aliqua interminata. Et hoc eſt uere & proprie infinitum. Secundo ibi.

Lect. pñ. parte. 1. Lect. pñ. parte. ultĩa. Lect. pñ. part. 2. Infinitũ q̃druplr dicitur

C

Præterea aut appoſitione eſt, aut ablatione, aut utroque.

Adhuc appoſitione, aut ablatione, aut utroque.

D

Infinitum in potẽtia tripliciter.

Oſtendit quod modis dicitur infinitum in potentia, & dicit q dicitur infinitum uno modo de appoſitione ſicut numerus. Semper enim cuilibet numero dato eſt apponere unitatem, & ſic numerus eſt augmentabilis in infinitum. Alius modus ſm q infinitum dicitur ablatione & diuiſione, ſm q magnitudo dicitur diuiſibilis in infinitum. Tertius modus contingit utrinq; ſicut tempus dicitur infinitum, & diuiſione, quia continuum eſt, & appoſitione, quia numerus eſt. Et ſiſr etiam in motu infinitum eſt. Deinde cum dicit.

Separabile igitur ipſum quid per ſe infinitum eſſe non poteſt. Nam ſi infinitum ipſum neq; magnitudo neq; multitudo, ſed ſubſtantia, & nõ accidens indiuiſibile erit profecto. Diuiſibile enim aut magnitudinem, aut multitudinem eſſe conſtat. Quod ſi indiuiſibile ſit, infinitum non erit, niſi perinde, atque uox eſt inuiſibilis. At neque illi qui dicunt infinitum eſſe, ipſum hoc pacto ponunt, neque nos quærimus ſi ſit identidem ipſum. Sed ut habet ſine fine tranſitionem.

E

Separabile quidem itaque ipſum aliquid ens, ſenſibile autem non poſſibile eſſe. Si enim nec magnitudo eſt nec multitudo, ſubſtantia autem ipſum infinitũ & non accidens, indiuiſibile erit. Quod enim diuiſibile, aut magnitudo, aut multitudo. Si autem indiuiſibile, nõ infinitum, niſi ſicut uox inuiſibilis. Sed non ſic dicunt, neque nos quærimus, ſed tanquam impertranſibile.

Oſtendit q non ſit infinitum in actu, circa quod ſciendum eſt q Platonici poſuerunt infinitum ſeparatum a ſenſibilibus & poſuerunt ipſum eſſe principium. Naturales autem p̃hi poſuerunt infinitum in rebus ſenſibilibus, non ita q ipſum infinitum eſſet ſubſtantia, ſed q eſſet accidens alicui corpori ſenſibili. Primo ergo oſtendit q non eſt infinitum ſeparatum. Secundo quod non eſt infinitum actu in ſenſibilibus ibi. { Quod autem in ſenſibilibus. } Circa primum ponit tres rationes, quarum prima eſt, q ſi ipſum infinitum eſt quædam ſubſtantia p̃ ſe exiſtens, & non accidens alicui ſubiecto, oportet q ipſum infinitum ſit abſq; magnitudine & multitudine, quia magnitudo & numerus ſunt ſubiectum ĩfiniti. Si aũt eſt ſine magnitudine & multitudine, oportet q ſit indiuiſibile, quia omne diuiſibile, aut eſt magnitudo, aut multitudo. Si autem eſt indiuiſibile non eſt infinitum niſi primo modo, ſicut uox dicitur inuiſibilis: quo modo non inquirimus nos nunc, nec ipſi, ſed de infinito intranſibili ſm quartum modum. Ergo de primo ad ultimum ſi infinitum ſit ſubſtantia ſeparata per ſe exiſtens non erit uere infinitum. Et ſic iſta poſitio deſtruit ſeipſam.

F

Tribus rõnibus probat nõ dari infinitũ extra ſenſibilia.

Secundam rationem ponit ibi.

Preterea quonam pacto per ſe infinitum eſſe poteſt, ſi neque numerus, neque magnitudo per ſe eſſe poteſt, quorum per ſe affectus quidam ipſum eſt infinitum?

Adhuc quomodo contingit per ſe eſſe infinitum, ſi non & numerus & magnitudo quorum paſſio infinitum? G

Quæ talis eſt. Infinitum eſt paſſio numeri & magnitudinis. Sed numerus & magnitudo non ſunt per ſe exiſtentia ſeparata, ut in p̃mo oſtẽſum eſt, & infra oñdetur, ergo multo minus infinitum ſeparatum eſt. Tertiam rationem ponit ibi.

Scdã rõ. Te. cõ 35 & inde.

Preterea ſi per accidens eſt, non erit elementum profecto rerum, ut infinitum, quemadmodum nec ipſum inuiſibile locutionis eſt elementum, & tamẽ uox eſt inuiſibilis. Perſpicuum autem eſt, infinitum ſic eſſe non poſſe, ut actu ſit, & ſubſtantia, ſicuti dicunt. Erit enim quęuis pars ipſius quam ſumunt infinita. Eſt enim idem eſſe infiniti ac infinitum (ut patet) ſi infinitum ſubſtantia ſit, & non in ſubiecto. Quare ſit ut ipſum aut indiuiſibile ſit, aut ĩ infinitũ ſit diuiſibile. At fieri nequit, ut idem multa ſit infinita. Vt enim pars aeris eſt aer, ſic & infinitum eſt pars quęuis infiniti, ſi ſubſtantia quędam & principium ſit, ut dicunt. Impartibile igitur atq; indiuiſibile eſt. At eſſe non poteſt id tale quod actu eſt infinitum. Neceſſe eſt enim ipſum rationem quantitatis ſubire. Per accidens ergo infinitum ipſum eſſe uidetur. Quod ſi ita ſit, dictum eſt antea non poſſe id principium dici. Sed illud cui accidit ipſum, aut aerem, aut par. Hęc autem inquiſitio uniuerſalis eſſe uidetur.

H

Adhuc ſic ſecundum accidens, non utiq; elementum entium, inquantum infinitum, quemadmodũ neq; inuiſibile loquelę, quamuis uox inuiſibilis. Et quod non eſt actu eſſe infinitum, palam. Erit enim

A queçcunque ipſius infinita pars accepta. Infinito enim eſſe, & infinitum idem, ſi quidem ſubſtantia infinitum & non de ſubiecto. Quare aut indiuiſibile, aut in infinita diuiſibile ſi partibile. Multa autem eſſe idem impoſſibile infinita. Queadmodum enim pars aer aeris, ſic infinitum infiniti, ſi eſt ſubſtantia & principium. Impartibile igitur & indiuiſibile. Sed impoſſibile actu eſſe infinitum. Quantū enim neceſſe eſſe. Secūdum accidens igitur exiſtit. Sed ſic dictum eſt ꝙ non contingit ipſum eſſe principium, ſed illud cui accidit aerem aut parem. Hęc quidem igitur inquiſitio uniuerſalis.

Tertia 18 ad idem.

Quæ talis eſt. Si infinitum ponitur ſeparatum a ſenſibilibus, aut ponitur ut ſubſtantia per ſe exiſtens, aut ut accidens B inhærens alicui ſubiecto ſeparato, puta magnitudini, aut numero quæ ſunt ſeparata ſm Platonicos. Si autem ponatur eſſe accidens tunc ipſum infinitum, non erit principium entiū inquantum hoc eſt infinitum, ſed magis ſubiectum infiniti. Sicut principium locutionis non dicitur inuiſibile, ſed uox, quamuis uox ſit ſic inuiſibilis. Si autem infinitum ſit ſubſtantia, & non prædicetur de aliquo ſubiecto, etiam manifeſtum eſt ꝙ non poteſt eſſe actu infinitum. Aut enim eſt diuiſibile, aut indiuiſibile. Si autem eſt diuiſibile, & infinitum hoc ipſm quod eſt infinitum eſt ſubſtantia, oportet ꝙ quælibet pars eius accepta ſit infinita, quia idem eſt infinito eſſe & infinitū, ſi { infinitum eſt ſubſtantia, } ideſt ſi infinitum prædicat propriam rationem eius quod eſt infinitum. Vnde ſicut quælibet pars aquæ eſt aqua, & quælibet pars aeris eſt aer, ita quælibet pars infiniti eſt infinita, ſi infinitum eſt ſubſtantia diuiſibilis. Quare oportet dicere, ꝙ aut ſit indiuiſibile infinitum, aut ſit diuiſibile in multa infinita. Sed hoc eſt impoſſibile ꝙ multa infinita conſtituant unum infinitum, quia infinitum non eſt maius infinito, omne autem totum maius eſt ſua parte. Relin C quitur igitur ꝙ infinitum ſit indiuiſibile. Sed impoſſibile eſt quod id quod eſt indiuiſibile ſit actu infinitum, quia infinitum oportet eſſe quantum. Relinquitur igitur quod non ſit ſubſtātia, ſed accidens. Sed ſi eſt accidens, non eſt principium ipſum infinitum, ſed illud cui accidit, ut dictum eſt, ſiue ſit aer, ut quidam naturales poſuerunt, ſiue ſit par, ut poſuerunt Pythagorici. Relinquitur igitur ꝙ infinitum non poſſit eſſe ſubſtantia ſimul & principium entium. Et ultimo concludit ꝙ hæc inquiſitio eſt uniuerſalis excedens naturalium conſiderationem. Deinde cum dicit.

Hinc autem emergere poteſt, neq; in rebus ſenſibilibus ipſum eſſe. Nam ſi hęc eſt ratio corporis ſuperficie terminari, non erit infinitum ullum, aut intelligibile, aut ſenſibile corpus.

Quod autem in ſenſibilibus non eſt, hinc palam. Si enim corporis ratio ſuperficiebus determinatur non erit utique infinitum corpus, neque ſenſibile, neque intellectuale.

D

Probat infinitū actu nō eſt i ſenſibilib⁹ Primo ꝙ ñ corp⁹.

Probat ꝙ infinitum actu non ſit in ſenſibilibus, & primo probat hoc per rationes probabiles. Secundo per rationes naturales. ibi. { Naturaliter autem. } Dicit ergo primo ꝙ manifeſtum eſt ꝙ infinitum actu non eſt in ſenſibilibus Et oſtendit duo. Dicit ergo primo, ꝙ in ſenſibilibus non eſt corpus infinitum. De ratione enim corporis eſt, ꝙ ſit ſuperficie determinatum. Sed nullum corpus determinatum ſuperficie eſt infinitum, ergo nullum corpus eſt infinitum, { neq; ſenſibile, } id eſt naturale, { neq; intellectuale, } id eſt mathematicum. Secundo ibi.

At neque etiam numerus erit ut ſeparatus ac infinitus. Numerus enim omnis, aut id quod numerum habet, numerabile eſt.

Neq; numerus ut ſeparatus & infinitus. Numerabile enim numerus, aut habens numerum.

Secundo ꝙ ñ numerus

Dicit ꝙ in ſenſibilibus non eſt numerus infinitus hoc modo. Omnis numerus & omne habens numerum eſt numerale Sed nullum numerale eſt infinitum, quia numerale eſt pertrauſibile numerando, ergo nullus numerus eſt infinitus. Hæ E autē rationes non ſunt naturales, quia non ſumuntur ex principiis corporis naturalis, ſed ex quibuſdam principiis cōmunibus & probabilibus, nō ex neceſſariis, quia qui poneret corpus infinitum, non poneret ipſum terminari ſuperficie. Hoc enim eſt de ratione corporis finiti. Et qui poneret multitudinem infinitorum, non poneret eam numerum, quia numerus eſt multitudo menſurata per unum, ut in decimo habitum eſt. Nullum autem menſuratum infinitum eſt. Deinde cum dicit.

Duę iſtę rationes non neceſſario, ſed ꝓbabiliter ꝓceſſerunt infinit.

Te co. 21.

Naturaliter autem ex hiſce perſpicuum erit. Nec enim compoſitum eſſe poteſt, nec ſimplex. Compoſitum enim non erit corpus, ſi elementa multitudine ſunt finita. Aequalitatem enim inter contraria F eſſe oportet, & unum ipſorum infinitum non eſſe. Nam ſi quouis exceſſu corporis alterius potentia ſuperetur, finitum ab infinito corpore corrumpetur. Vnumquodq; etiam infinitum eſſe non poteſt. Eſt enim id corpus, quod undequaq; dimēſionem habet. Infinitum autem eſt quod ſine fine eſt extenſum dimenſione. Quare corpus infinitum, erit ſane infinitum omni dimenſione.

Naturaliter autem ex his palam. Nec enim compoſitum poſſibile eſſe, nec ſimplex. Compoſitum quidem enim non erit corpus, ſi finita ſunt elementa multitudine. Oportet enim æquari contraria, & etiam non eſſe unum ipſorum infinitum. Si enim cuicunque deficit alterius corporis uirtus, corrumpetur ab infinito finitum. Vnumquodque autem impoſſibile infinitum eſſe. Corpus enim eſt quod omnino habet diſtenſionem, infinitum autem infinite diſtat. Quare infinitum corpus omnino G erit infinitum.

Oſtendit ꝙ non ſit infinitum in actu in ſenſibilibus per rationes naturales, & primo ex parte actiui & paſſiui. Secundo ex parte loci & locati. ibi. { Adhuc ſenſibile. } Actiuum autem & paſſiuum, locus & locatum ſunt proprietates corporis naturalis inquantum huiuſmodi. Et ideo dicit ꝙ iſtæ rationes ſunt naturales. Dicit ergo primo, ꝙ ſi corpus aliquod ſenſibile eſt infinitum, aut erit corpus ſimplex, aut erit corpus compoſitum ſiue mixtum. Et primo oſtendit, ꝙ corpus compoſitum nō poſſit eſſe infinitum, ſuppoſito quod corpora ſimplicia, quæ ſunt elementa corporum compoſitorum ſunt finita multitudine. Quod ita probat, quia oportebit ꝙ uel omnia ſint infinita in quantitate, aut ꝙ unum ſit infinitum alia finita. Aliter enim non poſſet componi corpus infinitum ex elementis multitudine finitis. Non autem poteſt eſſe ꝙ unum eorum ſit infinitum & alia finita, quia in corpore mixto oportebit aliqualiter adæquari contraria ad hoc, ꝙ corpus mixtum H conſeruetur. Aliter enim unum eorum quod eſſet excedens, corrumperet alia. Si autem unum ſit infinitum & alia finita, non eſt æqualitas, cum non ſit proportio infiniti ad finitum. Vnde corpus mixtum non poterit conſiſtere, ſed infinitum corrumpet alia. Sed quia poſſet aliquis dicere, ꝙ corpus quod eſt finitum quantitate eſt potentius uirtute, & ita ſit æqualitas, puta ſi quis dicat quod in corpore mixto ſit aer infinitus & ignis finitus, ideo ſubiūgit, quod quamuis uirtus unius corporis quod ponitur infinitum, deficiat a uirtute alterius cuiuſcunq; quod ponitur finitum nihilominus finitum corrumperetur ab īfinito. Corporis enim finiti neceſſe eſt eſſe uirtutem finitam. Et ita ignis finitus habebit uirtutem finitam. Si ergo abſcindatur ab aere infinito, aer æqualis igni habebit minorem uirtutem, quam habeat totus aer infinitus, proportionatam tamen uirtuti ignis. Sit ergo uirtus ignis centupla uirtuti aeris. Si ergo accipiamus centuplum de aere ab aere infinito, habebit æqualem uirtutem cum igne, & ita totus aer in-

Probat idē quod ſupra rationibus naturalib⁹. Nullū mixtum poſſe eſſe infinitum ꝓbat.

A finitus habebit maiorem uirtutem infinitam quã ignis,& corrumpet ipſum. Noo eſt ergo poſſibile quod in corpore mixto ſit unum elementum infinitum,& alia finita. Similiter nõ eſt poſſibile quod oia ſint infinita,quia corpus eſt quod diſtendit in oẽm dimenſionem. Infinitum aũt eſt quod habet dimenſionem infiniram. Vnde oporret qood corpus infinitum habet ex omni parte dimenſionem infinitam, duo aũt corpora nõ poſſunt eſſe ſimul. Sic ergo duo infinita non poſſunt coniungi in unum. Secundo ibi.

At uero neq; unum ſimplex corpus infinitum eſſe poteſt,neq; (ut quidam ioquuntur) præter elementa id ex quo hęc generant. Non eſt enim præter elementa iſtiuſmodi corpus. Omne enim in id diſſoluitur ex quo conſtat. Pręter autem ſimplicia corpora id non uidetur, neq; ignis neq; aliud quicquam
B elemẽtorum. Abſq; hoc enim eſſe inquam ipſorum aliquid infinitũ, impoſſibile eſt ipſum uniuerſum & ſi ſit & infinitum,aut eſſe unum quid ipſorum, aut fieri perinde ut Heraclitus aſſerebat,omnia dicens tandem fieri ignem. Eadem & ad aliud unum accommodabitur ratio,quod pręter elementa naturales phi faciunt. Omne.n.ad contrarium ex contrario,ut ad frigidum ex calido ſolet mutari.

Neque unum aut ſimplex contingit infinitum eſſe corpus,neq; ut dicunt quidam præter elementa ex quo generat hoc. Non enim eſt tale corpus pręter elementa. Omne enim ex quo eſt, diſſoluitur in hoc. Non uidetur autem hoc circa ſimplicia corpora,nec ignis, nec aliquid aliud elementorum ullum. Sine enim eo quod eſt infinitum eẽ aliquod ipſorum,impoſſibile omne,& ſit infinitum,aut eſſe aut fieri unum aliquod ipſorum. Queadmodum Heraclitus ait,fieri aliquando ignem. Eadem autẽ
C ratio & in uno quod faciunt præter elementa phyſici. Omne enim permutatur ex contrario, puta ex calido in frigidum.

Nullũ corpus ſimplex poſſe eſt infinitum probat.

Oſtendit ꝙ non põt eſſe aliquod corpus ſimplex infinitũ. Non.n.eſt poſſibile ꝙ ſit corpus ſimplex præter elementa,ex quo oia generantur,ſicut quidam poſuerunt oaporem, quia unumquodq; reſoluitur in ea ex quibus componitur. In nullis aũt uidemus reſolui corpora mixta niſi in quatuor elemẽta. Non eſt ergo aliquod corpus ſimplex præter quatuor elementa. Sed neq; ignis,neq; aliquod aliud elementorum põt eſſe infinitum:quia impoſſibile eſſet aliquod elementorum eſſe,præter id qđ eſſet infinitũ,quia illud repleret totũ undiq;.

Oia tandẽ cõuertẽda i ignẽ poſuit Heraclitus

Et ẽt ſi eſſet aliquod finitum,oporteret ꝙ conuerreretur in illud infinitum, propter exceſſum ipſius uirtutis:ſicut Heraclitus manifeſte poſuit,ꝙ aliqñ oia ſint conuertenda in elementum ignis,ꝑꝑ nimium exceſſum uirtutis eius. Et eadem ergo rõ eſt de uno corpore ſimplici,quod quidem faciunt natura-
D les præter ipſa elementa. Oportet.n.ꝙ habet ꝗdam contrariam repugnantiam in ordine ad alia elementa, cum permutatio fiat ex illo uno ſolo corpore ad alia. Ois aũt rerum permutatio fit ex contrario in cõtrarium. Cum igitur unũ contrariorum corrumpat alterũ,ſequitur ꝙ ſi illud corpus quod ponitur præter elementa ſit infinitum,quod corrumpat alia. Prætermittit autem hic Philoſophus de corpore cœleſti,qđ eſt præter ipſa quatuoe elementa, non tameo habet aliquam contrarietarem ſiue repognantiam ad ea, nec conſtituuntur ex eo naturaliter corpora. Non enim naturales Philoſophi ponentes corpus infinitum actu,peruenerunt in notitiam huius quintæ eſſentiæ uel naturæ. Sed tamen in libro de cœlo Ariſto.probat etiam de corpore cœli quod circulariter mouetur,quod non ſit iofinitum actu. Deinde cum dicit.

Prçterea omne ſenſibile corpus alicûbi eſt, & idẽ eſt totius locus ac partis,ut terrę.

Adhuc ſenſibile corpus alicubi, & idem locus totius & partis,pũta terrę. F

Oſtendit ꝙ non eſt corpus ſenſibile infinitum eationibus acceptis ex parte ipſius loci & locati,& ponit tres. Circa quarum primam præmittit duo neceſſaria. Quorum primuo; eſt ꝙ omne corpus ſenſibile eſt in loco. Et dicit notanter ſenſibile ad differentiam corporis mathematici, cui non attribuitur locus & tactus niſi per ſimilitudinem. Aliud eſt ꝙ idem eſt locus naturalis totius & partis.{in quo naturaliter quieſcit, & ad quod.{naturaliter mouetur. Sicut patet de terra & parte terræ. Vtriuſq; enim locus naturalis eſt deorſum. His autẽ duobus poſitis proponit eationem,ibi.

Oẽ corpus ſenſibile ẽ in loco & locus de mathematico idẽ ẽ locus nalis totius & partis.

Quare ſi partium ſit ſimilium,immobile erit, aut ſemper feretur. At hoc fieri nequit. Cur enim deorſum potius quam ſurſum, aut ad quéuis locũ mouebitur? Vt ſi gleba fuerit,quorſum hęc moue-
bitur,aut ubi quieſcet? Corpus enim eiuſdem generis locus eſt infinitus. Occupabit ne igitur totum locum? At qui fieri poteſt? Quę nam igitur quies? & quis motus ipſius erit? An ubiq; mouebitur? Nõ ergo motu ciebitur. An oẽm ad locum mouebitur? Non ergo quieſcet inquam nec ſtabit. F

Quare ſiquidem eiuſdem ſpeciei,immobilis erit aut ſemper feretur. Hoc autem impoſſibile. Quid enim magis deorſum quam ſurſum aut ubicunq;? Puta ſi gleba fuerit,ubi hęc mouebit aut manebit? Locus enim ipſius cõnaturalis corporis infinitus. Obtinebit igitur totum locum,quo? Et quę igitur manſio & motus? Si ubiq; manet,non mouebitur. Si autem ubiq;,non igitur ſtabit.

Et eſt ratio talis Si ponatur corpus ſenſibile infinitum, aut eſt totum unius ſpeciei,ſicut corpora ſimilium partium,ſicut aer & terra & ſanguis & huiuſmodi. Aut erit diuerſum ſpecierum in partibus. Si autem eſt eiuſdem ſpeciei quantum ad omnes partes, ſequetur quod aut totũ erit immobile & ſemper quieſcens,aut totum ſemper mouebitur. Quorum utrunque eſt impoſſibile & repugnans ſenſui. Sed quod oporteat alterũ ſequi,oſtẽdit cum dicit. {Quid enim magis deorſum?} G Iam enim ſuppoſitum eſt ꝙ idem eſt locus naturalis totius & partis. Manifeſtum eſt etiam quod unumquodq; corpus,cum eſt in loco ſuo naturali quieſcit: Cum autem eſt extra naturalem locum ſuum,naturaliter mouetur ad ipſum. Si igitur totus locus in quo eſt corpus ſimilium partium infinitum,eſt ei naturalis,oportet ꝙ ſit naturalis cuilibet parti,& ita ipſum totum & quælibet pars quieſcit. Si uero non eſt ei naturalis,ergo & totum & pars erunt extra proprium loco. Et ita totum & quælibet pars eius mouebitur ſemper. Non enim poteſt dici quod aliqua pars loci ſit naturalis toti & partibus eius, & aliqua pars innaturalis,quia ſi corpus eſſet infinitum,& omne corpus eſſet in loco,oportet quod locus etiam ſit infinitus. In loco autem infinito non poteſt inueniri eatio diuiſionis,quare aliquid eius ſit naturalis locus corporis,& aliud non naturalis locus,quia oportet eſſe aliquam determinatam proportionem & diſtantiam loci naturalis ad non naturalem, quod in loco infinito non poteſt inueniri. Hoc eſt ergo quod dicit,qđ non magis mouebitur corpus infinitum aut pars eius,deorſum quam ſurſum,uel uerſus quancunq; aliam partem, quia in loco infinito non poteſt ſumi aliqua determinata proportio harum partium. Et ponit exemplum,ut ſi ponamus terrã eſſe infinitam non erit aſſignare rationem, quare magis moueatur uel quieſcat hic quam ibi,quia totus locus infinitus eſt connaturalis ſimiliter ipſius corporis infiniti, quod eſt in loco. Vnde ſi aliqua pars loci eſt connaturalis glebe,& ſimiliter alia pars,& ſi una non eſt connaturalis,nec alia. Si igitur corpus infinitum ſit in loco,obtinebit totum locum infinitum. Et quomodo poterit ſimul eſſe quies & motus? Quia ſi ubiq; quieſcit,non mouebitur, aut ſi mouebitur ubiq;, ſequitur ꝙ nihil quieſcat. Deinde cum dicit. H

Probat corpus nõ eſſe infinitũ ex pte loci & locati quatuor rationibus.

Probat nõ poſſe dari infinitũ corpus homogeneum.

Sin uero ſit diſſimilium partium,diſſimilia etiã

A eruut & ipſa loca. Atq; primo quidem ipſius uniuerſi corpus non erit unum, niſi tantummodo tactu. Deinde partes aut erunt infinitæ ſpecie, aut finitæ. At finitæ nequeunt eſſe. Erunt enim aliæ quidem infinitæ, aliæ uero non infinitæ, ſi uniuerſum eſt infinitum, ut ignis uel aqua. Tale autem corruptio eſt contrariis ipſis, ut antea diximus. Si uero ſint infinitæ ac ſimplices, & loca infinita erunt profecto, & infinita etiam elementa. Quod ſi id eſſe nequeat, ſintq; ipſa loca finita, & uniuerſum ipſum finitum eſſe neceſſe eſt.

Si autem diſſimile totum, diſſimilia & loca. Et primum quidem non unum corpus omnis, niſi ta-
B ctu. Deinde autem finita hæc erunt, aut infinita ſpecie. Finita quidē igitur nō poſſibile. Erūt enim hęc quidem infinita, hęc autem non, ſi omne infinitum puta ignis aut aqua. Corruptio autem quod tale contrariis. Si autem infinita, & ſimplicia, & loca infinita, & erunt infinita elementa. Si autem hoc impoſſibile, & loca finita & omne neceſſe eſt finitum eſſe.

probat nō poſſe dari infinitū corpus heterogeneum.

Proſequitur Philoſophus alteram partem diſiunctiuæ. ſ. ſi totum non eſt ſimilium partium, dicens quod primo ſequitur quod { corpus omnis } ideſt totius, ſi ſit partium diſſimilium ſpecie, non ſit unum niſi in tangendo, ſicut aceruus lapidum eſt unus. Quæ autem ſunt diuerſarum ſpecierum non poſſunt eſſe continua, ſicut ignis & aer & aqua. Et hoc non eſt eſſe unum ſimplr. Item ſi iſtud totum conſtat ex diſſimilibus partibus ſpecie, aut eſſent infinita ſpecie ita. ſ. quod ſint infinitæ ſpecies diuerſæ, partes totius, aut eſſent finita, ſpecie, ita. ſ. quod diuerſitas ſpecierū quæ eſt in partibus aliquo certo numero concludatur. Sed quod impoſſibile ſit eſſe finita elementa ſecundum ſpeciem, patet ex eo quod in præcedenti ratione eſt poſitum. Non enim eſſet poſſibile ex partibus numero
C finitis conſtitui totum infinitum, niſi uel omnes partes eſſent infinitæ quantitate, quod eſt impoſſibile, cum corpus infinitum oporteat ad quamlibet partem infinitum eſſe, uel ſaltem quod aliqua pars uel aliquæ partes infinitatem habeāt. Sequitur igitur quod ſi totum eſt infinitum & partes ſpecie diuerſæ infinitæ, numero, quod quædam earum ſint infinitæ in quantitate, & quædam finitæ, pota ſi poneretur quod aqua eſſet infinita, & ignis finitus Sed hoc ponere inducit corruptionem in contrariis, quia id quod eſt infinitum corrumpet alia, ut ſupra oſtenſum eſt Non eſt igitur poſſibile quod ſint finita numero. Sed ſi ſunt infinitæ ſm ſpeciem primæ partes uniuerſi, quas oportet opponere partes ſimplices: ſequitur quod loca erunt infinita, & quod elementa erunt infinita. Quorum utrūque eſt impoſſibile. Cum enim unumquodq; corpus ſimplex habeat locum ſibi connaturalem diuerſum a loco corporis alterius ſm ſpeciem, ſi ſint infinita corpora ſimplicia ſm ſpeciē diuerſa, ſequetur quod etiam ſint infinita loca diuerſa ſpecie. Quod patet eſſe falſum. Nam ſpecies locorum ſunt ſub aliquo numero determinato, quæ ſunt ſurſum & deorſum, & huiuſmodi. Elementa etiam eſſe infinita impoſſibile eſt, quia ſic ſe-
D queretur quod eſſent ignota, & eis ignotis omnia ignorarentur. Si ergo impoſſibile eſt elementa eſſe infinita, neceſſe eſt quod loca ſint finita, & per conſequens quod totum ſit finitum. Deinde cum dicit.

Omnino autem impoſſibile eſt corpus infinitū eſſe, ac locum corporum eſſe, ſi omne corpus ſenſibile grauitatem habeat uel leuitatem. Aut enim ad medium, aut ſurſum feretur. At fieri nequit, ut aut totum infinitum graue ſit, aut leue, aut dimidium leue, dimidium graue. Quonam pacto diuiſeris, aut quo pacto ipſius infiniti alia pars ſupra, alia infra, aut ultima, aut media fuerit?

Totaliter autem impoſſibile infinitum eſſe corpus & locum corporibus, ſi omne corpus ſenſibile aut grauitatem, aut leuitatem habet. Aut enim ad medium, aut ad ſurſum ferretur. Impoſſibile autē E
infinitum, aut oē, aut dimidium quodcunq; iſtorū paſſum eſſe. Qūo enim diuides? Aut quomodo infiniti erit hoc quidem deorſum, hoc autem ſurſum aut extremum, aut medium?

Secūda ratio ad principale propoſitū.

Secundam rationem ponit, dicens, quod cum omne corpus ſenſibile habeat locum, impoſſibile eſt quod aliquod corpus ſenſibile ſit infinitum, hac poſitione facta quod omne corpus ſenſibile habeat grauitatem, aut leuitatem. Quod quidē uerum erat ſm opinionem antiquorum naturalium ponentium corpus infinitū actu. Sed ipſe opinatur quod ſit aliquod corpus ſenſibile, non habens grauitatem neque leuitatem. ſ. corpus cœleſte, ut probauit in libro de cœlo & mundo. Et iō hoc induxit ſub conditiona quaſi ab aduerſariis conceſſum, ſed non ſimpliciter uerum. Si ergo omne corpus ſenſibile eſt graue uel leue, & eſt aliquod corpus ſenſibile infinitum, oportet q́ ſit graue uel leue, & per conſequens quod feratur ſurſum uel ad medium. Diffinitur enim leue quod fertur ſurſum & graue quod fertur ad medium. Sed hoc eſt impoſſibile inuenire in infinito, neq; in toto, neq; in parte. Non enim inuenitur medium in aliquo corpore niſi proportione habita ad extrema in diuidendo totum. Infinitum uero non poteſt diuidi ſm aliquam proportionem. Vnde non poteſt ibi inueniri ſurſum & deorſum, nec extremum & medium. Conſiderādum autem q́ hæc ratio ualet etiam ſi ponatur corpus tertiū, quod neq; eſt graue neq; leue. Tale enim corpus naturaliter mouetur circa medium, quod non poteſt in corpore infinito inueniri. Deinde cum dicit.

Te. c. 46.

F

Ratiō eſt cur ſit abſolute.

Præterea omne corpus ſenſibile eſt in loco, loci uero ſunt ſpecies ſex, impoſſibile eſt autē has in infinito corpore eſſe.

Adhuc omne ſenſibile corpus in loco. Loci autem ſpecies ſex. Impoſſibile autem in infinito corpore hoc eſſe.

G

Tertia ratio ad idē.

Hic Philoſophus ponit tertiam rationem, quæ talis eſt. Omne corpus ſenſibile eſt in loco. Sed loci ſpecies ſunt ſex. ſ. ſurſum, deorſum, dextrum, ſiniſtrum, ante, & retro. Quæ quidem impoſſibile eſt attribui corpori infinito, cum ſint quædam extrema diſtantiarum, & ſic corpori innfinito, impoſſibile eſt attribuere locum. Non eſt igitur aliquod corpus ſenſibile infinitum. Non autem dicit q́ ſint ſex ſpecies loci, aſſerere intendens q́ iſta loca diſtinguantur in elementis, quia motus eorum non diſtinguunt niſi ſurſum & deorſum, ſed quia ſicut ab infinito corpore remouentur ſurſum & deorſum, ita omnes aliæ differentiæ loci. Quartam rationem ponit ibi.

Omnino autem ſi locus infinitus eſſe non poſſit, & corpus infinitum eſſe non poteſt. Id enim quod in loco alicubi eſt, hoc autem aut ſupra, aut infra, aut in aliqua alia ſex differentiarum eſſe ſignificat, quarum unaquęq; finis eſt quidam, ut patet.

Totaliter autem ſi impoſſibile locum infinitum eſſe, & corpus impoſſibile. Quod enim in loco, alicubi eſt. Hoc autem ſignificat aut deorſum, aut ſurſum, aut reliquorum aliquod. Horum autem unūquodq; terminus aliquis. H

Quarta ratio ad idē.

Quæ talis eſt. Omne corpus ſenſibile eſt in loco. Sed impoſſibile eſt eſſe locum infinitum, ergo impoſſibile eſt eſſe corpus infinitum. Qoomodo autem impoſſibile ſit locum eſſe infinitum, ex hoc probatur. De quocunq; enim prædicatur cōmune aliquod, oportet prædicari aliquod eorū quæ ſunt ſub illo communi, ſicut qood eſt animal, oportebit quod ſit in aliqua ſpecie animalis. Et quod eſt homo, oportet, q́ ſit aliquis homo. Et ſimiliter quod eſt in infiuito loco, oporter q́ { ſit alicubi } ideſt in aliquo loco. Eſſe autem in aliquo loco, eſt eſſe uel ſurſum uel deorſum, uel ſm aliquam aliam ſpeciē, quarum nullam poſſibile eſt eſſe infinitam, quia unumquodq; horum eſt terminus alicuius diſtantiæ, ergo impoſſibile eſt eſſe locum infinitum, & ſiſt corpus. Deinde cum dicit.

De quo prędicatur eſſe prędicatur & aliquid ſub eo contentum. Infinitum repugnat cuilibet ſpeciei loci.

A Ipſum autem infinitum non eſt idem in motu, magnitudine, atq; tempore, ut una quędam natura ſed poſterius dicitur ob prius. Veluti motus quidé dicitur infinitus, quia prius ita dicitur magnitudo, ſupra quam fit motus, aut quę alteratur, aut accreſcit. Tempus autem propter motum.

Infinitum autem non idem in magnitudine & motu & tpe, ut una quędam natura. Sed quod poſterius dicitur ſecundum prius, puta motu ſm magnitudinem in qua mouetur, aut alteratur, aut augetur. Tempus autem propter motum.

Oſtdit quomodo infinitum i potētia dr. diuerſimode inueniſ in tpe, motu, & magnitudine.

Oſtendit quomodo infinitum in potentia in diuerſis inueniatur, & dicit ꝙ inuenitur in magnitudine & motu & tempore, & non uniuoce prædicatum de eis, ſed per prius & poſterius. Et ſemper quod eſt in eis poſterius dicitur infinitum, ſm ꝙ id quod eſt prius eſt infinitum, ſicut motus ſm magnitudinem, in quam aliquid mouetur localiter, aut augetur, aut alteratur. Et tempus dicitur infinitum ſm motum, quod ſic
B intelligendum eſt. Infinitum enim diuiſione, attribuitur continuo, quod primo attribuitur magnitudini, ex qua motus haber cōtinuitatem. Quod manifeſtum eſt in motu locali, quia partes motus localis accipiuntur ſm partes magnitudinis. Et ſimiliter manifeſtum eſt in motu augmenti, quia ſm additionem magnitudinis, augmentum attenditur. Sed in alteratione non eſt ita manifeſtum. Sed tñ etiam ibi aliqualiter uerum eſt, quia qualitas ſm quam fit alteratio, per accidens diuiditur ad diuiſionem magnitudinis. Et iterum intēſio & remiſſio qualitatis attenditur ſm quod ſubiectum in magnitudine exiſtēs aliquo modo uel perfectiori uel minus perfecto participat q̄litatem. Ad continuitatem autem motus, eſt & tempus continuum. Nam tps ſm ſe cum ſit numerus, non haber continuitatem, ſed ſolum in ſubiecto. Sicut decem menſuræ pāni continuæ ſunt, eo ꝙ pānus quoddam continuum eſt. Eodem igitur ordine oportet ꝙ infinitum de iſtis tribus dicatur ſicut &
C continuum.

Lectio. XI.

Eorum autem quę mutantur, aliud mutatur per accidens, ut muſicum ambulatur, aliud ex eo quia aliquid eius mutatur, mutari ſimplr dicitur, ut quę per partes mutantur. Sanatur. n. corpus, quia oculus ſanatur. At. n. & quod ipſum primo mouet, & hoc eſt quod per ſe mobile eſt.

Cap. 10.

PErmutatur autem quod permutatur, hoc quidem ſm accidens, ut muſicú ambulare. Hoc autem eo ꝙ huius aliquid permutatur, ſimplr dicitur permutari, puta quę ſcđm partes. Sanatur. n. corpus, quia oculus. Eſt autem aliquid & quod ipſum primum mouetur, & hoc eſt per ſe mobile.

Tractatus de diuiſione motus.

POSTQVAM Philoſophus oñdit quid eſt motus, & determinauit de infinito quod eſt paſſio quædam motus, hic determinat de partibus motus, & diuiditur i duas par
D tes. In prima diuiditur motum in tuas partes. In ſecunda manifeſtat cōcomitantia motū & partes eius, ibi { Simul ſecūdū totū. } Prima diuiditur in partes tres ſm tres diuiſiones motus, quarum tamen una ſub altera accipitur, utpote diuidens aliquod mēbrum præcedentis diuiſionis. Circa primum duo facit. Primo diuidit motum ex parte mobilis. Secūdo ex parte mouentis, ibi. { Eſt autem aliquid. } Dicit ergo primo ꝙ tribus modis aliquid permutatur. Vno modo permutatur aliquid per accñs tm, qñ. ſ. aliquid dr permutari ex eo ꝙ illud in quo eſt, permutatur, ſiue ſit in eo ut accidens in ſubiecto, ſicut muſicū dicimus ambulare, ſiue ſit forma ſubſtantialis in materia, ut anima in moto corpore, ſiue quæcunq; pars moto toto, ſiue etiam contentum moto cōtinente, ut nauta mota naui. Secundo modo dicitur aliquid permutari ſimplr eo ꝙ aliquid eius permutatur, ſicut ea quæ mouentur ſm partem. Sicut corpus hominis dicitur ſanari, quia ſanatur oculus. Et hoc quidem eſt per ſe moueri, ſed non pmo modo. Tertio modo dicitur aliquid moueri primo & per ſe, ſicut ſi aliquod totum

Tribus modis aliqd permutatur. ſ. p accñs, p ſe nō pmo, p ſe pmo.

moueat ſm totū, ut ſi lapis deorſum feral. Deinde cum dicit. E

Similis eſt & in mouente diſtinctio. Aliud enim per accidens, aliud per partem, aliud per ſe mouet.

Eſt autem aliquid & in mouente eodem modo. Mouet enim ſecundum accidens, hoc quidem ſecūdum partem, hoc autem per ſe.

Ponit eandem diuiſionem ex parte mouentis. Dicitur eni mouens tripliciter. Vno modo mouens ſm accidēs, ſicut muſicus ædificat. Alio modo ſm partem, ſicut homo manu uulnerat & percutit. Tertio modo per ſe, ſicut ignis calefacit, & medicus ſanat. Deinde cum dicit.

Et mouere ſiſt contingit tripliciter.

Eſt autem aliquid quod primo mouit, & aliquid quod mouetur, & inſuper tépus, in quo, & ex quo & ad quod. Formæ uero, & affectus, & locus, ad quæ mouentur ea quę mouentur, immobilia ſunt, ut ſcientia, caliditas, & ſimilia, Atq; non caliditas eſt motus, ſed calefactio. F

Eſt autem aliquid mouens primum, eſt autem aliquid quod mouetur. Adhuc in quo tempore, & ex quo, & in quod. Species autem, & paſſiones, & locus, in quo mouetur mota quę mobilia ſunt, puta ſcientia, & caliditas. Eſt autem non caliditas motus, ſed calefactio.

Ponit ſecundam diuiſionem motus ſeu mutationis, & circa hoc tria facit Primo præmittit quædam quæ ſunt neceſſaria ad diuiſionem motus accipienda. Secundo diuidit motionem. ibi { Quæ autem nō ſm accidens. } Tertio manifeſtat diuiſionem mutationis, ibi. { Quæ quidem igitur non ex ſubiecto. } Dicit ergo primo, ꝙ in qualibet mutatiōe inueniuntur quinq;. Eſt enim in omni mutatione aliquid quod eſt primum mouens. Secundo eſt aliquid quod mouetur. Tertio eſt tempus in quo fit mutatio, quia omnis motus eſt in tempore. Quarto eſt terminus ex quo incipit motus. Quinto eſt terminus in quem motus tendit. Non autem diuiditur motus
G ſiue mutatio in ſuas ſpecies, ſm mouens, neq; ſm id quod mouetur, neq; ſm tempus, quia iſta ſunt communia omni mutationi. Sed diuiditur ſm terminos ex quo, & in quem eſt motus. Et ideo duo ultimo poſita manifeſtat, dicens, { ꝙ ſpēs } ideſt formæ { & paſſiones } .i. qualitates { & locus } ſunt termini motuum, quia i ea mouentur ea quæ mobilia ſunt. Et dicit ſpecies, propter generationem & corruptionem. Paſſiones, propter alterationes. Et locum, propter loci mutationé. Et exemplificat de paſſionibus per ſcientiam & caliditatem. Sed quia quibuſdam uidebatur ꝙ caliditas eſſet idem quod alteratio, & ſic ſequeretur ꝙ caliditas eſſet motus, & non terminus motus, ideo dicit ꝙ caliditas nō eſt motus, ſed calefactio. Deinde cum dicit.

In qlibet mutatiōe īueniuntur quinq;.

Mutatio autem ea quę non per accidens eſt, non in omnibus eſt, ſed in contrariis & in mediis, atque in contradictionem. Cuius fides ex inductione ſumi poteſt. Mutatur autem id quod mutatur, aut
H ex ſubiecto ad ſubiectum, aut ex nō ſubiecto ad nō ſubiectum, aut ex ſubiecto ad non ſubiectum, aut ad ſubiectum ex non ſubiecto. Dico autem id ſubiectum, quod affirmatiōe ſignificatur. Quare neceſſe eſt tres mutatiōes eſſe. Ea enim quę eſt ex nō ſubiecto ad non ſubiectum, non eſt mutatio. Neq; enim eſt inter contraria, neq; inter contradictoria. Propterea quod ibi non eſt oppoſitio.

Quę autem non ſm accidens permutatio nō in oībus exiſtit, ſed in contrariis, & in intermediis, & in contradictione. Huius autem fides ex inductione. Permutatur autem quod permutatur, aut ex ſubiecto i ſubiectū, aut ex non ſubiecto in non ſubiectum, aut ex ſubiecto in non ſubiectum, aut ex non ſubiecto in ſubiectū. Dico auté ſubiectum quod af-

A firmatiõe mõſtratur. Quare neceſſe eſt tres eſſe permutationes. Quę.n.ex non ſubiecto in non ſubiectum, non eſt permutatio. Neq; enim cõtraria, neq; contradictio eſt, quia non oppoſitio eſt.

Subdiuidit tertiã mẽbrum, primę diuiſionis. Iſta diuiſio ſumit penes terminos mot⁹.

Prætermiſſis duabus partibus primæ diuiſionis, accipit tertiam, & eam ſubdiuidit ſm terminos. ſ. mutationem quæ nõ eſt per accidens, neq; ſm partem, dicens ꝙ permotatio quæ non eſt ſm accidens, non exiſtit inter quoſcunq; terminos, ſed oportet ꝙ termini eius ſint uel contraria, ſicut eſt mutatio de albo in nigrum, uel intermedia, ſicut mutatio de nigro in rubeum, & de rubeo in pallidum. Aut eſt mutatio inter cõtradictoria, ſicut de albo in non album, aut econuerſo. Tacet autem de priuatiue oppoſitis, quia media ſunt inter contradi-

B ctoria & contraria, & ſub eis intelligontur. Et ꝙ ſolum inter prædictos terminos fiat permutatio, oſtendit per inductionẽ. Quatuor enim modis poſſunt uariari termini mutationis. Aot ita ꝙ uterq; ſit affirmatiuus, ut ſi aliquid dicatur mutari ex albo in nigrum. Et hoc eſt quod dicit, Ex ſubiecto in ſubiectum. Aut ita ꝙ uterq; ſit negatiuus, ut ſi aliquid dicatur mutari de non albo in non nigrum. Et hoc eſt quod dicitur, Ex non ſubiecto in non ſubiectum. Aut ita ꝙ terminus a quo ſit affirmatiuus, & terminus ad quẽ ſit negatiuus, ut ſi dicat mutari de albo in non album. Et hoc eſt quod dicit, Ex ſubiecto in non ſubiectum. Aut ita ꝙ terminus a quo ſit negatiuus, & terminus ad quem affirmatiuus, ut ſi dicatur aliquid mutari de non albo in album. Et hoc eſt quod dicit, Ex non ſubiecto in ſubiectum. Exponit aotem quod dixerat ſubiectum. ſ. id qđ affirmatiue ſignificatur. Harum autem quatuor combinationum, una eſt inutilis. Non enim eſt aliqua permutatio de non ſubiecto in non ſubiectum. Duæ enim negationes, ſicut non album, & non nigrum, neq; ſunt contraria, neq; contradictoria, quia non ſunt oppoſita. Poſſuot enim uerificari de eodẽ. Molta enim ſunt, quæ neq; alba neq; nigra ſunt. Vnde cum mutatio ſit inter oppoſita, ut in. 1. phy. probatum eſt, relinquitur ꝙ de non ſubto in non ſubtum, non ſit permutatio. Et ſic

Tres tantũ ſunt ſ. ſcđs mutationes.

Te. c. 47. Lect. 13.

C eſt neceſſe ſolum tres eſſe permutationes. ſ. duas ſm contradictionem, & unam ſm contrarietatem. Deinde cum dicit.

Ea igitur quæ ad ſubiectum eſt, ex non ſubiecto per contradictionem generatio eſt, alia ſimplr, alia quædam, quæ eſt cuiuſdam. Ea uero quę ad non ſubiectum eſt ex ſubiecto, corruptio eſt, alia ſimpliciter, alia quædam cuiuſdam.

Quę quidem igitur non ex ſubiecto in ſubiectũ ſm contradictionem, generatio. Quę quidem ſimpliciter, ſimplex, quę autem alicuius, quędam. Quæ autem ex ſubiecto in non ſubiectum, corruptio.

Manifeſtat quid ſint prædictæ tres mutatiões, & circa hoc tria facit. Primo oſtendit ꝙ duæ earum ſunt generatio & corruptio. Secundo oſtendit ꝙ neutra earum eſt motus, ibi. { Si itaq; non ens } Tertio concludit quæ mutatio dicatur motus, ibi. { Quoniam autem omnis motus &c. } Dicit ergo primo ꝙ triom prædictarum mutationum illa quæ eſt de non ſubiecto in ſubiectum, exiſtens inter contradictorios ter-

D minos, uocatur generatio. Sed hoc contingit dupliciter, quia aut eſt mutatio de non ente ſimplr, in ens ſimplr, & tunc eſt generatio ſimpliciter. Et hoc eſt quando mutabile ſubiectum mutatur ſm ſubſtantiam. Aut eſt de non ente in ens nõ ſimpliciter, ſed ſm quid, ſicut de eo quod non eſt album, in albo & hæc eſt generatio quædam, & ſm quid. Illa uero mutatio quæ eſt de ſubiecto in non ſubiectum, dicitur corruptio. Et ſimiliter in hac diſtinguitur, ſimpliciter & ſm quid, ſicut in generatione. Deinde cum dicit.

Gñatio duplex.

Corruptio duplex.

Si igitur id quod non eſt multipliciter dicitur, & neq; moueri poteſt id quod in cõpoſitione diuiſio neq; conſiſtit, neq; id quod in potentia, quod quidem ei opponitur. Nam id quidẽ quod non eſt album, aut non bonum, moueri per accidens poteſt. Eſſe enim id homo poteſt, quod non eſt album. Id autem quod non hoc ſimplr eſt, nullo pacto moueri poteſt. Fieri.n.non põt ut id quod nõ eſt moueatur. Impoſſibile eſt profecto gñationem eſſe motũ. E

Id.n quod haud eſt gñatur. Nam & ſi q̃ maxime p accidens gñatur, uere tamen de eo quod ſimplr generatur id dici põt, inquã idipſum eſſe quod haud eſt. Simili modo etiam fieri nequit, ut ipſum idem quieſcat. Hęc igitur difficilia accidũt. Et ſi oẽ quod mouetur in loco ſit, id autem quod non eſt in loco non ſit, erit.n.alicubi, id profecto quod haud eſt, nõ mouetur. Neq; ergo corruptio motus eſt. Motui nanq; motus contrarium eſt, aut quies. At corruptio contrarium eſt generationi.

Si itaq; nõ ens dicitur multipliciter, & nec quod ſecundum compoſitionem aut diuiſionem contingit moueri, nec quod ſecundum potentiam, quod ſimplr enti oppoſitum. Quod.n.non album aut nõ bonum tantum, contingit moueri ſm accidẽs. Erit enim utiq; homo quod non album. Quod autem ſimplr non hoc, nequaquam. Impoſſibile.n.nõ ens moueri. Si autem hoc, & generationem motum eẽ. Generatur.n.nõ ens. Si enim & qũam maxime ſm accidens generatur, ſed tamen uerum dicere quod exiſtit non ens, de generato ſimplr. Similiter aũtẽ & quieſcere. Hęc itaq; accidũt difficilia. Et ſi omne quod mouetur, in loco, non ens autem, non eſt in loco. Erit enim utiq; alicubi. Neq; itaq; corruptio motus, contrarium.n.motui motus, aut quies, corruptio autem generationi. F

Oñdit Phus ꝙ neutra harum mutationũ eſt motus, & primo oñdit hoc de gñatione. Scđo de corruptione, ibi. { Neq; itaq; corruptio motus. } Dicit ergo þmo ꝙ non ens dr multipliciter ſicut & ens, Vno.n.modo dicitur quod eſt ſm compoſitionẽ & diuiſionem propoſitiõis. Et hoc cum non ſit in rebus, ſed in mente non poteſt moueri. Alio modo dicitur ens & non ens ſm potẽtiam & actum. Et id quod eſt actu, eſt ſimpliciter ens. Quod autem eſt ſm potentiam tantum, eſt non ens. Dicit ergo ꝙ neq; contingit mooeri hoc non ens, quod quidem eſt ſm potentiam ens, ſed non ens actu, & quod eſt quaſi oppoſitũ enti ĩ actu ſimpliciter. Sed quare dixerit quod eſt oppoſitum enti ſimpliciter, manifeſtat, cum ſubdit, { Qđ enim non album. } Ens enim in potentia quod opponitur enti in actu, quod non eſt ens ſimpliciter, contingit moueri, qa quod non eſt non album in actu, aut non bonum in actu, contingit moueri, ſed tamen ſm accidens. Non.n.ipſum non album mouetor, ſed ſubiectum in quo eſt hæc priuatio quod eſt ens actu. Quod.n.eſt non album, põt eſſe homo. Sed quod eſt non ens in actu ſimpliciter, id eſt ſm ſubſtantiam, nequaq̃ contingit moueri, ſi inquam hæc omnia uera ſunt impoſſibile eſt non ens moueri. Et ſi hoc uerum eſt, impoſſibile eſt generationem eſſe motum, quia non ens gñatur. Eſt.n.generatio, ut dictum eſt, de non ente in ens. Vnde ſi generatio ſimpliciter eſſet motus, ſequeretur ꝙ non ens ſimpliciter moueretur. Sed huic proceſſui poſſet aliquis obuiare dicens, ꝙ non ens non generatur niſi per accidens, per ſe.n.generatur id qđ eſt { ſubiectum generationis } .i. ens in potentia. Non ens autem ſignificat priuationem in materia. Vnde non generatur niſi per accidens. Sed hanc obuiationem excludit, ibi. { Si enim & qm̃ maxime. } Dicens ꝙ licet non ens non generatur niſi ſm accidens, tñ de eo quod generatur ſimpliciter, uerum eſt dicere ꝙ eſt non ens. Et de quocunq; eſt hoc uerum dicere, impoſſibile eſt id moueri, ergo ſubiectum motationis impoſſibile eſt mooeri. Et ſimiliter impoſſibile eſt ipſum quieſcere, quia non ens ſimpliciter non mouetur neque quieſcit. Hæc enim inconuenientia accidunt, ſiquis ponit generationẽ eſſe motum. Ad oñdendum autem ꝙ non ens non mouetur, ſubiongit ꝙ omne quod mouetur, eſt in loco, quia motus localis eſt prior motuum. Non ens autem ſimpliciter, non eſt in loco, quia alicubi eſſet non ens. Igitur non poteſt moueri, &

Neq; gñatio neq; corruptio eſt motus.

G

H

Nõ ens nõ põt eẽ in loco, & pter hoc nec moue ri localr, ergo nec ſimpliciter moueri.

ſic

A ſit generatio non eſt motus. Et ex hoc ulterius oſtēdit q̄ neq; corruptio eſt motus, ibi. { Neq; itaq; corruptio. } Quia motui non contrariatur niſi motus uel quies. Sed corruptioni cōtrariatur generatio. Si ergo corruptio ſit motus, oportet q̄ generatio ſit uel motus uel quies. Quod non poteſt eſſe, ut oſtēſum eſt. Deinde cum dicit.

Cum autem omnis motus ſit quędam mutatio, tres uero ſunt mutationes quas diximus, quarum duę quę in contradictione conſiſtunt, generatio inq̄ atq; corruptio, motus non ſint, ut oſ̄dimus: neceſſe eſt motum eam eē ſolum mutationem, qua ex ſubiecto ad ſubm̄ acceditur. Subiecta uero, aut contraria ſunt, aut media. Etenim priuatio ponit̄ cōtrarium. atq; nudū & albū ac nigrum affirmatione ſignant̄.

Quoniam aūt omnis motus permutatio quędā, permutationes aūt tres dictę, harum aūt quę ſecundum generationem & corruptionem non motus,

B hę aūt quę ſecundum contradictionem, neceſſe eſt eam quę ex ſubiecto in ſubiectum mutationē eē ſolam. Subiecta aūt contraria aut intermedia. Etenim priuatio ponitur cōtrarium. Monſtrat̄ aūt affirmatione, puta nudum & edentulum & nigrum.

Oſtendit quæ mutatio dicat̄ motus, dicens q̄ omnis mot⁹ eſt aliqua permutatio. Permutationes autem ſunt ſolum tres, quarum duæ quæ ſunt ſm̄ cōtradictionem .ſ. generatio & corruptio non ſunt motus. Relinquitur ergo q̄ ſola mutatio .ſ. de ſubiecto in ſubiectum ſit motus. Et cum ſubiecta iſta inter quæ eſt motus oporteat eē oppoſita, neceſſe eſt q̄ ſint contraria uel inter media, quia priuatio licet affirmatiuę monſtret̄, ſicut nudum, & edentulum, & nigrum: tñ ad contrarium reducit̄, quia

Quæ muta- tio ſit pro- prie motus

C priuatio eſt prima contrarietas, ut in decimo oſtenſum eſt. Dicit autem nigrum eſſe priuationem non ſimpliciter, ſed inquantum defectiue participat generis naturam. Lec. XII.

Te. cō. 15.

Si igitur prędicamenta diuiſa ſint, & aliud ſubſtātia, aliud quantitas, aliud qualitas, aliud ubi, aliud ad aliquid, aliud ſit actio, aliud paſsio: tres motus eſſe neceſſe eſt, quantitatis, qualitatis, & loci.

Si igitur prędicamenta diuiſa ſunt ſubſtantia, & qualitate, loca, facere, aut pati, ad aliquid, & quāto: neceſſe tres eē motus, qualis, quanti, & loci.

POSTQVAM diuiſit tranſmutationes in generationē & corruptionem & motum; hic ſubdiuidit alterum membrum diuiſionis .ſ. motum, ſm̄ genera in quibus pōt eē mot⁹: & circa hoc duo facit. Primo oſtendit in quibus generibus poſſit eſſe motus. Secundo oſtendit quot modis dr̄ immobile, ibi. { Immobile aūt quanto. } Circa primū tria facit. Primo pro-

D ponit quod intendit. Secundo probat propoſitū, ibi. { Secundum ſubſtantiam aūt } Tertio concludit principalem intentionem, ibi. { Qm̄ aūt neq;. } Dicit ergo primo, q̄ cum pdicamēta diuidantur per ſubſtantiam qualitatem, & hm̄oi, & in aliis generibus non poſsit eē motus, erunt igitur tria genera entis in quibus pōt eſſe motus, quæ ſunt qualitas, quantitas, & ubi: loco cuius ponit locum, quia nihil aliud ſignificat eſſe ubi, niſi eſſe in loco: & moueri ſm̄ locum, nihil eſt aliud quam moueri ſm̄ ubi. Non .n. motus ſm̄ locū attribuit̄ ſubiecto loco, in quo eſt locus, ſed ei quod eſt in loco. Attendendū eſt aūt q̄ prætermittere vr̄ tria genera .ſ. qñ, ſitum, & habere. Com. n. { Qñ ſignificet eſſe in tempore; } tp̄s aūt ſit numerus motus, eiuſdē rōnis eſt nō eſſe motum in genere qñ, & non eē motum in genere actionis & paſsionis, quæ ſignificāt aliqualiter ipſum motum. Pō uero non addit ſupra. Vbi, niſi ordinem partium determinatum, quæ nihil aliud eſt quam determinata relatio partium adinuicem. Habitus etiam importat habitudinem indumenti ad indutum. Et ſic eiuſdem rōnis vr̄ eſſe q̄ nō ſit motus in ſitu, & hr̄e: & quod non ſit ſm̄ ad aliquid. Deinde cum dicit.

Tria ſunt pdīa entiū in qb⁹ tm̄modo inuenit̄ motus ppriè dictus.

Hic ſe ſcō Tho. oppōit An. aū. ſed uide de ſen. 26

In ſubſtantia uero motus nō eſt, ex eo quia nihil ſubſtantiæ contrarium eſt.

Secundum ſubſtantiam autem non, propter nullum eſſe ſubſtantię contrarium. E

Probat ꝓpoſitum, & circa hoc tria facit. Primo oſtendit q̄ non ſit motus in ſubſtantia. Secundo q̄ non ſit motus in ad aliquid, ibi. { Neq; ad aliquid, ibi. } Tertio quod non eſt motus in agete & pati ibi. { Neq; facientis & patientis. } Oſtendit ergo primo quod ſm̄ ſubſtantiam non poteſt eſſe motum, quia motus eſt mutatio de ſubiecto in ſubiectū. Duo ergo ſubiecta inter quæ eſt motus, ſunt contraria aut media. Cum igit̄ ſubſtantiæ nihil ſit contrarium. Relinquitur q̄ ſm̄ ſubſtantiā non poſſit eſſe motus. Sed generatio & corruptio tm̄, quorum termini ſunt oppoſiti ſm̄ contradictionem, & non ſm̄ contrarietatem, ut ſupra dictum eſt. Vr̄ autem q̄ hoc quod dictum eſt { ſubſtantiæ nihil eſt contrarium } falſum eſſe, cum ignis manifeſte appareat contrarius aquæ. Et cū Ariſto. in primo de coelo probauerit q̄ coelum non eſt corruptibile, quia non habet contrarium, alia uero corpora quæ ſunt corruptibilia, contrarium hn̄t. Dixerunt igitur quidam q̄ toti ſubſtantiæ compoſitæ, non eſt aliquid contrarium, quia oportet contrariorū eſſe unum ſubiectum. Sed formæ ſubſtantiali, nihil ꝓhibet eſſe contrarium. Dicebant .n. q̄ calor eſt forma ſubſtantialis ignis. Hoc aūt non pōt eſſe uerū, quia formæ ſubſtantiales non ſunt ſenſibiles per ſe. Et iterum manifeſtum eſt q̄ calor & frigus in aliis corporibus ſunt accidentia. Quod autem eſt in genere ſubſtantiæ, nulli pōt accidens eſſe. Vnde alii dixerunt q̄ calor & frigus non ſunt formæ ſubſtantiales ignis & aquæ, ſed tñ eorū formæ ſubſtantiales ſunt contrariæ, & recipiunt magis & minus, & ſunt quaſi mediæ inter ſubſtantiam & accidēs. Sed hoc omnino irrōnabiliter dr̄. Nam cum forma ſit principium ſpeciei, ſi formæ ignis & aquæ non ſunt ueræ ſubſtantiales, neque ignis & aqua ſunt ueræ ſpēs in genere ſubſtantiæ. Non eſt igit̄ poſſe inter ſubſtantiam & accidens ſit aliquod medium, cū quia ſunt diuerſorum generum: inter hm̄oi aūt non cadit medium; ut ſupra in decimo oſtenſum eſt, tum quia etiam diffinitiones ſubſtantiæ & accidentis immediatæ ſunt. Eſt .n. ſubſtantia ens ꝑ ſe, accidens uero ens per ſe non eſt, ſed in alio. Dicendum eſt ergo quod nec formæ ſubſtantiales poſſunt eſſe contrariæ, qa contraria ſunt extrema quædam cuiuſdam determinatæ diſtātiæ, & quodāmodo continuæ, cum ſit motus de uno contrario in aliud contrariū. Vnde in illis generibus in quibus talis diſtantia continua & determinata non inuenit̄, non pōt contrarium inueniri. Sicut patet in numeris. Diſtantia .n. numerorū adinuicem non intelligitur ſm̄ aliquam cōtinuitatē, ſed ſm̄ additionem vnitatum. Vnde numerus numero non eſt contrarius. Et ſi̇r nec figura figuræ. Eodem autē modo eſt in ſubſtantiis, quia rō cuiuſlibet ſpēi conſtituit̄ in quodā determinato indiuiſibili. Sed cum forma ſit drīæ principium, ſi formæ ſubſtātiales non ſunt adinuicem contrariæ, ſequitur q̄ non ſit contrarietas in differentiis, cum tñ ſupra oſtenſum ſit, q̄ genus diuiditur in contrarias drīas. Dicendum eſt igitur q̄ forma ſubſtantialis ſm̄ q̄ in ſe conſideratur, conſtituit ſpēm in genere ſubſtantiæ. Secundum autem q̄ vna forma habet ſibi intellectam priuationem alterius formæ, ſic diuerſæ formæ ſunt contrariarū differentiarum principia. Nam priuatio quodammodo contrarium eſt. Et per hunc modum opponuntur animatum & inanimatum, rationale & irrationale & hm̄oi. Deinde. c. d.

Motus proprie dictus nō ē i ſubſt.
Lec. II.
An ſubſtantię ſit cōtrarium.
Lec. 2
Te. cō. 20.

Opi. q̄ formę ſubſtan. ſit cōtrariū.
Reprobatio opi.
F.

Auer. 3. de cælo.
Te. cō. 67
I mpugnatio Auer.

Te cō. 15.
G

Determinatio.

Cur ſi a quibuſdā gn̄ibus inuenit̄ cōtrarium nō ſit i omnibus.

H

At neq; in hiſce quę ſunt ad aliquid. Fit .n. ut cū alterū mutat̄, alterq; non ſubiens mutationem uere dicatur. Quare motus ipſorum per accidens eſt.

Neq; ad aliquid. Eſt enim altero nihil permutato, uerificari alterum nihil permutatum. Quare ſecundum accidens motus ipſorum.

Oſtendit non per ſe eſſe motum in genere ad aliquid, ſed ſolum per accidens. Sicuti .n. aliquid mouet per accidens, qñ non ſit motus in eo niſi quodam altero moto, ita & in aliquo dr̄ eē motus per accidens, qñ non ſit motus in eo niſi quodam altero moto. Hoc aūt inuenimus in genere ad aliquid, q̄ niſi aliquid alterum permutetur, non uerum eſt dicere quod in eo fiat permutatio. Sicut non fit de æquali inæquale, non facta permutatione ſm̄ quantitatem. Et ſimiliter non fit de diſſimili ſimile,

In ad aliqd non eſt ꝑ ſe motꝰ, ꝓbat

I niſi facta permutatione ſm qualitatem. Videmus etiã q vnũ relatiuorum dr̃ permutari facta permutatione circa alterum, ſicut alterum per ſe manens de ſiniſtro fit dexterum, altero ſm locum permutato. Relinquitur igitur q in ad aliquid non eſt motus niſi per accidens. Deinde cum dicit.

Neq; item ãgẽtis eſt motus ac patientis, neq; mouentis ac eius quod mouetur, qa motus nõ eſt motus: neq; generationis eſt generatio, neq; oino mutationis mutatio. Motus.n.duplr motus eſſe põt, aut ut ſubiecti, ut hõ mouet, quia ex albo in nigrũ mutatur. Et motus ne igit hoc mõ aut calefit, aut frigefit, aut mutat locum, aut accreſcit, aut decreſcit? At hoc fieri nequit. Mutatio nãq; nõ ſubit rõnẽ ſubiecti. Aut hoc ipſo quod aliquid aliud ſubiectum ex una mutatione ad aliã mutationis ſpẽm, perinde ut homo ex ęgritudine ad ſanitatem mutat. At neque K hoc eẽ põt, niſi per accidens. Ois.n.motus ex alio in aliud eſt mutatio; & generatio ẽt & corruptio modo eodẽ, hoc excepto, has quidẽ ad ſic oppoſita eſſe, motũ aũt non ſimplr. Simũl igit ad ſanitatẽ ex morbo mutat, & ex hac ipſa mutatio ad aliã. Patet igit ęgrotauerit, ad quęuis fore mutatũ, quieſcere nãq; põt. Et inſuper ad nõ quęuis ſemp, & illa ex aliquo nimirũ in aliquod aliud erit. Quare & oppoſita ſanatio erit. Nõ ergo motus eſt motus niſi per accñs, uelut ſi ex recordatione in obliuionẽ mutat: qa cui illud ieſt, id ĩterdũ ĩ ſciam, interdũ in ſanitatẽ mutat.

Neq; facientis & patiẽtis ut mouentis & moti, qa nõ eſt motus motus, neq; gñonis generatio. Duplr enim cõtingit motus eẽ motũ, aut ſubiecti, uelut homo mouet, quia ex albo in nigrũ permutat. Quare L ſic & motus, aut calefit, aut infrigidat, aut locũ permutat, aut augetur. Hoc autem impoẽ. Nõ.n.ſubiectorũ aliquid permutatio. Aut eo quod alterũ aliquod ſubiectũ ex permutatione permutat in aliam ſpẽm, uelut hõ ex lãguore in ſanitatẽ. Sed nec hoc poẽ niſi ſm accñs. Ois.n.motus ex alio in aliud eſt permutatio, & generatio & corruptio eodẽ mõ. Verũtamen quæ qdẽ ex oppoſitis, ſic aut nõ ſic, nõ motus. Simul igit permutat ex ſanitate in ęgritudinẽ, & ex hac ipſa permutatione in aliã. Palã aũt quia ſi languerit, permutatus erit in qualiacũq;. Cõtingit enim quieſcere. Et adhuc in nõ cõtingẽtẽ ſemper, & illa ex aliquo in aliquid aliud erit. Quare oppoſita erit ſanatio, ſed per accidens uelut ex reminiſcentia in obliuionẽ permutat, qa cui exiſtit permutat, qñq; M quidẽ in ſciam, quandoq; autem in ſanitatem.

In actione & paſſione non eẽ p ſe motũ, pbat rationibus. Oſtendit q neq; in ãgere & pati ſit motus, & hoc quatuor rõnibus, quarum prima talis eſt: Agere & pati ſunt motus & ſignificãt motum. Si igit in ãgere & pati eſſet motus, ſequeret q motus ſit alicuius motus; & generatio generationis, & permutatio permutationis. Sed hoc eſt impoẽ, ergo & hoc quod in agere & pati ſit motus. Quod aũt impoẽ ſit motum eẽ motus, ſic oſtendit. Motum.n.eſſe motus contingit duplr, aut ut eius quod mouet, aut ut termini. Eius quidem quod mouetur, ſicut dicimus motum eſſe hoĩs: quia hõ mouetur, quia ex albo in nigrum permutatur. Vnde & ſiſr motus mouebit, & aut calefiet, aut infrigidabitur, aut mutabitur ſm locum, aut augebitur. Hoc aũt eſt impoẽ, quia motus non poteſt eſſe ſubiectum caloris aut frigoris, aut alicuius huiõi. Relinquitur igitur quod Nõ cõtingit eẽ p ſe motũ motus ſicut ſubiecti. Motus non eẽ p ſe motus ſicut termini pbat. non contingat motum eẽ motus ſicut ſubiecti. Sed neq; etiã ſicut termini, ita.ſ. q aliquod ſubiectum alterum permutetur de vna ſpecie permutationis in aliam, ſicut homo permutatur de languore in ſanitatẽ. Hoc.n eſt impoẽ niſi p accidens. Vnde põt oſtendit q eſt impoẽ per ſe, quia ois motus eſt permutatio de vno in aliud. Et ſiſr generatio & corruptio eſt mutatio de vno in aliud, licet termini permutationis non ſic opponantur in generatione & corruptione ſicut in motu, ut ſupra dictum eſt. Si igitur ſit aliqua permutatio de vna permutatione in aliam, puta de ſanatione in quandã aliam permutationẽ, ſequet quod ſimul dum aliquid permutatur de ſanitate in ęgritudinem, permutet de illa permutatione in aliam permutationem, quia adhuc vno extremorum permutationis exiſtente, fit tranſmotatio de illo extremo in aliud. Et ſic ſi duæ tranſmutationis ſunt extrema vnius permutationis, ſequet quod durãtẽ prima tranſmutatione, fiat tranſmotatio in aliam. Et ſic ſimul dum aliquod monet de ſanitate in ægritudinẽ, tranſmutabitur de ſanatione in aliam tranſmutationem. Sed hoc non eſt niſi inquãtum vna mutatio ſuccedit alteri. Contingit aũt quod ad hanc mutationem qua aliquid mouetur de ſanitate in ægritudinem, ſuccedat quæuis alia mutatio: puta dealbatio, uel denigratio, mutatio ſm locum, uel quæcunq; alia. Vnde manifeſtum eſt quod ſi aliquis languet per hoc quod mouetur de ſanitate in ægritudinem, quod ex hanc mutatione permutari poterit in quancunq; aliam mutationem. Neq; eſt mirũ, quia poterit ex hac mutatione mutari in quiete. Contingit n. poſt hanc mutationem aliquem quieſcere. Sed cum motus permutatio ſit [illegible] non cõtingens, [illegible] oppoſitum, quod non cõtingit ſimul uerum eſſe cum ſuo oppoſito, ſequitur q ſi permutatio ſit de mutatione in mutationem, quod ſemper ſit in oppoſitam motationem, quam appellat non contingentem. Et illa tranſmutatio inquam ſit tranſitus, oportet quod ſit de aliquo in aliquid. Quare non fiet tranſitus de permutatione languoris, niſi in oppoſitam mutationem quæ dr̃ ſanatio. Et ſic uident duo contraria ſequi. ſ. q oppoſita permutatio fiat de vna permutatione in quãcunq; aliam, & q non niſi in oppoſitam. Ex quo ſequitur ulterius, q ſimul dum moratur aliquid ad vnum oppoſitorum, mutetur in mutationem tanq̃ in aliud oppoſitum, quod uidetur impoſsibile. Sequitur.n. q ſimul intentio naturæ tendat in oppoſita. Non igitur eſt poſsibile, q per ſe moteatur aliquid de vna permutatione in aliam: Sed per accidens hoc contingit, ſicut aliquis permutatur ex reminiſcentia in obliuionem, quia ſubiectum permutat, qñq; ad vnum terminũ, qñq; ad aliũ non q ſit intentio mouẽtis ad hoc, q ſit dum permutat in vnũ, intẽdat tendere in aliud. Deinde cum dicit. N quatuor rationibus. Prima rõ. O Contingit mutationis eẽ mutatio nẽ p accñs P

Preterea ſi mutationis erit mutatio, generationiſq; generatio, in infinitum erit abitio. Neceſſe eſt aũt & priorẽ eſſe, ſi poſterior erit. Veluti ſi generatio ſimplex aliqñ fiebat, & ipſum fiẽs fiebat. Quare nullũ erit fiẽs ſimplr, ſed aliquid fiẽs. Atq; iã fiens, & hoc aliqñ fiebat. Quare nõdũ erat tũc fiens. Cũ autẽ infinitorũ quicquã non ſit, primũ ipſum non erit. Quare neq; id erit quod hæret. Impoſsibile eſt igit generari quicquam, aut moueri, aut mutari.

Q Et adhuc in infinitum ibit, ſi erit permutationis permutatio, & generationis generatio. Neceſſe igit & prior eſt, ſi poſterior. Puta ſi ſimplex generatio fiebat aliqñ, & q fit fiebat. Quare nõdũ erat quod fiebat ſimplr, ſed aliquid fieris ſimplr, aut factũ. Si itaq; & hoc fiebat aliqñ, quare nõdum erat tũc genitum. Quoniam autem infinitorũ non eſt primum, non erit primum, quare neq; habitum. Neq; fieri igitur, neq; moueri poſsibile eſt, neq; permutari nullum.

Secundam rationem ponit, quæ talis eſt. Si permutatio ſit permutationis, ſicut terminus termini, uel generatio generationis, neceſſe erit q ad permutationem non perueniatur niſi per aliam permutationem, ſicut ad qualitatem non peruenit niſi per alterationem p̃cedentem: & ſic ad illam mutationem præcedentem non peruenitur, niſi per aliquam priorem mutationem, & ita p̃cedetur in infinitum: quod eẽ non põt, quia ſi ponantur infinitæ permutationes hoc modo ordinatæ, q vna inducatur ad aliam, neceſſe eſt priorem eẽ ſi poſterior ſit. Ponamus.n. q generationis ſimplr, quæ eſt generatio ſubæ, ſit quædã generatio. Si ergo generatio ſimpliciter fiat qñq;, & iterum ipſum fieri generationis ſimplr aliqñ fiebat, ſequet Scdã rõ.

q nondum

A ꝙ nondum erat quod ſit ſimplr, ſed erat generatio ſm aliquid ſm ꝙ ſit ipſa generatio generationis. Si itaqꝫ & hæc generatio aliqñ ſiebat, cum non ſit abire in infinitum, & in infinitis nõ ſit accipere primũ, non erit deuenire ad primum fieri. Si aũt pͦs non eſt, neqꝫ poſterius, ut ſupra dictum eſt. Quare ſequetur ꝙ {non ſit habitum}.i. id quod pñr eſt. Et inde ſequit, quod nihil poſſit fieri neqꝫ moueri neqꝫ mutari, quod eſt impoſſe. Non igit poſſe eſt ꝙ mutationis ſit mutatio. Deinde cum dicit.

Preterea eiuſdẽ eſt cõtrarii motus, & quies inſup, & generatio, atq; corruptio. Quare ipſum fiens tũc corrũpit, cũ fuerit fiens. Neqꝫ.n. ſtatim fiens, neqꝫ poſterius. Sit.n. oportet id quod corrumpitur.

Adhuc eiuſdem motus contrarii, & quies, & generatio, & corruptio. Quare quod fit, cũ fiat fiẽs, tũc corrũpet. Neqꝫ.n. confeſtim factum, neqꝫ poſterius.
B Eſſe enim oportet quod corrumpitur.

Tertia 16. Tertiam rationem ponit, quæ talis eſt. Motus cõtrarii ſunt eiuſdem ſubiecti, etiam quies & motus, & etiam generatio & corruptio, quia oppoſita nata ſunt fieri circa idem. Si igitur aliquod ſubiectum tranſmutetur de generatione in corruptionem, ſimul dum generatur, trãſmutabitur ad corruptionem, quod eſt tranſmutari ad nõ eſſe: nã corruptionis terminus eſt non eſſe. Quod autem tranſmutatur ad nõ eſſe corrumpitur. Sequitur igitur, ꝙ aliquid ſimul dum fit corrũpatur. Sed hoc non põt eſſe. Neqꝫ.n. dum aliquod fit corrũpitur, neqꝫ ſtatim poſtea corrumpitur. Cum.n. corruptio ſit de eſſe in non eſſe, oportebit id quod corrumpitur eſſe. Et ſic oportet inter generationem quæ eſt mutatio ad eſſe, & corruptionẽ quæ eſt mutatio ad non eſſe, inuenire quietem mediam. Et ſic non eſt mutatio de generatione in corruptionem.

Te.c. 17 Præterea & ei quod generat, & ei quod mutat,
C materiã ſubeſſe oportet. Erit igit ut alterabile corpus eſt, aut aĩa, ſic aliquid id quod fit motus uel generatio, & aliquid rurſus a quo mouetur. Oportet enim huius ex hoc ad hoc motum, aliquid eſſe non motum uel generationẽ. Quonam pacto igit erit? Non enim generatio perceptionis erit perceptio. Quare neqꝫ generationis erit generatio.

Adhuc oportet materiam ſubeſſe ei quod fit & permutat. Quæ igit erit queadmodũ alterabile corpus aut anima aut aliquid, ſic aliquid quod fit motus & generatio, & aliquid in quod mouet. Oportet.n. eẽ aliquid eum qui hu9 ex hoc in hoc motũ, non motum. Qualiter igitur? Neq;.n. erit diſciplina diſciplinationis. Quare neqꝫ generatio gñonis.

Quarta 18 Quartam rõem ponit, quæ talis eſt. In omni quod generatur oportet duo inueniri, quorum vnũ eſt materia eius quod
D fit, & aliud ad quod terminatur generatio. Si ergo generet generatio, oportet ꝙ generatio & motus habeant materiam talem quale eſt alterabile corpus, aut aĩa, aut aliquid hmõi. Sed huius materiam non eſt aſsignare generationi & motui. Silr ẽt oportet in generatione eſſe aliquid ad quod terminatur mutatio, quia oportet aliquã partem.ſ. materiam eius quod generatur eſſe motam ex hoc in hoc, & hoc in quod terminat, motus non contingit eſſe motum, ſed terminũ motus. Non.n. hmõi permutationis quæ eſt diſciplinatio, eſt aliqua alia diſciplinatio quæ ad eam terminet, quæ ſit diſciplina diſciplinationis. Quare relinquit quod nõ ſit generatio generationis. Deinde c.d.

Cum autem neqꝫ in ſubſtantia, neqꝫ in relatione, neqꝫ in actione paſsioneue ſit motus, reſtat in quantitate, qualitate, & ubi, tãtummodo motum eſſe. In unoquoq; nanqꝫ iſtorum contrarietas eſt. Atqꝫ qualitatem non eam dico, quę in ſubſtãtia eſt. Eſt enim & differentia qualitas. Sed cauſa quæ eſt paſsiua, qua quippiam patitur, aut impaſsibile eſt.

Quoniam aũt neq; ſubſtãtiæ neq; eius quod ad aliquid, neq; eius quod eſt facere & pati. Relinquit E ſecũdum quale & quãtum & ubi motum eſſe. Horum.n. unicuiqꝫ cõtrarietas eſt. Dico aũt quale non quod in ſuba. Etenim dña quale, ſed qđ paſsiuum, ſecundum quod dicitur pati aut impaſsibile eſſe.

Concludit principale intentum, dicens quod quia mot9 nõ põt eſſe neqꝫ in genere ſubſtantiæ, neqꝫ in ad aliquid, neqꝫ in agere & pati. Relinquit quod motus ſit ſecũdum quale & quantum & ubi. In his.n. generibus contingit eſſe cõtrarietatẽ quæ eſt inter terminos motus, ut oñſum eſt. Sed quia qualitas qñqꝫ dr de forma ſubſtantiali, ſubiungit ꝙ cũ motus dr eſſe in quali, non intelligitur ſignare ſubſtantiam ſm quod dña ſubalis prædicatur in eo quod quale, ſed de quali ſm quod dr aliquid pati, uel impoſſe eſſe. Non.n. eſt proprie alteratio niſi ſm paſsibiles qualitates, ut in.7.phyſi.probat. Deinde cum dicit. Mot9 nõ ẽ ꝑ ſe niſi in triplici gñe. Te.c.21.

Eſt autẽ immobile, & id quod omnino moueri non poteſt, & id quod multo in tẽpore uix mouet, F aut tarde admodũ incipit: & id inſuper quod aptũ eſt quidem ut moueatur, non tamen tunc cum eſt aptum moueri, & ubi & quemadmodum eſt aptũ mouetur. Quod quidem immobilium ſolum quieſcere dico. Eſt enim motui contraria quies. Quare fit ut ipſa ſit priuatio ſuſceptiui.

Immobile autem quod totaliter impoſsibile moueri. Et quod uix in tempore multo tarde incipiẽs. Et quod natum quidem eſt moueri, nõ potens autem quando natum eſt, & ut quod uoco quieſcere immobilium ſolum: cõtrarium enim quies motui. Quare priuatio utiqꝫ erit ſuſceptiui.

Oſtẽdit quot modis dr ĩmobile, & ponit tres modos, quorum primus eſt, ꝙ imobile dr id quod oĩno eſt impoſſe moueri, ſicut Deus eſt imobilis. Secundus modus eſt ſm quod dicit ĩmobile, id quod uix nõ põt moueri, ſicut ſaxum magnũ. Tertius modus eſt ſm quod dicitur ĩmobile id quod natũ eſt moueri, ſed tunc non poſsit moueri, qñ natum eſt, & ubi natũ eſt moueri, & ſicut natum eſt moueri. Et hoc ſolum immobile dicitur ꝓprie quieſcere, quia quies eſt contraria motui. Vñ oportet ꝙ quies ſit priuatio mot9 in ſuſceptiuo mot9. Lec. XIII. Immobile triplr. G

Simul ea ſunt loco, qua uno in loco primo. Seorſum autem ea, quæ in alio ſunt atqꝫ alio loco. Tangere dñr ea quorum extrema ſunt ſimul. Id inter dicitur eſſe, ad quod ſuapte natura prius accedit id qđ mutatur, q̃ ad id quod ultimo pergit, cum cõtinuo ſecundum naturam mutatur. Contrarium id eſt in loco, quod plurimum recta linea diſtat. Deinceps id eſt, inter quod poſt principium, aut põne, aut forma, aut aliquo alio definitũ, & id ad quod deinceps dicitur eẽ, nihil eoꝝ cadit, quę in eodẽ genere ſunt, H ut linea ad lineam, aut unitas ad unitatem, aut domus ad domum. Nihil uero prohibet inter ipſa quippiam aliud eẽ. Quid enim deinceps eſt, ad quippiam eſt deinceps, & eſt quid poſterius illo. Nõ.n. ipſum unum ad duo deinceps eſt, aut ad nonas kalendæ. Hęrens autem id eſt quod deinceps eſt, atqꝫ inſuper tangit. Quoniam autem oĩs mutatio eſt in oppoſitis, hęc autẽ ſunt cõtraria, atqꝫ cõtradictoria, & nihil eſt medium cõtradictionis, patet ipſum quod eſt inter in cõtrariis in ipſis tantum cõſiſtere. Continuũ autem eſt quoddam hęrens. Atq; tunc continuum eſſe dico, cum utriuſqꝫ finis quibus ſe tangunt ac cõtinentur. unum idemqꝫ fuerint facti.

Simul autem ſecũdum locum quæcunqꝫ in uno loco primo. Et ſeorſum quęcunqꝫ in alio. Tangi autem quorum ultima ſunt ſimul. Inter mediũ autem in quod natum eſt prius ꝑuenire quod per Cap. 4.

I mutatur, q̃ in quod ultimum permutatur ſecundũ naturam cõtinue permutans. Cõtrarium ſecũdum locum & ſecundum rectum plurimum diſtans. Cõſequenter autem eſt quo poſt principium ente poſitione, aut ſpecie, aut aliter qualiter determinato, nihil intermedium eſt eorum quæ in eodem genere, & cuius cõſequenter eſt: ut lineę lineę, aut unitates unitatis, aut domus dom⁹. Aliud ãt nihil ꝓhibet intermedium eſſe. Quod.n. cõſequenter alicuius, conſequẽter & poſterius aliquid. Non enim unum conſequenter duorum, neq; noua luna ſecundæ habitũ aut quodcunq;, cum cõſequentet ens tangit. Quoniam oĩs pmutatio in oppoſitis, hęc autem cõtraria & contradictio cõtradictionis, aut nullum intermedium. Palam ꝙ in cõtrariis intermedium. Cõtinuũ autem quod quidem habitum aliquid. Dico autem

K continuum cum idem fuerit & unum utriuſq; terminus, quibus tangunt & continent.

Notificat mobilia q̃ ꝓcomitant motũ localem.

NOTIFICAT quæ circunſtant motum, & ꝓcipue motum localem. Et primo notificat ea. Secundo inducit quædam corollaria ex dictis ibi. { Quare palam. } Dicit ergo primo, quod ſimul ſm locum dicuntur quæcunq; ſunt in { uno loco primo }.i. proprio. Si.n. aliqua ſunt in uno loco cõi, non propter hoc dñr eſſe ſimul. Sic.n. oĩa quæ conueniunt cœli ambitu, dicerentur eſſe ſimul. Seorſum autem dñr quæcunq; ſunt in alio, & in alio loco. Tangi aũt adinuicem dñr, quorum ultima ſunt ſimul, puta duo corpora quorum ſuperficies coniongunt. Medium autem inter duo eſt, in quod id quod continuo pmutatur, natum eſt prius peruenire q̃ in ultimum. Sicut ſi motus continuus de a. in c. prius ueniet in b. id quod mutatur q̃ in c. Contrarium uero ſm locum eſt, quod eſt plurimũ diſtans ſm rectam lineam. Non.n. diſtantia plurima põt menſurari ſm li-

L neam curuam, eo ꝙ inter duo pũcta poſſunt deſignari infinitæ deciſiones circulorum diſsimiles. Sed inter duo pũcta non poteſt eſſe niſi una linea recta. Menſuram autem oportet eſſe certam & determinatam. Plurimum aũt diſtãs in locis inuenitur ſm naturam ſurſum & deorſum, quæ ſunt mediũ & extremũ mundi. Conſequẽter aũt dr̃ quod eſt poſt aliquod primũ principium, ſiue attendat ordo ſm põnem, ſiue ſm ſpẽm, ſicut binarius eſt poſt unitatem: ſiue qualitercunq; aliter. Adhuc autẽ oportet ꝙ nihil eiuſdẽ generis ſit medium inter id quod eſt cõſequenter, & id cui ↄñr eſt. Sicut lineæ ſunt ↄñr alicui lineæ, & unitates alicui unitati, & domus alicui domui ↄñr. Sed nihil ꝓhibet inter duorum, quorum unum ſe habet ↄñr ad alterũ eſſe aliquid medium alterius generis, puta ſi inter duas domus ſit unus equus medius. Et ad manifeſtandum ꝓmiſſam diuiſionem ſubiungit, ꝙ illud quod dr̃ ↄñr, oportet quod ſit ↄñr reſpectu alicuius, & quod ſit aliquod poſterius. Unũ.n. non ſe habet ↄñr ad duo cũ ſit prius, neq; noua luna ad ſecundam, ſed econ-

M uerſo. Deinde dicit ꝙ habitum dr̃ illud quod eſt ↄñr & tangit, puta ſi duo corpora ſint ordinata, quorũ unũ alterum tangat. Deinde dicit ꝙ cum oĩs permutatio ſit inter oppoſita, & oppoſita inter quæ eſt permutatio ſint contraria & contradictoria, ut oſtenſum eſt, cum contradictionis nullum ſit medium, manifeſtum eſt ꝙ inter ſola contraria oportet eſſe medium: cum medium ſit inter extrema motus, ut ex diffinitione ſuperius poſita patet. Hoc aũt bene inducit. Quia.n. dixerat quod ↄñr ſunt, inter quæ non eſt medium, conueniens fuit ut oſtẽderet inter quæ põt eſſe medium. Deinde oſtendit quid ſit continuũ & dicit, ꝙ cõtinuũ addit aliqd ſupra habitũ. Et dicit ꝙ cõtinuũ eſt cũ utriuſq; corũ quæ ſe tangunt, & quæ ſiľ ſunt, ſit unus & idẽ termin⁹: ſicut ꝑtes lineæ cõtinuant ad pũctum. Dei.c.d.

Simul, quid. Seorſum, quid. Tãgi, quid. Mediũ qd. Cõtrariũ, qd. Cõſequenter, quid. Habitũ qd. Quorũ eſt medium. Cõtinuum quid.

Quare patet in his eſſe cõtinuũ, ex quibus aptũ eſt unũ quid fieri tactu. Patet & primũ id eẽ, quod eſt deinceps. Quod.n. eſt deinceps nõ tãgit. Hoc aũt eſt deinceps, & ſi cõtinuũ eſt tãgit. Si uero tãgit, nõdum cõtinuũ eſt. In quibus autem non eſt tactus, in hiſce neq; copulatio eſt, ut patet. Quare pũctum nõ eſt idem ꝙ unitas. Pũctis.n. cõpetit tactus. Unitati- N bus uero nõ tactus, ſed eẽ deinceps cõpetit. Et inter illa qdẽ eſt aliquid, inter aũt unitatẽ nihil eẽ uidet.

Quare palam quod cõtinuum in his fit: ex quib⁹ unum aliquid natum eſt fieri ſecũdum contactum. Et quia primum, quod cõſequenter palam. Quod enim cõſequenter nõ tangit. Hoc autem conſequenter, & ſi cõtinuum, tangit. Si aũt tangit, nõdum continuum. In quibus aũt nõ eſt tactus, non eſt connaſcẽtia in his. Quare nõ eſt pũctum huic unitati. His quidem.n. ineſt tangi, his aũt nõ, ſed ad cõſequẽter. Et hoȝ quidẽ intermediũ aliqd, horũ autem non.

Inducit ea his tria.

Inducit tria corollaria ex ꝓmiſsis, quorũ primũ eſt ꝙ continuum eſt in illis ex quibus natum eſt fieri unum ſm contactũ. O Et hoc ideo eſt, quia cõtinuum requirit identitatem termini. Secundum corollarium eſt, ꝙ inter iſta tria, ↄñr, cõtactum, & continuũ, prius & cõis eſt quod eſt ↄñr. Nõ.n. oẽ quod eſt ↄñr tangit, ſed omne quod tangit eſt ↄñr. Oportet.n. contacta ſm põnẽ eſſe ordinata, & nihil eorum eſſe mediũ. Et ſiľr tangens eſt prius & cõius ens q̃ continuũ, quia ſi eſt continuum, eſt neceſſe ꝙ tangat. Quod.n. eſt unum neceſſe eſt eſſe ſimul, niſi forte intelligatur in hoc quod eſt eſſe ſimul pluralitas. Sic.n. continuum non eſſet contactũ, ſed eo mõ quo id quod eſt unum eſt ſimul, neceſſe eſt continuum eſſe tãgens. Sed non ſequit ſi tangit quod ſit continuum, ſicut nõ ſequit quod ſi aliqua ſunt ſimul quod ſint unum. Sed in quibus non eſt contactus. { non eſt naſcentia, } id eſt naturalis coniunctio quæ eſt ꝓprie continuorũ. Tertium corollarium eſt, ꝙ pũctus & unitas nõ ſunt idem, ut Platonici poſuerunt dicentes ꝙ punctum eſt unitas hñs põnem. Et ꝙ non ſint idem patet ex duobus, primo quidẽ P quia ſm puncta eſt contactus, non aũt ſm unitates, ſed ↄñr ſe hñt adinuicem. Secundo quia inter duo puncta ſemper eſt aliquid medium, ut ꝓbal in.6. phyſi. Sed inter duas unitates neceſſe non eſt aliquid eſſe medium. Lec. I.

Pũctũ differt ab unitate. Lec. 2. Te.cõ. 2.

ARISTOTELIS STRAGYritæ Tex. libri duodecimi Metaphyſicæ.

Contemplatio præſens de ipſa ſubſtantia eſt uti diximus. Subſtantiarum enim hic principia cauſęue quæruntur.

De ſubſtantia quidem theoria eſt. Nam ſubſtantiarum principia & cauſæ quæruntur. Te.cõ.1

Diui Thomæ Aquinatis in duodecimum librum Metaphyſicæ Ariſtotelis præclariſsima commentaria.

Poſtquam Philoſophus in ꝑcedenti libro recollegerat, quæ ante dicta erant tam in hoc lib. q̃ in li. phy. de entibus imperfectis. In hoc lib. intendit recolligere quæ dicta ſunt de ente ſimpľr.i. de ſubſtãtia, tã in 7. & in. 8. huius q̃ etiam in primo phyſi. & addere id quod deeſt ad cõplendã conſiderationem de ſubſtantiis. Et diuidit in partes duas. In prima oſtendit ꝙ ad iſtam ſciam pertinet conſiderare ꝓcipue de ſubſtantia. In ſecunda de ſubſtãtia determinat, ibi. { Subſtantiæ uero tres. } Circa primũ duo facit. Primo proponit qd̃ intẽdit, dicẽs ꝙ in hac ſcia { eſt theoria. } .i. conſideratio principalis de ſubſtantia. Nam cum iſta ſcia, utpote prima, & quæ ſapientia dr̃, pricipia prima entium inquirat, neceſſe eſt ꝙ in hac ſcia inquirant principaliter pricipia & cauſæ ſubſtantiarum. Nam iſta ſunt principia entium prima. Q̃lo autem differant principium & cauſa in quinto habitum eſt.

Q Intendit in hoc lib. de ſubſta im materiali. Pręmiſt: eſt q̃ dã de ſubſtãtia i cõi.

Principalis cõſideratio metaphy. & de ſubſtantia. Lec. 2.

Etenim ſi uniuerſum ipſum, ut quippiam totũ eſt. Subſtantia nimirum prima pars erit. Et ſi ea quę ſunt, deinceps ſunt collocata, hoc & pacto ſubſtantia primum, deinde qualitas, aut quantitas erit.

Etenim eſt ſi totum quoddã omne, ſubſtantia eſt prima pars. Et ſi eo quod cõſequenter, & ita primũ Te.cõ.2

ſubſtantia,

A ſubſtantia, deinde q̃ualitas, aut quantitas.

Subſtantia eſt prior entib' oibus duplicater.

Primũ mouẽs immobile ẽ ultimũ finis.

Mouet autem, ut amatum: atque per id quod mouetur, cætera mouet. Si igitur quippiam mouetur, aliter ſeſe habere poteſt. Quare ſi latio prima, actus eſt etiam quo mouetur hoc ipſo, ratione loci, & ſi non ſubſtantiæ ratione aliter ſeſe habere poteſt. Cum autem ſit quippiam mouens immobile; atque actu, id ut aliter ſeſe habeat, nullo pacto fieri poteſt. Prima nanque mutationum latio eſt, & huius ipſa conuerſio, atque illud hoc motu mouet. Ergo neceſſario eſt ens. Atque ut neceſſario eſt, bene etiam hoc pacto principium eſt. Neceſſarium enim pluribus ſumitur modis. Atque aliud eſt, ut uiolentum, propterea quod eſt præter appellationem, ac motum, aut ut id quod aliter ſeſe habere non põt, ſed ſimpliciter. Ex tali igitur principio coelum ipſum naturaque pendet.

E

Mouet autem ũt amatum. Moto uero, alia mouentur. Siquidem igitur aliquid mouetur, contingit & aliter habere. Quare latio q̃ prima, & actus eſt ſecundum quod mouetur. Ex hac autem contingit aliter habere ſecundum locum, & ſi non ſecundum ſubſtantiam. Quoniam autem eſt quidẽ mouens ipſum immobile ens, actu ens, hoc non contingit aliter ſe habere nullatenus. Latio enim prima mutationũ, huius autem quæ circulo. Hoc autem mouet hoc. Ex neceſſitate igitur eſt ens. Et neceſſitas bene & ſic principium. Nam neceſſarium totiẽs. Hoc quidem uidetur quod propter impetũ, illud uero ſine quo non bene. Hoc autem non contingẽs aliter, ſed ſimpliciter. Ex tali igitur principio dependet coelum & natura.

Te. cõ. 38

F

Vult igitur Ariſtot. oĩa ſubiici diuinæ uolũtati.

Comparat primum mouens immobile ad primum mobile dicens, q cum primum mouens immobile moueat quaſi amatum, neceſſe eſt q aliquid ſit primo motum ab ipſo per q mouet alia. Et hoc eſt primum coelum. Quia igitur ſupponimus quòd motus ſit ſempiternus, oportet quòd illud quod primo mouetur, ſempiterne moueatur. & per ipſum moueantur alia Dicitur autem melius quaſi amatum quam quaſi deſideratum, cum deſiderium ſit eius quod nondum habetur, ſed amor etiam habiti eſt. Et ſi oportet quod ſempiterne moueatur, neceſſe eſt quod non contingat aliter & aliter ipſum ſe habere, ſed ut ſit ſemper in eadem diſpoſitione ſecundum ſubſtantiam. Vnde neceſſe eſt quod primus motus quo mouetur primum { mobile ſit latio } id eſt motus localis: q̃ quod mouetur { ſecundum alios motus } id eſt generationẽ & corruptionem, augmentum & diminutionem, & alterationem, neceſſe eſt quod aliter & aliter ſe habeat ſecundum aliquid quod in ipſo eſt ſcilicet ſecundum ſubſtantiam, quantitatem & qualitatem. Sed quod mouetur ſecundum loci mutationem habet quidem ſe aliter & aliter ſecundum locum qui eſt extrinſecus locato, ſed non ſm ſubſtantiam uel ſm aliquã intrinſecam diſpoſitionem ſubſtantiæ. Cum igitur primum mobile habeat ſe aliter & aliter ſm locum & non ſm ſubſtantiam, oportet quod primum mouens quod eſt immobile & ſemper acto ens, nullo modo poſſit aliter & aliter ſe habere, quia non poteſt moueri. Moueretur enim maxime ſm primum motum. Primus autem motuum eſt loci mutatio. In hoc autem genere, primus motus eſt motus circularis. Hoc autem motu non mouetur, cum hoc motu moueat. Primum enim mouens non mouetur illo motu quo mouet, ſicut primum alterans non alteratur. Non igitur mouetur circulariter. Et per conſequens nullo modo poteſt moueri. Et ſic non poteſt aliter & aliter ſe habere. Vnde ſequitur, quod primus motus ſit exiſtens in mobili ex neceſſitate. Hoc enim eſt neceſſarium, quod non poteſt non eſſe, ſed ex neceſſitate eſt, non ſicut ea quæ ſunt per uiolentiam. Sed neceſſitas eius eſt ipſum bene ſe habere. Et eius mouens eſt principium motus ſcilicet ut deſideratum & finis. Et quod talis ſit eius neceſſitas, manifeſtum eſt ex diuiſione neceſſarii. Neceſſarium enim tribus modis dicitur. Vno modo quod eſt per uiolentiam, quia .ſ. non poteſt non accidere propter impetum inferentis uiolentiam. Alio modo dicitur ſine quo non eſt aliquid bene, ſeu quia ſine eo nullo modo poteſt eſſe finis, ſicut cibus neceſ-

G

Hoc loco ſe a Tho. exponit Ari. an. unde ſe. fen. 28.

Primũ mouẽs primũ mobile primo motu localiter ꝑpetuo.

H

Primũ mouẽs ẽ oĩno immobile.

Primũ mobile mouet neceſſario neceſſitate finis non uiolentiæ.

I ſarius eſt ad uitam animalis, ſiue quia ſine eo nō eſt aliquid ꝑfecte ſe habens, ſicut equus eſt neceſſarius ad iter, quia ſine eo non faciliter itur. Tertio modo dicitur neceſſarium quod non conuenit aliter & aliter ſe habere, ſed ſimpliciter etiam ſm ſe neceſſarium eſt. Cum ergo dicitur ꝙ cœlū ex neceſſitate mouetur, non poteſt dici ꝙ huiuſmodi ſit neceſſitas uiolentiæ, quia in rebus incorruptibilibus non eſt aliquid extra naturā. Quæ autem ſunt uiolenta ſunt extra naturam. Similiter non põt eſſe neceſſitas abſoluta, quia primum mobile eſt mouens ſeipſum, ut probatur in. 8. phyſi. Quod aūt ſeipſum mouet in ſeipſo habet moueri & non moueri. Relinquitur ergo ꝙ neceſſitas primi motus ſit neceſſitas ex fine, inquantum ſine perpetuitate talis motus non conuenit eſſe conuenientem ordinem ad finem. Ex hoc igitur principio quod eſt primum mouēs ſicut finis, dependet cœlum, & q̄tum ad perpetuitatem ſubſtan
k tiæ ſuæ, & q̄tum ad perpetuitatē ſui motus. Et per conſeqnēs dependet a tali principio tota natura, eo ꝙ oīa naturalia depēdent a cœlo & a tali motu eius. Attendendum eſt aūt ꝙ cum Ariſt. hic dicat, ꝙ neceſſitas prima motus non eſt neceſſitas abſoluta, ſed neceſſitas quæ eſt ex fine. Finis aūt principium ē, ꝙ poſtea uocat Deum, inq̄tum attenditur per motum aſſimilatio ad ipſum. Aſſimilatio aūt ad id quod eſt uolens, & intelligens, cuiuſmodi oſtendit eſſe Deum, attenditur ſm uoluntatem, & intelligentiam, ſicut artificiata aſſimulantur artifici, inquantum in eis uoluntas artificis adimpletur, ſequitur ꝙ tota neceſſitas primi motus ſubiaceat uoluntati Dei. Lect. VIII.

Neceſſariū tribꝰ mod a

Lect. 6.

A prīo mouēte dependet cœlū & tota natura & quo ad ſubām. Neceſſitas primi moꝰ ſubiacet diuinę uoluntati.

Atqui ut nos optime per breui tēpore degimus, ſic illud perpetuo degit. Sic illud eſt ſemper. Nā uti nos quidem ita ſemper degamus, fieri nequit.

Te. cō. 39.

D Eductio autem qualis optima paruo tempore nobis. Sic enim ſemper illud eſt, nobis quidem impoſſibile.

L HIC PHILOSOPHVS Comparat primum quod mouet ſicut intelligibile & deſiderabile, ad id quod intelligit & deſiderat ipſum. Neceſſe eſt. n. ſi primum mouēs mouet ſicut primum intellectum & deſideratum, ꝙ primum mobile deſideret & intelligat ipſum. Et hoc quidem uerum eſt ſecundum opinionem Ariſtot. inq̄tum cœlum ponitur aiatum, aīa intelligente & deſiderante. Circa hoc igitur tria facit. Primo oſtendit delectationem ſequi aiam cœli deſiderantem, & intelligentem ex primo mouente deſiderato & intellecto dicens, { ꝙ quædam deductio eſt, } .i. delectabilis diſpoſitio ipſius deſiderantis & intelligentis primum intelligibile, qualis optima poteſt eſſe nobis aliquo paruo tempore. Eſt enim intelligens & deſiderās ſemper in tali diſpoſitione delectabili, quod nobis eſt impoſſibile. i. ꝙ ſemꝑ ſimus in illa delectabili & optima diſpoſitione. Hoc autem quod dictum eſt, conſequenter oſtendit cum dicit.

A prīo appetibili delectat ī prīo appetente delectatio optia, q̄lis nobis ī uia ē ē poſſis nō ē pꝰ tpe & ipſo ſic.

At illud perpetuo degit, quippe cum & uoluptas ipſius ſit actus, & idcirco uigilia, ſenſus, intellectio iucundiſſima ſunt. Spes uero atq; memoria ob hæc
M ipſa. Intellectio autem ea quę per ſe eſt, eius eſt ſane quod per ſe optimum eſt: & ea quę maxime per ſe eſt, eius eſt quod maxime tale eſt.

Quoniā eſt delectatio actus eius. Et propter hoc uigilatio, ſenſus, & intelligibilia, & delectabiliſſimū. Species uero & memoriæ propter hoc. Intelligentia autem quæ ſecundum ſe, eius quod ſecundum ſe optimum: & quæ maxime, eius quod maxime.

Qnia. ſ. in actu huius deſiderantis & intelligentis primum principium eſt delectatio. Delectatio. n. conſequitur operationem connaturalem alicuius intelligentis & deſiderantis, ut patet in. 10. ethico. Et ſignum huius eſt, quia delectatio maxime eſt in uigilia, & ſenſu actuali & intelligentia. Habent. n. ſe intellectus & ſenſus in actu ad ſenſum & intellectum in potentia, ſicut uigilia ad ſomnum. Et ꝙ iſta ſint maxime delectabilia, patet ex hoc ꝙ alia non ſunt delectabilia, niſi propter hoc. Species. n. in memoria ſunt delectabiles, inquantum præteritas uel futuras operationes delectabiles ingerunt animis, ut præſentes. Qnia igitur in actu ſenſus, & intellectus, delectatio N conſiſtit, manifeſtum eſt, { ꝙ intelligentia, } .i. actus intellectus inquantum huiuſmodi, eſt eius ꝙ eſt ſm ſe optimum. Bonum enim intelligibile excedit bonum ſenſibile, ſi. ut bonum immobile, & uniuerſale bonum mutabile & particulare. Etiā ſequitur ꝙ delectatio quæ eſt in actu intellectus, ſit eminētior delectatione, quæ eſt in actu ſenſus. Et per conſequens oportet ꝙ maxima & perfectiſſima intelligentia, ſit maxime optimi Et ita ſequitur maxima delectatio. Sic igitur manifeſtum eſt, ꝙ in illa intelligentia qua intelligitur primum mouens, ꝙ etiam eſt primum intelligibile, eſt maxima delectatio.

Ca. 4. & 8

Bonū intellectꝰ ē optimum.

Delectatio intellectiua ē eminētior ſenſitiua.

Mēs uero ſeipſam, per intelligibilis ipſius aſſumptionem intelligit. Fit enim intelligibilis tangens atq; intelligens. Quare idem eſt intellectus atq; intelligibile. Eſt enim id intellectus, quod intelligibilis ipſius, ſubſtantiæq;: eſt ſuſceptiuum. Operatur O autem habens. Quare id quod intellectus habere diuinum uidetur, magis illius eſt mentis, atq; ipſa contemplatio iucundiſſimum eſt atq; optimum. Si igitur Deus ſemper ſic bene ſeſe habet, ut aliquando nos bene habemus, admirabile quid eſt ipſe. Quod ſi magis & bene ſe habet, magis admirabile eſt profecto.

Seipſum autem intelligit intellectus ſecundum trāſumptionem intelligibilis. Intelligibilis enim fit attingens & intelligens. Quare idem intellectus & intelligibile. Suſceptiuum enim itelligibilis & ſubſtantiæ. Actuatur autem habens. Quare illud magis iſto quod uidetur intellectus, diuinum habere, & ſpeculatio, delectabiliſſimum & optimum. Si igitur ſic bene habet, ut nos quandoq;, Deus ſemper mirabilis. Si autem magis, adhuc mirabilius ha P bet aliquis.

Oſtendit ꝙ in primo intelligibili eſt adhuc perfectior intelligentia & delectatio q̄ in intelligente & deſiderante ipſum. Et dicit ꝙ hoc eſt de ratione intellectus, ꝙ intelligat ſeipſum inquantum tranſumit uel concipit in ſe aliquid intelligibile. Fit enim intellectus intelligibilis per hoc ꝙ attingit aliquod intelligibile. Et ideo cum ipſe intellectus fiat intelligibilis concipiēdo aliquod intelligibile, ſequetur ꝙ idem ſit intellectus & intelligibile. Quomodo autem intellectus attingat intelligibile exponit. Intellectus enim comparatur ad intelligibile ſicut potentia ad actum, & perfectibile ad perfectionem. Et ſicut perfectibile eſt ſuſceptiuum perfectionis, ita intellectus eſt ſuſceptiuus ſui intelligibilis. Intelligibile autem proprie eſt ſubſtantia. Nam obiectum itellectus eſt quod quid eſt. Et propter hoc dicit ꝙ intellectus eſt ſuſceptiuus intelligibilis & ſubſtantiæ. Et quia unumquodq; fit actu inquantum conſequitur ſuam ꝑfectionem, ſequitur ꝙ intellectus fiat in actu inquantum recipit intelligibile. Hoc autem eſt eſſe actu in genere intelligibiliū quod eſt eſſe intelligibile Et quia unumquodq; inquantum eſt actu, eſt agens, ſequitur ꝙ intellectus inquantum attingit intel Q ligibile, fiat { agēs & operans } .i. intelligens. Sed ſciendum eſt quòd ſubſtantiæ materiales non ſunt intelligibiles actu, ſed potentia: fiunt autem intelligibiles actu per hoc quòd mediantibus uirtutibus ſenſitiuis earum ſimilitudines, immateriales, redduntur per intellectum agentem. Ille autem ſimilitudines non ſunt ſubſtantiæ, ſed quædam ſpecies intelligibiles in intellectu poſſibili receptæ. Sed ſm Plato. ſpecies intelligibiles rerum materialium erant per ſe ſubſiſtentes. Vnde ponebat quòd intellectus noſter ſit intelligens actu per hoc quòd attingit ad huiuſmodi ſpecies ſeparatas per ſe ſubſiſtentes. Sed ſm opinionem Ariſt. intelligibiles ſpecies rerum materialium nō ſunt ſubſtantiæ per ſe ſubſiſtentes. Et tamen aliqua ſubſtantia intelligibilis per ſe ſubſiſtens, de qua nunc agit. Oportet enim eſſe primum mouens ſubſtantiam intelligentem & intelligibilem. Relinquitur igitur quòd talis eſt comparatio intellectus primi mobilis, ad illam primam intelligibilem ſubſtantiam mouentem,

Q. ſe intellectꝰ ſit intelligibilis.

Intellectus q̄ ſe ḡſ ſit actu ī ḡſe ī intelligibiliū.

Q. ſit intellectꝰ primi mobilis intelligat primū mouēs.

A mouentem, qualis eſt ſm Platonicos comparatio intellectus noſtri ad ſpecies intelligibiles ſeparatas, ſm quarum contactū & participationem fit intellectus actu, ut ipſe dicit. Vnde intellectus primi mobili. fit intelligens in actu per contactum aliqualem primæ ſubſtantiæ intelligibilis. Propter quod autem unumquodq; tale & illud magis. Et ideo ſequitur ꝙ quicquid diuinum & nobile, ſicut eſt intelligere & delectari inuenitur ī intellectu attingente, multo magis inuenitur in intelligibili primo quod attingitur. Et ideo conſideratio eiuſdē, & delectabiliſſima eſt & optima. Huiuſmodi autem primum intelligibile dicitur Deus. Cum igitur delectatio quam nos habemus intelligendo, ſit optima, quamuis eam nō poſſumus habere niſi modico tempore, ſi Deus ſemper eam habet, ſicut nos quandoq; mirabilis eſt eius felicitas. Sed adhuc mirabilior, ſi eā habet potiorem ſemper, q̄ nos modico tempore.

Feſicitas ꝑmi moteris ē omnium optima.

B At ſi ſic ſe habet, ineſt etiam illi uita. Mentis enim operatio uita eſt. Illud autem eſt ipſa operatio atq; actus. Actus igitur iſce, qui eſt per ſe illius, eſt optima atq; perpetua uita. Dicemus autem ipſum Deū animal perpetuum optimum eſſe. Quare Deo uita nimirum æuumq; continuum atq; perpetuum ineſt. Hoc enim eſt ipſe Deus.

Et uita autem utiq; exiſtit. Etenim intellectus, actus, uita. Illud autem, ipſe actus eſt. Actus autem quod ſm ſe illius, uita optima & ſempiterna. Dicimus autem Deum eſſe animal ſempiternum optimum. Quare uita, & duratio continua & æterna exiſtit Deo. Hoc enim Deus.

De⁹ ē ipſa uita.

Tertio, quia dixerat ꝙ Deo competit conſideratio, oſtendit quomodo ſe habeat ad eam. Et dicit ꝙ Deus eſt ipſa uita. Quod ſic probat. { Actus intellectus } .i. intelligere, uita quædam eſt, & eſt perfectiſſimum quod eſt in uita. Nam actus ſm ꝙ oſtenſum eſt, perfectior eſt potentia. Vnde intellectus in actu perfectius uiuit q̄ intellectus in potentia, ſicut uigilans q̄ C dormiens. Sed illud primum. ſ. Deus, eſt ipſe actus. Intellectus enim eius eſt ipſum ſuum intelligere. Alioquin compararetur ad ipſum, ut potentia ad actum. Oſtenſum autem eſt ſupra ꝙ eius ſubſtantia eſt actus. Vnde relinquitur ꝙ ipſa Dei ſubſtantia ſit uita, & actus eius ſit uita ipſius optima & ſempiterna, quæ eſt ſm ſe ſubſiſtens. Et inde eſt ꝙ in fama hoīum dr, ꝙ Deus eſt aīal ſempiternum & optimum. Vita. n. apud nos in ſolis aīalibus apparet manifeſte. Inde eſt ergo ꝙ dr aīal, quia uita competit ei. Quare manifeſtū eſt ex præmiſſis, ꝙ uita & duratio cōtinua & ſempiterna ineſt Deo, quia Deus hoc ipſum eſt quod eſt ſua uita ſempiterna, non ꝙ aliud ſit ipſe & uita eius. Deinde cum dicit.

Intelligere Dei ipſe De⁹ ē, & ſit intellis. Te. cō. 35.

Deū dicit aīal ſēpiternū & optimū, & ſpe.

Qui uero putant ut Pythagorici, Leucippuſue id quod eſt optimum præſtentiſſimumq; rationem principii non ſubire, propterea quod & plantarum & animalium principia cauſæ quidem ſunt, bonum autem atq; perfectum in iis eſt quæ ſunt ex illis, ii ꝑfecto non recte arbitrantur. Semen enim ex aliis pſe D ctis prioribus emergit, & ipſum primum non ſemē, ſed ipſum perfectum eſt. Nam hominem quiſpiam ſemine priorem dixerit eſſe, non eum qui ex hoc ortus eſt, ſed alium a quo ſemen ipſum perfluxit. Eſſe igitur ſubſtantiam quandam æternam immobileq;, atq; a ſenſibili ſeparatā, ex hiſce q̄ iā dcā ſunt, patet.

Te. cō. 40. Quicunq; autem putant ut Pythagorici & Leucippus, optimum & nobiliſſimum non in principio eſſe, quare plantarum & animaliū principia ſunt cauſæ, bonum uero & perfectum in his quæ ex his, non recte exiſtimant. Nam ſperma ex alteris eſt prioribus perfectis, & primum non eſt ſperma, ſed pfectum, ut priorē hoīem dicat aliquis eſſe ſpermate. Non enim qui ex hoc fit, ſed alterū ex quo ſperma.

Te. cō. 41. Quod quidem igitur eſt ſubſtantia alia ſempiterna & imobilis ſeparata a ſenſibilibus, manifeſtū ex his.

Excludit opinionem attribuentium imperfectionem primo principio dicens, ꝙ non recte exiſtimant quicunq; nō ponunt optimum & nobiliſſimum inueniri in primo principio, ut Pythagorici, & Leucippus, qui ex hoc mouebantur ꝙ principia aīalium & plantarum ſunt quædam cauſæ boni & perfectionis. Sed bonum & perfectum non inuenitur in principiis, ſed in his quæ producuntur ex eis, ſicut ſemina quæ ſunt ꝑncipia aīalium & plantarum imperfecta ſunt, ex aliquibus aliis prioribus perfectis. Hoc igitur ſoluit interimendo motiuum eorum. Sperma. n. non eſt primum ſimplr, ſed aliquid perfectum, ut ſi quis dicat hoīem eſſe priorem ſpermate, non quidem eum qui dicitur naſci ex ſpermate, ſed alterum ex quo ſperma reſoluitur. Probatum eſt. n. ſupra ꝙ actus ſimplr eſt prior potentia, licet in uno & eodem ordine generationis & tpis, potentia præcedat actum. His aūt habitis, epilogando cōcludit manifeſtum eſſe ex dictis, ꝙ eſt aliqua ſubſtantia ſempiterna & immobilis, ſeparata a ſenſibilibus. Deinde cum dicit.

E Excludit errorē ponentiū optimum principiū eē īperfectū

Lib. 9. Te. cō. 13. F

Demonſtratum eſt & hanc ſubſtātiam magnitudinem nullā habere poſſe, ſed partibus carere atq; indiuiſibilem eſſe. Infinito enim tempore mouet. Nullum autem finitum infinitam potētiam habet. Cum autem omnis magnitudo, aut infinita ſit aut finita, finitam quidem magnitudinem ob id ipſum non habet. Infinita autem habere non poteſt, propterea quod omnino in ratione rerum nulla magnitudo eſt infinita.

Oſtenſum eſt autem, & quia non contingit habere hanc ſubſtantiam magnitudinem nullam. Verū ſine parte & indiuiſibilis eſt. Mouet. n. per infinitū tempus, & non habet potentiam infinitam finitum. Qm̄ autem omnis magnitudo finita eſt, aut infinita finitam quidem propter hoc utiq; non habebit maguitudinem. Infinitam uero non, quia totaliter nulla eſt infinita magnitudo. G

Proſequitur quædam quæ adhuc conſideranda reſtant de prædicta ſubſtantia. Et primo oſtendit quòd eſt incorporea dicens, quòd oſtenſum eſt in octauo phyſicorum quòd huiuſmodi ſubſtantia nullam magnitudinem poteſt habere, ſed eſt impartibilis & indiuiſibilis. Cuius breuiter reſumit probationem dicens, quòd huiuſmodi ſubſtantia mouet in infinito tēpore, cū primus motus ſit ſempiternus, ut ſupra dixit. Ex hoc autem ſequitur quòd eius uirtus ſit infinita. Videmus enim in mouentibus inferioribus quòd quanto aliquid eſt maioris uirtutis, tanto uirtus ſe extendit ad diuturniorem operationem. Nullum autem finitum poteſt habere potentiam infinitam. Vnde ſequitur quòd propter hoc prædicta ſubſtantia non habebit magnitudinem finitam. Magnitudinem autem infinitā habere non poteſt, quia nulla magnitudo eſt infinita, ut ſupra probatum eſt. Quia igitur omnis magnitudo uel eſt finita uel infinita. Relinquitur quòd ꝓdicta ſubſtantia ſit omnino abſq; magnitudine. Non autem uirtus huius ſubſtantiæ dicitur infinita priuatiue, ſm quòd infinitum congruit quantitati, ſed dicitur negatiue, prout ſcilicet non limitatur ad aliquem determinatum effectum. Non autem poteſt dici uirtus cœleſtis corporis infinita, etiam ſi in infinito tempore moueat inferiora corpora, quia non mouet niſi motum. Et ita influentia eſt ex primo mouente. Sed nec etiam poteſt dici quòd in corpore cœleſti ſit uirtus infinita, & ſi infinito tempore eſſe habeat, quia in eo non eſt uirtus actiua ſui eſſe, ſed ſolum ſuſceptiua. Vnde infinita eius duratio, oſtendit uirtutem infinitam exterioris principii. Sed ad hoc quod ipſum ſuſcipiat incorruptibile eſſe ab infinita uirtute, requiritur ꝙ in ipſo nō ſit principium corruptionis, neq; potentia ad non eſſe.

Primū mouēs ē ſubā incorporea. Te. cō. 38.

Te. cō. 34 Primū mouēs ē uirtutis infinitæ. Lect. 6.

Lect. 11. Lect. 10.

H Infinitū dr ꝓr, & ꝗr Deo attribuitur.

Cœlū nō ē uirtutis infinitæ.

At uero demōſtratum etiam impaſſibilem eſſe, nullamq; prorſus alteratione ſubire. Omnes enim cæteri motus poſteriores ſunt eo qui ad locum accommodatur. Hæc igitur manifeſta ſunt uniuerſa, cur hoc modo ſeſe habent ut diximus.

I At uero & quia impaſſibilis & inalterabilis. Omnes enim alii motus poſteriore ſunt eo qui eſt ſecundum locum. Hęc quidem ergo manifeſtat, quia hūc modum habent.

Primū mouēs ē immobile quocūq; motu.

Secundo, quia ſupra oſtenderat q primum mouens non mouetur motu locali, oſtendit conſequēter q nec etiam aliis motibus dicens, q etiam impoſſibile eſt eſſe alterabile primū mouens. Oſtenſum enim eſt ſupra, q non mouetur motu locali. Omnes autem alii motus ſunt poſteriores iſto motu qui eſt ſm locum. Remoto igitur primo neceſſe eſt remoueri poſteriora. Vnde quicquid inuenitur, moueri aliis motibus mouetur motu locali. Vltimo autem cōcludit q manifeſtum eſt q prædicta ſe habeant, ſicut determinatum eſt. Lect. IX.

Oportet autem non latere utrum ſubſtantia ta-
K lis una ſit ponenda, an plures: & ſi ſint plures, quot ſint ponendę. Sed in memoria ſententias quoq; cęterorum habere, qui quidem de multitudine nihil quod ſit certum dilucidūq; dixerunt. Opinio enim de formis nullam cōſiderationem propriam habet. Qui nanq; ideas afferunt, numeros inquiunt ipſas eſſe, atq; de numeris interdum ut infinitis, interdū ut uſq; ad denarium definitis loquuntur. Atq; de cauſa tanta eſt multitudo numerorum, nihil proſus cum demonſtratiuo ſtudio dicunt.

Te. cō. 42.

VTrum autem unam ponendum talem ſubſtātiam, aut plures, & quot, oportet non latere, ſed reminiſci & aliorum negationes, quia de pluralitate nihil dixerunt quod ſit planum dicere. Quę enim circa ideas exiſtimatio, nullam perſcrutationem habet propriam. Numeros .n. dicunt ideas. Sed de numeris quandoq; quidem ſicūt de infinitis
L dicunt, quandoq; autem uſq; ad decem determinatis. Propter quam uero cauſam tanta pluralitas numerorum, nihil dicitur ſtudio demonſtrato.

Sermo de nūero ſubſtātiarū ſeparatarum.

POSTQVAM Philoſophus oſtendit perfectionem ſubſtantiæ immaterialis, hic inquirit de unitate uel multitudine eius & circa hoc tria facit. Primo oſtendit neceſſitatē pertractandi hanc qōnem, quia ab aliis nihil de hoc determinate dictum eſt. Secundo oſtendit q ſunt plures, ibi. { Nobis autem eſt ex ſuppoſitis } Tertio oſtēdit quot ſunt, ibi. { Pluralitatem uero lationum. } Dicit ergo primo, q non oportet latere utrum ſit ponendum unam ſolam ſubſtantiam talem .ſ. ſempiternam immaterialem, aut plures, & ſi plures q quot ſunt: ēt oportet { commemorare negationes aliorum } .i. q alii nihil dixerunt, quod ſit manifeſtum & planum de pluralitate harum ſubarum. Quod ſic patet. Ponentes .n. ſubſtantias immateriales maxime fuerunt qui poſuerunt ideas. Opinio aūt de ideis ſm id quod ſunt, nō hēt rōnem alicuius certæ plu-
M ralitatis, quia ideæ ponuntur oīum rerum quæ cōicant in aliquo cōi. Sed quia ponentes ideas dixerunt eas eſſe numeros ex parte numerorū aliqua rō haberi poterat pluralitatis. Sed tū de pluralitate numerorū non ſemper eodem modo diſſerebant. Sed qnq; dicebant ſpecies numerorum eſſe infinitas. Quod quidem uerum eſt, quantum ad ipſam propriam numerorum rōnem, quia ſemper unitas addita aliam ſpēm numeri facit. Vnde cum in infinito additio fieri poſſit in numeris, in infinitum ſpēs numerorum multiplicātur. Qnq; aūt dīr ſpēs numerorum determinari uſq; ad. 10. & hoc quantum ad numerorum noiationem. Nanq; oēs numeri ſupra decem, vidētur eſſe ſm nomen alicuius primi numeri aliqualiter iterati. Sed non poſſunt oſtendere per determinatam rōnem, quare ſit tanta pluralitas numerorum .ſ. uſq; ad. 10. & nō plus neq; minus. Nec eſt mirum, cum iſta determinatio ſpērum non ſit ſm rem, ſed ſm nomen. Aſſignant aūt alii hanc rōnem, quia numerus denarius generatur ex progreſſione numerorū uſq; ad quaternarium, qui eſt primus numerus qūadratus. Vnum .n. & duo ſunt tria, quibus ſi tria addantur fiunt ſex, quatuor aūt additis conſurgunt decem. Deinde cum dicit.

Antiq non fuerūt ſolliciti circa nūerū ſubſtātiarū ſeparatarū

Nobis autem eſt dicendum ex hiſce, quæ ſuppo- N
ſita ſunt atq; determinata. Principium enim & id quod eorum quæ ſunt primum eſt, immobile quidem per ſe atq; per accidens eſt. Primo autem motu perpetuo unoq; mouet. Quoniam autem id qđ mouetur, ab alio moueri, & primum mouēs immobile eſſe, atq; perpetuū motuum a perpetuo, unūq; ab uno prodire neceſſe eſt.

Nobis autem ex ſuppoſitis & determinatis dicendum. Principium quidem enim & primum entium eſt immobile & ſecundum ſe, & ſecundum accidēs: mouens uero primum ſempiternum & unum motum. Quoniam autem quod mouetur neceſſe eſt ab aliquo moueri, & primum mouens immobile eſſe ſecundum ſe, & ſempiternum motum a ſempiterno moueri, & unum ab uno. O

Te. c. 43.

Oſtendit q neceſſe eſt eſſe plures hmōi ſubſtantias, & circa hoc duo facit. Primo reſumit quod oſtenſum eſt de primo pncipio dicens, q cum alii nihil dixerint demonſtratiue de pluralitate ſubarum ſeparatarum, nobis dicēdum eſt de hoc per ea quæ ſunt ſuppoſita & determinata prius. Dictum eſt .n. ſupra q primum principium entium eſt quoddam quod non mouetur, neq; ſm ſe, neq; ſm accidens, ſed mouet unum motum q eſt primus & ſempiternus. Quia .n. oē quod mouetur, neceſſe eſt ab aliquo moueri (ut probatum eſt in. 8. phyſi.) neceſſe eſt q primum mouens ſit oīno immobile, & ſempiternus motus ſit a ſempiterno motore. Et unum motum ab uno motore.

T. cō. 19. & inde.

Te. cō. 33.

Prætereq; lationem ſimplicem uniuerſi, quam primam ſubſtantiam immobilemq; mouere dicimus. Alias lationes eſſe perpetuas, uagantium inquā ſtellarum uidemus. Corpus .n. cœleſte ſempiternū eſt, ac nunquam cōſiſtit atq; quieſcit, ut in naturali phi- P
loſophia eſt demonſtratum. Harum ēt quæq; lationum profecto ab immobili per ſe, perpetuaq; ſuba proficiſcatur neceſſe eſt. Natura nanq; ſtellarum perpetua ſubſtantia quædam eſt. Et id quod mouet, perpetuum eſt, & prius eo quod motu cietur. Id & quod ſubſtantia prius eſt, ſubſtantiā eſſe neceſſe eſt. Patet igitur tot neceſſario ſubſtantias eſſe natura perpetuas & per ſe immobiles, ſineq; magnitudine, ob eam cām quam antea diximus. Eſſe igitur ſubas. & harum quænam ſit prima, q̄ ſecūda, eodē ordīe quē inter ſeſe lationes ſtellarum habēt, dilucidū eſſe vr.

Videmus autem pręter uniuerſi ſimplicem lationem, quam mouere dicimus primam exiſtentem ſubſtantiam & immobilem, alias lationes planetarū ſempiternas. Sempiternum enim & inſtabile circulare corpus. Oſtenſum eſt autem in phyſicis de his. Neceſſe & harum lationum unāquamq;, ab immo- Q
bili moueri ſm ſe & ſempiterna ſubſtantia. Aſtrorū enim natura ſempiterna ſubſtantia quædam ens, & mouens ſempiternum, & prius eo quod mouetur. Et qđ prius ſubſtantia, ſubſtantiam eſſe neceſſe eſt. Palam itaq; q tot ſubſtantias eſſe neceſſe eſt, natura ſempiternas & imobiles ſm ſe, & ſine magnitudine, propter prædictam cām. Quot quidem igitur ſint ſubſtantię, & harum quę prima & ſecunda ſecundū ordinem eundem lationibus aſtrorum, palam.

Te. cō. 44

Secundo oſtendit quòd poſt primum principium neceſſe eſt ponere plures ſubſtantias immateriales ſempiternas dicēs, q præter ſimplicem motum localem uniuerſi, qui eſt motus diurnus, quo totum cœlum reuoluitur, & eſt uniformis, & eſt ſimpliciſſimus, quem motum cauſat prima ſuba immobilis, uidemus aliquos motus locales planetarum, qui etiam ſunt ſempiterni, quia corpus circulare .ſ. cœlum eſt ſempiternum.

Inueſtigat pluralitatē ſubarū ſeparatarum ex pluralitate ſpærarum motū & mobilium.

Vnde

Hoc 1 loco Auer. impugnat e dochore, sed uide deſt. 29 2. phy t. c. 48. & ide 73 & ide. Motores orbiũ neceſſi ẽ eẽ ſubſtantias.

A Vnde ſempiternitas motus non tollitur per corruptionẽ mobilis Et { eſt inſtabile } .i. non potens quieſcere. Vnde motus iſte non intercipitur quiete. Et iſta probata ſunt in ſcia naturali tam in lib. phyſi. q̃ in lib. de cœlo. Vnde neceſſe eſt ꝙ quilibet horum motuum, moueatur a motore per ſe immobili & a ſuba ſempiterna. Quod quidem ideo neceſſe eſt, quia aſtra ſempiterna ſunt, & ſubæ quædam ſunt. Vnde oportet ꝙ mouens ea, ẽt ſempiternum ſit & ſuba. Moués. n. eſt prius moto. Et quod eſt prius ſuba, neceſſe eſt eſſe ſubam. Vnde manifeſtũ eſt quod neceſſe eſt, quot ſunt lationes aſtrorum tot eſſe ſubas quæ ſunt naturalr ſempiternæ, & ſm ſe immobiles & ſine magnitudine, pp cãm ſupra aſſignatam, quia. ſ. mouent tpe infinito, & ſic per conſequens uirtute infinita. Manifeſtum eſt igitur, ꝙ ſunt aliquæ ſubæ immateriales ſm numerum motuũ aſtrorum, & ꝙ earum ẽt ordo eſt ſm ordinem eorũdem motuum. Conſiderandum eſt aũt ꝙ poſt primam lationem Ariſ. non computat niſi lationes planetarum, quia eius tpe nõdum

B erat deprehenſus motus ſtellarum fixarum. Vnde exiſtimauit ꝙ octaua ſphæra in qua ſunt ſtellæ fixæ, eſſet primum mobile & motor eius eſſet primum principium. Sed poſtea deprehenſus eſt ab aſtorlogis, motus ſtellarum fixarum in contrarium primi motus. Vnde neceſſe eſt ꝙ ſupra ſphæram ſtellarum fixarum ſit alia circundãs totum, quæ reuoluit totum cœlum motu diurno. Et hoc eſt primum mobile quod moue-

Quid ſenſerit Auic. de primo mouẽte primi mobilis.

tur a primo motore ſm Ariſt. Sed Auicen. poſuit ꝙ primum mobile mouetur immediate, non a primo principio, ſed ab intelligentia a primo principio cauſata. Cum. n. primum principium ſit unũ ſimplr, exiſtimauit ꝙ ab eo non põt cauſari niſi unum, quod eſt intelligentia prima, in qua quidem incidit aliqua pluralitas potentiæ, & actus, ſm ꝙ acquirit eſſe ab eo. Cõparatur. n. ad id a quo dependet ſm ſuum eſſe, ſicut potentia ad actum. Sic igitur prima intelligentia põt immediate cãre plura. Nam ſm ꝙ intelligit ſe prout habet aliquid de potẽtia, cauſat ſubam orbis quẽ mouet. Scdm aũt ꝙ ſe intelligit ꝑut habet in actu eſſe ab alio, cauſat aĩam ſui orbis. Scdm aũt ꝙ

C intelligit ſuum principium, cauſat intelligentiam ſequentem quæ mouet iferiorem orbẽ, & deinceps uſqꝫ ad ſphærã lunæ. Sed hoc non habet neceſſitatem. Nam cũ agens non eſt in illis ſubſtantiis ſuperioribus ſicut in rebus materialibus, ut neceſſe ſit ex uno cm unum cãri, quia cã & cãtum in eis ſunt ſm eſſe intelligibile. Vnde ſm plura quæ põt intelligi ab uno, põt ab uno plura cãri. Et ſatis conueniens vr., ut primus motus rerũ corporalium, a quo oẽs alii dependent, habeat pro cã principium immaterialium ſubarum, ut ſit quædam cõnexio & ordo ſenſibilium & intelligibiliũ. De hoc aũt quod Philoſophus

An ordo ſubſtãtiarũ ſit ſcdm ordinẽ orbiũ.

dicit, ꝙ ordo ſubarum ſeparatarum eſt ſm ordinem motuũ & mobilium, põt eſſe dubiũ. Nam ſol maior eſt q̃titate inter oẽs planetas, & eius effectus magis apparet in rebus inferioribus, & ẽt motus aliorum planetarum ordinantur per motum ſolis, & quodãmodo conſequuntur ipſum. Vñ vr ꝙ ſuba quæ mouet ſolem, ſit nobilior ſubſtantiis quæ mouent alios planetas, cum tñ ſol non ſit ſuper oẽs alios planetas. Sed cum i corporibus id quod eſt cõtinẽs ſit formalius, & per hoc dignius & perfectius, & comparetur ad corpus cõtentum, ſicut ad ptẽ

D totum, ſicut dr. 4. phyſi. neceſſarium eſt ꝙ cum ſphæra ſuperioris planetæ contineat ſphæram inferioris, ꝙ planeta ſuperior ad quem ordinatur tota ſua ſphæra ſit altioris & vlioris uirtutis q̃ planeta inferior, & diuturniores operetur effectus, utpote propinquior exñs primæ ſphæræ, quæ per ſuum motũ cauſat ſempiternitatem, ut ſupra dictum eſt. Et inde eſt ꝙ ſicut dicit Ptolomeus in quadripartito, effectus Saturni coaptantur

Lect. 7.

Te. c. 34. Quanto ſphæra ſuperior tãto motor eius ẽ vlioris ꝯceptiõis ac q̃ uirtutis.

ad vlia loca & tpa, Iouis ad annos, Martis, Solis, Veneris & Mercurii ad menſes, Lunæ aũt ad dies. Et inde eſt ꝙ effectus planetarum apparent in iſtis inferioribus ſm ordinem eorundem. Nam primi tres ſuperiores vĩr ordinari ad ea quæ pertinent ad exñtiam rei ſm ſeipſam. Nam ipſa ſtabilitas eſſe rei attribuitur Saturno Perfectio aũt rei & bona habitudo correſpondet Ioui. Virtus aũt rei ſm ꝙ ſe contra nociua tuetur & ea propellit, corrñdet Marti. Tres uero planetæ alii vñr ꝓpriũ effectum habere ad motum ipſius rei exiſtentis, itaꝙ Sol ſit ve vlẽ principium motus. Et pp hoc eius operatio in mutationibus iferioribus maxime apparet. Venus aũt vr quaſi propriũ effectum habere magis determinatum. i. gñationem per quã

E aliquid conſequitur ſpẽm, & ad quam. ſ. oẽs motus alii ordinãtur in iſtis inferioribus. Mercurius aũt vr proprium effectum habere in multiplicatione. i. diſtinctione indiuiduorum in una ſpẽ. Et pp hoc uarios habet motus. Et ipſe ẽt cum naturis omnium planetarum miſcetur, ut aſtrologi dicunt. Lunæ autem proprie competit immutatio materiæ, & diſpõ ipſius ad recipiendum oẽs impreſſiones cœleſtes. Et pp hoc vr quaſi eſſe deferens impreſſiones cœleſtes, & applicans inferiori materiæ. Sic igitur q̃to corpus cœleſte eſt ſuperius, tanto habet uniuerſaliorem diuturniorem & potentiorem effectum. Et cum corpora cœleſtia ſint quaſi inſtra ſubarum ſeparatarum mouentium, ſequitur ꝙ ſuba quæ mouet ſuperiorem orbem ſit vlioris conceptionis & uirtutis. Et per conſequens oportet ꝙ ſit nobilior. Deinde cum dicit.

F

Multitudinem autem iam lationum ex aſtrologia, quę ſcientiarum mathematicarum philoſophia familiariſſima eſt, conſiderare oportet. Hæc enim contemplationem de ſubſtantia ſenſibili quidem, perpetua autem, facit: cæteræ uero de nulla ſubſtantia faciunt contemplationem, ut arithmetica, uel geometria. Lationes itaque plures eorum eſſe quæ feruntur, & iis etiam patet, qui mediocriter hanc materiam tetigere. Stellarum enim unaquæque uagantium non una, ſed pluribus lationibus fertur. Quot autem hæ ſunt, nunc quidem nos dicimus, ea dicentes comprehenſionis gratia quę mathematicorum nonnulli dicunt, ut aliqua multitudo definita mente percipiatur. Poſtea uero quædam ipſos inquirentes, quædam ab inquirentibus interrogantes, ſi quid præter ea quæ numero ſunt G dicta uideatur hiſce qui circa hoc uerſantur, utroſque quidem amare, exactoribus autem obtemperare credereq; oportet.

Pluralitatem uero lationum, iam ex maxime propria philoſophia mathematicarum ſcientiarum intendere oportet ex aſtrologia. Hæc enim de ſubſtantia ſenſibili quidem, ſempiterna autem, facit theoriam. Aliæ uero de nulla ſubſtantia, puta quæ circa numeros, & geometria. Quod quidem igitur plures ſint eorum quæ feruntur lationes, manifeſtum eſt & parum attingentibus. Pluribus enim quam una, aſtrorum errantium unumquodque fertur. Sed quot ſunt hæ, nunc quidem & nos quæ dicunt mathematicorum quidam attentionis gratia dicimus, ut mente, aliqua pluralitas determinata ſuſcipiatur. Reliquum uero, hoc quidem quęrentes ipſos oportet: illa uero perſuaderi a quęrentibus, ſi quid uideatur pręter modo dicta ab eo tractantibus. Amare quidem utroſq;, perſuaderi uero a certioribus. H

Te. c. 45.

Inquirit quot prædictæ ſubſtantiæ ſint, & diuiditur in duas partes. In prima inquirit primo numerum motuum cœleſtium. In ſecunda ex hoc concludit numerum ſubſtantiarum mouentium, ibi. { Quare & ſubſtantia & principium. } Circa primum duo facit. Primo oſtendit unde accipiendus ſit numerus motuum cœleſtium. Secundo ponit circa hoc opiniones diuerſas, ibi. { Eudoxius uero. } Dicit ergo primo ꝙ pluralitatem lationum ſiue motuum cœleſtium, oportet conſiderare ex aſtrologia quæ maxime propria eſt ad hoc, inter ſcientias mathematicas. Ipſa nanque ſola inter eas ſpeculatur de ſubſtantia ſenſibili & æterna ſcilicet de corpore cœleſti. Aliæ uero ſcientiæ mathematicæ de nulla ſubſtantia conſiderant ſicut de arithmetica patet, quæ eſt circa numeros, & de geometria quæ circa magnitudines eſt. Numerus aũt & ma-

Numerus motuũ cœleſtiũ aſtrologia tradit.

I gnitudo ſunt accidentia. Qđ aũt ſint plures motus corporum quæ feruntur in cœlo. ſ. planetarum, manifeſtum eſt his q pauca attingũt de ſcia aſtrologiæ, quia { unumquodq; aſtrorum errantium } i. planetarum mouetur pluribus lationibus, & non una tm. Dñr aũt planetæ aſtra errantia, non quia irregulariter moueantur, ſed quia non ſemper ſeruant eandem figuram & pŏnem ad alſ ſtellas, ſicut illæ adinuicẽ, quæ pp hoc fixe dñr. Qđ aũt ſint plures motus hmõi aſtrorũ, tribus modis deprehenditur. Eſt. n. aliquis motus appræhenſus a vulgo uiſu. Eſt & alius motus qui non deprehenditur niſi inſtrũs & conſiderationibus. & horum motuum quidam comprehenduntur lõgiſſimis tpibus, & quidam paruis. Eſt ẽt tertius motus qui declaratur rõne, quia motus ſtellarum errãtium inuenitur qñq; uelocior, qñq; tardior, & qñq; vr eſſe planeta directus, qñq; retrogradus. Et quia non pŏt eſſe ſm naturam corporis cœleſtis

Cur planetæ dicũtur ſtellæ erraticæ ſeu ſydera errantia.

Quiq; planeta mouetur pluribus motibus.

k cuius motus debet eſſe oĩno regularis, neceſſarium fuit ponere diuerſos motus, ex quibus hæc irregularitas ad debitum ordinem reducatur. Quot aũt ſint motus planetarum nos nunc dicemus ea, quæ circa hæc mathematici dicũt, ut circa hæc reddamur attenti, ut aliqua pluralitas determinata mente concipiatur a nobis. Reliquum uero quod non dicetur, oportet q per noſipſos quæramus, uel q in hoc ſuadeamur ab his q hoc quærunt, & ſi aliquid appareat poſtmodum per ea quæ modo dñr ab his, qui de hmõi tractant. Sed quia in eligendis opinionibus uel repudiandis, non debet duci homo amore uel odio introducentis opinionem, ſed magis ex certitudine ueritatis, ideo dicit q oportet amare utroſq; i. eos quorum opinionem ſequimur, & eos quorum opinionem repudiamus. Vtriq; n. ſtuduerunt ad inquirendam ueritatem, & nos in hoc adiuuerunt. Sed tñ oportet nos { perſuaderi a certioribus } i. ſequi opinionem eorum qui certius ad ueritatem peruenerunt.

Obſeruanda i eligendis repudiandiſq; opinionibus.

Lectio. X.

Eudoxius itaq; lationem utriuſq;. Solis inquam ac Lunæ, in tribus eſſe ſphæris ponebat. Quarum primam, cõm eſſe dicebat, quæ non uagantium eſt

L ſtellarum. Secundam uero per eũm circulum qui p media ſigna tranſit. Tertiam per eum qui eſt obliquus in latitudine ipſorum ſignorum. In latitudinẽ aũt maiorem tam circulum eum eſſe obliquum per quem Luna, quam eum per quẽ Sol fertur. Vagantium uero ſtellarum uniuſcuiuſq; lationẽ in. 4. ſphæris eſſe ponebat. Atq; harum primã quidem & ſecũdam, eandẽ quam illę rõnem ſubire. Nã & eam quæ non uagantiũ eſt ſtellarũ q oẽs defert, & eam q ſub hac collocatur, atq; p medium circulũ qui media ſigna lationem habet, cõem oĩbus eſſe. Tertię uero oĩum eo in circulo polos eſſe, qui p media ſigna tranſit. At quartæ lationem per obliquum ad medium circulum huius eſſe. Tertiæ uero ſphæræ polos ceterarum quidem ſtellarum proprios, Veneris autem atq; Mercurii eoſdem eſſe ponebat.

M EVdoxius quidem igitur Solem & Lunam, & utriuſq; lationem in tribus poſuit eſſe ſpheris. Quarum primam aplanorũ aſtrorum eſſe. Secundã aũt ſm eũ qui zodiaci per mediũ. Tertiã autẽ ſm obliquatũ in latitudine aĩalium. In maiori autẽ latitudine obliquati, tam eã ſm quam Luna fertur, quã ſcdm quam Sol. Errantium uero aſtrorum in quatuor cuiuſq; ſphæris. Quarum primã quidem & ſcdam illis eandẽ eſſe. Etenim eã q eſt aplanorũ, q oẽs eſt ferens: & eam q ſub ea eſt ordinata, & ſecũdũ eum qui per mediũ zodiaci lationem habẽtẽ, cõem oĩum eſſe. Tertiæ uero oĩum eo in circulo polos eẽ qui per media ſigna tranſit. At quartæ lationem p obliquum ad medium circulum huius eſſe. Tertiæ uero eſſe ſphæræ polos, aliorum quidem proprios, Veneris uero & Mercurii eoſdem.

a. l. Odoſ. a. l. Eudoxius. a. l. Eudoxius.

Te. co. 36.

PONIT Opiniones aſtrologorum ſui tpis de numero motuum planetarũ, & primo opinionem Eudoxii. Secundo opinionem Calippi. ibi. { Calippus aũt. } Sciẽdum eſt igitur circa primum, q Plato cœleſtibus motibus attribuens indefectibiliter circularitatem & ordinationem, mathematicas ſuppŏnes fecit, per quas ſuppŏnes poſſent ſaluari quæ circa erraticas apparent, ſuſtinẽdo q motus planetarum ſunt circulares & regulares ordinati. Et Pythagorici quidem ad reducendum in debitum ordinem irregularitatem, quæ apparet i motibus planetarum ex ſtatione & retrogradatione, uelocitate & tarditate, & diuerſa apparentia q̃titatis, poſuerũt motus planetarum eſſe in ſphæris eccentricis, & in circulis paruis qui dñr epicycli, quam ẽt opinionem Ptolomeus proſequit. N

Videtur autem ex huius ſuppoſitione ſequi aliquid contrarium his, quæ demonſtrantur in ſcientia naturali. Non enim omnis motus erit uel ad medium, uel a medio, uel circa medium mundi. Iterum ſequitur q ſphæra continens ſphæram eccentricam, uel non ſit æqualis ſpiſſitudinis, uel quod ſit aliquid uacuum inter unam ſphæram & aliam, uel q ſit aliquod corpus præter ſubſtantiam ſphærarum intercidens, quod non erit corpus circulare, nec habebit aliquem motum propriũ. O Ex poſitione autem epicyclorum ulterius ſequitur, uel quòd ſphæra per quam mouetur epicyclus non ſit integra & continua, uel q ſit diuiſibilis & rarefactibilis & cõdenſabilis ad modum, quo aer diuiditur & inſpiſſatur & rareſcit aliquo corpore moto. Sequitur etiam q ipſum corpus ſtellæ mouetur per ſeipſum, & non ſolum ad motum orbis: & q ex motu corporum cœleſtium perueniat ſonus, quod Pythagorici conſenſerunt. Sed tamen omnia huiuſmodi ſunt contra ea quæ determinata ſunt in ſciẽtia naturali. Vnde ad hæc euitanda Eudoxius hoc uidens, poſuit unicuiq; planetæ ſphæras plures concentricas mundo, quarum unaquæq; habet motum proprium. Et ex omnibus illis motibus cauſatur id quod apparet de motu planetarum. Poſuit igitur Eudoxius motum tam Solis, q Lunæ eſſe in tribus ſphæris. Primus enim tam Solis quàm Lunæ, qui eſt motus diurnus, quo reuoluuntur ab oriente ad occidentem. Et hunc motum dicit { eſſe aſtrorum aplanorum } P ideſt ſtellarum ſine errore, ſcilicet fixarum, quia ſicut ſupra dictum eſt, cum nondum eſſet deprehenſus motus ſtellarum fixarum, qui eſt ab occidente in orientem eſſe contrarium motui primo, putabatur quòd motus diurnus eſſet proprius octauæ ſphæræ quæ eſt ſphæra ſtellarum fixarum. Non autem putabatur quòd ſola prima ſphæra ſufficeret ad deferendas omnes ſphæras planetarum motu diurno, ſicut Ptolomeus ponit, ſed ponebat q quilibet planeta habeat propriam ſphærã quæ reuolueret ipſum motu diurno. Adhunc ergo motũ cauſandum ponebat primam ſphæram Solis & Lunæ. Secundã autem ſphæram ponebat ad cauſandum motum Solis & Lunæ, qui eſt per medium zodiaci, qui uocatur motus longitudinis, ſm quem mouetur Tam Sol, quam Luna de occidente in orientem contra motum firmamenti. Tertiam autem ſphæram ponebant ad cauſandum illum motum, qui obliquatur ſm latitudinem animalium quæ figurantur in zodiaco, prout quandoque eſt auſtralior, quandoque borialior uidetur planeta a media lineà zodiaci. Sed hic motus latitudinis magis Q apparet, & ſm maiorem diuerſitatem in Luna quam in Sole. Et ideo ſubiungit, quòd in maiori latitudine tam obliquatur motus ſecundum quem fertur Luna, quam ſecundum quem fertur Sol. Et quidem lunæ Ptolomeus ponit motum latitudinis, non autem Solis. Poſuit igitur Eudoxius tertium motum, ut Simplicius dicit, quia opinabatur quòd etiam Sol declinaret a media linea zodiaci uerſus duos polos. Et hoc ſuſpicabatur eo, quia non ſemper in eodem loco Sol oritur in tropicis æſtiuis & hyemalibus. Si autem in uno & eodem tempore fieret reſtitutio longitudinis & latitudinis, ſufficeret ad hoc una ſphæra per obliquitatem maximi circuli, ſecundum quam Sol mouetur. Sed quia non ſic ſe habet, ſed in alio tempore pertranſit circulum per longitudinem, in alio uero tempore reſtitutio fit latitudinis, neceſſe fuit ad hoc ponere tertiam ſphæram. Hanc autem tertiam ſphæram ponebat in Sole reuolui uerſus eandem partem cum ſecunda, ſed circa axem alteram, & ſuper alios polos. In Luna autem

Motiua Eudoxii ad ponendum ſphærarũ pluralitatẽ ſm ſingulos planetas.


Opinio Eudoxii circa pluralitatẽ ſphærarum cœleſtiũ ſm planetas.

A na autem ad eandem cum prima ſphæra. Sed in utroque ponebat motum huius tertiæ ſphæræ eſſe tardiorem, quam ſecundæ. Sed aliorum quinq; planetarum motum cuiuſlibet poſuit in quatuor ſphæras, ita quod prima ſphæra & ſecunda eſt eiuſdem rationis cum prima & ſecũda Solis & Lunæ, quia motus primus quem ponebat eſſe ſtellarum fixarum, & motus ſecundus, qui eſt per medium zodiaci ſm longitudinem, apparet cõiter in oibus planetis. Deinde unicuiq; planetarum ponebat tertiam ſphæram ad cauſandum modũ latitudinis, cuius polos circa quos reuoluitur ponebat eſſe in media linea zodiaci. Sed quia ponebat oẽs ſphæras eſſe concentricas, ſequabatur ex quo zodiacus trãſibat per polos circuli maximi tertiæ ſphæræ, ſequebatur ecõuerſo, quod circulus maximus tertiæ ſphæræ tranſiret per polos zodiaci. Vnde ſequebatur ꝙ motus tertiæ ſphæræ deferret planetam uſq; ad polos zodiaci, ꝙ nunq̃ vſ. Et ideo neceſſe fuit ꝙ poneret quartam ſphærã, quæ ipſum planetam ferret, quæ reuoluitur in contrarium tertiæ, B ab oriente. ſ in occidentem æquali tpe. Vnde impedit ne plus diuertatur ſm latitudinem a zodiaco Et hoc eſt quod dicit, ꝙ quartum motum ſtellæ dicebat eſſe ſm q̃ndam circulũ obliquatum ad medium tertiæ ſphæræ, hoc eſt ad maximum circulum eius. Si igitur cum quilibet quinq; planetarum poſuerit quatuor ſphæras, ſequitur ꝙ quinq; planetarum ſunt. 20. ſphæræ. Quibus ſi addantur tres Solis & tres Lunæ, erunt oẽs 26. ita ꝙ intelligatur corpus cuiuſlibet planetæ eſſe defixum in ultima ſphærarum ſuarum.

Numerus orbiũ planetarũ ſũt. 26 ſecundum Eudoxũ.

Sphæra Lunæ ſecundum Eudoxium.

C



Sphæra Solis ſecundum Eudoxium.

D



At Calippus põnem quidem ſphẽrarum, eãdem quam & Eudoxus ponebat. i. ordinem diſtantiarũ. Altitudinem uero ſtellæ quidem Iouis atq; Saturni, eandem quã & ille tribuebat. Soli aũt atq; Lunæ duas inſuper ſphæras addẽdas eſſe cenſebat. Si quiſpiam ea quæ apparent debeat aſſignare. Reliquarũ uero uagarum unicuiq; unam. Quod ſi debeat oẽs compoſitę ea quę vſit reddere, in unaquaq; ſtellarũ uagantium alias ſphæras una pauciores eſſe, quę reuoluunt idemq; reſtituunt põne primam ſphẽram, eius ſtellę ſemper quæ ſub ipſa eſt collocata neceſſe eſt. Hoc. n. pacto dumtaxat uagarum latio ſtellarũ oĩa facere põt. Cum igitur eę ſphæræ in quibus ipſæ feruntur, aliæ ſint octo, alię. 25. harum aũt eas ſolas reuolui non oporteat, in quibus infima collocata ſtella defertur: eæ quidem quę primarum ſtellarum duas ſphẽras reuoluunt, ſex erũt: eę uero quæ poſteriorum quatuor ſtellarum ſphæras reuoluũt, ſexdecim erunt. Oẽs igitur ſphæræ & deferentes & reuoluẽtes eas. 5. erũt & . 50. Qđ ſi Lunę Soliue quiſpiã eos nõ addiderit, quos diximus motus, oẽs ſphæræ. 40. erũt & . 7. Multitudo igiẽ ſphærarũ ſit tanta. E F

Calippus aũt põnem quidem ſphærarum eandẽ poſuit cum Eudoxo, hoc aũt diſtantiarum ordinẽ. Pluralitatem uero ei quidem quæ Iouis, & ei quę Saturni eandem cum illo dedit. Soli uero & Lunę duas exiſtimabat adhuc apponendas eſſe ſphẽras, ſi quis apparẽtia ſit redditurus. Reliquis uero planetis ſingulis unam, Neceſſe aũt ſimul poſitę oẽs apparentia ſunt reditura ſm quodlibet errantium, alteras ſphẽras una minores eſſe reuoluentes, & ad idẽ reſtituentes primam ſphẽram, ſemper inferius ordinati aſtri. Sic. n. ſolum cõtingit planetarum lationẽ oĩa facere. Quoniam ergo in quibus quidem ipſę feruntur ſphẽris, hę quidem octo, hę aũt quinq; & uiginti ſunt. Harum aũt ſolas non oportet reſolui, in quibus infimę ordinatum fertur. Quę quidẽ reuoluunt eas, quę ſunt duorum primorum ſex erunt. Quę aũt eas quę ſunt poſteriorum quatuor. 16. Omnium itaq; numerus & ferentium & reuoluentium ea. 55. Si aũt Lunę & Soli nõ addiderit quis, quos diximus motus, oẽs ſphẽrę erunt ſeptem & quadraginta. Pluralitas igitur ſphẽrarum tanta ſit. Te. c. 47. parte. 7. G

Ponit opinionem Calippi de pluralitate ſphæraꝝ. Fuit aũt Calippus (ut Simplicius dicit) cum Ariſt. Athenis conuerſatus cum eo ea quæ ab Eudoxo inuenta fuerant, corrigens & ſupplens. Poſuit ergo Calippus eandem rõnem ſphæraꝝ ſicut Eudoxus, & expoſuit põnes ſphẽraꝝ per ordinem diſtantiaꝝ, tũ quia ordinabat planetas ſicut Eudoxus, tũ quia ordinabat motus & ſphæras ſicut & ille. Conueniebat ẽt cum Euxodo i pluralitate ſphæraꝝ Iouis & Saturni, quia utriuſq; eoꝝ dabat. 4. ſphæras, ſed ipſe exiſtimabat eſſe apponendas ſphæras duas tã Soli q̃ ẽt Lunæ, ſi quis uelit reddere rõnem eoꝝ quæ apparent de motibus eoꝝ. Vſ aũt has duas addidiſſe ad cauſandum uelocitatẽ & tarditatem, quæ apparet ĩ motibus eoꝝ, ita ꝙ Sol habeat. 5. ſphæras, & Luna ſiſr. 5. & reliquis planetis Marti, Veneri, & Mercurio, addebat ſingulis unam ſphærã, ita ẽt ꝙ quilibet eoꝝ haberet. 5. ſphæras. Forte aũt addebant hanc ſphærã ad cauſandum retrogradationẽ & ſtationem, quæ apparet in his ſtellis. Iſtæ igiẽ ſphæræ uocabantur ferentes, quia ſm eas ferebatur corpus planetæ. Sed ꝑter has ponebant aſs, quas uocabant reuoluentes. Ad ponendum aũt eas hac neceſſitate uidebãtur iduci, quia ultima ſphæra ſupioris planetæ, puta Saturni, participabat motum oium ſuperioꝝ, ita ꝙ in aliquo deficiebat a motu ꝑmæ ſphæræ. Vñ & prima ſphæra Iouis cuius poli infiguntur, aliquo modo in ultima ſphæra Saturni, partici- Opinio Calippi de numero ſphærarum cœleſtium. H

I pabat aliquid de motu ſphærarum Saturni,& ſic non uniformiter mouebatur motu diurno,ſicut prima ſphæra Saturni. Neceſſarium igitur uidebatur ponere aliam ſphæram reuoluẽtem ipſam,ut reſtitueret id quod auferebatur ei de uelocitate ex ſuperioribus ſphæris. Et eadẽ rõne oportebat ponere aliã ſphæram reuoluentem ſecundam ſphæram Iouis , & tertiam ſphæram reuoluentem tertiam ſphæram Iouis. Non aũt oportebat ponere aliq̃ reuoluẽtem quartam ſphæram, quia motus quartæ ſphæræ,in qua erat aſtrum infixum debebat eſſe cõpoſitus ex oibus ſuperioribus motibus. Sic igitur Iupiter habet quatuor ſphæras deferentes,& tres reuoluentes.Et ſilr alii planetæ hñt tot ſphæras reuoluentes,quot deferẽtes una minus. Hoc eſt ergo quod dicit,ꝙ neceſſe eſt ſi oẽs ſphæræ ſimul ordinatæ debeant reddere,& cauſare illud quod apparet de motu
K planetarum ſm quemlibet planetarum, ponere præter ſupra dictas deferentes alias ſphæras reuoluentes, & ad idem reſtituẽtes primam ſphæram inferius ordinati aſtri,una pauciores.Et ſic ſolum conuenit ꝙ motus planetarum compleant oĩa quæ apparent de eis.Quare igitur ſphæræ deferentes,quæ quidem ſunt Saturni & Iouis ſunt octo,cum uterq; eorũ ponatur habere quatuor ſphæras, quæ ſunt aliorum quinq; planetarum 25 quia quilibet eorum habet quinq; ſphæras.Harum autem ſphærarum illæ ſolæ non reuoluuntur,quæ ſunt in fine,in q̃bus ordinatur aſtrum,ſequitur ꝙ reuoluentes priorum duorum planetarum.ſ.Saturni & Iouis ſunt ſex,Reuoluentes aũt poſteriorum quatuor ſunt ſexdecim . Sed cum poſt Saturnũ & Iouem ſint alii quinq; , manifeſtum eſt ꝙ unũ eorum prætermittit.ſ.uel Martem,uel Mercurium, ut quod dicit poſteriorum quatuor referatur ad quatuor infimos, uel prætermittit Lunam,ut referatur ad quatuor immediate ſequentes Prætermittit aũt,uel ex errore,qui interdum accidit in numeris: uel pp aliam rõnem , quæ nos latet , quia ſcripta Calippi non inueniuntur, ut Simplicius dicit.Sic igitur numerus oĩum ſphærarum deferentium & reuoluentium ſunt.55. Sed quia de hoc poterat eſſe dubium , utrum Lunæ & Soli ſint addendæ
L duæ ſphæræ,quas Calippus addit:uel ꝙ utriq; ſint dandæ duæ ſphæræ ſolum,ut poſuit Eudoxus,iõ dicit ꝙ ſi aliquis non addit Soli uel Lunæ illos duos motus quos addit Calippus, ſequitur ꝙ oẽs ſphæræ erunt.47.Subtraherentur.n.a prædicto numero quatuor deferentes,duæ Solis,duæ Lunæ,& totidẽ reuoluentes.Remotis aũt octo de.55.remanent.47. Sed attendendum ꝙ ſi ſupra cum dixit reuoluẽtes poſteriores quatuor eſſe ſexdecim prætermiſit Lunam,remotis duabus deferentibus Lunæ,& duabus Solis, non remouebuntur quatuor reuoluentes,ſed ſolum duæ,ſi ſphæræ Lunæ non habent reuoluẽtes,& ſic a prima pluralitate ſphærarũ ſubtrahuntur ſex ſphæræ,quatuor deferentes & duæ reuoluentes:unde ſequitur ꝙ ſphæræ oẽs ſint.49.Et ſic non vr̃ quod Ariſt. uoluerit prætermittere Lunam,ſed magis Martes: niſi aliquis dicat Ariſt. oblitum fuiſſe quod Lunæ poſuerit ſphæras reuoluentes , idcirco errorem in numero accidiſſe,quod non vr̃ probabile. Vltimo ergo concludit tantam eſſe pluralitatem ſphærarum quanta dicta eſt.Deinde cũ dicit.

Quare et ſi ſubſtantias ipſas,& principia immobi
M lia atq; ẽt ſenſibilia , tot eſſe exiſtimare conſentaneũ eſt rõni. Neceſſarium.n.iis omittatur atq; ii dicant, qui exactius de hiſce differere poſſunt.

Te.cõ.48 Parte 8. Quare & ſubſtantias & principia immobilia & inſenſibilia,tot rõnale exiſtimare. Neceſſarium igitur dimittatur fortioribus dicere.

Cõcludit ex numero motuum cœleſtium numerum ſubſtantiarum immaterialium,& circa hoc tria facit.Primo concludit propoſitum. Secundo excludit quædam,quæ poſſent debilitare illationem præmiſſam.ibi.{ Si aũt nullam poſſe. } Inf. pt.ſeq. Tertio comparat id quod oſtenſum eſt de ſubſtãtiis ſeparatis, ad opiniones antiquas,& ad opiniões vulgares, quæ de his ſuo tpe habebantur,ibi. { Tradita aũt ſunt. } Dicit ergo primo ꝙ cum tanta ſit pluralitas ſphærarum & motuum cœleſtiũ, q̃ta dicta eſt , rõnabile eſt opinari tot eſſe ſubas immateriales & principia immobilia, & ẽt tot { eſſe principia ſenſibilia, } .ſ.corpora cœleſtia.Dicit aũt rõnabile,ut inſinuet hoc probabiliter concludi,non aũt ex neceſſitate.Vnde ſubiungit,q̃d ipſe N relinquit id quod eſt neceſſarium circa hoc illis , qui ſunt fortiores & potentiores ad hoc inueniendum q̃ ipſe eſſet.

Parte.13. Rõne ex cœleſtiũ motuũ concludit nũerum ĩtelligẽtiarum.

Quam ſi fieri non poſſit,ut ulla ſit latio , quę nõ ad lationem ſtellæ conducit , & inſuper ſi naturam oẽm ſubſtantiamq́; oẽm paſſionis expertem , atque per ſe finem optimum eſſe putare oportet , nulla pter has alia eſt natura,ſed ſic ſit numerus ſubſtantiarum neceſſe eſt.Nam ſi ſint aliæ,mouent, profecto, cum lationis ſint finis.

Si aũt nullam poſſibile eſſe lationem non ordinatam ad aſtri lationem, amplius aũt oẽm naturam & oẽm ſubſtantiam impaſſibilem , & ſm ſe optimum eſſe ſortitam finem oportet exiſtimare, nulla erit pter has altera natura,ſed hunc ſubſtãtiarum numerum eſſe eſt neceſſe. Si.n.eſſent alię mouerent utiq; fines exiſtentes lationis. Parte.9. O

Hic Philoſophus excludit ea ex quibus prædicta concluſio debilitari poſſet,& ſunt tria,quorum primum eſt.Quia poſſet aliquis dicere quod ſunt quædam ſubæ ſeparatæ , quibus non rñdent aliqui motus in cœlo.Ad quod excludendum dicit , ꝙ ſi non eſt poſſe ꝙ ſint aliqui motus in cœlo,qui non ordinentur ad motum alicuius aſtri,& iterum ſi oportet oẽm impaſſibilem ſubam quæ eſt ſortita { optimum ſm ſe, } .ſ. quæ habet ſuam perfectionem ſine motu,opinari eſſe finem alicuius motus,non erit aliqua natura impaſſibilis & immaterialis pter eas,quæ ſunt fine cœleſtium motuum,ſed neceſſe erit hũc eſſe numerum ſubarum ſeparatarum, qui eſt numerus cœleſtium motuum. Sed tñ primum non eſt neceſſarium.ſ.ꝙ ois ſuba materialis & ipaſſibilis ſit finis alicuius motus cœleſtis. Põt.n.dici ꝙ ſunt aliquæ ſubæ ſeparatæ altiores, q̃ ut ſint proportionatæ quaſi fines cœleſtibus motibus , quod ponere nõ eſt inconueniens.Non.n.ſubæ immateriales ſunt pp corporalia,ſed magis econuerſo. Deinde cum dicit.

Excludit tres cauillationes. Et primo primam. Nõ ois ĩtelligẽtia ſit finis alicuius motus.

At impoſſibile eſt præter eas, quæ dictæ ſunt la- P tiones alias eſſe. Atq; id ex his quæ feruntur,ita eſſe putare cõſonum eſt rõni. Si.n. oẽ quod defert,eius gratia quod defertur, oisq; latio cuiuſpiã eſt quod fertur,nulla latio ſane,aut ſui gratia,aut per lationẽ aliam erit:ſed ipſarum ſtellarum gratia.Nam ſi latio lationis gratia erit,& illam alicuius eſſe gratia oportet.Quare cum in infinitum profectio nequeat eſſe, lationis ſane cuiuſq; finis,quippiam diuinorum corum corporum erit,quæ in ipſo cœlo feruntur.

Sed alias quidem eſſe lationes impoſſibile eſt prę- Parte.10. ter dictas,Hoc aũt exiſtimare ex latis rõnabile . Nã ſi quidem ferens,lati gratia natum eſt:& latio oĩs lati eſt alicuius,nulla latio ſui gratia erit , nec alia alicuius lationis:ſed aſtrorum gratia. Nam ſi fuerit latio lationis gratia,& illam alterius gratia oportebit Q eſſe. Quare qm̃ non eſt poſſibile ire in infinitũ, finis erit oĩs lationis latorum aliquid diuinorum corporum ſecundum cœlum.

Remouet ſm quod poſſet debilitare prædictam illationem. Poſſet enim aliquis dicere ꝙ ſunt in multo plures lationes in cœlo,quam quæ numeratæ ſunt,quæ. tamen non poſſunt deprehendi, eo ꝙ ex eis non accidit aliqua diuerſitas in motu alicuius corporum cœleſtium,quæ uiſu percipiuntur, & dicuntur aſtra.Et ad hoc excludendum ſilr etiam dixerat , ꝙ nulla latio poteſt eſſe in cœlo, quæ non ordinetur ad lationem alicuius aſtri,hoc eſt etiam quod nunc dicit, ꝙ impoſſibile eſt eſſe alias lationes in cœlo , præter illas ex quibus accidit diuerſitas in motu aſtrorum , ſiue ſint illæ quæ dictæ ſunt , ſiue aliæ aut totidem aut plures aut pauciores. Et hoc probabiliter accipi poteſt ex corporibus quæ feruntur. Si enim omne ferens eſt propter id quod fertur , & omnis latio eſt alicuius qđ fertur,nõ poteſt eſſe aliqua latio quæ ſit propter ſeipſam , uel

Ois motus qui pcipi ĩ cœlo ordinaẽ ad lationẽ alicuius aſtri.

propter

A propter aliam lationem tantum, ſed oportet ꝙ omnes lationes ſint cauſa aſtrorum. Alioquin ſi latio propter aliquam lationem eſt, eadem ratione & illam oportebit eſſe ꝑpter aliã. Et cum non ſit procedere in infinitum, ſequitur ꝙ finis omnis lationis ſit aliquod cœleſtium corporum quæ deferuntur ſicut aſtra: unde impoſſibile eſt eſſe aliquem motum in cœlo, ex quo non poſſit percipi aliqua diuerſitas in aliquo aſtro.

Deinde cum dicit.

Atq; cœlum unum eſſe perſpicuum eſſe uidet. Nam ſi plures ſint cœli perinde ut homines, principium id quod cuiq; accommodatur, ſpecie quidem unum erit, numero autem plura, ſed quę ſunt numero plura, ea materiam habent. Vna enim eſt ratio eademq; multorum, ut, hominis. Socra. autem unus eſt. At quidditas prima, materiei eſt expers. Eſt enim actus. Id ergo quod primum mouet, unũ B eſt & ratione & numero, nullo modo ſubiens motum. Et id ergo quod ſemper continueq; mouetur unum eſt ſolum. Vnum ergo tantũmodo cœlũ eſt.

part. 14. Te. c. 49. Quod autem unum cœlum manifeſtum. Si enĩ plures eſſent cœli ut homines, foret principium qđ circa unũquodq; ſpecie unum, numero uero multa. Sed quęcunq; ſunt numero multa, materiam habent. Vna enim & eadem ratio multorum, ut hominis. Socra. uero unus. Quod autem quodquid erat eſſe, non habet materiam primam. Endelechia .n. Vnum igitur & ratione & numero mouens primum, mobile exiſtens, & motum ergo ſemper & cõtinue unum ſolum. Vnum ergo ſolum cœlum.

Hic excludit tertium per quod poſſet dicta concluſio infirmari. Poſſet enim aliquis dicere quod ſint plures mundi, & in quolibet ſint quod ſphæræ & motus, quot in iſto uel plures, & ſic neceſſe eſt ponere plures ſubſtantias immateriales. Sed hoc excludit dicens manifeſtum eſſe ꝙ ſit unum cœlum tantum. Quia ſi eſſent plures ſm numerum, & in eadem ſpecie, ſicut ſunt plures homines, oporteret etiam quod ſimile iudicium eſſet de primo principio uniuſcuiuſq; cœli, quod eſt mouens immobile, ſicut dictum eſt. Oporteret enim quod plura prima principia eſſent ſpecie unum & numero multa. Sed hoc eſt impoſſibile, quia quæcunq; ſunt unum ſpecie, & plura numero, habent materiam. Non enim diſtinguitur ſm rationem & formam, quia omnium indiuiduorum eſt communis ratio, utpote quæ eſt hominis. Vnde relinquitur quod diſtinguantur per materiam. Et ſic Socra. eſt unus non ſolum ſm rationem ut homo, ſed etiam ſm numerum. Sed primũ principium { cum ſit quodquid erat eſſe, } .i. ſua eſſentia, & ratio non habet materiam, quia eius ſubſtantia { eſt Endelechia, } ideſt actus, materia autem eſt in potentia. Relinquitur igitur quod primum mouens immobile ſit unum, non ſolum ratione ſpeciei, ſed etiam numero. Oportet igitur quod primus motus ſempiternus, qui ab eo cauſatur ſit unus tantum, & per conſequens ſequitur quod cœlum ſit unum tantum. Deinde cum dicit.

Hinc aſſeritur ꝙ unitas principii in diuinitate & in unitate ſubſtantiæ & in ſubſtantiis immaterialibus. Ex immaterialitate primi motoris arguit unitatem eius, & ex hac unitatem mobilis continui. In hoc loco alterca. Ant. an. eſt ſcd̃ Tho. Vide uti. aul deſen. 30.

D At uero tradita quędã ſunt a ueteribus, & uehementer antiquis, modoq; fabulę poſteris relicta, Deos eſſe inquam hos, & ipſum diuinum totam cõtinere naturam. Reliqua uero fabuloſe iam ſunt allata ad perſuaſionem uulgi, atq; ad uſum legum, uitęq; humanę utilitatem. Nam formam humanã his tribuunt, ſimileſq; quibuſdam animalibus eſſe dicunt, atq; alia complura quę ex his emergunt ſimiliaq; ſunt dictis, inſuper afferre uidentur, a quibus ſi quiſpiam primum illud ſeparauerit, ſolumq; ſumpſerit ſeparatum, primas inquam antiquas illas ſubſtantias deos eſſe exiſtimare, putabit diuine dictos fuiſſe ſane, atq; ut ueriſimile eſt, perſæpe qđ fieri poteſt unaquaq; arte ſcientiaq; inuenta, ruſuſ que occidente, has quoq; illarum opiniones uſq; ad E hanc noſtram tempeſtatem, ueluti reliquias perueniſſe, conſeruatas fuiſſe cenſebit. Opinionibus igit patrię, & quę a ueteribus primiſq; nobis eſt tradita, hoc tantum nobis eſt manifeſtum.

Tradita ſunt autem a ſenioribus & antiquis, in fabulæ figura dimiſſa poſterioribus, quia dii ſunt hi, & continet diuinam naturam uniuerſalem. Reliqua uero fabuloſe iam adducta ſunt, ad perſuaſionem multorum, & ad oportunitatem multorum, ad leges etiam conferens. Conformes enim hominibus hos, & aliorum animalium quibuſdam ſimiles dicũt, & his altera conſequentia & dictis ſimilia, a quibus ſi quis ſeparans id accipiat ſolum, ꝙ primũ deos exiſtimauerunt primas ſubſtantias eſſe, & diuine utiq; dictum eſſe putabit, & ſm quandam ueriſimilitudinem. Et ſępe inuenta ad poſſibile unaquaq; & arte phia, & iterum corruptis, & has opiniones eorum quaſi reliquias uſq; nunc ſaluatas eſſe. Paterna quidem igitur opinio, & quę a primis, in tantum nobis manifeſta ſolum. Tex. c. 50. parte 1. F Te. cõ. 51.

Comparat ea quæ inuenta ſunt de ſubſtantiis immaterialibus ad opiniones antiquas & ad uulgares. Et dicit ꝙ ab antiquis phis quædam ſunt tradita de ſubſtantiis ſeparatis, & dimiſſa poſterioribus per modum fabulæ. ſ. quod dii ſunt, & ꝙ id quod eſt diuinum continet totam naturam. Et hoc quidem habetur ex ſuperioribus, ſi omnes ſubſtantiæ immateriales uocentur dii. Si autem ſolum ꝑmum principium uocetur Deus, eſt unus tantum Deus, ut ex prædictis patet. Reliqua uero introducta ſunt fabuloſe ad perſuaſionem multitudinis, quæ nõ poteſt capere intelligibilia. Et ſm quod fuit optimum ad leges ferendas, & ad utilitatem conſeruationis humanæ, ut ex huiuſmodi adinuentis perſuaderetur multitudini, ut intenderent uirtuoſis actibus, & a uitiis declinarẽt. G Et quid ſit fabuloſe introductum exponit ſubdens, quod dixerunt deos eſſe conformes hominibus, & quibuſdam aliorum animalium. Poſuerunt enim fabuloſe homines quoſdam deificatos, & quædam animalia, & quædam conſequentia iſtis, & alia ſimilia dixerunt, ex quibus ſi aliquis hoc ſolum uelit accipere quod primo oſtenſum eſt in præhabitis. ſ. quod dii ſunt quædam ſubſtantiæ immateriales, putabitur eſſe dictum diuine & ſm ueriſimilitudinem. Et hoc ideo eſt, quia quælibet ars & etiam phia, ſæpe fuit inuenta ſm poſſibilitatem humanam & iterum fuit corrupta, uel propter bella impedientia ſtudiũ uel propter inundationes, uel alia huiuſmodi excidia. Et hoc neceſſarium fuit ponere Ariſto. ut poſſit ſaluare æternitatem mundi. Manifeſtum enim erat ꝙ a quodam certo tempore inceperat homines philoſophari & artes adinuenire. Inconueniens autem uidebatur ꝙ infinito tempore fuiſſet abſque his humanum genus. Et ideo dicit ꝙ philoſophiæ & aliæ artes fuerunt multoties inuentæ & corruptæ, & ꝙ opiniones illorum antiquorum quaſi reliquiæ ſaluantur uſq; nunc. Et ultimo concludit quod { prædicta opinio, } ideſt quæ a philoſophantibus habita eſt, poſt quos deſtructa fuit philoſophia ſolum ſic manifeſtat ẽ. ſ. per modum fabulæ, ut ſupra dictum eſt. H

Quædã ab antiqs tradita confirmat aliqua uero exclu ſat. Te. cõ. 38

Artes & ſciæ ſi mundus principiũ nõ habuit, ſæpe corruptę ſęp. iterũ ſic inuẽtæ.

Lectio. XI.

De ipſa uero mente dubitationes quędam exiſtunt. Nam oĩum eorũ quę uidentur, diuiniſſimũ eſſe uidetur. At quonam modo ſeſe habens, ipſa talis erit, quędam difficultates exiſtunt.

Qvę autem circa intellectum, habent quaſdã dubitationes. Videtur quidem enim apparentium diuiniſſimum. Qũo uero habens talis erit, utiq; habet quaſdam difficultates. part. 2.

POSTQVAM Philoſophus determinauit de ſubſtantia immateriali quantum ad eius perfectionẽ, & quantum ad eius unitatẽ, nunc determinat quaſdam dubitationes

Sermo de ſubſt. immobilis intellectualitate Te. c. 36.

I pertinentes ad actionem eius. Oſtēſum eſt enim ſupra, quod prima immaterialis ſubſtantia mouet ſicut intelligibile, & ſicut bonum deſiderabile. Et ideo diuiditur hæc pars in duas. In prima determinat quadam dubia circa primam immaterialem ſubſtantiam; quantum ad hoc quod eſt bonum intelligibile & intellectus. In ſecunda quantum ad hoc quod eſt bonum appetibile. ibi. { Perſcrutandum eſt autem qualiter habet &c. }

Inf. ter. 9

Circa primum duo facit. Primo aſſignat rationem dubitationis circa intellectum primæ ſubſtantiæ. Secūdo dubitationem mouet & determinat ibi. { Nam ſi non intelligat. }

Par. ſe. l. h.

Dicit ergo primo q ea quæ pertinent ad intellectum primæ ſubſtantiæ immaterialis, habent quaſdam dubitatio-

K nes, & uidentur oriri ex hoc. Oſtenderat enim Philoſophus q intellectus intelligens & appetens primum mouens, quod mouet ſicut intelligibile & deſiderabile, habet aliquid ſe dignius. ſ. illud quod intelligitur ab eo & deſideratur. Oſtenderat etiam q ipſum primum intelligibile, eſt etiam intellectus. Vnde poſſet uideri quod pari ratione, haberet aliquid dignius & ſuperius, & q non eſſet ſupremum & optimum, quod eſt contra ea quæ apparent de primo principio. Et ideo dicit hic q uidetur omnibus apparens, q principium ſit digniſſimum.

Quę nam ſit eō dubitandi circa intellectualitatem primi principii. Te. cō. 36

Sed difficultates quædam emergunt, ſi quis uelit aſſignare q̄o ſe habeat, ita { q ſit digniſſimum } .i. optimum & perfectiſſimum. Deinde cum dicit.

Etenim ſi nihil intelligit, ſed ita ſeſe habet, ut is qui dormit, quid nam ipſius excellens, quid egregium erit? Si ĩtelligit, huius uero eſt aliud auctor, non eſt enim id q̃uod eſt ipſius ſubſtantia intellectio, ſed potentia non erit ſubſtantia optima. Per intellectionem enim & quia intelligit pręſtabilitas ipſi nimirum competit atq; ineſt.

parte. 2.

L Nam ſi nō intelligat, quid utiq; erit inſigne? Sed habet ſe quemadmodum ut ſi dormiens. Siue intelligat, huius uero aliud principale, nō enim eſt hoc quod eſt ſua ſubſtantia intelligentia ſed potētia, nō utiq; erit optima ſubſtantia. Per intelligere enim honorabile ei ineſt.

Manifeſtat huiuſmodi difficultates, & circa hoc tria facit. Primo mouet dubitationes Secundo præmittit quædā, quæ ſunt prænecesſaria ad determinationem omnium quæſtionū motarum ibi. { Palam ergo q diuiniſſimum &c. } Tertio ſoluit dubitationes. ibi. { Primum quidem. } Circa primum duo facit. Primo mouet quæſtiones principaliter intētas. Secundo mouet quandam quæſtionem incidentem, cuius ſolutio neceſſaria eſt ad præmiſſas quæſtiones. ibi. { Ergo utrum differt. } Mouet autem primo duas quæſtiones. Prima eſt quomodo intellectus primi mouentis ſe habet ad ſuum intelligere. Secunda quomodo ſe habeat ad ſuum intelligibile. ibi. { Amplius autem ſiue intellectus. } Sciendum eſt ergo q intellectus ad ſuum itelligere poteſt ſe habere tripliciter. Vno modo q non conueniat ei intelligere in actu, ſed in potentia tantum uel in habitu. Alio modo q conueniat ei in actu. Alio modo q ſit ipſum ſuum intelligere ſiue ſua intelligentia quod idem eſt. Dicit ergo q ſi intellectus primi mouentis non intelligat in actu, ſed ſolum in potentia, uel in habitu non erit aliquid nobile. Bonum enim & nobilitas intellectus eſt in hoc q actu intelligit. Intellectus autem intelligens tantum in potentia uel in habitu, ſe habet ſicut dormiens. Nam dormiens habet quidem potētias operum uitæ, ſed opera uitæ non operatur. Vnde ſomnus dicitur eſſe dimidiū uitæ, & ſm ſomnum non differt felix ab infelice, uirtuoſus a uitioſo. Si autē intellectus primi intellectus intelligat quidem actu, ſed principale eius bonū quod eſt operatio eius ſit aliquid aliud ab ipſo

Infr. pt. 5. parte. 6.

Infr. pt. 4. Duplex dubitatio. prima. parte. 3.

An p̄mus ſit intellectus ſemper actu intelligens & ſit idem q ſuum intelligere.

Intellectus ad ſuū intelligere pōt ſe hēre tripliciter.

Somn⁹ dimidium uitæ, quo nō differt felix a miſero.

M quia { eius intelligentia } idest operatio intellectualis ipſius non eſt hoc quod ſua ſubſtantia, comparatur ad ipſum ſicut potentia ad actum & perfectibile ad perfectionem. Et ſic ſequitur q primum intelligens, non ſit optima ſubſtantia. Honorabilitas enim & nobilitas ineſt ei per ſuum intelligere. Nihil autem quod eſt nobile ſm aliud, eſt nobiliſſimum. Sic igitur uidetur ſequi quod ſubſtantia p̄mi intelligentis nō ſit optima, ſiue intelligat in potentia tantum, ſiue in actu, niſi ponatur cum hoc quod ſua ſubſtantia ſit ſuum intelligere, ut poſt determinabit. Deinde cum dicit. N

Pręterea ſiue intellectus ſiue intellectio ſit ipſius ſubſtantia, quid intelligit? Aut enim aliud quippiā aut ſeipſam intelligit. Et quippiam aliud, aut idem ſemper, aut aliud aliudq; intelligit.

Amplius autem ſiue intellectus ſit ſua ſubſtantia, ſiue intelligētia, quid intelligit? Aut. n. ſeipſum, aut alterum aliquid. Aut idem ſemper, aut aliud. parte 3.

Antequam ſoluat poſitam quæſtionem, mouet aliam de intelligibili. Vnde dicit quod ſiue ſubſtantia primi mouentis ſit intellectus, quaſi quædā potentia intellectiua, ſiue { ſit intelligentia } id eſt actus intellectus, id eſt intelligere, quod prima quæſtio quærebat, quærendum reſtat quid intelligit? Aut enim intelligit ſeipſum, aut aliquid aliud. Si intelligit aliquid aliud, aut intelligit ſemper idem, aut oportet quod intelligat aliud & aliud, quandoq; ſcilicet hoc quandoque illud. Deinde cum dicit. O

Secūda dubitatio. Quid eſt obiectū intellect⁹ p̄mi.

Intereſt ne igitur, an nihil refert bonum, an quod uis ſine diſcrimine ullo intelligat? Aut & abſurdū eſt de quibuſdam intelligere?

Ergo utrum differt aliquid aut nihil, intelligere bonum, aut còntingēs? Aut inconueniens meditari de quibuſdam? part. 4.

Antequam ſoluat præmiſſas quæſtiōes, interponit quandam quæſtionem, cuius ſolutio ualet ad determinationem p̄miſſarum. Et eſt quæſtio utrum ad nobilitatem uel perfectionem intellectus aliquid differat uel nihil, quod intelligatur aliquid bonum & nobile, aut quodcunq; conuenit. Et quod differat quodam ſigno oſtendit, quia inconueniens uideretur & abſurdum quod aliquis meditetur, & operationem ſui intellectus occupet circa quædam uilia. Quod non eſſet ſi nō pertineret ad nobilitatem intellectus nobilitas intelligibilis, ſed indifferens eſſet intelligere nobilia & uilia Hoc. n. oīno eſt impoſſibile. Manifeſtum eſt. n. q operationes ſm propria obiecta ſpecificantur. Vnde oportet q quanto nobilius eſt obiectū tanto nobilior ſit operatio. Deinde cum dicit. P

Tert a dubitatio, ſed incidentalis.

An pręſtare dicet nobilitati intellect⁹ aliud intelligere. Solutio hęc, approbans partem affirmatiuā.

Patet ipſum igitur id quod diuiniſſimum eſt, omniumq; pręſtantiſſimum, intelligere ac nō mutari. Ad deterius enim eēt ipſa mutatio, atq; id ipſum iam motio quędam eſſet.

Palam ergo quod diuiniſſimum & honorabiliſſimum intelligit. Et non tranſmutatur. In indignius enim tranſmutatio. Et motus quidam iam tale. part. 5.

Præmittit quædam neceſſara ad ſolutionem principaliū quæſtionum. Et primo ponit duo, quorum primum concludit ex ſolutione interpoſitæ quæſtionis. Si enim differt ad nobilitatem intellectus intelligere bonum, aut quodcunq; contingens, ut dictum eſt, manifeſtum eſt quod cum primus intellectus ſit nobiliſſimus, quod intelligit aliquid diuiniſſimum & honoratiſſimum. Secundum quod determinata eſt ſolutio ultimæ partis ſecundæ quæſtionis principalis. Quærebatur enim utrum intellectus p̄mi mutaretur de uno in aliud. Et patet quod non mutatur de uno intellecto in aliud, quia cum intelligat diuiniſſimum, ſi mutaretur in aliud intelligibile, eſſet eius mutatio in aliquid indignius, quod non competit alicui niſi tendenti in defectionem & corruptionem. Iterum hoc ipſum quod eſt tranſire de uno intellecto in aliud, eſt quidam motus. Vnde non poteſt competere p̄mo mouenti, cum ſit omnino immobile. Deinde cum dicit. Q

Diuidit ſecundā partem ſecundæ quæſtionis.

Diuinus intellectus ſi mutaſ de uno intellecto ī aliud.

Primum igitur ſi non ſit intellectio, ſed potentia, conſonū eſt rōni continuationem intellectionis ipſis laborioſam eſſe.

Primum quidem igitur ſi non eſt intelligentia, ſed potentia, rationabile eſt laborioſam eſſe ei continuationem intelligentię. parte 6

Iuſt.ꝑ.9
Soluit pri mã q̃ōnẽ.

A Soluit prius poſitas quæſtiones, & primo ponit ueritatem primæ. Secũdo ueritatem ſecundæ ibi. { Deinde palã &c. } Veritatem autem primæ quæſtionis manifeſtat dicens, ꝙ ſi ſubſtantia { primi non eſt intelligentia, } .i. ipſum ſuum intelligere, ſed eſt potentia quædam intellectiua { rationabile eſt, } ideſt probabiliter uidetur ſequi ꝙ { continuo intelligẽtiæ, } ideſt operationis intellectualis, ſit ei laborioſa. Quod enim eſt in potentia ad aliquid, ſe habet ad hoc & ad eius oppoſitum, quia quod poteſt eſſe, poteſt non eſſe. Vnde ſi ſubſtãtia primi comparatur ad intelligere ſicut potentia ad actum, quantum eſt de ratione ſuæ ſubſtantiæ, poterit intelligere, & non intelligere. Non ergo inerit ei ex ſua ſubſtantia ꝙ continue intelligat. Vt autem non ſe habeat aliquando ſicut dormiens, neceſſe eſt ꝙ continuationem intelligentiæ adipiſcatur ex aliquo alio. Quod autem aliquis adipiſcitur, & non habet hoc ex ſui natura, probabile eſt ꝙ ſit ei cum labore, eo quod ſic inuenitur in nobis. Nam incontinue operãdo laboramus.

Intelligere dei eſt ſua ſubſtantia.

B Nõ autem eſt neceſſarium, quia quod aliquid acquirit ab alio non eſt laborioſum, niſi uel ipſum, uel aliquid aliud continuãs ipſum ſit contra naturam. Vnde licet continuitas motus cœli dependeat ab extrinſeco, non tamen cœlum mouetur cum labore. Fuit igitur Ariſ. hic contentus inducere ad inconueniẽs quod probabiliter ſequitur, quia inconueniens quod ex neceſſitate ſequitur eſt manifeſtum .ſ. ꝙ bonum & perfectio primi mouentis dependeat ab aliquo ſuperiori. Non .n. eſſet primum & optimum. Deinde cum dicit.

Acceptum ab alio nõ eſt laborioſum, niſi ſit cõtra naturam accipientis.

Demum patet aliquid aliud quam mentem id eſſe quod eſt, præſtabilius, ipſum inquam quod intelligitur. Præterea ipſum intelligere ac intellectio ipſi inerit teterrimum quoque intelligenti. Quare ideſt fugiendum, præſtat enim non uidere aliqua, quam uidere. Et non erit ipſa intellectio id quod eſt optimum. Seipſam ergo intelligit, ſi eſt omnium optimum.

C **Deinde palam quia aliud aliquid erit dignius quam intellectus ſcilicet intellectum. Etenim intelligere & intelligentia inerit indigniſſimum intelligenti. Quare fugiendum hoc. Etenim non uidere quidem quædam, dignius q̃ uidere. Non ſi ſit optimum intelligentia. Seipſum ergo intelligit, ſi quidem eſt potentiſſimum.**

Soluit ſecũdam q̃ōnẽ.

Soluit ſecundam quæſtionem, & circa hoc tria facit. Primo determinat ueritatem ſecundæ quæſtionis. Secũdo obiicit in contrarium, ibi { Et eſt intelligentia &c. } Tertio ſoluit, ibi. { Aut in quibuſdam. } Dicit ergo primo ꝙ poſtquam oſtenſum eſt, ꝙ ſubſtantia primi non eſt potentia intellectiua ſed eſt ipſa intelligentia, ex hoc palam eſt ꝙ ſi primum non intelligit ſeipſum, ſed aliquid aliud, ſequitur ꝙ aliquid aliud erit dignius quam primum, ideſt intellectum ab ipſo. Quod ſic probat. Ipſum intelligere in actu quod eſt intelligentia, cõuenit alicui etiam intelligenti quodcunq; indigniſſimum. Vnde patet ꝙ intelligere aliquod in actu, eſt fugiendum, quia dignius eſt ꝙ quædam non uideantur in actu, quam ꝙ uideantur.

Intellectus diuinus nõ intelligit aliud a ſe, quia ſenſus.

D Non autem hoc eſſet, ſi intelligentia eſſet optimum, quia tunc nullum intelligere eſſet uitandum. Cum ergo aliquod intelligere ſit uitandum propter indignitatem intelligibilis, relinquitur ꝙ nobilitas eius quod eſt intelligere, dependeat ex nobilitate intelligibilis. Dignius eſt igitur ipſum intellectum quam ipſum intelligere. Cum igitur oſtenſum ſit ꝙ primum ſit ſuum intelligere. Sequitur ſi intelligat aliud a ſe, ꝙ illud aliud erit eo nobilius. Cum igitur ipſum ſit nobiliſſimum & potentiſſimum, neceſſe eſt ꝙ intelligat ſeipſum, & ꝙ in eo ſit idem intellectus & intellectum. Conſiderandum eſt autẽ ꝙ Philoſophus intendit oſtendere, ꝙ Deus nõ intelligit aliud ſed ſeipſum, inquantum intellectum eſt perfectio intelligentis, & eius quod eſt intelligere. Manifeſtum eſt autem ꝙ nihil aliud ſic poteſt intelligi a deo, ꝙ ſit perfectio intellectus eius. Nec tamen ſequitur ꝙ omnia alia a ſe ſint ei ignota. Nam intelligendo, ſe intelligit omnia alia. Quod ſic patet. Cum enim ipſe ſit ipſum ſuum intelligere, ipſum autem eſt digniſſimum & potentiſſimum, neceſſe eſt ꝙ ſuum intelligere ſit perfectiſſimum. Perfectiſſime ergo intelligit ſeipſum. Quanto autem aliquod principium perfectius intelligitur, tanto magis intelligitur in eo effectus eius. Nam principiata continentur in uirtute principii. Cum igitur a primo principio, quod eſt Deus, depẽdeat cœlum & tota natura, ut dictum eſt, patet ꝙ deus cognoſcendo ſeipſum, omnia cognoſcit. Nec uilitas alicuius rei intellectæ derogat dignitati ipſius. Non intelligere actu aliquod indigniſſimum eſt fugiendum, niſi inquantum intellectus in eo ſiſtit, & dũ illud actu intelligit, retrahitur a dignioribus intelligendis. Si enim intelligendo aliquod digniſſimum etiam uilia intelligantur, uilitas intellectorum intelligentiæ nobilitatem non tollit. Deinde cum dicit.

Quomodo deus intelligat ſe ſolũ & cum hoc & alia a ſe ſed per ſe.

B

Te.cõ. 38
Deus intelligit q̃cũq; uilia abſq; preiudicio ſuæ perfectionis.

Atq; intellectio ipſa intellectionis eſt intellectio. Atqui ſciẽtia, & ſenſus, & opinio, atq; ratio, ſemper alicuius eſſe uidetur, quod quidem eſt aliud. Sui uero non ex propoſito.

F

Et eſt intelligentia intelligentię intelligentia. Videtur aũt ſemper alius ſciẽtia, & ſenſus, & opinio, & meditatio. Ipſius autem in acceſſorio.

Obiicit contra ueritatem determinatam dupliciter. Primo quidem, ſic primum intelligit ſeipſum, ut oſtenſum eſt, & iterum ſupra oſtenſum eſt ꝙ primum eſt ſua intelligentia. Ergo intelligentia primi non eſt aliud quam intelligentia intelligentiæ. Sed hoc eſt contra id quod uidetur, quia actus ſenſus & ſcientia & opinio & meditatio ſemper uidentur eſſe alterius. Et ſi aliquando ſint ſuiipſius, ſicut cum aliquis ſentit ſe ſentire, uel ſcit ſe ſcire, uel opinatur ſe opinari, uel meditatur ſe meditari, hoc eſt quidem præter opus uel præter actum ꝓncipalem. Nam hic uidetur ꝓncipalis actio, ut aliquis intelligat intelligibile. Quod autem aliquis intelligat ſe intelligere intelligibile, hoc uidetur eſſe præter principalem actum quaſi acceſſoriorum quoddam. Vnde ſi intelligere primi non ſit niſi intelligentia intelligentiæ, uidetur ſequi ꝙ ſuum intelligere non ſit principaliſſimum.

Obiicit duplici iter contra datam ſententiam.

Actus rectus principal a reflexiuis acceſſorius.

G **Pręterea ſi aliud eſt intelligere, aliud intelligi, utro duorum iſtorum ineſt ipſi ratio boni? Nõ eſt enim intellectionis eſſe, & eius eſſe quod intelligit.**

Amplius ſi aliud eſt intelligere, & intelligi, ſecũdum quid ei quidem ipſum bene ineſt? Non enim idem eſſe intelligentię & intellecto.

Secundo obiicit alio modo. Manifeſtum eſt ꝙ aliud eſt intelligere & itelligi. Et ſi contingat ꝙ idem ſit ſubiecto intellectus & ipſum intellectum, non tamen ſunt idem ratione. Si ergo primum eſt ſuum intelligere, & eſt ipſum quod intelligitur, quod eſt optimum, uidebitur dubium remanere ſecundũ quid inſit ei hoc quod eſt bene eſſe eius, utrum ſcilicet ſecũdũ hoc quod eſt intelligentia, uel ſm quod eſt intellectum. Deinde cum dicit.

Secunda obiectio.

An in quibuſdam ſcientia res eſt ipſa? In effectricibus quidem, ſubſtantia ipſaq; quidditas ſine materia. In contemplatricibus autem, ipſa ratio ac intellectio. In his igitur quæ materiam non habent, id qđ intelligit, intellectuſq; ipſe, non diuerſum erit ſed idem, & intellectio eius quod intelligitur una.

H

An in quibuſdam ſcientia res? In factiuis quidẽ, ſine materia. Subſtãtia enim & quodquiderateſſe, In theoricis uero, ratio, res, & intelligentia. Non altero igitur exiſtente eo quod intelligitur & intellectu, quęcunq; non materiam habent, idem erunt. Et intellectio eius quod intelligitur, una.

Solutio obiectionum. Scientia duplicater.

Soluit poſitas obiectiones dicens, ꝙ in quibuſdam res ſcita idem eſt quod ſcientia. Et hoc manifeſtat diuidendo ſcientiã. Nam ſcientia alia eſt factiua, & alia ſpeculatiua. In factiuis autem ſcientiis, res ſcita, ſine materia accepta, eſt ipſa ſcientia. Sicut patet ꝙ domus ſine materia prout eſt in mente ædificatoris, eſt ipſa ars ædificatiua. Et ſimiliter ſanitas in mente medici, eſt ars medicatiua. Et ſic patet ꝙ ars factiua nihil aliud

In factiuis & in ſpeculatiuis ſcientiis ſcientia & res ſcita ſunt idem ſed diuerſimode.

I eſt quam ſubſtantia rei factæ, & quodquideratesse eius. Omnis enim artifex procedit in opus ex eo q conſiderat quid eſt qood operari intendit. In ſpeculatiuis uero ſcientiis manifeſtum eſt, q ipſa ratio diffinitiua rei eſt res ſcita, & eſt ipſa ſciẽtia ſiue intelligentia. Per hor enim eſt ſciens intellectus, per quod habet rationem rei. Cum igitur intellectus in actu & intellectom, non ſit alterum, in his quæcunq; materiã non habent, manifeſtum eſt q in ſubſtantia prima quæ maxime rrmota eſt a materia, maxime idem eſt intelligere & intellectum. Et ſic una eſt intrlligentia intellecti tantum, & non eſt aliud intelligentia intellecti, & aliud intelligentia intelligentiæ. Deinde cum dicit.

Reſtat igitur dubitatio, ſi id quod intelligitur ſit compoſitum. Nam in totius partis intelligendis mutabitur.

Adhuc autem reſtat dubõ, ſi compoſitum eſt qđ intelligitur. Trãſmutabitur enim partibus totius.

K Mouet tertiam dubitationem præter duas prius determinatas. Cum enim oſtenſum ſit q primum intelligit ſeipſum. Aliquid autem intelligitur dupliciter. Vno modo per modũ ſimplicis intrllrctus, ſicut intrlligimus quodquideſt. Alio modo per modum rompoſiti, ſicut intelligimus enunciationem. Reſtat igitur quærendum, utrum primum intelligat ſeipſum per modum intellectus ſimplicis aut compoſiti. Et hoc eſt qđ dicit, quod reſtat dubitatio ſi quod intelligitur a deo eſt compoſitum. Oſtendit autem q non ſit compoſitom cum dicit. Tranſmutabitur enim & hoc tripliciter. Primo quidem ſic. In omni intellectu rompoſito ſunt plures partes, quæ ſeorſum intelligi poſſunt. Licet enim hoc intellectum compoſitũ quod eſt. Homo currit, prout eſt unum intellectum rompoſitum, ſimul intelligatur, tamen partes eius ſeorſum intelligi poſſunt. Poteſt enim intelligi hoc quod eſt Homo per ſe, & hoc quod eſt Currit. Sic igitur quicunq; intelligit aliquod intellectum compoſitum, poteſt tranſmutari intelligendo de una parte in aliam. Si igitur intellectum primum ſit rompoſitum, ſequitur quod poteſt tranſmutari intelligendo de par-

L te in partem. Cuius contrarium ſupra oſtenſum eſt.

Tertia dubitatio principalis An Deus intelligat ſe ut cõplexũ uel incomplexum.

Probat rõ. bus tribus q nõ ſit intellectum quod dam ut cõpoſitum. Prima rõ.

An id omne eſt indiuiſibile quod materiam non habet, ut mens humana.

Aut indiuiſibile omne quod non habet materiã, ut humanus intellectus.

Secũda rõ. Secundam rationem ponit, quæ talis eſt. Omne quod nõ habet materiam, eſt ſimplex & indiuiſibile. Srd intellectum primom eſt immateriale. Ergo eſt ſimplex & indiuiſibile. Ponit autem exemplum de humano intellectu. Quod quidem exemplum potrſt dupliciter intelligi. Vno modo ſm ſimilitudinem, ut intrlligatur quod humanus intellectus ſit ſm ſuã eſſentiam indiuiſibilis, quia eſt forma omnino immaterialis. Alio modo & melius poteſt intelligi ſecundum diſſimilitudinem, ut ſit ſenſus quod humanus intellrctus intrlligit compoſitũ, quia accipit ſua intelligibilia a rebus materialibus, quod non eſt de intellectu primi.

Aut compoſitorum aliquo in tempore ſic ſe habet, ſed in quodam toto ipſum optimum habet, qđ quidem aliud eſt ab ipſa. Sic ſeſe habet ipſa intelle-

M **ctio ſuiipſius omni ęternitate.**

Aut quod quidem compoſitorum habet in aliquo tempore. Non enim habet ipſum bene in hoc aut in hoc, ſed in toto quodam quod optimum, & ens aliquid aliud. Sic autem habet ipſa ſuiipſius intelligentia toto ęterno.

Tertia rõ. Tertiam rationem ponit, quæ talis eſt. Intellectus qui eſt intelligibilium rompoſitorum, habet ſuam perfectionrm, nõ ſemper, ſed in aliquo tempore. Quod ſic patet, quia non habet ſuum bonũ in hac parte uel in illa, ſed illud quod eſt optimum eius, eſt quoddam aliud quod eſt in quodam toto. Vnde etiam uerum quod eſt bonum intellectus, non eſt in incõplexis, ſed in complexo. Simplicia autem priora ſunt generatione & tempore quam rompoſita, onde illud quod non habet ſuum bonum in partibus quæ ſeorſum accipi poſſunt, ſed in toto quod ex eis conſtituit, habet ſuũ bonũ per aliqđ tẽpus, N
& nõ ſemper. Sed intelligentia primi quæ eſt ſuiipſius, æternaliter & eodem modo ſe habet. Lectio. XII.

Conſiderandum etiam eſt, utro nam modo uniuerſi natura bonum ipſum atque optimum habet. Vtrum ſeparatum quoddam & per ſeipſum, an ordinem ipſum.

PErſcrutãdum autem eſt qualiter habet totius natura bonum & optimum, utrum ſeparatum quid & ipſum ſm ſe, aut ſecundum ordinem. Te. cõ. 52

POSTQVAM Philoſophus oſtendit qualiter primom mouens eſt intelligens & intelligibile, hic intendit inquirere qualiter primum mouens ſit bonum & appetibile, & circa hoc duo facit. Primo oſtendit qualiter ſe habeat bonũ in uniuerſo ſm opinionem propriam. Secundo ſm opinionẽ aliorum, ibi. { Quæcunq; uero impoſſibilia. } Circa primum O
duo facit. Primo mouetur quæſtionem. Secundo ſoluit eam ibi. { Aut utroq; modo &c. } Oritur autem iſta quæſtio ex hoc quod ſupra dictum eſt, q primum mouens mouet ſicut bonum & appetibile. Bonum enim ſm q eſt finis alicuius eſt duplex. Eſt enim finis extrinſecus ab eo quod eſt ad finem, ſicut ſi dicimus locum eſſe finem eius quod mouetur ad locũ. Eſt etiam finis intra, ſicut forma finis generationis & alterationis, & forma iam adepta, eſt quoddam bonum intrinſecũ eius cuius eſt forma. Forma autem alicuius totius, quod eſt unum per ordinationem quandam partium, eſt ordo ipſius. Vnde relinquitur q ſit bonum eius. Quærit ergo Philoſophus utrũ natura totius uniuerſi habeat bonum & optimum, id eſt finẽ proprium quaſi aliquid ſeparatum a ſe. Vel habeat bonum & optimum in ordine ſuarum partium, per modum quo bonum alicuius rei naturalis eſt ſua forma. Deinde cum dicit.

Sermo de bõitate primi principij & uniuerſi. Finis duplex.

Quomodo Aueroes uniuerſi ſit eſt intrinſecus an extrinſecus.

An utroq; modo perinde, atq; excercitus. Nam bonum ipſius in ordine cõſiſtit, & inſuper bonum ipſius eſt ipſe Dux, atq; magis. Non eſt. n. ob ordinẽ P
ipſe Dux, ſed ob ducem eſt ille.

Aut utroq; modo, ſicut excercitus. Etenim in ordine ipſum bene & Dux excercitus, & magis iſte. Non enim iſte propter ordinem, ſed ille propter hunc eſt.

Soluit propoſitam quæſtionem, & circa hoc duo facit. Primo enim oſtendit q uniuerſum habet bonum ſeparatum, & bonum ordinis. Secundo oſtendit qualiter partes uniuerſi ſe habent ad ordinem, ibi. { Omnia uero ordinata. } Dicit ergo primo q uniuerſum habet utroq; modo bonum & finẽ. Eſt enim aliquod bonum ſeparatum quod eſt primum mouens, ex quo dependet cœlum & tota natura, ſicut ex fine & bono & appetibili, ut oſtenſum eſt. Et quia omnia quorum unum eſt finis, oportet q in ordine ad finem conueniant, neceſſe eſt q in partibus uniuerſi ordo aliquis inueniatur. Et ſic uniuerſum habet & bonum ſeparatum, & bonum ordinis. Sicut uidemus in exercitu. Nam bonum exercitus eſt, & in ipſo ordine exercitus, & in Duce qui exercitui præſidet. Sed magis eſt bonum exercitus in Duce quam in ordine, quia finis potior eſt in bonitate his quæ ſunt ad finem. Ordo autẽ exercitus eſt propter bonum Ducis adimplendum. Ducis uoluntatem in uictoriæ conſecutionem. Non autem econuerſo, bonum Ducis eſt propter bonom ordinis. Et quia ratio eorum quæ ſunt ad finem ſumitur ex fine, ideo neceſſe eſt q non ſolum ordo exercitus ſit propter Ducem, ſed etiam q a Duce ſit ordo exercitus, cum ordo exercitus ſit propter Ducem. Ita etiam bonum ſeparatum quod eſt primum mouens, eſt melius bonum bono ordinis quod eſt in uniuerſo. Totus enĩ ordo uniuerſi eſt propter primum mouentem, ut. ſ. explicetur in uniuerſo ordinato id quod eſt in intellectu & uoluntate primi mouentis. Et ſic oportet q a primo mouente ſit tota ordinatio uniuerſi. Deinde cum dicit.

Hic utroq; modo dicit & bonũ eſſe uniuerſi.

Te. cõ. 38

Q

Vniuerſa autem ſunt aliquo modo, ſed non ſimiliter ordinata, aquatica, uolatilia, plantæ, & non ita ſeſe habent, ut alteri non ſit quicquam ad alterum,

A ſed eſt aliquid plane. Nam ad unum quidem uniuerſa ſunt ordinata. Sed perinde atq; in domo liberis quidē minime licet quoduis facere, ſed omnia ſunt aut plurima ordinata. Mancipia autem ferę; pauca ſane, parumq; ad ſocietatem conferentia faciunt. Pleraq; uero nihil ad eandem conducentia agunt. Natura nanq; cuiuſq; ipſorum tale principium eſt. Dico autem hoc pacto. Omnia ad ſegregationē uenire neceſſe eſt. Et alia ita ſunt, quorum res oēs pticipes ſunt ad ipſius totius cōſtitutionē.

Omnia uero coordinata ſunt aliqualiter, ſed nō ſimiliter, & uolatilia, & natatilia, & plantę. Et non ſic ſe habent ut non ſit alteri ad alterum nihil, ſed eſt aliquid. Ad unum quidem enim omnia coordinata ſunt. Sed quemadmodum in domo, liberis nō
B licet quod contingit facere, ſed omnia aut plurima ordinata ſunt: ſeruis uero & beſtiis parum quod
Tex.co.52. ad commune, multum uero quod contingit. Tale nanque cuiuſque principium ipſorum natura eſt, dico autem puta ad diſcerni, neceſſe quoque omnibus uenire. Et alia ſic ſunt quibus communicant omnia ad totum.

Oēs partes uniuerſi ſūt ordinatæ ad bonū toti⁹ uniuerſi, ſʒ nō ſīr oēs.

Oſtendit qualiter partes uniuerſi ſe habent ad ordinem, dicens q; omnia quæ ſont in uniuerſo ſunt aliquo modo ordinata, ſed non ſimiliter omnia habent ordinem. ſ. animalia marina, & uolatilia, & plantæ. Et tamen licet non ſint eodem modo ordinata, non ita ſe habent q; unum eorum non pertineat ad alterum. Sed eſt aliqua affinitas & ordo unius ad alterum. Plantæ enim ſunt propter animalia, & animalia ſunt propter homines. Et q; omnia ſint ordinata adinuicem, patet ex hoc q; omnia ſimul ordinantur ad unum finem. Sed q; omnia ſic ſint ſimiliter ordinata, manifeſtatur per quoddam exemplū.
C In aliqua enim domo uel familia, ordinata inueniuntur diuerſi gradus. Sicut ſub patrefamilias eſt primos gradus filiorū. Alius autem gradus eſt ſeruorum. Tertius uero gradus eſt beſtiarum quæ ſeruiunt in domo, ut canes & huiuſmodi animalia. Huiuſmodi enim gradus diuerſimode ſe habent ad ordinē domus, qui imponitur a patrefamilias gubernatore domus. Filiis enim non competit ut faciant aliquid caſualiter & ſine ordine, ſed omnia aut plura eorum quæ faciūt ordinata ſunt. Non autem ita eſt de ſeruis aut beſtiis, quia parum participāt de ordine qui eſt ad commune. Sed multum inuenitur in eis de eo quod contingit, & caſualiter accidit. Et hoc ideo, quia paruam affinitatem habent cum rectore domus, qui intendit bonum domus commune. Sicut autem imponitur in familia ordo per legem & præceptum patrisfamilias, qui eſt principium unicuiq; ordinatorum in domo, exequendi ea quæ pertinent ad ordinem domus, ita natura in rebus naturalibus eſt principium exequendi unicuiq;, id quod competit ſibi de ordine uniuerſi. Sicuti is qui eſt in domo per præceptum patrisfamilias ad aliquid inclinatur, ita aliqua res naturalis per na-
D turam propriam. Et ipſa natura uniuſcuiuſq; eſt quædam inclinatio indita ei a primo mouente, ordinans ipſam in debitum finem. Et ex hoc patet q; res naturales agunt propter finem, licet finem non cognoſcant, quia a primo intelligente aſſequuntur inclinatione in finem. Sed tamen non ſimiliter omnia iſta ſe habent ad iſtum finem. Eſt enim aliquid commune omnibus, quia neceſſe eſt q; omnia ad hoc perueniant q; diſcernantur. i. q; habeant diſcretas & proprias operationes, & q; etiam ſm ſubſtantiam adinuicem diſcernantur. Et quantū ad hoc in nullo deficit ordo. Sed quædam ſunt quæ non ſolū hoc habent, ſed ulterius talia ſunt q; oia quæ ſunt in eis { cōmunicant ad totum } .i. ſunt ordinata ad bonum commune totius. Hoc autem inuenitur in illis in quibus nihil eſt præter naturam, neq; caſualiter, ſed omnia ſm debitum ordinem procedunt. Manifeſtum eſt enim q; unaquæq; res naturalis, ut dictum, eſt ordinata ad bonum commune ſm ſuam actionem debitam naturalem. Vnde illa quæ nunquam deficiunt a ſua actione debita & naturali, habent omnia ſua communicantia
E ad totum. Illa uero quæ aliquando deficiunt ab actione debita & naturali, non habent omnia ſua communicantia ad totum, ſicut huiuſmodi corpora inferiora. Eſt ergo ſumma ſolutionis q; ordo duo requirit. ſ. ordinatorum diſtinctionem, & communicantiam diſtinctorum ad totum. Quantum autem ad primum indeficienter eſt ordo in omnibus. Quantum autem ad ſecundum eſt quidam ordo indeficienter in aliquibus, quæ ſunt ſupma & proxima primo principio, ſicut ſubſtantiæ ſeparatæ & corpora cœleſtia in quibus nihil caſualiter accidit & præter naturam. In aliquibus autem deficit. ſ. corporibus in quibus interdum aliquid accidit caſualiter præter naturam. Et hoc propter remotionem a primo principio ſemper eodem modo ſe habente. Deinde cum dicit.

Non lateant autem oportet quæ impoſſibilia aut abſurda iis eueniunt, qui alias dicunt, & quędā aſſerunt, qui elegantius dicunt, & in quibus minime dubitationes exiſtant. F

Quæcunque uero enim impoſſibilia accidunt aut abſurda aliter dicentibus, & qualia gratioſius dicentes, & in quibus minime dubitationes oportet non latere.

De bono ordine uniuerſi ſm opiniones aliorum.

Determinat de bono & ordine uniuerſi ſm opinionē aliorum, & circa hoc duo facit. Primo manifeſtat de quo eſt intentio, dicens q; oportet dicere quæcunq; impoſſibilia aut abſurda accidunt illis, qui aliter dicunt de bono & ordine uniuerſi ſcilicet quam nos. Et oportet dicere etiam qualia dicunt illi qui melius loquuntur, & in quorum dictis pauciores dubitationes apparent.

Omnes enim ex contrariis omnia faciunt. At neque hoc ipſum omnia, neque hoc ipſum ex contrariis, recte dicunt, nec quo pacto ex contrariis erunt ea in quibus eſt contrarietas dicere quicq̄ uident.

Omnes. n. ex contrariis faciunt omnia. Neq; autem q; omnia, neque ex contrariis recte, nec in qui- G buſcunq; contraria ſunt, quomodo ex contrariis erunt, non dicunt.

proponit q; in tribus defecerūt antiqui ponēt res pncipia contraria.

Proſequitur ſuam intentionem, & circa hoc duo facit. Primo ponit opinionem illorum, qui poſuerunt principia eſſe cōtraria. Secundo eorum qui poſuerunt principia eſſe naturas quaſdam ſeparatas. ibi. { Amplius ſi non erunt &c } Circa primum duo facit. Primo proponit, in quo deficiāt illi qui dicūt principia eſſe contraria, dicens quod omnes antiqui philoſophi poſuerunt omnia eſſe ex principiis contrariis. Et quantum ad tria non recte dixerunt. Neq; enim recte dixerunt in hoc q; poſuerunt res eſſe ex contrariis, neq; etiam in hoc q; dixerunt oia ex contrariis. Et tertio defecerunt in hoc q; non dixerunt qūo ex contrariis res producantur. Secundo ibi.

Pati nanq; a ſeſe mutuo contraria nequeūt. A nobis autem cum ratione id ſoluitur, propterea quod tertium quippiam eſt. At quidam contrariorum alterum numerum faciunt, ut ii qui inęquale ęquali: aut uni multa ſupponunt. Soluitur autem & hoc H eodem modo. Materies enim quę quidē ē una, nulli prorſus contraria eſt.

Impaſſibilia nāq; ſunt contraria adinuicem. Non autem ſoluitur hoc rationabiliter, eo q; tertium aliquid ſit. Alii uero alterum cōtrariorum materiam faciunt, quemadmodum quidem eſt inęquali, aut uni multa. Soluitur autem & hoc eodem modo. Materia enim quę una, nulli eſt contraria.

Manifeſtat quomodo in prædictis tribus defecerunt, & primo quomodo defecerunt in hoc q; poſuerunt eſſe res ex cōtrariis. Secundo in hoc q; poſuerat omnia eſſe ex contrariis, ibi. { Amplius omnia primā participationem. } Tertio quomodo defecerunt in hoc q; non dixerunt quomodo ex contrariis res ſint. ibi { omnes autem contraria dicentes &c. }

I Dicit ergo primo q non recte dicunt res eſſe ex contrariis, qa contraria ſm ſe accepta ſunt impaſſibilia adinuicem. Non.n. albedo patitur a nigredine, neq; econuerſo. Nõ autem ex eis poſſet aliquod unum conſtitui niſi adinuicem paterentur, ot ſic reducantur ad aliquod medium. Sed hæc dubitatio ſm ſententiam Ariſto. de facili ſoluitur. Quia Ariſto. poſuit præter duo contraria eſſe tertium principium quod eſt materia. Sic ergo unum contrariorum poteſt pati a reliquo, inquantũ materia ſubiecta uni contrario, ab aliquo patitur. Sed alii poſuerunt materiam eſſe alterum cõtrariorum, & non aliquid præter contraria. Sicut patet de illis qui poſuerunt iſta contraria eſſe principia, inæquale & æquale, unũ & multa. Attribuebãt enim inæqualitatem & multitudinem materiæ, æqualitatem & unitatẽ formæ, ſicut patet de opinione Platonis, licet phi naturales poſuerint contrarium. Sed hoc eorum dictum ſoluitur eodem modo, quia materia quæ una eſt, quaſi cõe ſubie-

Oſtendit q antiqui defecerũt ponentes res fieri ex contrariis.

K ctum contrariorum, nulli eſt contraria. Deinde cum dicit.

Præterea quoduis aliud præter ipſum unum, mali particeps erit. Ipſum enim malum elementorum alterum eſt.

Amplius autem omnia praui participatione ſunt extra unum. Nam prauũ ipſum alterum elntorũ.

Ex dictis antiquorũ ſequit oia participare malo excepto uno.

Manifeſtat Philoſophus quomodo defecerunt dicẽdo omnia eſſe ex contrariis, & circa hoc duo facit Primo oſtendit inconueniens quod ex hac poſitione ſequitur. Manifeſtum eſt.n. q prima contrariorum genera, ſunt bonum & malum, quia ſemper alterum contrariorum eſt ut priuatio, & ita habet rationem mali. Si ergo omnia ſunt ex cõtrariis, ſequitur q omnia participent malo præter unum, ſcilicet bonum quod eſt principium. Nam alterum elementorum ponitur eſſe bonũ. Omnia uero alia ponuntur eſſe ex his duobus principiis. Hoc autem non eſt uerum, quia in corporibus cœleſtibus, & natura ſubſtantiarum ſeparatarum, non inueniuntur corruptio & malum. Secundo ibi.

L Ceteri uero neq; principia bonum ipſum, ac malum faciunt, & tamẽ i uniuerſis bonum ipſum maxime principium eſſe conſtat.

Alii autem nec principia bonum aut malũ, quãuis in omnibus maxime quod bonum principiũ.

Quidã ſolũ bonũ poſuerunt rerũ pncipiũ.

Oſtendit q poſitio ponentium omnia ex contrariis, non conuenit poſitioni quorundam philoſophorum. Si enim omnia ſunt ex contrariis, ſequitur (ut dictum eſt) quod prima pncipia ſint bonum & malum. Sed quidam non poſuerunt bonum & malum eſſe principia, ſed id quod eſt bonum, eſſe pncipium omnibus. Tertio ibi.

At quidam hoc quidem recte principium eſſe dicunt, ſed quonam pacto principium eſt, non dicũt. Vtrũ ut finis, an ut id quod mouet, an uti forma.

Alii uero hoc quidem recte, quia principiũ, ſed q̃o quod bonum principium, non dicunt. Vtrum ſcilicet ut finis, aut ut mouens, aut ut ſpecies.

Prædicti in ſua hac etiã poſitione defecerunt

Oſtendi quomodo in ponendo bonum eſſe principium, defecerunt etiam illi. Et hoc oſtendit primo in communi dicens, q quidam, licet recte dicerent, ponentes bonum eſſe pncipium oĩum, tamen in hoc defecerunt, quia non determina-

M uerunt q̃o bonũ eſſet pncipium utrum.ſ. ut finis, aut ut forma, aut ut mouens. Hæc.n. tria habent rõnem perfecti & boni. Non autem materia quæ nõ perficitur niſi per formã. Vnde de ea mentionem facit. Secundo ibi.

Abſurde & Empedocles cenſet. Bonum enim ipſum concordiam ponit eſſe. Hęc autem principium eſt, & ut mouens, congregat enim. Et ut materies, eſt enim pars ipſius congeſti. Quod & ſi eidem accidit ut ſit principium, ut materies atq; mouens, tamen ipſum eſſe non idem erit. Vtro igitur duorũ erit concordia? Abſurdum eſt etiam diſcordiã non ſubire corruptionem cenſere. Hęc autẽ apud ipſum eſt ipſi mali natura.

N Inconuenienter autem & Empedocles. Amicitiã enim facit bonum. Hoc autem principiũ & ut mouens, congregat.n. Et ut materia, pars.n. mixturę. Si itaq; & eidem accidit ut materiam & principiũ eſſe, & ut mouens. Sed eſſe, non idem. Vtrum igitur amicitia? Inconueniens aũtem & incorruptibilem eſſe litem. Sed ipſum autem eſt mali natura.

Ad opinionẽ Empedoclis ſequuntur duo inconuenientia primũ. Nõ assignat idẽ eſſe principiũ ſicut mãm & ſicut mouens ſecundum diuerſas rationes. Secundũ inconueniens.

Deſcendit ad ſpeciales opiniones, & primo ad opinionem Empe. dicens q inconuenienter Empedocles ponit bonum eſſe principium. Ponit enim amorem pncipium, quaſi bonum, Sed amorem dicit eſſe principium dupliciter. Dicit enim q eſt ut mouens, inquantum habet unire & congregare. Et iterum ponit q eſt principium ſicut materia. Ponebat enim amorem eſſe partem mixtorum. Corpora enim ponebat eſſe mixta ex quatuor elementis, & amicitia & lite. Licet autẽ contingat eſſe principium idem, ſicut materia, & ſicut mouẽs non tamen ſm eandem rationem. Poteſt enim ignis eſſe mouẽs ſm formam, & materiale principium ſm materiam. Nõ autem ſm idem, quia mouens inquantum huiuſmodi eſt in actu. Materia autem inquantum huiuſmodi eſt in potentia.

O Reſtat igitur aſſignandum ſm quid amor ſit materia, & ſm quid eſt mouens, quod ipſe non aſſignat. Aliud autem inconueniens quod ſequitur opinionem Emped. eſt q poſuit litem eſſe primum principium incorruptibile. Quæ quidem ſm ipſum uidetur eſſe ipſa natura mali. Malum autem ſm recte opinantes, non ponitur principium eſſe, ſed ſolum bonum, ut dictum eſt. Tertio ibi.

Anaxagoras autem ipſum bonum principium uti mouens eſſe ponebat. Mens enim mouens. At alicuius gratia mouet. Quare aliud quippiam erit, uerum ut nos ipſi dicemus. Eſt enim quodammodo ſanitas facultas ipſa medendi. Abſurdum autem eſt ipſi bono mentiq; contrariorum non feciſſe.

P Anaxagoras autem ut mouens quod bonum pncipium. Intellectus enim mouet. Sed gratia alicuius mouet. Quare alterum. Excepto ut nos dicimus. Nam medicatiua eſt quodammodo ſanitas. Inconueniens autem, & contrarium non facere bono & intellectui. Te.c. 55.

Ad opinionẽ Anaxa. duo etiã inconuenientia ſequunt.

Deſcendit ad opinionem Anaxagoræ dicens, q Anaxagoras poſuit bonum eſſe principium primum quaſi mouens. Dixit enim q intellectus mouet omnia. Sed manifeſtum eſt q ſemper intellectus mouet gratia alicuius ideſt propter finem. Quare oportet q ponat alterum aliquod pncipium propter quod intellectus moueat. Niſi forte dicat ſicut nos diximus.ſ. q idem poteſt eſſe intellectus & intellectum, & q intellectus moueat propter ſeipſum, quod aliquo modo inuenitur in his quæ agunt per intellectum ſm nos. Ars enim medicinę agit propter ſanitatem, & ſanitas eſt quodammodo ipſa ars medicine, ut ſupra dictum eſt. Aliud autem inconueniens ſequi uidetur contra opinionem Anaxa. ſi ſuſtineatur communis opinio.ſ. q contraria ſunt principia omnium. Secundum hoc.n. uidebitur inconueniens q non facit aliquod principium contrarium bono & intellectui. Deinde cum dicit. Te.c. 8.51.

Q

Omnes autem qui contraria principia ponunt, contrariis ipſis non uti uidentur: ſi quiſpiam non neglexerit, ſed diligentius ſententias illorum perſpexerit. Nemo prĝterea cur alie rerum intereunt, alie non intereunt dicit. Res enim uniuerſas eiſdẽ ex principiis faciunt. Præterea quidam ex eo quod non eſt, ea quę ſunt, fieri dicunt. Quidã ne idipſum dicere cogantur, unum omnia faciunt.

Omnes autem contraria dicentes, non utuntur contrariis, niſi figuret aliquis. Et quare hæc quidẽ corruptibilia, hæc uero incorruptibilia, nullꝰ dicit. Omnia nanq; entia faciunt ex eiſdẽ principiis. Amplius autem alii quidem ex non ente faciũt entia. Alii autem niſi hoc cogantur, unũ omnia faciunt. T c. 56.

A Oſtendit tertium quod ſupra poſuit. ſ. ꝙ ponentes principia contraria eſſe, non dicunt quomodo principiata ſunt ex contrariis. Et hoc eſt quod dicit ꝙ omnes dicentes principia eſſe contraria non utuntur ad cauſandum ea quæ ſunt apparentia in entibus. Niſi aliquis figuret idest niſi aliqs uelit fingere uel figorabiliter dicere. Et primo cum dicit. Et quare hoc quidem &c. oſtendit ꝙ non poſſunt cauſare differentiam corruptibilium uel incorruptibilium. Dicit ergo ꝙ nollus antiquorum philoſophorum aſſignat cauſam quare entia quædã ſunt corruptiba, & quædam incorruptibilia. Ponunt enim quidam eorum entia omnia eſſe ex eiſdem principiis. ſ. contrariis. Et hec eſt opinio antiquorum naturalium. Alii uero. ſ. poete theologi poſuerunt omnia ex non ente. Vnde ſupra dixit ꝙ generant mundum ex non ente. Et ſic cum eandem originem utrique aſſignent omnibus entibus, non poſſunt cauſare diſtinctionem rerum ſm corruptibile. Et ideo alii ut ad hoc non cogantur ꝙ ſcilicet ponant omnia eſſe ex non ente, uel ꝙ aſſignent

B cauſam diſtinctionis rerum, poſoerunt omnia eſſe unum, totaliter a rebus diſtinctionem tollentes, Et hæc eſt opinio Parmenidis & Meliſſi. Secundo ibi.

Deducit quatuor inconuenientia ex poſitione antiquorũ dicentiũ omnia fieri ex contrariis pone.

Tex. c. 30.

Præterea nemo cur ſemp erit generatio, & quęnam ſit generationis cauſa dicit.

Amplius propter quid ſemper generatio, & quę eſt cauſa generationis, nullus dicit.

Secundum inconueniens.

Oſtendit ꝙ etiam in alio deficiunt, quia. ſ. non poſſunt aſſignare cauſam quare generatio ſit ſempiterna, nec poſſunt aſſignare quæ ſit uſis cauſa generationis. Neutrum enim contrariorum eſt uſis generationis cauſa. Tertio ibi.

At qui tam ii qui principia duo faciunt, quam ii qui formas afferunt, aliud principium magis principium ponant neceſſe eſt. Quonam pacto res aut fuerunt aut ſunt illorum participes.

Et duo principia facientibus, aliquid neceſſe pri-

C **mum eſſe principalius. Et his qui ſpecies, quia aliud principalius. Propter qd. n participauit aut pticipat.**

Tertiũ inconueniens.

Tertium ponit in quo deficiunt ponentes principia eſſe contraria. Neceſſe eſt enim eis aſſignare ꝙ alterum contrariorum ſit principalius principium, cum ſemper alterum ſit uelut priuatio. Vel intendit ꝙ neceſſe eſt ponere aliquod principium principalius utroque contrariorum, ex quo ratio aſſignari poſſit quare quædam attribuuntur uni contrariorum ſicut principio, & quædam alteri, utpote quare quodam tempore moueat lis elementa ad ſeparationem, & quodam tempore amicitia ad congregationem. Et hoc etiam accidit ponentibus eſſe ſpecies. Neceſſe enim eſt eis ponere aliquod principium principalius ſpeciebus. Manifeſtum eſt enim ꝙ ea quæ generantur & corrumpuntur non ſemper eodem modo participant ſpeciem. Vnde oportet ponere aliquod principium ex quo aſſignetur ratio quare hoc indiuiduum prius participauit, aut modo participat ſpeciem.

Et cęterorum quidem ſententia ſapientię, ipſiuſque ſcientię prĕſtabiliſſimę contrarium quippiam eſſe neceſſe eſt. At nobis id euenire non poteſt. Nihil

D **eſt enim contrarium ipſi primo. Omnia namq; contraria materia habent, & hęc potentia ſunt. Ignoratio uero contraria ad ipſum contrarium eſt, At ipſi primo contrarium nihil eſſe uidetur.**

Et aliis quidem neceſſe ſapientię & honoratiſſimę ſcientiæ aliquid eſſe contrarium. Nobis autem non. Non enim eſt contrarium primo nihil. Nam omnia contraria habent materiam, & hæc potentia eſt. Contraria autem ignorantia ad contrarium. Primo uero contrarium nihil.

Quartũ inconueniens.

Ponit quartum inconueniens quod eis ſeqoitur, dicens ꝙ neceſſe eſt Philoſophis ponentibus principia eſſe contraria, ꝙ ſapientiæ primæ & honoratiſſimæ ſcientiæ ſit aliquod contrarium, quia ſapientia eſt de primo principio, ut in primo oſtenſum eſt. Vnde ſi primo principio non eſt aliquid contrarium, quia omnia contraria habent naturam quæ eſt in potentia ad utrunque contrariorum. Primum autem principium ſm nos eſt immateriale, ut ex dictis patet. Vnde relinquitur ꝙ primo principio non ſit contrarium aliquid, & ꝙ primæ ſcientiæ nõ ſit contraria aliqua ſcia, ſed ſolũ ignorantia. Deinde cũ dicit.

In phi[o].

B

Sicut primo principio nihil eſt cõtrarium, ſic nec primæ ſciẽ, ſed ſolũ ei oppoſitur ignorantia.

Lec. 2.

Pręterea ſi non ſint alia pręter res ipſas ſenſibiles non erit principium, nec ordo, nec generatio, nec ipſa etiam corpora cœleſtia erunt. Sed ſemper principii principium erit, ut theologis omnibuſque naturalibus accidit.

Amplius ſi non erunt pręter ſenſibilia alia, non erit principiũ, & ordo, & generatio, & cœleſtia, ſed ſemper principii principium ut theologis & phyſicis omnibus.

Deſcendit ad opinionem ponentium ſubſtantias ſeparatas Et primo oſtendit ꝙ inconueniens ſequitur non ponentibus eas. & dicit ꝙ ſi non ſint alia entia præter ſenſibilia, non erit primum principium, ſicut oſtenſum eſt, nec ordo rerum qualis aſſignatus eſt, nec generatio perpetua, nec principia qualia ſupra poſuimus, ſed ſemper erit principii principium infinitum, utpote ꝙ Sortes generetur a Platone, & ille ab illo, & ſic in infinitum, ut uiſum eſt omnibus antiquis phis naturalibus. Non enim ponebant aliquod pncipium uſe primum præter iſta principia particularia & ſenſibilia.

F

Infert incõueniẽs contra negãtes ſubſtãas ſeparatas.

Si uero ſint formę uel numeri, nullius prorſus rei cauſæ erunt. Quod ſi ita non ſit. At ſaltem nullius erunt cauſa motionis.

Si autem erunt ſpecies aut numeri, uullius cauſæ. Si autem, non quidem motus.

Oſtendit quod inconueniens ſequitur ponenetibus naturas quaſdam ſeparatas. Et primo quantum ad eos qui ponebant in huiuſmodi naturis connexionem quandam originis. Secundo quantum ad eos qui hoc non ponebant. ibi {Dicentes autem numerum.} Circa primum ducit ad quatoor inconuenientia, quorum primum eſt, ꝙ ſpecies & numeri quæ ponebant quidam præter ſenſibilia, nullius cauſæ uidetur eſſe. Sed ſi ſint alicuius, cauſæ non uidebitur aliquid eſſe cauſa motus, quia hoiuſmodi non uidentur habere rationem principiorum mouentium. Secundo ibi.

Deducit quatuor inconueniẽtia cõtra ponẽtes ſubſtãs ſeparatas mõ Platonico & pithagorico primũ.

G

Pręterea quomodo ex hiſce quæ ſunt expertia magnitudinis, magnitudo continuumq; emergere poteſt? Numerus enim neq; ut mouens, neq; ut forma continuum faciet.

Adhuc quomodo erit ex non magnitudinibus magnitudo, & continuum. Non enim numerus facit continuum, nec ut mouens, nec ut ſpecies.

Ducit ad aliod inconueniens Numerus enim non eſt magnitudo. Magnitodo autem non eſt niſi ex magnitudinibus, unde impoſſibile uidetur aſſignare quomodo magnitudo & continuum ſunt ex numeris qui non ſunt continui. Nõ enim poteſt dici ꝙ numerus cauſet continuum ſicut principiũ motiuum & formale. Tertium ponit ibi.

Secundum inconueniens.

H

At uero nihil contrariorum erit, quod effectiuũ erit atque motiuum. Poteſt enim non eſſe. At agere potentia poſterius eſt. Non ergo perpetua ſunt ea quæ ſunt. At ſunt. Ergo aliquid horum tollendum eſt. Dictũ eſt aũt quo pacto actũ potentia antecedit.

At uero nullum erit contrariorum & factiuum quod & motiuum, quod continget utiq; non eſſe. At uero poſterius quidem ipſum facere, potentia. Non ergo ſempiterna ſunt entia. Sed ſunt. Interimẽdum igitur eſt horum aliquid. Et hoc dictum eſt.

Dicens ꝙ ſi ſpecies & numeri ſunt prima principia, cum in ſpeciebus & numeris non inueniatur contrarietas, ſequitur ꝙ non erunt contraria principia prima, quia non ponuntur factiua & motiua. Et ſic cõtinget non eſſe generationem & motum. Quia ſi prima principia non ſunt mouentia, ſed poſterius cauſentur ex primis principiis, ſequetur ꝙ ſunt in poten

Tertiũ inconueniens.

I tia priorum principiorum. Quod autem poteſt eſſe, poteſt & non eſſe. Vnde ſequitur ꝙ generatio & motus non ſunt ſempiterna. Sed ſunt ſempiterna, ut ſupra poſitum eſt. Interimendum eſt igitur aliud præmiſſorum ſcilicet quod ponebatur prima principia non eſſe mouentia, Et hoc dictum eſt ſcilicet in primo libro, quomodo prima principia ſunt mouentia.

Sepple. eſſentia & motus. Lect. 6.

Quartum ponit ibi.

Preterea quomodo ſũt ipſi numeri unum, aut anima & corpus, aut omnino forma & res, nemo dicit, neq; dicere poteſt, niſi dixerit perinde atq; nos dicimus id quod mouet hoc ipſum facere.

Adhuc quomodo numeri unum, & anima & corpus, & ſpecies totaliter & res, nihil dicet nullus, nec contingit dicere, ſi non ut nos dicat quod

K mouens facit.

Quarti inconueniens.

Dicens ꝙ nulius iſtorum dicere poteſt quid faciat unum eſſe numerum, aut animam & corpus, aut uſr forma & id cuius eſt forma, niſi dicat, ꝙ mouens hoc facit ſicut nos ſupr̃ diximus in. 8. Species autem & numeri non habent rationem cauſæ mouentis. Deinde cum dicit.

Tex. cõ 12 & inde.

Qui uero numerum mathematicum primum & ita ſemper aliam ſubſtantiam deinceps herentem & alia cuiuſq; principia eſſe dicunt, aduenticiam ꝑfecto faciunt ipſius ſubſtantiam uniuerſi. Nihil.n. alia ad aliam ſubſtantiam ſiue ſit, ſiue non ſit confer re ſane uidetur. Et inſuper principia multa. At ea q̃ ſunt male, gubernari nolunt. Multos principes eſſe bonum non eſt. Vnus ergo ſit princeps.

Dicentes autem numerum primum mathematicum, & ſemper aliam habitam ſubſtantiam, & ꝑncipia cuiuſlibet, alii inconnexam ipſius uniuerſalis ſubſtantiam faciunt. Nihil.n. alia alii cõfert, aut ens,

L aut non ens. Et principia multa. Entia uero nolunt diſponi male, nec bonum pluralitas principatuũ. Vnus ergo princeps.

Oſtendit quod inconueniens ſequatur ſm illos qui ponunt huiuſmodi naturas eſſe inconnexas dicens, ꝙ ponentes primum in rebus eſſe numerum mathematicum, ut Pythagorici poſuerunt, & ſic conſequenter ſemper aliam naturam habitam, id eſt conſequentem, vz ꝙ poſt numerum magnitudinem, & poſt magnitudinem, ſenſibilia. & dicentes cuiuſlibet naturæ eſſe alia & alia principia, ſicut ꝙ alia ſunt principia numerorum, & alia magnitudinum, & alia ſenſibilium, iſti inquam ſic dicentes, faciunt ſubſtantiam uniuerſi eſſe inconnexam, id eſt ſine ordine, ita ꝙ una pars nihil conſerat ad aliam uel ad alteram, ſiue ſit, ſiue non ſit, Et ſimiliter faciunt multa principia inconnexa. Et hoc non poteſt eſſe, quia entia non uolunt male diſponi. Diſpoſitio enim entium naturalium eſt q̃lis optima poteſt eſſe Et hoc uidemus in ſingulis ꝙ unũquodque eſt optime diſpoſitionis in ſua natura. Vnde multo magis

Deducit I. cõueniens cõtra pythagoricos ponentes ſubſtantias ſeparatas ſine ordine.

H oportet hoc extimare in toto uniuerſo. Sed pluralitas principatuum non eſt bonum. Sicut non eſſet bonum ꝙ eſſent diuerſæ familiæ in una domo quæ inuicem non communicarent.

M Vnde relinquitur ꝙ totum uniuerſum eſt ſicut unus principatus & unũ regnum. Et ita oportet ꝙ ordinetur ab uno gubernatore. Et hoc eſt quod concludit, ꝙ eſt unus princeps totius uniuerſi ſcilicet primum mouens, & primum intelligibile, & primum bonum, quod ſupra dixit Deum, qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

Explicitunt præclariſſima Commentaria Angelici doctoris diui Thomæ Aquinatis Theologorum ac philoſophorum omnium principis ſacri ordinis Prædicatorum in. 12. libros. Metaphyſicis, cum textu Ariſtotelis iuxta duplicem tranſlationẽ, antiquam inquam ac Argiropoleam, omnia ſollertiſſimo ac uigilantiſſimo ſtudio cunctis erroribus mendiſq; purgata per ueñ. P. fratrem Bartholomeum de ſpina Piſanum ſacri ordinis prædicatorum uite regularis.

METAPHYSICALES DEFENſiones Doctrinæ Sancti Thomæ de Aquino, ubi idem Sanctus doctor in diuerſis locis ſuæ metaphyſicalis expoſitionis, ab Antonio andrea metaphyſicam exponente, ſub Scoti denominatione impugnatur, æditæ per uenerabilem patrem fratrem Bartholomæum de Spina, Piſanum, ordinis prædicatorum, uitæ regularis. N

DEFENSIO I. O

Libro tertio tex. com, 15. parte tertia.

Deos autem facientes principia, & ex deis eſſe facta quæ non guſtauerunt nectar & manna, mortalia facta eſſe dicunt.

HOc in loco Antonius Andreas de ſuperfluitate notat Sanctum Thomam in hoc, ꝙ quandam Heſiodi fabulam ab Ariſt. recitatam ad ſenſum ueritatis trahit. Dicit enim Sanctus Doctor, ꝙ Heſiodiſtæ prima rerũ principia deos nominauerunt, & dixerunt quod illi de numero deorum, qui non guſtauerunt de quodam dulci cibo, qui uo- P catur nectar uel mãna, facti ſunt mortales. Potuit autem ſub hac fabula (inquit Sanctus Thomas) aliquid ueritatis occultæ latere, ut. ſ. per nectar & manna intelligatur ipſa ſuprema bonitas primi principii. Nam omnis dulcedo dilectionis & amoris ad bonitatem refertur. Omne autem bonum a primo bono deriuatur. Potuit ergo eſſe intellectus eorũ, quod ex participatiõe ꝓpinqua ſũmæ bonitatis, aliqua incorruptibilia redduntur, ſicut quæ perfecte participant diuinum eſſe, quædam uero propter longe diſtare a primo principio, quod eſt non guſtare manna & nectar, non poſſunt perpetuitatem conſeruare ſm idem numero, ſed ſm idem ſpecie, ut dicit Philoſophus in ſecundo de generatione. Hæc ſanctus Thomas. Hac fabulæ expoſitione recitata, ac ex nomine per Mauritium citato in marginibus ſancto Thoma, ſubiungit Ant. and. dicẽs. Sed quæ utilitas eſt immorari circa intẽtionem fabularum? Licet ergo iſtud forſitan ſit bene dictum, tamen dubium eſt, & forſitan falſum, quod illa fuerit intentio poetarum. Hæc ille. Quanquam autem uerear plurimum opuſculum hoc ab intentione fabulæ initium ſummere, ne tamen meo ſilentio Q in hoc etiam ſibiipſis ſapientes hi uiderentur, adortus ſum eiſdem me opponere loco iſto. Ad prædictam igitur impognationem reſpondentes primo dicimus, quod hic homo incidit in foueam quam parauit. Neq; enim poteſt dicere aliquo modo eſſe inutile, circa intentionem fabularum immorari, niſi quia ea quæ non ſunt neceſſaria ad explanationẽ textus, non ſunt etiam expoſitioni eius interſerenda, quatenus mora legẽdi, prolixitaſq; ſcripturæ pro poſſe uitetur. Quare igitur & tu hæc interſeruiſti quæ iudicas inutilia? Sufficiens quippe tibi fuiſſet, unico uerbo pertranſire & dicere, Circa intentionem autem huius fabulæ, non eſt inutiliter immorandum, ut facit quidam expoſitor &c. Secundo dicendum quod homo iſte uidetur dubitare hanc fabulæ explanationem continere ueritatem, dum dicit forſitan. Quod uel ex ignorantia prouenit uel contemptu, ut etiamueriſſima, quia tamen ab eo quẽ ſpernit prolata ſunt, ſuſpecta quaſi falſitate ex modo dicendi commaculet.

maculet. Tertio ea quæ Sanctus Thomas in aliquam ſui A excuſationem adducit, iſte homo non ex Sancto Thoma, ſed quaſi ex ſe contra San. Tho. in argumentum ſuperfluitatis inducit. Ante præmiſſam enim fabulæ expoſitionem ſan. Tho. ſic ait: Non poteſt autem perfecte ſciri, quid uerum ſub fabula lateat, niſi ab eo qui fabulam ipſam contraxerit. Et in fine dū fabulam explanauerat, ſubiungit: Sed utrum hoc intenderit occulte tradere uel aliud, ex hoc dicto plenius percipi non poteſt. Hæc ille. Ant. autem and. dicit quod dubium eſt, & forte falſum &c. Et ego dico quod & forte uerum, licet incertū, & non plene ex dictis habitum, ſed quadam ueritatis imagine cum prædicta explanatio altiſſimo ſenſu fabuloſam quadret ſententiam. Et licet non ſit dignum cum ſtudio intendere circa iſtas fabulas, ſicut uigilanti ſtudio intendimus ſerio propoſitis in metaphyſica, non tamen eſt indignum aliqualiter explanare, quaſi aliquid non ſine omni ratione dictum. Quarto ad principale motiuū dicimus nō fuiſſe inutile, imo ualde utile & decentiſſimum hanc fabulam ad ueritatis intellectum deducere. Cum enim hic tam per philoſophum quā per omnes expoſitores, ſupponatur per hanc poetæ fabulam, alta quædam B de Deo ueritas occultari: & Ariſto. innuebat non latentem illum ueritatis ſenſum, ſm quem prima facie fabulæ uerba ꝓponūt, ſtatim fidelibus ſe ingerit deſiderium noſſe, quid nam ſit miſterium abſconditum etiam philoſopho, infideles quoq; eiuſdem fabulæ occaſione, ueritatem inquirentes, & ab eadē fabula uelut auriga ſimilitudinem trahentes, fortaſſis autumarent mortalia ab immortalibus cibi alicuius, non noſtro quidem unigenei (id enim egregie philoſophus hic elidit.) ſed alterius forte generis a noſtro, participatione uel negatione ſeiunctos: aut certe Deos uere quoſdam eſſe mortales, mortaliū cauſas atq; principia: immortalibus itidem aliis circa immortalia tantum uitentis: & ſic duo generalia eſſe rerum prima ꝑncipia iuxta manicheorum errorem, uel in alias ſimiles falſitates, quaſi ueritatem aſſecuti deciderent. Vt igitur diuinus Doctor omnibus omnia factus, altiſſima ueritate a metaphyſicali ſapientia non aliena, fabuloſeque ſimilitudini facili reſponden C te fidelium uotis occurrat, ac eorum mentes illuſtrans conquieſcere faciat. Infidelibus etiam nedum ex fabula iſta, uerū etiam ex omni alia fictione occaſionatæ deceptionis uiam ꝓrſum præcludat: altiſſimum & quæ etiam theologos condeceat fabulæ huius ſenſum, effert mira correſpondentia ueritatis ad umbram. Et utinam omnes poetarum fabulas, dum ſe occaſio præbet de eis uerba fieri, ad ſenſum ueritatis, moreſque componendos Chriſticolæ traherēt, pro ut facile poſſent. Satis enim ſuperque facerent & authoribus, qui per huiuſmodi fabuloſa rudes prouehere ſatagebant ad alta capeſcenda, uiræque probitatem: & imbuendis, dum liberos ab infidelitatibus eos redderent, quibus nunc ob poetarum ficticia imprudenter a magiſtris interpretata, & a recenti teſta imbibita, totus orbis reſpergitur & fœdatur. Vt ſanctiſſimum igitur ut ſapientiſſimum, prudentiſſimum in huius fabulæ declaratione ſe præbuit Diuinus Doctor, dum fideles confortat, infideles purgat, utroſque inſtruit, exemplar ſe præbet cæteris doctoribus: & nihilominus limites non tranſcendit metaphyſicalis obiecti, non extra propoſitum euagatur, quinimmo ſua D hac doctrina quæſtioni propoſitæ a philoſopho ſatisfacit. Hinc enim habetur ꝙ ambo rerum genera, mortalia inquam & immortalia, ab uno primo immortali proficiſcuntur numine. Cui in quam eo quod iſta propius, illa longius ac infirmius haberet, differentes etiam gradus entitatis participant, & plures ac potiores ſuprema: pauciores autem & ignobiliores ac exiles infima. Et hæc de prima defenſione ſufficiant, ſitque ꝑ omnia benedictus Deus. Amen.

DEFENSIO II.

Quinto metaphyſi. capitulo de elementis, parte prima.

Elementum uero dicitur ex quo aliquid componitur, primo inexiſtente indiuiſibili ſpecie in aliam ſpeciem.

HOC IN LOCO Anto. Andr. Diuum Tho E mam impugnat, ſed non expugnat. Poſtquam enim ipſe Ant. andr. uerbum philoſophi (indiuiſibili ſpecie in aliam ſpeciem) expoſuit pro indiuiſibili ratione in partes alterius rationis, ꝑ quod, inquit, diſtinguitur elementum a toto heterogeneo, ſtatim ſubiungit: Ex quibus colligitur quod iſta ratio elementi proprie competit materiæ primæ, ut patet diſcurrenti per ſingulas particulas. Vnde male dicit quidam expoſitor, qui materiam primam dicit eſſe ex parte ab hac ratione elementi, ex hoc quod dicitur quòd elementum eſt in diuiſibile ſpecie. Et hoc ideo (ut dicit) quia materia non eſt in ſpecie, non eſt proprie elementum. Sed hoc nō ualet, quia æquiuocat de ſpecie. Non enim loquitur hic philoſophus de ſpecie quæ dicitur eſſe generis. Sic enim materia non eſt in genere uel in ſpecie, niſi per reductionem. Sed accipit ſpeciem pro ſubſtantiali ratione & formali. Et hoc modo materia prima eſt indiuiſibilis, qā eius ſubſtantia non eſt reſolubilis in principia ſeu in partes alterius rationis. Vlterius patet quod ratio elementi non cō F uenit primo quatuor corporibus vocatis elementis, quia illa corpora, puta ignis, aqua, aer &c. utiq; ſunt reſolubilia in materiam & formam, quæ ſunt alterius rationis, ut patet primo phyſicorum & alibi frequenter, & ſtatim infra dicetur, ibi (Similiter autem & corporum dicunt elementa &c. ſcilicet antiqui.) Philoſophus autem nominat ea non elementa ſimpliciter, ſed uocata elementa. Sic enim dicebatur ab antiquis, qui ponebant illa quatuor corpora uel omnia uel quædam eſſe rerum principia prima, nec eſſe ulterius reſolubilia in alia priora. Hæc ille contra Diuum Thomam, in margine per Mauritium ex nomine citatum. Sed ſi quis puro reſpiciat intuitu uerba Sancti Thomæ, protinus comperiet ipſum aſſecutum eſſe Ariſto. mentem, & ab ea Anton. Andr. plurimum deuiaſſe. Extorta ſiquidem eſt huius uiri in hunc textum expoſitio, & contra expreſſam Ariſtot. intentionem, & ob hoc in omnibus ueritati repugnans. Extorta quidem, quia nunquam Ariſ. in aliquo ſuorum librorum, dum ſpeciei nomen inducit, ratio G nem intendit. Sed uel formam, ut patet ubicunque de forma, loquitur: uel ſi rationem, non tamen niſi habentis naturam completam & perfectam ſub genere, quæ proprie ſpecies eſt. Vbi enim in ſeptimo uel alibi quidditatem, ſpeciem uocat, etiam non niſi quæ proprie ſpecies eſt, quidditatem proprie habere docet, ut dicit etiam in octauo, & in ſolo etiam genere ſubſtantiæ. Velle autem a proprietate & uſu ſignificationis nominis a ſapientibus approbato, ſine ratione declinare, proprium illorum eſt, qui uoluntate, non ſapientia reguntur in tradenda doctrina uel exponendis authoribus. Sed quod nec uſus doctorum habeat hoc, ut ſcilicet ſpeciei nomen pro ratione ſumatur, niſi forte in ſcholis eorum qui contemptis ſapientum eulogiis, propria ſibi fingunt dictamina, patet de ea etiam de qua nunc uerba facimus materia. Dum enim quærunt doctores atque egregii philoſophi de materia, an eadem ſit uel diuerſa in cœlo & in corruptibilibus, non ſpeciei utuntur, ſed rationis uocabulo. Quærunt enim an inferiorum & ſuperiorum materia eiuſdem diuerſæue ſit rationis, non autem an eiuſdem ſit ſpeciei ſiue diuerſæ. Contra expreſſam etiam Philoſophi intentionem eſſe prædictam Anton. Andr. expoſitionem, non ſolum ex prædicta ſenſus extorſio H ne conuincitur, ſed etiam ex proceſſu eiuſdem Philoſophi. poſita nanque diffinitione elementi, declaratiſque accuratius ſingulis particulis ſuis, ſupponit Philoſophus exempla, & non ut addiſcentes addiſcant tantummodo, ſed potius ut per illorum communem elemento nomenclaturam, quibus & prædicta diffinitio competit, probet eandem diffinitionem nullam pati calumniam. Quia enim ab omnibus ſapientibus, grammaticis inquam, logicis, geometricis, atque phyſicis, illa uocantur elementa, quibus ut ſic competit præfata deſcriptio, patet eam elementi eſſe propriam rationem. Declarat autem Philoſophus, ſeorſum ſingulis hiſce rebus quæ elementa uocari per ſapientes (ut diximus) affirmat, omnes deſcriptionis huius particulas conuenire. Et ubi elementa corporum inducit, expreſſe aſſerit eis quoque particulam illam diffinitionis competere, indiuiſibili (, inquā, ſpecie in alias ſpecies) ut ipſe quoque Anton. Andr. exponit,

I quod utique falſum eſſet ſi ſpecies ibi ſumeretur pro ratio-
ne, cum etiam elementum, diuerſarum rationum, immo rea
litatum partibus, materia inquam formaq́ꝫ conſtet, ac in hæc
(ut ita dixerim) diuidatur corruptum. Vel ergo Ariſtote. do-
ctrina hæc, uana eſt, ac falſitati obnoxia, uel æquiuoce hic &
paolo ante utitur ſpeciei nomine, quod puto nec iſti concede-
rent. Eo enim id falſum eſſe concedente conſtat quod deriſi
bile foret ualenti diffinitionis alicuius particulam declarare,
ſub alio eam ſenſu in declaratione proponere quàm ſumpſe-
rit diffinitio. Iam enim non illam, ſed aliud quid exponeret.
Vel certe iſte falſa multa neceſſe eſt intermiſceat dum ucrita-
tem oppugnat. Etenim particolam quam Ariſt. (huius etiam
teſtimonio) ex propoſito aſſerit ſimplicibus competere. Et ob
hoc recte fuiſſe ab antiquis elementa uocata, hic dum Sanctũ
Doctorem impugnat, negat prædictis corporibus conuenire,
K & ob hoc iterum negat prædicta corpora eſſe atq́ꝫ uocari de-
bere ſimpliciter elementa, eo quod eorum ſingala in plures ra
tiones diuidantur, ut ſic e directo in omnibus repugnet Ariſt.
Vnde patet ex his tertium quod propoſui, præfatam inquam
in Diuum Thomam huius uiri calomniam, ueritati in omni-
bus repugnare, niſi Ariſtot. uera docuiſſe quis neget, & ſic ab
omnibus ſapientibus derideri cupiat. Nec modus loquendi
Ariſto. dum quaſi ab aliis ipſa corpora ſimplicia eſſe uocata ele
menta proponit, prædictæ iniuſtæ calumniæ in aliquo ſuffra-
gatur. Quinimmo ex authoritate (ut diximus) antiquorum
doctrinæ proprie non repugnante, immo ſibi quam plurimũ
accommodata, confirmat magis propoſitum quam infirmet.
Congruum uero extitit ubi de ſignificatione huius nominis
agebatur, huius etiam nominis inuentores primos inducere:
& ex his, alibi relictis aliis quæ falſo circa elementorum natu
ram rerumque principia opinabantur, tantummodo ueram
hic elementi denominationem ſi accipere ac declarare inſi-
nuauit. Vbi autem non de ſignificatione nominum ſermo eſt,
nec declarare intendit qualiter prædictis corporibus elementi
L ratio competat, iam non quaſi antiquorum uerbis illa uocat
elementa, ſed ſua aſſertione ſub elementi uocabulo ea propo-
nit, ac de eiſdem ſæpiſſime diſputat. Hoc patet primo phyſico
rum text. commen. 44. & ſecundo cœli text. commen. 19. &
20. ſecundo quoque de generatione tex. commen. 24. in qui-
bus locis probat elementa adinuicem eſſe contraria. Quarto
etiam meteororum text. commen. prion, quatuor cauſas ele
mentorum inducit, calidum inquam & frigidum, humidum
& ſiccum, & præſupponens omnibus eſſe notiſſimum quæ
ſint elementa, ea ibi aliter nominare negligit. Secundo quoq́ꝫ
cæli. tex. commen. 19. & tertio cœli tex. commen. 51. & in-
de, & ſecundo de generatione. tex. commẽ. 24. probat elemẽ-
ta eſſe generabilia. In eodem etiam proceſſu tertii cœli, pro-
bat non eſſe tantum unum elementum, nec eſſe infinita, & qđ
ex nullo priori generentur, ſed ex ſe inuicem. Quæ etiam ele-
menta in libro de proprietatibus elementorum capitulo pri-
mo quatuor eſſe corpora ſimplicia docet, unicuiq́ꝫ propria di
ſtribuens, ſm quæ a ſe inuicem diſtinguuntur. In his & aliis
multis locis Ariſt. ipſa ſimplicia corpore ſimpliciter & abſolu-
M te uocat elementa, quod quidem uituperabile foret, ſi non eis
elementi ratio conueniret. In qua etiam re id aduertendũ eſt,
quod cum prædictæ conditiones ac proprietates, pluralitas in-
quam, contrarietas, generabilitas, & corruptibilitas, cauſaſq́ꝫ
habere calidum & frigidum, humidum & ſiccum, materiæ p-
mæ ex omni parte repugnent, patet neceſſario non ei elemen
ti etiam rationem competere. Non enim eſſent illa corpora
elementa, nec plura eſſent ſubſtantiarum elementa, ſed unum
tantum ipſa materia. Et mirum certe eſſet q cum in prædictis
elementi totiens fecerit philoſophus mentionem, nunquam
materiæ meminiſſet, ſi materia eſſet elementum. Cum igitur
ſemper ſubſtantiarum corruptibilium elementa, poſuerit &
uocauerit quatuor ſimplicia corpora omnibus notiſſima, pa-
tet q & negare prædicta ſimplicia corpora eſſe elementa, & di
cere materiam primam eſſe elementum, illi contrariatur. Ex
his omnibus patet elementum quidem ad genus cauſæ mate-
rialis pertinere, ut etiam. S. Tho. ex intentione philoſophi in
principio expoſitionis dicit, non autem eſſe materiam primã
ut Anto. Ant. leuiter putauit. Et de his ſatis.

DEFENSIO III.

Vbi ſupra parte eadem poſt prædicta uerba
Philoſophi immediate.

**Vt uocis elẽta ex q̃bus cõponit̃ uox, & in q̃ diui-
dit̃ ultima. Illa uero nõ in alias uoces ab eis ſpẽ di- N
uerſas, ſed & ſi diuidantur particulę ſũt conformes,** A

HOC IN LOCO Anto. and. impugnat diuũ
Thomã proponendo dubium in hæc uerba, Sed hic eſt unũ
dubium, quomodo. ſ. litera ſit diuiſibilis, ut Ariſt. innuit. Et di
citur a quodam expoſitore, q litera in prolatione eſt diuiſibi
lis ſm tempora, quatenus litera longa habet duo tempora,
breuis uero unum, & hoc modo particulæ in quas litera di-
uideretur, eſſent unius rationis ſpecifice. Sed contra, tum
quia ſm grammaticos diuiſio in tempora, ſiue habere duo tẽ
pora uel unum, non competit literæ ſed ſyllabæ. Non enim di O
citur una litera longa alia breuis, inquantum litera eſt. Sed ſi
ſic, hoc eſt inquantum litera per ſe facit ſyllabam & accentũ,
competit autem ſyllabæ per ſe. Tum quia eſto q ita eſſet, ad
huc non eſſet ad mẽtem Philoſophi, quia tempos cum ſit menſura extrinſeca prolationis literæ uel ſyllabæ, nec litera neq;
ſyllaba poteſt diuidi in tempora, ut in particulas habentes ra
tionem elementi. Nam elementum eſt in exiſtente. Dicendũ
ergo aliter q litera eſt ſimpliciter indiuiſibilis in alias uoces,
nec habet quo ad hoc rationem elementi. Sciendum tamen
q aliquando bene arguitur & oſtenditur ueritas alicuius, nõ
ſolum ex poſitione poſſibilis, ſed etiam impoſſibilis. Exẽplum.
Impoſſibile eſt hominem non eſſe riſibilem, ſed illo poſito,
adhuc eſſet uerum quod homo eſſet rationalis, quia homo nõ
eſſet non rationalis per non eſſe riſibilem, ſed magis forte
econuerſo. Hunc modum loquendi ſeruat hic Ariſ. dicens, q
etſi literæ diuidant, ſopple ponendo impoſſibile, illæ particu
læ literarum eſſent conformes unius rationis ſpecifice, quod
non poteſt dici de ſyllaba ſicut patet. Hæc ille formaliter. P
Sed hinc omnibus expreſſe notum fieri poteſt, quod uir
iſte non ſimplici oculo ſanctũ Doctorem potuit intueri, quan
doquidem. S. Doctoris doctrinam dum in parte exponit, pa-
rat impugnare. Ne autem pro ea parte quam impugnat, ſua
intentio calomniam pateretur, non omnia uerba ſancti Tho.
recitat, ex quibus ſtatim talem impugnationem eſſe uaniſſi-
mam innoteſceret, ſed quadam affert tantummodo quæ pro
ſuæ impugnationis aliquali apparentia uideantur facere. Et
hic etiam truncate producit ac falſe. Male etiam determinat,
& peius ſuam determinationem declarat. Primum patet.
Nam his uerbis quæ ab impugnante in medium afferuntur,
præmittit. S. Tho. literam Philoſophi exponendo, q literæ
non reſoluitur in alias uoces ſpecie diuerſas, ſed ſi aliquo mo
do diuidantur, particulæ in quas fit diuiſio erunt conformes
id eſt unius ſpeciei, ſicut omnes particulæ aquæ ſunt aqua. Et
ſubdit. Diuiditur autem litera ſm tẽpora &c. Ex his manifeſte
patet quod. S. Tho. uult oſtẽdere iuxta intentionẽ & uerba tex
tus Ariſt. quod literæ ſunt elẽta ſyllabarum eo quia non ſunt Q
reſolubiles in alias uoces, quæ. ſ. ſint partes diuerſarũ rationũ
ipſius literæ, & intendit de partibus integralibus literæ, ut eſt
uox articulata uel pars uocis articulatæ. Qđ uero ſubdit lite-
ram & ſicut & uocẽ articulatam diuidi in tẽpora, nõ intendit
quod diuidat̃ in ea ſicut in partes integrales, prædicto modo,
quo imediate negauerat eã hĩe partes, ut aqua in partes aquæ
quod tamẽ ſibi imponit An. an. & ſic utiq́ꝫ ſibi eſſet ĩponendũ
ſi ſic inepte & truncate locutus fuiſſet quo mõ allegat eũ iſte
bonus homo, ſed intendit & expreſſe dicit quod diuiditur in
ea aliquo modo. ſ. eo modo quo cum tẽporibus habet compo
ſitionem Vnde diuiditur in ea ſicut ſubiectum in accidentia,
penes etiam accidens extrinſecum, & non ſibi primo conue-
niens, ut bene indocit An. an. quaſi declaret atq́ꝫ cõfirmet. S.
Tho. intentionem, dum eum impugnare cupit. Cum enim
litera aliquo modo diuidatur in tempora, quomodocunq́ꝫ ſi-
bi competat talis diuiſio intrinſece uidelicet uel extrinſece,
primo, etiam uel nõ primo, nec occaſione huius diuiſionis for
te quis credat literam non eſſe elementum, ſed potius id com
petere partibus ſiue rebus in quas ſic diuiditur, addidit phs qđ

ſi litera

A ſit litera diuiditur. ſ. aliquo modo, ut exponit. S. Tho. omnes particulæ eius erunt conformes ſcilicet eiuſdem ſpēi. Nam tempus longum & breue non ſunt diuerſarum rationum tempora, & conſequenter nec litera longa & litera breuis. Et ideo ſicut aquam eſſe indiuiſibile non impedit, quin aqua ſit elementum, quia eſt diuiſibilis in partes eiuſdem rationis, eo ꝙ ambo partes conueniunt in ratione aquæ: ita ex diuiſione literæ in tēpora non impeditur quin ipſa ſit elementum, quia tam breue ꝗ longum tempus in ratione temporis conueniunt. Nec expoſitio hæc ſancti Tho. qua addit ly aliquo modo, eſt uoluntaria aut non de intentione philoſophi. immo ex intentione literæ neceſſario elicita. Cum enim Ariſt. abſolute dixerit literas non diuidi in partes ſpecie diuerſas, ſi propoſuiſſet poſtea ſub conditione eam poſſe diuidi, & intelligeret de diuiſione abſolute & eo modo, quo iam negauerat eas poſſe diuidi, uideretur dubitare de eo quod iam determinauerat, quaſi poſſet falſum eſſe. Ergo credendum eſſe, ſuadet contextus literæ, ut non de diuiſione illa, ſed de alia quæ ſibi quocunq; modo poſſet accidere intendat philoſophus. Item, quis dixit ꝙ litera diuidatur in
B tempora, ſicut in particulas habentes rationem elementi? Ecce enim ꝙ hoc homo uel peruertit uel non intelligit. S. Tho: immo ex hoc quod illæ particulæ non poſſunt habere rationē elementi, eo ꝙ non ſit in illas reſolutio ut in partes diuerſarū rationum, infert philoſophus & diuus Tho. ꝙ non infringitur quin litera ſit elementum, etiam ſi in tales particulas diuidat aliquo modo. Falſum etiam eſt quod aſſumit, dum dicit qđ litera per hoc quod eſt indiuiſibilis, ſimpliciter in alias uoces non habet rationem elementi. Contra hoc enim ſic arguitur. Hæc particula complet diffōnem elementi, & litera per philoſophum eſt elementum, ergo ex ea cum aliis habet litera qđ ſit elementum. Et confirmatur, quia materiam primam dixiſti ſupra contra ſanctum Tho. eſſe elementum, eo ꝙ ſibi competat hæc particula, ergo pari ratione & omne aliud elementum, & ſic etiam litera. Si tamen intendit ꝙ litera ex prædicta conditione ſola, non habet complete rationem elementi,
C eo ꝙ requirantur aliæ particulæ in diffinitione poſitæ, uerum quidem dicit, licet non bene id explicet, nec ad propoſitum loquatur. Neq; enim hoc ex dictis ſequitur, nec ad dicenda confert, nec ſuæ impugnationi in aliquo fauet, quia ſm hunc ſenſum uerum, idem concederet. S. Tho. Et nihilominus in diſpēdium, honorem ſuum exponit, dum facit aliquis ex uerbis ſuis ſic ſimpliciter & inepte & prolatis poſſet æſtimare, quod intentio ſua foret, uel quod litera non ſit elementum, uel eſſe ſimpliciter indiuiſibile in partes diuerſarum rationum, non ſit neceſſario concurrens ad rationem elementi, ex quorum ſingulis poſſet facile a ſapientibus derideri, cum utrunq; falſum ſit & contra philoſophum. Secundum etiam quod erat uidendum, ſcilicet quod male determinet, & male declaret ſuā determinationem, peius etiam declarationem confirmet, ex his patet. Et primo quidem cum ex impoſſibili quatenus impoſſibile eſt, nulla ueritas ſequi poſſit, nulla etiam per illud, ue ſic poterit declarari, cum omnis declaratio per aliquam argumentationis ſpecie neceſſario fiat. Ex falſis ſiquidem & etiam impoſſibilibus ſequi uera poſſunt, ſed non quatenus falſa ſunt
D ſed ut aliquid ueritatis includunt, & illius tantum uirtute, alias non cognoſcibile cuiuſmodi eſt falſum, ut ſic eſſet principium cognoſcendi. Secundo ſi litera impreſſionis uitiata non ſit, in intelligibilia prorſus verba ſunt uiri huius. Si uero ſit uitiata, & ſit legendum, ut Mauritius in marginibus notauit, (qui tamē non notare ſub typo alterius literæ quaſi poſſent ambo manere, ſed intelligibilem literam corrigere debuiſſet.) Si inquam illo modo legatur, prout etiam ipſe recitauit, ut dicat, quia homo nemo etiam non rationalis per non eſſe riſibile, patet manifeſte hoc falſum eſſe, uel non ad propoſitum eius quod immediate aſſumit, poſito ſcilicet ꝙ homo non ſit riſibilis. In bona autem conſequentia oppoſitum conſequentis infert oppoſitum antecedentis. Sequitur ergo formaliter, homo non eſt riſibilis, ergo nec rationalis. Nonne etiam datur demonſtratio a poſteriori? & hæc pueris nota ſunt. Id ergo qđ ad hoc propoſitum confirmandum adductum eſt, ſi ſit ad propoſitū eius quod præmiſit, ut intendat hominem nō eſſe rationalem per non eſſe riſibilem, quia ſcilicet non eſſe rationale non ſequitur ex non riſibili, pariter falſum eſt, & incongrue applicandum E
per modum probationis, quia ſunt penitus idem ſm ſenſus. Probare autem idem per idem, inſipientis eſt. Si autem intendit, ut uerba innuunt, ꝙ eſſe non rationale non eſt per eſſe nō riſibile tanquam per cauſam, ſed potius econuerſo, uerum quidem eſt, ſed non ad propoſitum, ut ante diximus. Neq; enim aſſumptum illud falſum, de cauſalitate quicquam innuit, ſed ſimpliciter dicit poſſe hominem eſſe rationalem, etiam ſi non eſſet riſibilis. Sed & hoc aſſumptum ſi ſm cauſalitatem intelligi debeat, non eſt etiam ad propoſitum eius pro quo aſſumptum eſt, quia nullo modo per hoc declaratur regula illa falſa & ſupra impugnata. v; ꝙ aliqua ueritas poſſit ex poſitione alicuius impoſſibilis oſtendi Quid enim oſtendit uel manifeſtat de ueritate huius, homo eſt rationalis, hoc ꝙ homo non ſit riſibilis? uel ꝙ eſſe non riſibile non ſit cauſa huius, ꝙ eſt eſſe non rationale? Potius ueritati illi ne cognoſcatur id plurimum confert Sed eſto ꝙ ſit regula uera, ſit & uerum quod induxit exemplum, adhuc non eſt ad propoſitum. Nam dicit regula, F
ex impoſſibili poſſe ueritatem oſtendi. Et exemplum non dicit, ex impoſſibili ueritatem ſequi, puta ex hoc ꝙ homo non eſt riſibilis, ꝙ homo ſit rationalis. Quomodo autem poteſt exemplificari, ꝙ ueritas ex impoſſibili declaretur uel quocunq; modo oſtendatur, ſi exemplum nīl dicat de hoc, quod eſt ueritatem illam ſequi aliquo modo ex illo īpoſſibili? Omnis enim manifeſtatio ex aliquo eſt per modum ſequelæ, ſm aliquam ſpeciem argumentationis, ut diximus. Patet igitur quod hic homo multa falſa induxit & adduxit, ut ueritatem unicam impugnaret.

DEFENSIO IIII.

Lib. 5. tex. com. 5. cap. de natura, parte prima.

Amplius unde motus primus in quolibet natura entium, & eſt in eo inquantum id exiſtit. G

HOC IN LOCO Anto. an. tenet & multis argumentis adſtruere nititur, quod principium poſitum in diffinitione naturæ, pro ut natura accipitur hic tertio modo, intelligendum ſit & interpretandum de principio paſſiuo tantum. Et hic licet nō nominet ſanctum Thomam expreſſe, nec etiam Mauritius in margine, quia forte fugit illum id Sancti Thomæ ſententiis repugnare, tamen quia in libro ſeptimo ſuper capitulo. 2 a. impugnans illud ſancti Thomæ expreſſe ibidem nominati dictum, aſſerit contra Sanctum Thomam ſe hoc in loco quod affert probaſſe, & hic dicit huius oppoſitum quoſdam tenere, ut manifeſtum ſit ꝙ intelligit de Sācto Thoma, ideo non excedit limites propoſiti mei defenſionem propriam ad id afferre. Sic ergo hoc in loco dicit Antonius Andr. Sed aduertendum quod principium motus quod dicitur natura, a quo dicitur motus naturalis diſtinctus contra uiolentum accipitur non pro principio actiuo (ut quidam dicunt) ſed ꝓ principio paſſiuo, qđ probatur primo ſic. Quia naturalis mutatio eſt ſecundum quam paſſum mutatur, ſicut aptum natū eſt mutari a quocunq; agente. Vnde octauo phyſicorum philoſophus aſſignans cauſam, quare elementa naturaliter mo- H
ueantur ad ſua loca, puta grauia ſurſum & leuia deorſum, dicit quod cauſa huius eſt, quia ſic apta nata ſunt moueri. Sed nunquam paſſum eſt ſic aptum natum propter principium actiuum inexiſtens ſibi, ſed propter principium paſſiuum quo ſic naturaliter inclinatur, ergo iſta naturalitas eſt ex parte ꝑncipii paſſiui naturaliter inclinati Probatur ſecundo. Natura ꝓ ut eſt principium motus & mutationis naturalis eſt principiū intrinſecum, quia eſt principium motus & quietis eius in quo eſt. Sed natura reſpectu principii paſſiui eſt principium intrinſecum, & non ratione principii actiui, ergo iſta naturalitas accipienda eſt ex parte principii paſſiui & non actiui. Minor ꝓbatur ex ſecundo phyſicorum ubi dicitur quod accidit infirmo, qui mutatur ad ſanitatem quod ſit medicus, uel habeat artem quæ eſt principium actiuum ſanitatis, quia tunc ſanaretur inquantum medicus, quod eſt falſum. Accidit enim infirmo qui ſanatur eſſe medicū. Præterea tertio hoc idem patet

I ex diffinitione naturæ, quia natura eſt principium motus &
quietis eius in quo eſt primo & per ſe, ex ſecundo phyſi. Sed
impoſſibile eſt quod principium motus ſit in moto primo &
per ſe, quia quod mouens & motum concurrant in eodem, ac
cidis, quod patet quia poſſunt ſeparari, ergo natura ſic accepta
non dicitur de principio actiuo, ergo de paſſiuo. Hæc illæ for-
maliter. Circa hanc impugnationem duo faciã principaliter,
primo.n. probabo eſſe de intentione Philoſophi, quod princi-
pium motus quod & hic & in ſecũdo phyſico ponitur, eſſe na-
tura quæ & per ipſum diffinitur, dicitur cõmuniter de princi-
pio actiuo & paſſiuo & etiam de formali, vt induit tamen rõ-
nem actiui vel paſſiui principii. Secundo reſpondebo argumẽ-
tis Anto. an. hic adductis ad oppoſitum noſtræ concluſionis.
Quantum ad primum probatur propoſitum primo ſic. Philo
ſophus ſecundo phyſi. in principio volens cõcludere diffõnem
K naturæ, ſic arguit: Id eſt natura per qđ in eo ꝙ habetur ab ali
quo diſtinguit illud, vt naturale a nõ naturalibus. Sed natura-
lia diſtinguuntur a nõ naturalibus per hoc ꝙ habent in ſe prin
cipium motus, ergo natura eſt principium motus in eo in quo
eſt &c. Super hãc autem philoſophi ratione habita expreſſe
in prædicto loco, ſic arguo ad intentum. Eo modo accipitur
principium motus in hac concluſione, & per cõſequens in dif
finitione naturæ, quo modo ſumitur in illis præmiſſis, aliter
rõ philoſophi peccaret per fallaciam æquiuocationis. Sed in
præmiſſis principium motus ſumitur communiter ad princi-
pium actiuum paſſiuum atq; formale, ergo principium mo-
tus poſitum i diffinitione naturæ eſt cõmune ad omnia hæc,
& ſic non dr̃ tantum de principio paſſiuo, ut iſte dicit. Minor
autem patet expreſſe ex uerbis Ariſtot. in loco allegato, quia
declarans quomodo naturalia a non naturalibus diſtinguant
per habere in ſe principiũ motus, dicit ꝙ alia naturalia habẽt
in ſe principium motus ſm locum, quædam ſm augmentum
quædam uero ſm alterationem. Sed omnia hæc ſunt princi-
pia motus actiua, ergo de principio actiuo intendit, tam etſi in
L his etiam includatur aliquod principium paſſiuum. Quod.n.
principium motus naturalis ſm locum, quod eſt in aliquo na-
turali quod mouet ſeipſum ſit actiuum, patet per Ariſt. 8. phy
ſico. tex. commen. 28. de motu animatorum, qui ideo natura
lis eſt & non artificialis, quia habet talis motus in ſe principiũ
per ſe, & tale principium eſt una pars mouens. In omni enim
tali quod ſic ſeipſum mouet, oportet eſſe duas partes, unã mo
uentem & alteram motam. Pars autem quæ dicitur & eſt mo
uens, eſt conſequenter principium actiuum. Mouens enim ut
ſic, agit. Quod etiam principium motus augmenti ſit actiuum
patet, quia eſt potẽtia aiæ uegetatiuæ quæ dr̃ potentia augmẽ
tatiua. Ois autem potẽtia aiæ uegetatiuæ eſt actiua, ut ab om
nibus philoſophis conceditur, quod & Scotus pro ſe inducit.
3. d. 5. ad probandum ꝙ mater concurrat actiue ad prolis ge-
nerationem. Quod etiam motus alterationis ſit a principio
motus actiuo intrinſeco, patet de aliquo, quia alteratio per ca
lorem, & abſolute cum. ſ. calidum quodcunq; calefacit, & ut
calor etiam eſt inſtrumentum animæ mouentis ad generatio
nem & nutritionem, eſt ab ipſo calore ut a principio actiuo,
cum inſtrumentum agentis ut ſic, ad genus etiam actiuæ cau-
M ſæ pertineat, ergo &c. Quod autem calor ſit inſtrumentum
aiæ prædicto modo, eſt expreſſe ſnia philoſophi. 2. de aia. te.
commen. 4. i. Sequitur ergo ꝙ principium motus poſitum in
diffõne naturæ, non dicatur tantum de principio paſſiuo. Se-
cundo ad idem. Id quod prædicatur de materia & de forma
non eſt principium paſſiuum tantum, quia cum agens agat i-
quantum eſt actu, eſt autem actu per formam, ſequitur ꝙ for
ma ſit agens, ut quo: & hoc modo reducitur ad principiũ acti
uum. Sed principium poſitum in diffõne naturæ, dr̃ eſſentialr
de materia & forma. Quod patet quia philoſophus. 2. phyſi. 2
tex. com. 7. uſq; ad duodecimum diuidit naturam in materiã
& formam, ergo &c. Tertio idem patet ex modo quo ſemp
philoſophus conſueuit denominare cauſam efficientem. In ſe
cundo enim phyſico. primo quoq; ac. 5. metaph. ubi diſtinctio
nem cãrum declarat, & ubicunq; de cauſa efficiente quacũq;
rõne alibi uerba facit, ſemper eam uocat: Vnde principiũ mo-
tus. Ex quo ſequitur ꝙ eſt proprium huius cauſæ uocabulum
ſm intentionem Ariſto. non ergo alteri cauſæ qualis eſt cauſa
materialis ſeu paſſiua, & præcipue ei quæ efficiẽti maxime op N
ponitur, poteſt ad eius intentionem interpretari eſſe intelligẽ
dum conuenire tale uocabulum, uel aliam cauſam ſignificare
quam cauſam efficientem. Confirmatur, quia cum ex hoc ꝙ
ſemper nominat cauſam finalem, id cuius gratia, nullus talem
modum dicendi auderet interpretari ſm intentionem philo-
ſophi de quauis alia cauſa. Et ex hoc quod nominat ſemp cau-
ſam formalem ſpeciem & rationem, nullus talem denomina
tionem alteri cauſæ tribueret in uia eius. Et ſimilr per hoc qđ
ſemper cauſam materialem uocat, id ex quo aliquid primo fit
cum inſit, nullus affirmaret tale dictum quamcunq; aliam cau
ſam apud philoſophum ſignificare: ita pariformiter deducitur
quod ex hoc ꝙ ſemper principium effectiuum alibi ubiq; de-
nominat per hoc quod dico: Vnde principium motus, non po
teſt aliquis niſi contra philoſophi intentionem, eius prædictũ
tex. 2. phyſi. in prin. ubi dicit: Naturalia in hoc diſtingui a non
naturalibus, quia illa habent in ſe principium motus, & non O
iſta, & idem poſitum in diffõne naturæ interprætari de alio
principio ꝙ̃ actiuo. Et ſic uidetur ſequi, quod non ſolum non
intelligitur tantum de principio paſſiuo diffõ illa naturæ, ſed
etiam quod de eo nullo modo interpretandum ſit, quod quali
ter habeat ĩtelligi, paulo poſt dicetur. Quarto ad idem arguo
ad hoiem. Motus grauium & leuium ideo ſunt naturales, quia
in graui eſt grauitas, & in leui eſt leuitas, tanquam principia i-
trinſeca talis motus. Sed in cap. de poteſtate ubi Sanctum Tho
mam oppugnans, & inculcans nonnullas falſitates, dicis inter
alias & hanc: (ſi ad intentionem ſancti Thomæ loquæris) quæ
modo militat contra te, uidelicet ꝙ formæ grauium & leuiũ
ipſa. ſ. grauitas & leuitas ſunt principia actiua talium motuũ.
Ergo principium motus a quo aliquid dicitur naturale eſt acti-
uum. Tale autem principium a quo motus dicitur naturalis,
eſt natura, ergo &c. Item quinto, In ſeptima ſuper tex. c6.
29. dicis uirtutem formatiuam in ſemine eſſe magis accidens
ſeminis quam ſubſtantialem eius formam, & eandem dicis eſ-
ſe uirtutem actiuam. Cum igitur ſit principium generationis P
naturalis, & ſit in eo quod generatur, quia in ſemine, ex quo
ſm te generatur animatum. Ponis enim matrem concurrere
actiue ad generationem, cuius ſemen eſt materia fœtus, ſequi
tur ꝙ principium actiuum eſt natura. Immo & Ariſt. 8. huius
teria ſit, in quam omnium ultimata fit etiam reſolutio. Et hãc
dixit eſſe numeralis principium unitatis. Nec eſt uerum etiã
q ſua hæc expoſitio conſonet literæ Philoſophi, ex hoc q ip
ſe Philoſophus ſubiungit, ea eſſe unum ſpecie, quorum eſt ra
tio una. Immo diſſonantia ex his etiam uerbis deducitur, &
magna literæ cum expoſitione ſancti Thomæ conuenientia,
tum quia cõditiones materiæ quæ eſt principium unitatis nu
meralis, & correſpondet rationi illi & quidditati, quæ eſt prin-
cipium unitatis ſpecificæ, ſunt duæ quæ hic a Philoſopho aſſi-
gnantur. Prima q habeat rationem ſubiecti. Secunda quod
in eam fiat reſolutio. Sed iſtæ conditiones non cõueniunt, im
mo repugnant hæcceitati, ergo &c. Tum etiam quia ſi illa ſpe
cie unum ſunt, quorum ratio una eſt, oportet q ſi quid ha- P
beat maiorem unitatem, id conſequatur per aliquid quod eſt
præter rationem ſpeciei. In ſeptimo autem metaph. docet
Philoſophus tantum partes materiæ eſſe præter rationẽ ſpe
ciei. Et q loquatur de materia quæ eſt pars compoſiti, & non
de hæcceitate, patet quia exemplificas de his carnibus & his oſ
ſibus, in quo exemplo innuitur etiam forma ipſa indiuidua-
ta rei ſenſibilis, ergo ſm eum non niſi per aliquod horum in-
diuiduum erit primo hoc. Inter materiam autem & formam
primo materiæ, competit incommunicabilitas & conſequen
ter indiuiduationis principium eſſe. Tum etiam quia ſi forma
le, ex hoc q rationem ſpeciei compleat eſt ſpecificæ unitatis
principium, oportet q materiale ſit unitatis etiam numera-
lis principium, eo q hæc unitas materialis ſit, & ex materiæ
partibus conſurgens, ſicut illa formalis eſt, & ex ſpeciei parti
bus conſtituta. Cui ergo primo competet materialitatis ratio
eidem primo etiam neceſſe eſt competat eſſe talis unitatis nu
meralis, & conſequenter indiuiduationis principium. Efficacia
patet huius deductionis, tum ex ratione eius quod dicitur pri
mo. Id enim primo dicitur alicui conuenire, cui per ſe conue-
nit, & per ipſum omnibus aliis. Tum exemplis generalem re Q
gulam declarantibus facile innoteſcit. Puta ſi aliquid alicui
competat ratione immaterialitatis, ut eſſe intellectiuum, ei
maxime competet intellectualis perfectio, quod primum erit
inter immaterialia, & ſic de ſimilibus. Patet igitur propoſitũ
primum ſ. expoſitionem ſancti Thomæ eſſe conſonam lite-
ræ Philoſophi. Proceſſum autem aduerſarii plenum eſſe in-
cõuenientiæ, & ab intentione Philoſophi omni ex parte alie
num. Quantum ad ſecundum principale, ſupereſt rationi-
bus inductis reſpondere. Licet eni a Capreolo & ab aliis Tho
miſticæ familiæ doctoribus uſq; adeo diſſolutæ, atq; (ut ita
dixerim) labefactatæ ſint, ut pene nullus apud doctos remã-
ſerit dubitandi locus, & propterea ipſe merito debuiſſet ſilen
tio quaſi eas contẽnens præterire, ut tamen propoſitũ meũ
obſeruem, omnes uidelicet falſitates tangere quæ aduerſarius
in ſanctum Tho. & Thomiſtas affert in ſua illa expoſitione,
breuibus etiam hæc argumenta refellam. Ad primum ergo

A dicendum, ꝙ licet in genito & corrupto, ſit eadem eſſentia
materiæ, non tamen ſequitur ꝙ idem ſit indiuiduum, quia ip
ſum indiuiduum non ſolum continet indiuiduationis princi-
pium, ſed eſt ipſum totum compoſitum. Vbi ergo non ſunt
omnes partes eædem, non ex ſimpliciter idem totum. Nec
eſt idem etiam principium formaliter, ubi eſt aliud principia-
tum, nec idem totale, quia non eadem quantitas, nec eadem
forma ſubſtantialis. Ad confirmationem patet per idem. Ad
ſecundum negatur maior, quia indiuiduatio in ſui ratione nõ
includit ſolam diſtinctionem, ſed etiam incommunicabilita-
tem. Vnde non oportet ꝙ id quod eſt principium indiuidua-
tionis quantum ad incommunicabilitatem, ſit eiuſdem prin-
cipium quantum ad diſtinctionem, aut, econuerſo. Materia igi
tur ſm ſe ſic eſt principium indiuiduationis quantum ad incõ
municabilitatem, ꝙ non quantum ad diſtinctionem, & quan
titatis econuerſo. Quantum uero ad completam rationem in
B diuidui, nec quantitas ſola nec materia ſola indiuiduationis
principium eſt, ſed materia ſub quantitate. Vnde apparet ꝙ
arguens non penetrauit mentem ſancti Thomæ quem impu
C gnat. Nec tamen adhuc concesſa maiori, auctoritas inducta
ad moueris probationem contra nos militaret. Loquitur, n.
Philoſophus ibi non de diſtinctione ſm numerum ut ſic, ſed
entis in actu ut ſic. Nam illis uerbis ꝓbauit ꝙ ex duobus quo-
rum utrunq; in actu ſit non poteſt unum per ſe conſurgere.
Actus enim (inquit) ſeparat. Licet enim ſit idem, tale quid eſſe
ens actu, & eſſe unum numero, diſtinguuntur tamen ratione
formali. Alia quippe ratio formalis eſt ipſius unitatis nu-
meralis ut ſic, & alia qua primo aliquid eſt actu ens. Primi. n.
ratio propria materia eſt, eo ꝙ rem primo conſtituat in eſſe
incommunicabili. Secundi uero forma, eo ꝙ eſſe exiſtentiæ
quo unſquodq; actu ẽ, formæ ipſius ſit ꝓprius & formalis eſſe-
ctus. Verba quippe tanti Philoſophi, non niſi formaliter inter
pretanda & penetranda ſunt. Non aliud etiam ex inducta con
cluditur auctoritate, niſi ꝙ forma, diſtinctiõis formalis princi
C pium ſit, quod concedimus. Sed materia etiam ſub quantita
te diſtinctionis numeralis primum eſt materiale principium.
Vnde & ſanctus Tho. in prima parte. q. 7. arti. 1. aſſerit mate
riam per formam, & formam itidem per materiam termi
nari; ſed in diuerſo principii genere, per materiam uidelicet
formam materialiter, materiam uero per formam formali-
ter. Sed contra eos argumentum in eo ſenſu concludit, quo
contra nos inaniter arguunt. Manifeſtum eſt enim ꝙ ibi Phi
loſophus loquitur de forma partis qua primo compoſitum,
eſt ens actu, ut etiam fatetur aduerſarius locum illum expo-
nens. Nullo ergo modo poteſt per illam auctoritatem ĩduce-
re materiam non eſſe indiuiduationis principium, eo ꝙ actus
ideſt forma ſeparet, niſi ex hoc etiam concludatur ꝙ forma
erit indiuiduationis principium. Non ergo hæceitas, cum ip-
ſa ſm eos non ſit forma partis. Cum ergo iſti concedãtur ma
iorem argumenti atq; minorem, & concluſio affirmatiua de
ducta, ſuæ concluſioni directe repugnet, patet illud eſſe inui-
tiſſimum contra eos, nos autem nullatenus tangere qui ma-
iorem negamus. Ad tertium dicendum ꝙ materia tripliči
ter ſumitur, uno modo in communi, & ut ſtat ſub ordine ad
D formam in communi, & ut ſubiectum formæ huius non qui
dem ut hæc forma, ſed communiter ut forma eſt. Et ſic eſt
de ratione ſpeciei, quo modo non eſt indiuiduationis princi-
pium. Alio modo ſumitur in particulari, ut hæc, quia ſub hac
forma, & ſic non eſt de ratione ſpeciei, ſed eſt propria huic
uel illi &c. quo etiam modo non eſt primum principium in-
diuiduationis, immo ipſa indiuiduatur per formam. Tertio
modo ſumitur ſm ſe per ſecluſionem cuioſcunq; actus, ut pu
rum ens in potentia, ut primum ſubiectum &c. & hoc modo
non eſt de ratione ſpeciei, & ſic non eſt particularis, non uni-
uerſalis, non indiuidua, ſed indiuiduationis principium quan-
tum ad incommunicabilitatem, quia primo contrahit formã
ne ſit in altera materia, & ſic eam indiuiduat, & ſic forma in-
diuiduata, indiuiduat ipſam materiam & facit eam particula
rem &c. quas intentiones ſecundas ante non habebat, quia ut
ſm ſe accipiebatur, cognoſcibilis non erat cum non posſit co
gnoſci, niſi per analogiam ad formam, quæ tunc ſecludebat,
& ideo tunc intentiones ſecundæ prædictæ quæ modum co-
gnoſcendi conſequuntur, ei attribui non poterant. Ex indiui- E
duata autem forma & materia, reſultat ipſum totale compo
ſitum indiuiduum Et ſic naturæ ordine primum & fontale in
diuiduationis principium eſt ipſa materia ꝑma, eo modo quo
declaratum eſt. Et per hæc eadem ſit pro confirmatione ſapiẽ
tibus ſatisfactum. Patet ergo ex his oĩbus quãtæ fuerint per
uia uanitatis, quæcunq; uir iſte contra Sanctum Thomam in
prædicta oppugnatione attulit ex ſui principii officina.

DEFENSIO OCTAVA.

Libro. 5. Lec. 12. parte. 7.

Et quorum differentia maxima, aut ſimpliciter, aut ſecundum genus, aut ſecundum ſpeciem.

HOC IN LOCO Anto. an. tangit ſanctum F
Tho. in margine a Mauritio citatum dicẽs: Subdit etiam (ſup
ple Philoſophus) quandam rationem generalem contrario-
rum, ꝙ contraria ſunt quorum differentia eſt maxima, aut
ſimpliciter, aut ſm genus, aut ſm ſpeciem, quod exponitur
ſic. Simpliciter quidem, ut in motu locali duo puncta termi-
nantia motum cœli, puta punctus orientis, & punctus occi-
dentis. Secundum genus uero ideſt in eodem genere. i. duæ
ſpecies per duas differentias diuiſiuas generis conſtitutæ. Se-
cundum ſpeciem autem ſicut duo indiuidua per duas accidẽ-
tales & contrarias differentias diuerſas. Aliter exponitur,
& magis ad mentem Philoſophi uidetur, ꝙ differentia maxi
ma ſm ſpeciem intelligatur in duabus ſpeciebus ſiue differen
tiis contrariis. Sed ſm genus, in duobus generibus ſubalter-
nis. Simpliciter autem in duobus generaliſſimis, & in quibuſ-
cunq; quomodocũq; maxime diſtãtibus. Hæc ille formaliter.
Licet autem parum uel nihil referat quantum ad ſenſum
& ueritatem, an ſic proponatur expoſitio ſancti Thomæ, an, G
ſicut formaliter iacet in litera propria. Officium tamen eſſet
boni doctoris, dum aliena refellit ut ſua præferat, ſaltem eam
quam nititur opinionem refellere, fideliter recitare, ne ſi ſe-
cus ſe habeat, non recta intentione procedere reputetur. Cla
riorem quippe ſenſum propoſito, completioremq; doctrinã
uerba ſancti Thomæ præferunt ſm ꝙ iacent in litera ſua, q̃
ſm truncatam & (ut ita dixerim) deturpatam huius uiri rela
tionem. Nam diuus Thomas ubi de duobus punctis, orien-
tis inquã & occidentis, qui cœleſtis motus termini ſunt, exẽ-
plum inducit, nolens poſſe uerba ſua, ſiniſtra forte interpreta
tione a quoquam ſuſcipi, quaſi intelligeretur de quibuſcunq;
cuiuſuis cœleſtis motus terminis in oriẽte & occidẽte cõtra-
poſitis, addidit, quæ. ſ. pũcta ſunt extrema diametri totius or
bis, ut daret intelligere ꝙ hi duo ſoli termini motus, ſimplr
cõtrarii ſunt, eo ꝙ ſoli ſimpliciter ſint maxime diſtãtes. Atta
men (ut dixi) parum refert, eo ꝙ uel modicũ in artibus exer
citati, per puncta orientis & occidentis non niſi quæ maxime
diſtant, & motum diurnum terminãt apprehendunt. Non di
cit etiam ſanctus Tho. duas ſpecies ſecundum genus adinuicẽ
contrariari, nec alicubi legitur in Philoſopho quantum uide-
rim uel meminerim de his quæ in genere ſubſtantiæ ſunt, li- H
cet aliquo modo uerum ſit. Sed magis proprie utriuſq; dicun
tur eſſe contrariæ ſecundum genus ipſe generis differre diui-
ſiue, ut dicit hic ſanctus Tho. & patet per Philoſophum in. 1.
phyſi. pluries. Et multo minus duo indiuidua præcipuæq; ſub
ſtantiæ, ſunt adinuicem quoquo modo contraria ſecundũ ſpe
ciem. Repugnat enim id Ariſt. documentis ubi aſſerit ipſi
ſubſtantiæ nihil eſſe contrarium. Vnde nec id attulit ſanctus
Tho. ut hic falſo recitat, ſed dixit accidentales differentias eſ-
ſe contrarias per quas differunt indiuidua eiuſdem ſpeciei. Sed
& de hoc ipſo parum curandum puto, cum aliquo modo, li-
cet improprie posſint indiuidua, ratione ſuarum differentia-
rum quæ propriæ ſunt, contraria dici, ſicut & dicuntur differ-
re. Sat tamen ex his patet eſſe ſolerti conſideratione cauendũ
ne huic uiro in ſuis relationibus facile præſtetur fides. Sed re-
currẽdum primo eſt ad literam ſancti Tho. ubi ab hoc homi-
ne uel aliis ſui generis, impugnatur. Multotiens quippe ſi id
ſeruetur facile cognoſcetur, de tenebris ad lucem factum eſſe.

I tranſitum. His igitur omiſſis uidendum eſt, quæ utrarum-
que expoſitionum uerior ſit ac magis ad mentem Philoſo-
phi, quanquam & de hoc parum etiam curare debuerim, quũ
ſuam eſſe magis ad mentem Philoſophi & ſi glorietur, non
tamen probet. Stultum eſt enim ſemper eſſe ſolicitum, quid
quiſq; uel exponendo uel ſimpliciter pronuntiando ſine ratio
ne loquatur. Et eo maxime, quia maior eſt ſola auctoritas ſan
cti Thomæ apud uere ſapientes, quam ſit quodcunq; dictum
uiri huius uel ſibi ſimilium. Ne tamen uel quoquo modo appa
reant hi homines etiam uerbis præualere, aliqua circa hoc di
cam. Et primo quidem ſciẽdũ ꝙ philoſophus i hoc textu aſſi
gnauit duos modos contrariorum. Primum improprium,
aliũ proprium, ut etiam dicit Antonius and. Quibus modis
poſitis & declaratis, ſubiunxit Philoſophus illa uerba, uideli-
cet. Et quorum differentia maxima, aut ſimpliciter aut ſecun
dum genus aut ſecundum ſpeciem. Quæ uerba Sanctus Tho
mas exponens dicit, Subiungit uniuerſalem rõnem ſm quam
K aliqua dicuntur contraria &c. Hoc idem dicit Anto and. licet
poſtmodum in exponendo prædicta uerba ſeu prædictam ge
neralem contrariorum rationem, diſcordet a Sancto Thoma
ut præmiſimus. Sed ſua illa expoſitio non ſolum nõ eſt ma
gis ad mentem Philoſophi quam expoſitio Sancti Thomæ.
ſed etiam nullo modo eſt ad mentem Philoſophi, nec eſt bo
na. Primum ex hoc perſuadetur, ꝙ propoſitis ab Ariſt. duo-
bus modis contrariorum, uno improprio, altero proprio, nõ
eſt probabile eſſe ad mentem eius ꝙ ratio generalis quæ ſub-
infertur, includat modum improprium. Sicut enim patet in
præcedentibus, & etiam in ſequentibus in hoc præcipue lib.
5. in quo multiplicium terminorum explicare ſuſcepit mo-
dos, ſi quem aliquando per accidens uel improprium alicuius
multiplicis modum ponit, nũquam eius deinceps meminit dũ
modos colligit, uel eorum proprietates inducit. Hoc maxi-
me patet in capitulo de uno, & in capitulo de ente. Non ergo
credendum eſt Philoſophum hic facere ſine neceſſitate, quod
alibi ſemper facere recuſauit, & non ſine ratione, quippe cum
L impropria, & ea quæ per accidens ſunt, tangi quidem debeant
ut per horum excluſionem propriorum cognitio facilior &
perfectior habeatur, ſed nequaquam ſunt proſequenda, nec
circa ea eſt immorandum, cum ſecludantur ab arte. In ratio
ne igitur illa generali, non magis, ſed minus uidetur ad men-
tem Philoſophi debere improprium illum modum includi.
Quod quidem non facit Sanctus Thomas, ſed Antonius an.
dum illa dicit ſimpliciter differre ex mente philoſophi quæ ſe
cundum generaliſſima differunt: cum tamen ſic differre, non-
niſi improprie differre ſit, eo ꝙ talia non in ſubiecto conue-
niant aut in genere. Secundum etiam ꝙ uidelicet nedum
non magis, ſed nec ullo modo ſit Anto. andr. expoſitio illa ad
mentem Philoſophi, ex hoc patet, ꝙ contraria improprie,
non poſſunt dici ſimpliciter contraria, ſi ly ſimpliciter, ſecũ-
dum excellentiam exponatur quaſi maxime ſint ꝯtraria. Illa
enim maxime dicuntur contraria, cui maxime competunt
omnes contrariorum, ut ſic, conditiones. Hoc autem in his
quæ impropriæ contraria ſunt non inuenitur. Ex hoc enim
quædam impropriam induunt rationem cõtrariorum, ꝙ uel
eis aliqua contrariis debita conditio deſit, uel quas habent nõ
niſi imperfecte participant. Quod ſi ſimpliciter contraria, non
maxime, ſed abſolute forſan interpretetur, hoc eſt ſine qua-
M uis determinatione tunc idipſum eis quæ improprie contra-
ria ſunt, minime conuenire, magis eſt manifeſtum. Quod. n.
abſoluta & non ſub aliqua determinatione uere cuiquam tri-
buitur, iam id illi ex hoc proprie conuenire neceſſe eſt. Et qđ
cuiquam improprie conuenit, iam non ſine determinatione
de illo aſſeueratur. Exemplum. Proprie conuenit Socrati
ꝙ homo ſit, ea propter idipſum de ſorte ſimpliciter affirma-
mus. Non ſic qui mortuus eſt uel pictus, ſine aliqua addita de-
terminatione homo dicitur, ſed ſemper improprietatem de-
nominationis deſignans conditio applicatur. Igitur cũ ea quæ
inter generaliſſima contrarietas eſt, impropria ſit, eo ꝙ ſic op
poſita, ut diximus, nec genere conueniant nec ſubiecto, patet
non ſimpliciter, contrarietatem hanc eſſe dicendam. Quod
tamen Anto. andr in ſua ſingulari expoſitione affirmat, non
autem Sanctus Tho. Sed illa dicit ſimpliciter, hoc eſt & maxi
me & abſolute contraria, quæ maxima inter ſe ſituali diſtan- N
tia ſeiungũtur. Quod enim talia proprie contrarientur patet
tum quia non continentur ſub modo improprio a Philoſo-
pho conſtituto, quod ex hoc habent, quia non oppoſite ſe re-
ſpiciunt ſolum iuxta ſuperabundantiæ defectuſue diſtinctio-
nem, quæ ſi ſola & præciſa ſit inter aliqua oppoſitionis ratio,
ſolam etiam improprie contrarietatis tribuit rationem. Ad-
dit enim horum oppoſitio diſtantiam maximam ſitualem.
Tum quia reſpectu eiuſdem ſubiecti, puta cœli uel uniuerſi ad
inuicem comparantur, & ſunt eiuſdem generis termini, ut pa
tet, & conſequenter ad eandem ſcientiam pertinent, ad natu-
rale quæ de motu ut ſic, habet determinare. Tum quia mo-
tui hæc terminorum oppoſitio, propriam tribuit contrarieta
tis oppoſitionem. Eſt enim motus motui proprie ex termino
rum contrarietate contrarius, ergo & ipſi termini non impro
prie contrarii ſunt, quippe cum aliis proprietatem tribuãt ꝯ-
trarietatis. Neq; enim id alteri poſſent quod ipſi nõ haberẽt,
immo & magis habent cum propter quod unumquodq; tale
& illud magis. Maxime autem talibus competere contrarie-
tatis rationem, aliquo modo uerum eſt, aliquo alio modo fal O
ſum. Cum enim contraria proprie dicta habeant conditiones
quatuor hic a Philoſopho propoſitas, uidelicet ꝙ maxime di
ſtent, ſub eodem genere, reſpectu eiuſdem ſubiecti, & ſint eiuſ
dem ſcientiæ, inter ea quæ communicabunt in omnibus his
conditionibus, ſi una earum perfectius participetur a duobus
contrariis quam ab aliis, magis illa duo dicentur rationẽ con
trariorum participare quam cætera. Conditio autem illa quæ
eſt diſtantia maxima poteſt duobus modis intelligi; uel. ſ. ſm
diſtantiam ſitualem cui primo & maxime nomen diſtantiæ
conuenit ex impoſitione, alio modo ſm diſtantiam perfectio
nis, duorum tamen poſitiuorum ſub eodem genere. Cum er
go hic Ari. quærat de ſignificato nominum, & diſtantia quæ
ſm ſitum attenditur, ut diximus, ſi nominis impoſitio, atten
datur, magis proprie diſtantiæ rationem habeat quam diſtan
tia ſm perfectionem, illa quæ cæteris paribus diſtantiam ma- P
ximam ſitualem obtinebunt, ſimpliciter inter omnia alia di-
centur contraria ſm Philoſophum hic, ubi nomina iuxta ꝓ-
prietatem ſignificationis attendit. Si uero attendatur diſtan
tia perfectionis uel entitatis ſm hoc quod eſt non poſſe ſimul
inueniri in eodem ſubiecto, ſed ſeinuicem expellere, cum qua
litates actiuæ &c. utiq; perfectiori modo concontrariari dicẽ
tur album & nigrum, calidũ & frigidum, & talia proprie con
traria, quam contrapoſita orientis & occidentis puncta. Iuxta
autem primum modum maxime contrarietatis, & non iuxta
ta ſecundum dixit Sanctus Thomas talia puncta eſſe ſimplici
ter ideſt maxime diſtantia, & hoc conformiter (ut diximus)
intentioni Philoſophi hoc in libro. Tertium autem quod
propoſui, uidelicet ꝙ expoſitio Anto. and. non ſit bona, ſic de
claratur. Cum enim ratio illa expreſſa per ſuprapoſita uerba
Philoſophi ſit generalis ad omnes modos contrariorum pro
prie dictos, immo & ad improprie dictos ſm An. an. licet ma
le (ut diximus) ſequitur ꝙ debeat etiam competere contra-
riis ſm maximam diſtantiam ſitus. Et cum Ariſt. hic enume-
ret illa contraria quibus competit prædicta generalis ratio,
quod patet, quia per notam diſiunctionis dat intelligere diui- Q
ſionem in membra, dum dicit, Aut ſimpliciter, aut ſm genus,
aut ſm ſpeciem. Diuiſio autem ſi debita ſit, ut decet Philoſo-
phum, a diuiſo tranſcendi non debeat, ſequitur ꝙ omnes mo
dos contrariorum proprie dictorum enumeret. Ergo & mo-
dus ille qui attenditur (ut diximus) ſm maximam diſtantiam
ſitus connumerandus eſt. Quod dũ facit Diuus Thomas, non
autem Anto. and. patet ꝙ expoſitio ſancti Thomæ ad amuſ-
ſim textum Philoſophi quadrat. Expoſitio uero Antonii an-
dreæ ab illo eſt aliena, & per conſequens non eſt bona. Et de
præſenti defenſione ſatis.

DEFENSIO NONA.

Lib. 5. cap. de priori in principio expoſitionis.

HOC IN LOCO non Anto. and. ſed Mau-
ritius carpit uerbis in margine diuum Thomam dicens, in ar

A gumentum ſumi contra eundem angelicum doctorem. Non dicit autem ex quibus uerbis uel Philoſophi uel Diui Tho. nec contra quod eius placitum. Si autem loqui uelit prout rẽ ſeri poteſt, de eo ꝙ diuus Tho. in Theologia docet, nullo modo in diuinis dari prioritatem niſi ſm rationem & modũ noſtrum intelligendi, & hoc propter diuinam ſimplicitatem (cuius tamen contrarium iſti tenent ponentes ibi prioritatem ſecundum originem ex natura rei) noo poteſt ex uerbis hic poſitis ex ſancto Tho. aliquid elici, contra eiuſdem prædictam poſitionem ſi bene uerba ſua capiantur, ſed potius per oppoſitum, efficaciſſimum medium contra horũ uirorum opinionem ex uerbis Ariſt. hanc ſumi poteſt, quatenus ab infideli et introducantur ad fidem ſi uoluerint, prout ex naturali lumine ad lumen fidei fit aſcenſus. Primum ex hoc patet. Quia alia non ſunt uerba ſancti Tho. in hoc principio expoſitionis ex qubus hic homo propter imbecilitatem ſui ingenii habeat

B occaſionem infeſtandi diuum Tho. niſi forte hoc quod dicit hic, ꝙ ſm Philoſophum ſignificatio prioris dependet ex ſignificatione principii. Quaſi ex hoc ſumant maiorẽ ſui argumenti hanc inquam, Vbicunq; eſt ratio principii, ibi eſt ratio prioris & poſterioris. Ratio autem principii conuenit perſonæ diuinæ in ordine ad aliam, ergo &c. Sed maior illa falſa eſt, nec ex dictis ſancti Tho. habetur, quia ſm eum etiam hic nomen principii eſt quid communis quam nomen prioris. Et ex hoc ſequitur ꝙ ſignificatio prioris dependeat a ſignificatione principii, ſicut ſignificatio inferioris a ſignificatione ſuperioris, eo ꝙ ſuperius in ratiõe formali inferioris claudatur. Immo ſi ex ratione principii uelint in dictis perſonis, prioritatem inducere, non ſolum inferetur prioritas originis, ſed abſoluta & realis. Eſt enim pater ſimpliciter & abſolute (licet non ſm abſoluta) principium filii & realiter. Conſequens tamen nec ipſi concederent, tametſi ex ratione principii ſuam erroneam opinionem firmare conentur, Si autem eſt aliud uerbum hic ex quo habeant uel in iſta materia uel in alia arguere contra ſan

C ctum Doctorem, afferant in medium expreſſe. Et nos tũc alia ſimiliter reſponſione refellemus eorum argumenta, quæ ut in pluribus parui ſunt momenti. Secundum etiam quod ſupra propoſui ſic oſtenditur. Nam Philoſophus hic communẽ rationem prioris aſſignans, dicit id eſſe prius quod eſt principio propinquius. Ex hoc autem firmiſſimo fundamento euidentiſſima conſurgit ueritas, ibi inquam nullam eſſe prioritatis rationem ubi noo fuerit ad principium ulla propinquitas. Nomen autem propinqui ſicut & nomen uicini, non poteſt in diuinis uni perſonæ attribui reſpectu alterius, eo ꝙ talia nomina abſolutam diſtinctionem ſupponant. Neq; enim dicimus filium patri, uel ſpiritum ſanctũ utriq; propinquum aut ecõuerſo, quia cum propria talia nomina diſtinctionem ſm quantitatem & diſtantiam quantitatiuam importent ad diuina trãſlata, non niſi quantitate uirtutis eſſentialiſq; perfectionis diſtantiam deſignabunt inter perſonas. Quod quidem ab orthodoxa fide alienum eſt. Et de præſenti defenſione ſatis.

DEFENSIO X.

D Libro quinto ſupra eodem capitulo de priori, parte tertia

Prius enim Nemea Phyton. Quia propinquius Nunc. Et ipſo nunc, ut principio & primo uſi ſunt. Alia uero litera habet. Primus.n. Menelaus Pyrro.

DICIT HIC Sanctus Doctor ꝙ litera illa quæ habet. Prius enim Menelaus Pyrro, corrupta eſt, tum quia tẽpore Ariſt. perſonæ illæ non erant futuræ, ſed præteritæ, & ideo inter eas non erat ordo prioritatis ex maiori appropinquatione ad præſens nunc, ut litera Philoſophi dicit, pro qua hoc exemplum inducitur, tum etiam ex textu Græco ad quẽ in dubiis trãſlatæ doctrinæ Ariſt. in linguam latinã debemus recurrere, qui aliud exemplum inducit. Anto. and. ut in oĩbus ſe quantum poteſt, immo uero non poteſt, Diuo Tho. opponat, dicit ꝙ poteſt illa litera ſaluari ſi Menelaus & Pyrrus acciperentur pro duobus hominibus futuris, quorum unus eſſet propinquior præſenti nunc quam alius. B Sed huiuſmodi falſæ literæ defenſionem hanc eſſe nullam oſtenditur ex duobus. Primo. Quia exempla non niſi ob manifeſtationem inducuntur. Vnde non debuit Ariſt. de perſonis incognitis, cuiuſmodi ſunt omnes contingenter futuræ, ad aliquid manifeſtandum hic exempla dare Non igitur poſſet litera illa interpretari niſi de famigeratiſſimis duobus illis hominibus, inter quos prioritatis ordo omnibus notus erat, quatenus per hæc notiſſima exempla ratio etiam prioritatis illius innoteſceret. Et tamen exempla illa repugnarẽt literæ, ut probat Sanctus Thomas, ergo non ſunt exempla Ariſt. Et ſic litera ponens talia exempla, corrupta eſt. Secundo ſi ſuam inſulſam hanc ſaluationem literæ falſæ, aliquam hic homo cupiebat apparẽtiam ueritatis prætendere, debuerat non uni tantum rationi Sancti Doctoris in oppoſitum factæ ſatis facere, ſed ambabus. Non ſoluit autem rationem ex textu Græco inductam. F Cum enim Græca litera textus Ariſt. eo ꝙ naturalis auctori fuerit, omnium aliorum cuiuſcũq; idiomatis textuum origo ſit & exemplar, ipſa potius ſi diſſonet a latina, ſaluari meruit quam latina ipſa, græcam aſpernando. Nec hoc obſeruat iſte, nec ſoluit, unde manifeſtum eſt, quod ad pauca reſpexit. Sed de hoc ſatis.

DEFENSIO XI.

HOC IN LOCO Anto. and. impugnat primam textus partitionem a Sancto Thoma propoſitam, qua dicit ꝙ Ariſt. in iſto capl'o diſtinguens nomina quæ ſignificant partes entis, duo facit. Primo facit ꝙ dictum eſt, ſm ꝙ ens diuiditur per potentiam & actum. Secũdo prout diuiditur ens in decem prædicamenta. Dicit ergo Anto. and. ꝙ iſta aſſignatio non uidetur propria, quia potentia, quæ eſt differentia entis eſt potentia obiectiua, ut dictum (inquit) fuit ſupra. G De qua potentia, nulla fit mentio in præſenti capitulo. Similiter de actu ſibi oppoſito & ſibi condiuiſo nihil hic agitur. Et ſubdit. Poſſet dici ꝙ illa potẽtia de qua hic agit nõ, ſit illa potentia quæ proprie eſt differentia entis, ut dictum eſt ſupra capitulo de ente, tamen largo modo & forte ſm aliam diuiſionem entis, iſta potentia poſſet dici differentia entis, quatenus omne ens uel eſt in potentia de qua hic agitur, uel non. Et ſic non eſt facienda magna uis in propoſito, dummodo intentio Philoſophi & literæ habeatur. Hæc ille formaliter. Vbi & in margine dicit Mauritius. Obiicit contra diuiſionem Tho. ſed ſaluat conſequenter eum. Sed ſicut in oppugnando ſanctũ Tho. ita & dum nititur eum uel ſe potius An. and. iuxta ſuas opiniones ſaluare, ueritatem peruertit, ac aperte ſeipſum extortæ expoſitionis accuſat. Hæc omnia ſimul ex hoc patent, quia dicit ens ſupra diuiſum non in actum & potẽtiam de qua hic agitur, ſed in aliam potentiã quam uocat obiectam, & in actum ſibi correſpondente diuidi. Patet enim ꝙ ſi ſupra Ariſt. in capl'o de ente, non diuiſiſſet ens in actum & potentiam de qua hic agit, fuiſſet ibi diminutus, non aſſignando omnes modos entis, aut omnes eius partes nõ propalando. Eſt enim potentia de qua hic agit, magis ens & magis digna nomine entis, H cum ſm aliquos ſuos modos magnam importet perfectionem, ſicut ſm modum potentiæ actiuæ, & potentiæ naturalis, quam illa ſua potentia obiectiua quæ formaliter dicit non ens. Sed & potentia paſſiua, ſi ſumatur de per ſe & ut contra actum diuiſa, perfectius ens dicit quam illa chimera. Et utiq; argumentum quod ſupra contra ſe fecit ꝙ uidelicet ens in obiectiuam illam potentiam diuidi non poſſit, quæ eſt formaliter non ens, concludit. Et ſolutio quam inducit deriſibilis eſt, dum dicit diuiſionem quandam ſuperioris aut communioris inueniri ſm quam diuiſum non de omnibus ſuis membris diuidentibus prædicatur. Et exempla quæ ad hanc erroneam doctrinam declarandam inducit, oſtendunt illum nec uocem propriam intelligere. Dicit enim ꝙ ſi diuidatur homo in uerum & pictum, patet ꝙ pictus hominis prædicationem non ſuſcipit. Sed aduertat obſecro bonus iſte homo ad uocem ſuam, & attendat ad ſonum diuiſionem exprimentem. Sic.n. exprimitur diuiſio cuiuſcũq; ſuperioris ſaltem ſm uocis cõ-

I munitatem. Vt dicatur verbi cauſa, Animalium aliud eſt ra-
tionale, aliud irrationale, & ſimiliter aliud eſt pictum,
aliud uerum. Si ergo uere ſic fiat diuiſio, manifeſtum eſt etiã
ex ſono oerborum q membra de diuiſo prædicantur indefi-
nitæ uel particulariter, & ſic iſtæ ſunt ueræ. Aliquod animal
eſt pictum, & aliquod uerum &c. & conſequenter conuerſæ
etiam prædicationes ueræ erunt. Non enim terminus diſtra-
ctiuus impedit in conuerſione ſimplici conſequentiæ firmita-
tem, cum conſequentia illa formalis ſit, & a forma propoſitio
num ſumpta. Cum autem dicit hominem nõ prædicari de pi
cto uel econuerſo, utiq; quidem uerum eſt ipſum condioiſum
ideſt oerum hominem non uere prædicari de picto. Sed ho-
minem ſm communitatem oocis oel analogiæ diuiſum, præ
dicari de condiuiſis membris ſm analogiæ uel uocis commu
nitatem, non eſt falſum, imno ueriſſimum, ot patet ex com
muni hominum colloquio circa talia. Non eget etiam San
ctus Tho. ſaluatione illa erronea contra omnium uere ſapien
K rum dogmata, & honori Ariſt. plorimum detrahente. Nun-
quid hi uolunt diuum Doctorem cœli fulgentiſſimom lomi
nate, ſui etiam tenebris inuoluere? Nouit Mauritius Sanctum
Thomam illas horrere chimeras. Quomodo ergo ioloat per
illas conſequenter cum propter duplicem, quam ipſe negat,
in potentiam & actom entis diuiſionem? Vnicam diuus Tho.
& quæ proprie & non largo modo ſumatur, diuiſionem po-
nit entis in actom & potentiam, quæ ſunt partes entis & dif-
ferentiæ eius, quam ſupra propoſuit in capitulo de ente, & in
nono explicabit apertius. Et cuius membrum, potentiam in-
quam, hic diuidis in uarios modos. Tuas ergo pro te recon-
das has fabolas, tu dobita in ſcholis tuis, ens diuidi in actum,
ut diximus. & hic explicatam potentiam, & ob hoc dicas, for
te diuiditur. Dubita tu etiam ſi uel largo modo hanc forte ad
mittat diuiſionem, & noli his tuis umbris ſancti Doctoris no
ſtri gloriam quaſi ſaluans cõfundere. Si de prædicta potentia
obiectiua hic quicquam aliod, diuum Thomam oppugnando
Anto. and cum aliqua uel deficiente ꝓbatione tractaſſet, mul
L to diutius & nos in illios reprobatione moraremur. Sed quia
dicta ſua non aliter roborauit, ideo de hac materia mihi nunc
ſuper ſedendum eſt, ut propoſitum intentionis huius ſuſcepti
laboris obſeruem.

DEFENSIO XII.

Libro quinto eioſdem capitulo, & parte quibus
immediate ſupra.

Principium permutationis, aut motus poteſtas in diuerſo, inquantum diuerſum dicitur.

HOC IN LOCO Anto. andr. recitat expo
ſitionem Sancti Thomæ, & eam reprobat ſic dicens: Notan-
dom, q quidam expoſitor aliter exponit iſtam literam. Di
cit enim quod illa potentia iſto modo dicta eſt, quoddam ꝓn-
cipiom motus uel mutationis in eo quod mutatur. ſ. ipſa ma-
teria, uel aliquod principium formale ad quod ſequitur mo-
tus, ſicut ad formam grauis oel leuis ſequitur motus ſorſum,
& deorſum. Et hoc principium non poreſt dici potentia acti
ua ad quam pertinet iſte motus, quia omne quod mouetur,
M ab alio mooetur. Nec aliquid mouet ſeipſum niſi per partes,
inquantum una pars mouet aliam ex. 8. phyſi. Potentia ergo
ſm quod eſt princip om in eo in quo eſt, non comprehendi-
tur ſub potentia actiua, ſed ſub paſſiua. Sed iſta expoſitio,
uel non eſt ad intentionem literæ, uel exponit literam de po
tentia paſſioa, & tunc minus ualet, tum quia eſt contra men-
tem Philoſophi, quia loquitur hic de potentia actiua, & ſic di
ſtinguitur hic ſecundus modus a primo ot patebit. Tum qa
ſupponit falſum, quod. ſ. forma grauis non ſit principium acti
uum motus grauis, ſed quod principium motus ſequitur ad
eam quaſi ad materiam. Nam oſtendetur nono huios, quod
grauia & leuia mouentur a ſeipſis effectiue. Tum quia in mo-
uentibus ſe cuiuſmodi ſunt animalia, principium ſeo potentia
actiua motus eſt in toto, ot patet ex ſeptimo & octauo phy.
cuius oppoſitum dicit iſte. Tum quia aliquod indiuiſibile pu-
ta angelus poteſt ſeipſum mouere effectiue, ut ueri theologi N
tradunt, & tamen non habet partem, & partem quorum una
moueat aliam. Tum quia contradicit ſibipſi. Nam infra ibi.
(Dicta uero parte) dicitur quod primus modus poſſibilis ac-
cipitur correſpondenter primo modo potentiæ, & iſte mo-
dus eſt de poſſibili ſiue de potente actiue ſumpto, ut ibidem
dicit. Hæc ille. In hac aotem impugnatione primo quidem
ioxta ſuam malam cooſuetodinem at malitioſæ infidelitatis
notam, male & truncate ſic recitat Sancti Thomæ literam,
quod ut ab hoc homine referuntur uerba Sancti Thomæ ſen
ſum prætendant totaliter oppoſitum ei, quod ſana & comple
ta litera diui Thomæ exprimit apertiſſime. Secundo non in-
telligit angelicum Doctorem nec menteo ı eius penetrat, ubi
etiam pueri facile illum intelligerent, & ob hoc impugnatio
nes inutiliter iculcat. Tertio falſa intermiſcit plurima. Quar
to id quod Sanctus Thomas pro ſua quadam probatione hic
inducit, iſte contra Sanctum Thomam, quaſi ex ſe & ſine re
probatione, ad idem tamen, proponit. Quinto deniq; a pro-
poſita uia diuertit & per abrupta uagatur. Et ut breuibus cũ
cta complectar, ea poſitio hæc ſua, impugnatioq; prædicta, O
tot refertur, tom falſis, tum inutilibus, ut numerum pene ſen
tentiarum ſuperent. Nec poſſim exiſtimare eam ab Antonio
and. nullatenus emanaſſe, ſed forte interpoſitam ab aliqoo ui
ro admodom ignorante, ut ſicut expoſitionem quæ non Sco
ti eſt, Scoto non uereantur aſcribere, ſic & iſtas impugnatio
nes apertis falſitatibus plenas attribuant Anto. and. quas for
te nonquam uidit, quinimmo ſi uiueret talia ſibi fuiſſe attri-
buta, doleret plurimum ac cõfunderet. Ne aotem uerbis tan-
tummodo ludere uidear, ſingula luce clarius inducemus.

Quantum ad primum igitur. ſ. q male & admodom infi-
deliter recitet ſancti Doctoris uerba, patet primo quãtum ad
ſenſum in communi dum incipit: Notandum q quidam ex-
poſitor aliter exponit iſtam literam &c. Quod quidem eſt fal
ſom, quia non aliter exponit quam & tu facias, qui & ab illo
quicquid in metaphyſi. expoſitione boni dixiſti furatus eſt. P
Idem quoq; exemplum duplex quod & Ariſt. eſt, inducit &c.
Secundo quantum ad oerba quæ ſenſum exprimunt. Non
enim dicit Sanctus Tho. q potentia iſto primo modo dicta,
eſt quoddam principiom motus uel mutationis in eo quod
mutat &c. Immo dũ incipit exponere, totum oppoſitum ꝓ
ponit dicens, Primus modos eſt q potentia dicitur principiũ
motus uel mutationis in alio inquantum eſt aliud, quæ uerba
dum in tua recitatione prætermittis, utiq; conuinceris aper-
tiſſime q infidelis relator extiteris, & cum malitioſa intentio
ne in hac tua impugnatione proceſſeris. Inducit aotem poſt
hæc diuus Tho. eſſe aliquod principium in eo quod mutatur,
& declarat eius naturam & conditiones, ut per hoc tanquam
per ioxta poſitionem oppoſiti ꝓpoſitum facilius innoteſcat
quod declarare ex texto aſſumpſerat. qa uidelicet tale de quo
loquitur textus, non eſt id quod dicitur eſſe in eo quod muta
tur, ſed eſt illud quod eſt in alio inquantum eſt aliod. Voluit
enim declarare Sanctus Tho. quid eſt dictum in alio inquan-
tom aliud, ex hoc uidelicet q non in ipſo quod motatur eſt
tale principium. Quod ut perfecte cognoſceretur, conueniẽs
fuit declarare eiuſmodi naturæ, ſit principium illud quod in Q
eo eſt quod mutatur. Sic igitur nedum ad propoſitum, ſed uti
le fuit & neceſſarium, ut per affirmatioam, negatio in ly. alio,
incluſa, innoteſceret, ut ſimul comprehenderetur ad hũc mo
dum non pertinere, principium motus quod eſt in eo quod
mooetur ut ſic, ſed id tantummodo quod in alio ut ſic inue-
nitur. Et hanc eſſe S. Tho. intentionem, etiam pueris, & omni
bus qui non penitus lomine intellectus priuati ſint, innoteſce
re poteſt, cum uerba non poſſent ad id exprimendum aptio-
ra formari quam ea quæ protulit ſanctus Tho. Alter prima
& ſecunda huius expoſitionis ſententiæ inuicem contradice-
rent e directo. Potentiam inquam ad primum modum perti
nentem eſſe principium motus & mutationis in alio inquan-
tum eſt aliod, & q illudmet principium ſit principium mo-
tus & mutationis in eo quod mutatur. Ex quo utiq; ſanctus
Doctor nedum impugnatione, ſed deriſione dignus fuiſſet.
Qood tamen non tetigit oppugnator, ne forte ſuam confu-
ſionem & malitiam reuelaret, Confuſionem quidem, ſi reci-

A taſſet omnia ſancti Tho. uerba ut neceſſarium fuiſſet, ſi deriſi bilitatem illam innuere uoluiſſet. Notum enim ſtatim tūc fa ctum eſſet pueris, hunc hominem non apprehēdiſſe mentem ſancti Tho. in clariſſima litera, ex quo cognoſcerent ſuas has impugnationes uere eſſe deriſſibiles, utpote in oanum & non ad propoſitum allatas. Malitia uero ſi nou recitatis omnibus ſancti Tho. oerbis, inconuenientia deduceret, quæ truncatam ſuam fuiſſe relationem omnibus indicarent.

Infidelē item fuiſſe ab hoc homine uerborum ſancti Tho. relationem, patet et ex hoc aperte, quia non complete eā deducit, immo ubi ſanctus Thomas præmiſſa declaratione propoſita de ipſo. ſ. principio motus in eo quod mutatur, reaſſumit textum Ariſto. exponere de potentia actiua, iſte quaſi cō pleta iam ſit expoſitio eius, incipit ea quæ retulit impugnare. Non aotem ab re hoc fecit. Perpendit enim ſi completam ad duxiſſet diui Thomæ expoſitionē in textum, ſtatim omnes B cognoſcerent eius impugnationem non eſſe ad propoſitom, ut clare nunc ipſe deducam in ſecundo arti.

Quantum igitur ad ſecundum, ꝙ uidelicet Anto. and. non C intelligat diuū Thomam, & ob hoc impugnationes inutiliter inculcet, tametſi ex dictis clariſſimum iam ſit, adhuc tamē ali ter explicabitur, ut magis ueritas eluceſcat, & gloria ſancti Tho. illibata perſiſtat ex omni partē. Putat hic bonus homo diuum Thomam exponere præſentem textum de potentia paſſiua. Quod quidem eſſe falſum ex hoc patet, quia poſtquā ſanctus Thomas aperte in pncipio expoſitionis clariſſima ſen tentia de actiua textum eſſe interpretādum propoſuit & declarato poſtmodum quomodo in aliqoibus eſt principiū motus non in alio, ſed in eo quod mouetur, & quod tale principium in eo quod mouetur inuentum, non eſt potentia actiua ſed paſſiua, ſtatim regreditur ad textus expoſitionem dicens. Potentia igitur actiua motus oportet ꝙ ſit in alio ab eo quod mooetur &c. & ſubdit exempla textus. Et in fine repetit talē potentiam ad hunc primum pertinere modum quaſi conclo C dens concluſionem textus & dicens. Sic igitur oniuerſaliter loquendo, potentia dicitur uno modo principium mutationis aut motus in alio, inquantum eſt aliud. Quis ex his non ui deat apertiſſime diuum Tho. de potentia actiua hūc textum expoſuiſſe? Nullum etiam puto tantæ dementiæ ꝙ exiſtimet diuum Tho. non cognoſcere inter modos potentiæ actiuam cæteris præeminere, cum ad hanc etiam Philoſophus, aliis omnibus dictis modis potentias deducat. Nunquid igitur exi ſtimandum eſſet, ꝙ ſi in hoc loco non de actiua loqueretor, cum alibi in hoc capitulo mentionem de ea, ut de ſpeciali mo do non faciat, non perpenderet ſe & Philoſophum eſſe dimi nutos, non tradendo modum potētiæ actiuæ, & etiam ſuper fluitatem incurrere, bis repetendo modum potentiæ paſſiuæ hic. ſ. & in ſecundo modo? Non exiſtimant talia de diuo Tho mæ niſi qui eum odio gratis perſequuntur. Omnes ergo ratio nes quas contra diuom Thomam hic homo multiplicat, qua ſi exponentem textum de potentia paſſiua, non ſunt ad propoſitum, niſi ut oſtendant auctorem ſuum fuiſſe hebetis admodum ſenſus. Quantum autem ad tertium, ꝙ uidelicet homo iſte molta falſa proponat, tam in his impugnationibus D quæ non ſunt ad propoſitum, ꝗ etiam in aliis, quæ contra Sā ctum Thomam, hic affert, nunc induco. Primo nāq; falſum eſt quod dicit Sanctum Thomam ſupponere falſum, ꝙ ſcilicet forma grauis non ſit principium actiuum motus grauis, ſed ꝙ principium motus ſequitur ad eam ſicut ad materiam. Hoc inquam Sanctum Thomam ſupponere, non eſt uerum. Quod patet ex diuerſo capite. Et primo quidem male recitat dictum ſancti doctoris, ex quo etiam falſum ſibi imponit. Nō enim dicit Sanctus Thomas, ꝙ principium motus, ſed dicit ꝙ motus ſequitur ad eam, ſcilicet formam grauis. Neq; enim hoc, ſecundū ꝙ hic homo recitat, uerum poſſet eſſe, cum prin cipium motus grauis ſit ipſa forma grauis. Deriſibile autem eſſet dicere, ꝙ idem ſequatur ad ſeipſom. Quæ tamen deriſibi lia ex infidelibus ſuis relationibus, iſte homo quantū in ſe eſt imponit diuo Thomæ, ita ut ſi non uideret litera ſancti Tho. ſed tantum, quæ quaſi de ea recitat iſta miſer, putaretur ab oī bus ꝙ diuus Thomas fuerit unus fatuus. Det his hominibus Deus pœnitentiam ſuper iſta mendacia peſſima, & iniquas ca lumnias in tā ſanctū tanq; præclarum Sanctæ matris Eccle- E ſiæ lumen. Vlterius falſum eſt ꝙ Sanctus Thomas ſuppoſuerit quod aſſumpſit, ſed probat inuicte, ꝙ uidelicet forma grauis non ſit principium actiuum motus grauis. Et probatio clara eſt in litera. Si autem hoc ſupponeret, ut hic homo ſibi falſo imponit, diminutam utiq; doctrinam tradidiſſet, non ꝓ bando ad declarationem textus inducta, quæ egent probatione. Sed forte aſtute, noluit hic dicere ꝙ Sanctus Thomas id probet, ne per hoc cognoſceretur imbecillitas eius, ne dicam iniquitas, dum illam opinionem delectatur impugnare, pro qua rationem factam, utpote irrefragibilem, cognoſcit ſe nō poſſe ſoluere. Vtiq; ſi potuiſſet uel apparēter auctoritati Ariſ. inductæ oboiare, idipſum facere non omiſiſſet, ot decens erat & neceſſarium, poſtquam opinionem impugnare ceperat, & falſum eſſe aſſeuerat, quod dicit Sanctum Thomam ſupponere. Dicit ulterius ꝙ probauit in nono, ꝙ grauia & leuia a ſeipſis moueantur actiue. Et nos ſcimus oppoſitum huius F in nono expreſſe haberi texto com. 2. dicente Ariſt. Inquantom ſimul natum eſt, nihil patitur ipſum a ſeipſo, quo in loco debueras de hac re uerba facere, & ſi quas habebas probationes afferre. Sed puto ꝙ penitueris uidens tam aperte Philoſophum proteſtantem oppoſitum. Qood etiam dum fugerē non potuit rationibus Mauritius, ad contumelias ſe conuertit, ſapiēteſq; ſic impetit opprobrioſis uerbis inibi in margine ut Maorus etiam quilibet eum in manſuetudine facile ſuperaſſet. Sed quidnam ſapiētibus de his, qui foris & extra omnem politicum uioendi modum ſunt, iudicare? Qualis diſpoſitionis hic homo fuerit apud Deum & homines, ſua illa & ſimilia molta uerba, quæ ſcripto etiam euomuit, apertiſſime docēt.

Si nos Antonii andr. probationes, quas hic reſpondet in ſoa expoſitione inuenerimus, reprobabimos. Quæ autem in quæſtionibus ſunt, reprobatas ex nunc & ex tunc ſupponimus a doctoribus noſtris, ut ſepæ dixi. Sed debuiſſet ſaltē hoc in loco oſtendere quomodo, id quod dicit ſe uelle pro- G bare in nono non repugnet Ariſtoteli in iſto capitulo ubi dicit. Quod id quod mooetur effectiue ſeo actiue, habet principium ſui motus in alio inquantum eſt aliud. Decens quoq; fuerat hic declarare quomodo ſibiipſi Philoſophus nō repugnet hic & in octauo phyſicorum, dum. ſ. dicit principiū motus animatorum eſſe in eo quod mouetur, ſcilicet in ipſis animatis. Hic autem dicit principium actiuum motus, hoc eſt potentiam actiuam, eſſe in alio inquantum eſt aliud. Quam non eſſe contradictionem iſte non declarat, ut debitum eſſet expoſitoris. Vnde bene Sanctus Thomas id declaraoit, dum dixit in eo etiam, quod mouet ſeipſum eſſe mouens aliud a moto, quia in taliboſ ſunt duæ partes &c. Et intelligitur non ſolom eſſe aliud mouēs a moto ſicut pars a toto, ſed ſicut pars a parte, quæ ſcilicet primo mouetur, uel quæ eſt ratio quare totum moueatur, in qua parte ut ſic, pars illa mooens non eſt, licet ſit in toto, cui quidem competit eſſe primum, id eſt adæquatum ſubiectum motus, ſed non niſi ratione partis. Et hoc ſufficit ad ſaloādom hic & ibi Philoſophum, quod ſcilicet & in alio ſit motiua & actiua potentia, quia pars mouēs non eſt in parte mota, quæ etiam eſt ratio toti quod moueatur, & nihilominos totum a ſeipſo moueatur actiue, quia in eo pars H ſua, quæ eſt principium motus eius actiuum. Si autem prædictam ſententiam Sancti Thomæ, uidelicet, quod ad formā grauis ſequitur motus deorſum, iſte credat eſſe intelligēdam de forma ſubſtantiali, tunc non intelligit Sanctum Thomā. Ipſe enim loquitur de forma grauis, ut graue eſt, & de forma leuis ut leue. Et tales formæ ſunt grauitas & leuitas, quæ ſunt formæ accidentales. Hanc enim ſententiam ponit etiam diuus Thomas, & magis explicat in ſecundo phyſicorum, in principio dicens: In corporibus grauibus & leuibus eſt principium formale ſui motus. Sed huiuſmodi principiom formale non poteſt dici potentia actioa, ad quam pertinet iſte motus, ſed comprehenditur ſub potentia paſſiua. Grauitas enim in terra, non eſt principium ut moueat, ſed magis ut moueator. Hæc ille. Sed nec ipſa ſubſtantialis forma graois, eſt actiuum principium motus ut quod. Vnde & Sanctus Thom. ubi ſupra poſt præallegata oerba, hoc ipſum immediate ſubiongens manifeſtat dicens, Sicut alia accidentia cōſequuntur for

I mam ſubſtantialem, ita & locus, & per conſequẽs moueri ad
locum, non tamen ita, quod forma naturalis ſit motor, ſed
motor eſt generans, qđ ... talem formã ad q̄ talis motus con
ſequitur. Hæc ille. Patet igitur ꝙ nec forma ſubſtantialis gra
uis eſt principium motus eius actiuum, & conſequẽter ꝙ nec
graue ſeipſum mouere poteſt actiue, nec hic homo unquam
oppoſitum bene probabit. Vlterius in hoc eodem paſſu An.
andr. aliud imponit diuo Doctori quod, nec dicit, nec etiam
uerum eſt, hoc inquam, ꝙ principium motus ſiue ipſe motus
ſequatur ad formam grauis ut ad materiam. Hoc enim non
dicit S. Thomas, nec ex dictis eius elici poteſt, immo oppoſi-
tum, cum tale principium hic appellet formam, & ex oppoſi
to diuidat a materia, dicens. Eſt enim quoddam principium
motus uel mutationis in eo quod mutatur, ipſa, ſcilicet mate
ria, uel aliquod principium formale ad quod conſequitur
motus. Ecce quod hoc principium formale diſtinguit contra
materiam Et tale principium formale dicit ſub exemplo eſſe
formam grauis in graui, & formam leuis in leui. Sicut enim
exemplificat formaliter. Sicut ad formam grauis uel leuis ſe
K quitur motus ſurſum uel deorſum. Ecce ꝙ non dicit, ꝙ tale
principium motus uel etiam motus ipſe ſequatur ad eam ſcili
cet formam grauis quaſi ad materiam. Non debuit igitur ho-
mo iſte tale falſum, & talem ineptum modum loquendi ſan-
cto Tho. imponere. Nam licet ſm doctrinã eius aliquod pn-
cipium paſſiuum motus ſit ipſa materia, & omne principium
paſſiuum motus habeat uniuerſaliter rationem principii ma-
terialis, cũ pati ut ſic, materiæ primo competat & conſequen
ter per eius rationis aliqualem participationem omnibus aliis
quibuſcunqꝫ competit, & ob hoc etiam diſpoſitio ſe tenens
ex parte materiæ quatenus diſpoſitum ſit ſubiectũ ad ipſum
moueri, habeat rõnem materialis pncipii motus, non tamẽ
unq̄ dicit diuus Thomas omne tale motus principium eſſe ma
teriam ipſam. Ipſa nanqꝫ materia (ut diximus) eſt pncipium
motus paſſiuum ſed remotum. Proximum autem materia-
le principium motus eſt aliqua forma, ut diximus, de grauita
L te & leuitate. Aliud dictum adhuc falſo hic homo in impu
gnatione iſta diuo Thomæ imponit, dum dicit ꝙ in mouenti
bus ſe cuiuſmodi ſunt animalia, principium ſiue potentia acti
ua motus eſt in toto, ut patet ex ſeptimo, & octauo phyſico.
cuius oppoſitum (inquit) iſte. ſ. ſanctus Tho. dicit. Falſum eſt
& expreſſe falſum ꝙ Sanctus Thomas dicat oppoſitum hu-
ius. Immo hoc ipſum aſſerit hic, allegans & ipſe Phyloſophũ
in. 8. phyſi. ubi expreſſe & proprie id probatur. Poſtquam. n.
Sanctus Tho. hic aſſeruit inueniri in rebus quoddam princi-
pium in eo quod mouetur, excludit illud ab hoc primo potẽ
tiæ modo poſito a Philoſopho dicens: Sed huiuſmodi princi-
pium non poteſt dici de potentia actiua ad quam pertinet mo
tus ille. Omne enim quod mouetur ab alio mouetur, neqꝫ ali
quid mouet ſeipſum niſi per partes inquãtum una pars eius
mouet aliam, ut probatur in. 8 phyſi. Hæc ille. Quis autem
ex his uerbis niſi totaliter hallucinãs & paſſionibus actus quæ
non ſinunt cernere uerum, unquam eliceret ꝙ Sanctus Tho.
dicat, non ſolum ſm uerba, ſed nec ſm minimam apparentiã
ſenſus ꝙ in mouentibus ſe, cuiuſmodi ſunt animalia, princi-
pium ſiue potentia actiua motus non ſit in toto? Nonne dire-
cte totum oppoſitum exprimunt uerba iſta ſancti Doctoris?
M In hoc enim quod dicit, (Nihil mouet ſeipſum niſi per partes
inquantum una pars eius mouet aliam) duo exprimit. Pri-
mum negatiuum uidelicet ꝙ nihil mouet ſeipſum per hoc ꝙ
in eo eſt aliquod principium quod non eſt pars, qualia princi-
pia ſunt prædictæ diſpoſitiones materiales, grauitas inquam
& leuitas, & huiuſmodi. Neqꝫ enim prædictæ formæ acciden
tales ſunt partes eius quod mouetur. Aliud affirmatiuum ꝙ
. ſ. in mouẽtibus ſe, oportet inueniri duas partes, quarum una
ſit mouens & alia mota, ut probatur (inquit) in. 8. phyſi. Hoc
enim in animatis quibuſcunqꝫ probat ibi Phs inueniri quem
ſequitur ibi S. Tho. illam probationem explanans.

Vltimum denique falſum & ſatis opprobrioſum quod San-
cto Thomæ non ueretur falſo imponere eſt, ꝙ contra dicat
ſibiipſi. Vtiqꝫ miſer ſm imbecillitatem tui capitis & ſenſum
tuum obtuſum, quo eius mentem in clariſſima litera non ap
prehendiſti. In hoc enim ſaltem debuiſti aduertere, ꝙ ſm in-
tentionem ſancti Thomæ primus modus potentiæ non niſi N
potentiam actiuam ſonat, & ſecundus paſſiuam. Cum aperte
ubi tu allegas dicat de ipſo poſſibili, ꝙ primus modus poſſi-
bilis quo aliquid dicitur potens actiuæ reſpondet primo mo-
do potentiæ, ſecundum quam dicitur aliquid potens agere du
pliciter. ſ. uel per ſeipſum, uel mediante alio, & hanc dicit eſſe
potentiam actiuam. Et ſecundum modum poſſibilis dicit cor
reſpondere ſecundo modo potentiæ, quam & loco proprio
ubi modos potentiæ ſupra diſtinxit, dixit eſſe potentiam paſ-
ſiuam. Si enim in primo modo non fuiſſet locutus de poten-
tia actiua, cum nullibi tribuat illi alium modũ, uel de ea in alio
diſtincto modo de per ſe loquatur, utiqꝫ ut minus ſapiens di-
minutus fuiſſet, & modicæ conſiderationis, ut illum modum
potentiæ prætermitteret, & etiam non intueretur in dictis
Ariſto. elis, qui eſt perfectiſſimus inter omnes potentiæ mo-
dos, utpote ad quem omnes alios modos reducat Ariſtote-
les in fine capituli, & quem omnes alii expoſitores uiderunt,
& iterum quem paulopoſt ipſe quoqꝫ in primo modo conti-
neri affirmat. Quis nam talia de ſancto Thom. ad quem tota
ecclesia, omniſqꝫ Philoſophorum ac theologorum cetus, ut O
illuminetur recurrit, loqui uel etiam cogitare poſſit, niſi is qui
ei minus afficitur? En ecce quot falſa homo iſte falſo impoſuit
doctori glorioſiſſimo. Quantum autem ad quartum quod
in principio propoſitum eſt ꝙ uidelicet id contra Sanctum
Thomam ſine probatione inducat, quod Sanctus Thomas p
ſe aſſumit, hoc inquam, ex dictis iam patet. Nam Sanctus
Thomas in litera ſua hoc aſſerit aliqua. ſ. mouẽtia ex hoc acti-
ue ſeipſa mouere, quia in eis ſunt duæ partes quarum una mo
uetur & altera mouet, & dicit id eſſe probatum per Ariſtote
lem in octauo phyſico. ubi tex. com. 28. & inde, probat Philo
ſophus ꝙ animata ſola ſunt talia. Hic autem homo in ſua im-
probatione hoc ipſum inducit formaliter contra Sanctum
Thomam, quaſi diuus Thomas oppoſitum ſentiet eius quod
apertiſſime aſſeuerat. Sed neqꝫ etiam ſi diuus Tho. teneret p-
mum modum potentiæ, paſſiuam potentiam tantummodo P
continere, concluderet aliquid, id quod hic homo infert con-
tra ſanctum Thomam. Quia ſtant hæc duo ſimul ꝙ uidelicet
primus modus potentiæ, de paſſiua potentia tantummodo,
faciat mentionem, de ea inquam, quæ in eo eſt quod moue-
tur, & tamen ꝙ inueniatur etiam principium motus actiuum
in aliquo quod ſeipſum mouere probat Philoſophus in octa-
uo phyſi Non enim ualet conſequentia. Inuenitur talis poten
tia actiua &c. ergo pertinet ad hunc primum modum, ut
hic intendit arguere, quicquid ſit de antecedente & conſequẽ
te. Sicut enim patenter oſtendimus tam conſequens quam an
cedens licet non ad intentionem Anto. and. hic aſſerit S. Tho.
Illum enim primum modum non de potentia paſſiua, ſed de
actiua exponit, in quo etiam omnem actiuam potentiam in-
cludit. Si autem id quod dicit Anto. andr. aſſumat contra pri-
mum dictum ſancti Tho. quo ait ꝙ primo modo potentia eſt
principium motus & mutationis in alio inquantum eſt aliud,
iam ex hoc non S. Tho. tantum, ſed etiam Ariſt. impugnaret
qui hoc idem affirmat in textu. Sed ſupra reſponſum eſt & cõ
cordantia adducta prædictæ repugnantiæ apparentis, nõ tan
tum contra Philoſophum & Sanctum Tho. ſed etiam contra Q
Anto. and. Philoſophum exponentem, & ex hoc debuiſſet &
ipſe eidem repugnantiæ occurrere, quod non fecit, & male.
In hoc etiam defecit, quia talem primam ſententiam S. Tho.
contra quam hoc quod dictum eſt forte inducit, debuiſſet re
citare, quod etiam facere prætermiſit, ut ſupra patuit. Vl-
timum quod ſupereſt afferendum contra propoſitam im-
pugnationem eſt, quod hic homo a propoſita uia digredi-
tur & per abrupta graditur, ut a uero undique deuiet. Pro-
ponit enim contra Sanctum Thomam angelos ſeipſos mo-
uere, qui tamen partibus carent. Sed a propoſito longe ua-
gatur, cum Ariſtote. utpote Philoſophus purus, & itidem
puram tradens Philoſophiam, de motu illo angelorum nul-
libi faciat mentionem, nec conſequenter de potentia ad ta-
lem motum actiua ſiue paſſiua. Neque enim nouit angelos
illo modo moueri quo theologi tradunt. Neque ſi nouiſſet
de hoc in phyſicis memor eſſet. Sed neque in metaphyſica,
in qua Phyſicæ & non ut theologus loquitur. Vnde nec ali-

quis

A quis alius theologus debuit inſerere ea quæ propria theologorum ſunt, & fidei ſola reuelatione noſcuntur. Hoc.n. proprium illorum eſt quibus ad ſuum propoſitum inferendū deſunt rõnes naturales cogentes, uel his etiam qui apud theologicæ facultatis expertes, uolunt ſe theologos & ueros theologos iactitare. In hoc etiam ꝙ hic homo affert de angelorum motu, malitia ſimul & ignorantia cõſiderari põt. Malitia quidem in modo dicendi. Nam ſic loquitur contra Sanctū Thomam oppugnator quiſquis ille fuerit: (Aliquod indiuiſibile puta angelus, põt ſeipſum mouere effectiue, ut ueri theologi tradunt.) quaſi uelit, iuuenibus legentibus, ſuſpitionem & opinionem ingerere ꝙ Sanctus Thomas contra quē hoc inducit atq; ſequaces idipſum non teneant, angelos inquam mouere ſeipſos: & ꝓñt eoſdem ueros non eſſe theologos. Cum tñ nullus ſit Doctor in eccleſia Dei, qui tam perfecte ueritatem illam declaret ac pandat ſicut facit Doctor Angelicus in prima parte, in B primo ſniarum, in quolibetis, & in pluribus aliis locis ſuæ doctrinæ, a quo & iſti quicquid boni dixerunt mutuati ſunt: & in quo ab eo deuiarunt, in falſitates uarias ſunt prolapſi. Ignorātia uero eorum ex hoc eodem paſſu multiplex aperit. Primo quidem, quia ſi intendunt de motu angelorum hic loqui, ut eiꝰ principium non dicant eſſe actiuam potentiam per quā ſeipſos actiue moueant: ſed ſeipſos moueant per ſe primo, iam ex immediate ꝓcedēte rõne, qua iuxta Philoſophi placitū ea quæ ſic ſe actiue mouent partem hñt & partem aperte ſeipſos falſitatis & contradictionis accuſant. Nā Ariſ. ad id ꝓbatio in. 8. phy. inducta in hoc fundatur, ꝙ ubi non eſt diſtinctio partium, ſi aliquid ſeipſum actiue moueret, iam idem eſſet & ſm idem agēs & patiens, & ꝓñt in actu ſimul & in potētia. Et ꝑꝑ hoc poſtmodum infert Deum eē oīno īmobilem, quia uidelicet oīno indiuiſibilis eſt ac ſumme ſimplex. Et pari modo inferri idem põt, & de angelis inquantū & ipſi ſimplices in eſſentia ſunt, ſi in eis non eſt ēt cõpoſitio eſſentiæ cū potentia, ut iſti tenent. Cõtradictionē igitur claudit quod hic aſſumit, angelos inquam ſic eē C ſimplices ꝙ non habeant partes in ſe, quarum vna ſit mouens, & altera mota, & nihilominus eoſdem ſeipſos actiue mouere. Et ratio ſua de angelis repugnat ꝓpoſitæ, in qua ex intentione Philoſophi dixit omne mouens ſeipſum, partes habere, cū de aīalibus det exēplum quod dedit & Philoſophꝰ cum id docuit: cuius ratio etiam angelos apprehendit, cū & ad Deū aſcendat ut diximus. Falſum eſt etiā angelos mouere ſeipſos effectiue, localiter, proprie. Cū probet Ariſ. 6. phy. oē ſic mobile, eſſe corpus. Angelos autē non eſſe in magnitudine, ſed īmateriales eē ſubſtantias demonſtrat tā in. 8. phy. q̃ in. 12. metaph. ex motu ſempiterno, quo quantū in ſe eſt indefectibiliter mouent cœleſtia corpora. Falſum eſt ēt ſm ueros theologos, ſi ueros theologos, hic inducere debeā ut falſa retundam eorum qui ſe denominantes ueros theologos falſa diſſeminant, falſum inquam eſt angelos effectiue localiter ſe mouere motu vniuoce dicto cum motu phyſico, ꝑꝑ eandem Philoſophi rõnem in. 6. phyſi. Neq;.n. Philoſophiæ ueritas, theologicæ ueritati repugnat. Multæ ēt ſunt motus phyſici ꝓprietates, locali angelorū motui repugnantes. Vt neceſſitas tranſeundi per medium, incō D poſſibilitas ex mutatis eē, indiuiſibilitas eorundem mutatorū eſſe, indiuiſibilitati inſtantis noſtri tp̄is corrñdēs: & multa alia, ex quibus conuincit motum illum cum iſto non niſi æquiuoce conuenire. Falſum eſt etiam & a ueris thelogis reprobatum, non inueniri in angelis cõpõnem ex ſua ipſa eſſentia, ac ſui motus actiuo principio. Nam ꝓbant ueri theologi, potentiā uolūtatis angelicæ, diſtinctam eē realiter ab eorum eſſentia: & eſſe accidens eius de ſecunda ſpeciei qualitatis quæ naturalis potentia uocatur, & ſimiliter intellectus: cum quibus potentiis compoſitionem quādam facit eſſentia, ſicut cū accidente ſubiectū. Et fortior eſt hæc cõpoſitio, cum ſit accidens eandem eſſentiā neceſſario ꝓñs, & eius propria paſſio. Voluntas aūt in angelis non diſtinguitur realiter ab eorū motiua potentia: ſicq; ſalua & angelos poſſe mouere localiter nõ ſolum alia, ſed ēt ſeipſos, cum in eis duo ſint, vnum mouens quo, ipſa inquam potentia, quæ licet non ſit pars, eſt tñ motiua potentia: & ipſemet angelus eſt mouens ut quod, & eſt in angelo aliud quo moueſ. ſ. ipſa eſſentia, & angelus ipſe moueſ ut quod, qui licet ab eſſentia nõ proprie realiter diſtinguaſ, diſtinguiſ tñ formaliter: & ideo poteſt dici ꝙ ipſe quidem moueſ, ſed rõne eſſentiæ: & eſt id quod E mouet ſed mediante potentia Et ſic angelus, quatenus ſimplex eſt & indiuiſibilis, cuiuſcunq; etiam a ſe cauſabilis motus eſt expers. Mouetur autem & ſeipſum mouet, quatenus quandam ut diximus uoluntatis quæ motiuum principium in eo eſt: cū eſſentia cõpõnem admittit. Sicut ēt in nobis appetitus eſt principium motus localis actiuum. Sed tū eſt aliud in nobis motus principium quaſi paſſiuum in mēbris: quod quidem ueri theologi uocant habilitatem, qua angeli non egent cū corporei nõ ſint. Qualis autem ſit ille angelorum motus, non eſt præſentis facultatis exponere. Patet igitur ex his oībus uirum iſtum, ad modum inconſiderate hoc in loco diuum Thomam impetiiſſe uerbis. Per omnia benedictus Deus. Amen.

DEFENSIO XIII.

Libro. 7. Tex. Cõmen. 22. parte prima.

Eorum autem quę fiunt, hęc quidē a natura fiūt, hęc autem ab arte, alia autem ab automato. F

HOC IN LOCO An. and. improbat vnam ſufficientiam ſancti Thomæ primæ diuiſionis ab Ariſ. poſitam, ubi dicit Ariſ. (Eorum quæ fiunt, quædam fiunt a natura, quædā ab arte, quædam uero a caſu.) Hac igitur diuiſione ꝓpoſita Ant. and. ſic ſubſequitur. Notandum ꝙ ſufficientia huius diuiſionis ſic aſſignatur a quodam expoſitore. Quia cā generationis uel eſt cā per ſe uel cauſa per accidens. Si eſt cauſa per ſe, primum pricipiū motus uel eſt in eo in quo eſt, & ſic eſt natura: uel extra ipſum, & ſic eſt ars, quia ars non eſt ī ædificato q̄d ſit, ſed in ædificante. Si autem eſt cauſa per accidens, ſic eſt caſus & fortuna, quæ ambo hic ſub caſu cõprehendit. Sed cõtra quia uel iſte expoſitor intendit aſſignare hanc ſufficiētiā penes cauſam effectiuā generationis, uel penes paſſiuā. Si penes effectiuā, ergo male dicit, ꝙ ſi illa cā quæ eſt principium motus & generationis ſit in re ſic eſt natura. Nam illud principium motus & quietis naturalis quod eſt in re, & a quo dr̄ generatio naturalis non cõpetit principio actiuo, ſed paſſiuo, ut oſtenſum eſt in. 5. G huius. Si aūt penes cām paſſiuam, ergo male dicit ꝙ ſi illa cauſa & principium ſit extra rem quæ generatur ſic eſt ars Nam ars ad cauſam efficientē pertinet ex quinto huius ca. de cauſa. Et ideo non vr̄ loqui vniformiter de cauſa. Aliter ergo dici poteſt ꝙ ſufficientia ſumiſ penes cām effectiuam. Nam cauſa generationis uel eſt per ſe uel per accidens. Si per accidens ſic eſt caſus & fortuna. Si per ſe, uel agit de neceſſitate, uel a ꝓpoſito. Si primo modo, ſic eſt natura. Si ſecundo modo, ſic eſt ars. Ad hos duos modos agendi reduciſ omne agens per ſe ex. 2. phy. Hæc ille formaliter. In hac aūt controuerſia quatuor faciam. Primo oſtendam ſufficientiam ſancti Thomæ eſſe bonā, non autem illam quam affert An. and. Secundo ſpāliter probabo ꝙ illa Anto. and. ſit inſufficiens imo totaliter deficiens. Tertio ꝙ ſufficientia ſancti Thomæ eſt conformis literæ, & ad intentionem Philoſophi, non autem ſufficientia Anto. and. Quarto uero & ultimo, ſatisfaciam motiuo Anto and. contra ſanctum Thomam in ſuum illud auctorem retorquendo, & in ſuā inſufficientem ſufficientiam. Quātum ad primum probaſ propoſitum ꝓſupponendo primo ad robur præſentis doctrinæ Sancti H Thomæ, & per me dicendorum in hac defenſione, ꝙ Ariſ. 22. huius. t. c. 13. ponit hanc eandem diuiſionem ſub eodem ſenſu quo hic eam approbat ſanctus Thomas. Dicit.n. ibi Philoſophus ꝙ omnia quæ fiunt aut fiunt a natura aut ab arte aut a fortuna aut a caſu. Et poſt imediate oſtendit in quo differant natura ab arte dicens. Ars igitur principium eſt in alio. Natura autem principium in ipſo. Reliquæ uero cauſæ. ſ. fortuna & caſus ſunt horū priuationes. Vbi manifeſte patet ꝙ ex hoc uult Philoſophus has generationes diſtingui ꝙ vnius principiū eſt natura, alterius ars, alterius uero forma uel caſus, ut hic in ſua ſufficientia aſſerit. S. Tho. Præſupponitur ſecundo, ꝙ hæc diuiſio non eſt diuiſio generis in ſpecies ſed in modos. Hoc patet tam ex uerbis Philoſophi in tota ſerie textus, ut infra tertio loco dicetur, q̃ ex dictis Sancti Thomæ: qui in ultima partitione textus antequam diuiſionem literæ & ſufficientiā eius proponat, dicit ꝙ Philoſophus primo proponit quaſdam diuiſiones circa rerum generationes, quarum prima accipitur penes

I ea quæ generantur & modum generationis. Hæc ille. Patet &
hoc idem, quia ſpecies generationis ſumuntur ex terminis, ut
diuerſa ſit generatio ſubſtantialis & accidentalis, animatorum
inanimatorum, & ſic de aliis ſpeciebus eius ſiue ſub alternis ſi-
ue ſpecialiſſimis, quia formalis terminus primæ eſt ſubſtantia-
lis. ſecundæ uero accidentalis, & ſic ſuo modo dicẽdum eſt de
aliis. Eſſe autem naturale uel non naturale &c. ſunt modi gene
rationis ex principiis, & non ex terminis condiſtincti ut patet
hic per utriuſq; partis auctores. Cõpetũt etiam hi duo modi. ſ.
naturale & artificiale vni ſpeciei generationis. ſ. generationi ac
cidentali, & alter eorum .ſ. naturale, ambabus. i. & ſubſtãtiali
& accidentali. Vnde patet ꝙ neuter eorũ poteſt eſſe genera-
tionis ſpẽs. Neq;. n. oppoſitæ ſpẽs ſuperiores poſſunt de aliqua
vna inferiori prædicari puta corpus animatum & corpus ina
nimatũ de hõie. Erunt ergo modi generationis & nõ ſpẽs eius.
Si ergo debeat reddi ſufficientia generationis ſm iſtos modos
oportet ꝙ inueſtiget propria & prima ratio pdictorũ modorũ
generationis ſeu ratio generationis ſub iſtis modis, & non ſub
rõne alicuius ſpeciei eius. His pſuppoſitis ſic arguit ad primum
K intentum. Illud quod eſt per ſe primo principium ꝙ aliqua ge
neratio ſit naturalis, uel artificialis, uel a caſu, eſt etiã per ſe pri
mo principium diſtinctionis eius ab alia condiſtincta, puta na-
turalis ab artificiali, ſi ſit per ſe primo principiũ naturalis, uel
econuerſo, ſi ſit per ſe primo principium artificialis, & ſic ſuo
modo dico de generatione a caſu reſpectu aliarum. Sed per ſe
primo generatio aliqua eſt naturalis quia eſt a natura & artifi-
cialis, quia ab arte, & caſualis quia a fortuna, uel a caſu, ergo
per hæc per ſe primo adinuicem ẽt diſtinguuntur. Sed bona
ſufficientia alicuius diuiſionis datur per ꝓprias rões & per ea
quæ ſunt per ſe principia talis diuiſionis. Hoc. n. importat no-
men ſufficientiæ, ergo ſufficientia huius diuiſionis data per præ
dicta principia qualis eſt ſufficiẽtia data a ſancto Tho. bona eſt
ac perfecta, non autem ſufficientia data ab Anto. an. non ꝑ iſta
per ſe primo diuiſionis huius principia. Maior huius rõnis pro-
batur. Tum ex ueris, tum ad hominem. Ex ueris quidem quia
ſm Philoſophum. 7. metaph. forma quæ facit eſſe actu tale, di
uidit & etiam ſeparat illud ab omni alio ente actu, ſed non ta-
li, ergo formalis rõ, & per ſe primo principium, quo genera-
tio eſt naturalis &c. erit etiam formalis ratio diſtinguẽdi eam
L ab artificiali & econuerſo &c. Ad hominem autem, quia Sco.
quẽ in hoc etiã ſequunt oẽs Scotiſtæ, habet primo. d. 11. q. 2.
hanc pro maxima, ꝙ quocunq; aliquid primo cõſtituit in eſſe,
per idem diſtinguitur a quocunq; ſm tale ẽẽ diſtinguit. Silr in
quarto. diſt. 43. q. quarta, dicit ꝙ illa eſt per ſe cauſa qua poſita
& omni alio circũſcripto ſequitur effectus. Ex his euidenter ſe
quitur maior noſtra. Licet non ſequatur illud ad quod primũ
illud dictum a Scoto inducitur, ut uidelicet ꝑ filiationem diſtin
guatur filius perſonaliter a ſpiritu ſancto, ut patet ꝑ Capreolũ
in. 1 1. diſt. primi & per oẽs alios Thomiſtas de hoc loquẽtes.
Minor uero rationis illius patet tum ex dictis Anto. an. qui ẽt
hic dicit ꝙ generatio ex hoc eſt, & dicitur naturalis quia eſt a
natura, quæ eſt intrinſecum principium motus & quietis, licet
nolit ullum tale principium eſſe actiuum, & male, ut dicet. Tũ
ratione, quia de rõne naturæ eſt, ꝙ ſit principium motus natu
ralis, ut patet per diffinitionẽ naturæ, ergo ex hoc primo mo-
tus, & per oñs generatio eſt naturalis quia a natura. Si. n. natu
M ra eſt cauſa per ſe primo huius ut ſic, eo ꝙ ſibi cõpetat ex ſua
diffõne, ſequitur ꝙ de rõne etiam huius effectus ſit, ꝙ ſit natu-
ralis per ſe primo, quia eſt a natura. Cauſa. n. ꝓpria & præciſa,
rñdet ꝓprio & per ſe primo, effectui & econuerſo. Et cõfirmat
primo per Ariſ. tam hic ꝙ in principio ſecundi phyſi. vbi ponit
eandẽ diuiſionem licet nõ ſic explicite ponat omnia eius mem
bra. Dicit. n. ꝙ ea quæ ſunt a natura .i. entia naturalia diſtiguũ
tur a non naturalibus, quia illa hñt in ſe naturã, nõ iſta. Si ergo
generatio non eſt naturalis niſi quia habet aliquod principium
ut etiã tu concedis, non erit nec dicetur primo naturalis ut di-
ſtinguitur contra Ariſt. niſi quia habet principium quod eſt na
tura. Confirmat ſecundo quia idem eſt aliquid moueri ſm na
turam, & illum motum eſſe naturalem ut patet ex terminis.
Sed ex hoc aliquid dicitur moueri ſm naturam quia talis mo-
tus eſt a natura, ergo etiam talis motus dicetur primo natura
lis, quia eſt a natura. Patet minor huius ꝑ Ariſ. 2. phy. t. c. 5. ub.

dicit hoc quod eſt ignem ferri ſurſum, non eſſe naturam, neq; N
ẽẽ habere naturam, ſed eſſe ſm naturam, quod eſt eſſe a natu-
ra. Hæc ibi. Ex iis oĩbus ſequitur ꝙ ſufficientia Anto. and. bo-
na non eſt, quia vnius rei non eſt, niſi vna propria cauſa eſſen-
di ac diſtinctionis, & per conſequens vna ſola & præciſa ra-
tio diuiſionis aliquorum adinuicem. Vnde ſi ratio ſancti Tho
mæ eſt bona, ſequitur ꝙ ratio & ſufficientia Anto. and. quæ
eſt diuerſa ab illa ſancti Tho. bona non ſit. Et ex eadem ꝓba-
tione hoc ipſum infertur aperte per oppoſitum quo probatũ
eſt eam quæ a ſancto Thoma datur eſſe propriam, ut & pueri
deducere poſſunt, quia ſicut affirmatio eſt cã affirmationis, ita
negatio negationis, ut dicitur. 1. poſte. Spãliter tñ quod erat ſe
cundo ꝓpoſitum hoc ipſum, ſufficientiam inquã Anto. an. eſſe
deficientem, ſic ꝓbatur. Illa nõ eſt per ſe ratio diſtinctionis ali
quorum adinuicem, qua poſita uel remota, non ponitur uel
remouetur talis diſtinctio. Sed talis eſt ratio diſtinctionis pdi-
ctorum ab Anto. and. aſſignata ergo, non eſt per ſe ratio diſtin
ctionis ipſorum. Cum ergo aliquorum ſufficientia, reddat ꝑ ſe
primo rationem eorum, ſequitur ꝙ id quod aſſumit ab Anto. O
and. nõ ſit ſufficientia. Maior rõnis ex hoc patet expreſſe qa de
rõne cauſæ per ſe & proprie, eſt ꝙ ea poſita ponatur effectus,
& ea remota remoueat. Cãæ. n. ſingulares. i. per ſe & ꝓprie ſi-
mul ſunt & non ſunt cum ſuis effectibus. 5 metaph. t. c. 2. Et
multo magis. i. de rõne cãæ, quæ non ſolum eſt per ſe ſed &
primo cauſa talis effectus. Minor autem ſic probatur. Poteſt eſ
ſe uel ſaltem intelligi eſſe aliquod agens a propoſito, cuius ta-
men per ſe effectus eius naturalis, & aliquod agens a natura,
cuius effectus erit artificialis, ergo &c. Primum ꝓbatur. Si. n.
per poſſibile uel impoſſibile ſol eſſet agens per intellectum, qđ
ẽẽt ſi corpora cœleſtia eſſent animata aĩa intellectiua ut mul-
ti de mente Philoſophi tenent, & etiam abſolute a quibuſdã
theologis creditur, licet falſum ſit, & nihilominus ſol ꝓduce-
ret effectum in inferioribus, puta ranam eiſdẽ mediis quibus
nunc ex neceſſitate ꝓducit, ille talis effectus ita eſſet naturalis
ſicut & nunc, & pñr eius generatio eſſet naturalis & tñ princi
pium eius actiuum nõ eſſet agens de neceſſitate naturæ, ſed a
ꝓpoſito, ergo &c. Vel idem faciat Deus ſupplens virtutẽ cau-
ſæ ſecundæ actiuæ puta cœli, quod põt, ut & tu nõ negabis, li
cet aliqui Philoſophi, ſed male, id nõ credant, ꝓducat inquam P
talem effectum mediante principio naturali intrinſeco alio,
loco ſeminis, & miſterio qualitatum actiuarum & paſſiuarũ,
tunc talis effectus eſſet naturalis, & generatio ei⁹ naturalis pu
ta generatio fructus pdicto modo in arbore, & tñ principium
eius actiuum extrinſecum nõ eſſet agens de neceſſitate natu-
ræ, ergo ratio talis naturalitatis in generatione nõ eſt habere
taliter agens ſed aliqua alia magis ꝓpria, quam S. Tho. & Phi
loſophus ut diximus aſſignarunt. Per oppoſitum patet ſecun
dum. Nam ſi Deus ageret de neceſſitate naturæ, adhuc effect⁹
eius poſſet ẽẽ artificialis, ergo ſic agere non eſt ut ſic per ſe pri
ma cauſa & ꝓpria ꝙ aliquis effectus ſit naturalis, & pñr ꝙ per
hoc diſtinguat, ab artificiali. Probatur aſſumptum, quia oẽm
effectum, quem poteſt artifex imperfectior ꝓducere, poteſt
& perfectior tam peritia artis, ꝙ̃ uirtute agendi. Cũ ergo De⁹
etiam ſi ageret de neceſſitate naturæ intellectus & uoluntatis,
adhuc eſſet artifex quia agens per intellectum, & eſſet etiam Q
nobilior quocũq; artifice inferiori tam quo ad potentiam &
efficaciam agendi ꝙ̃ quo ad ſapientiam, ideo poſſet ex conſe-
quenti facere omnem effectũ artificialẽ quẽ poſſet & quicũq;
inferior artifex. Et confirmatur. Nã per hoc quod ageret de
neceſſitate naturæ, non ſibi adimeretur quin poſſet & ſciret
uti eiſdem artificialibus inſtrumentis, quibus poteſt & ſcit ar-
tifex ꝓducere illum effectum, ergo &c. Nec infringit propoſi
tum dicere, ꝙ ſi Deus ageret de neceſſitate naturæ, non poſ-
ſet non agere mediis cauſis ſecũdis, ut & quidã Philoſophorũ
putant uſq; hodie in ꝓductione naturalium. Non ualet inquã
hoc contra ꝓpoſitum, quia licet forte id curreret ubi ad effe-
ctus determinatos requiruntur etiam determinatæ cauſæ per
ſe & eſſentialiter ordinatæ, ſicut ſunt effectus naturales & na-
turali cauſarum ordine procedentes, ſecus ubi effectus nõ ha
bet cauſam determinatam, ſicut eſt effectus artificialis, qui po
teſt ab hoc particulari & ab alio ſuperiori & vlĩ artifice idem
numero fieri per idem uel per aliud inſtrumẽtum, ad hũc ſenſum

A ſum ꝙ artifex inferior non eſt ſic cauſa determinata ad hunc
effectum, quin idem numero poſſet ab alio qui ſuperior arti-
fex eſt & in cuius uirtute omnes inferiores artifices operãtur,
per ſe fieri per eadem inſtrumẽta uel ſine. Quod etiã ſi (tãetſi
uerißimũ ſit) ſit tamen durum aliquibus uideatur, aut non fa-
cile apprehendat, falſe hoc ſequitur, ꝙ talis effect⁹ erit a Deo
agente per caſum de neceßitate naturæ tanquam a cooperan
te ipſi particulari & determinato artifici, & ſic agere de neceſ-
ſitate naturæ, non eſſet ratio ꝙ aliquis effectus non eſſet artifi-
cialis. Sed forte tunc dicetur ꝙ in tali caſu, ab agente proxi-
mo talis effectus diceretur artificialis, non a remoto, qualis eſ-
ſet Deus, eo ꝙ in ſuis naturis & conditionibus effectus aßimila
tur cauſis proximis non remotis. Quod etiã uidetur, quia mul
ti effectus ſunt contingentes ex conditione cauſarum ꝓxima-
rum, quæ ſunt contingentes, quamuis Deus a quo etiam ſunt
ut a prima cauſa, non ſit cauſa contingens. Sed rñdetur ꝙ nec
B id quod adducitur quicquã ualet, nec eſt ſimile quod in proba-
tione affertur pro ſimili. Primum patet. Nam cauſa prima ma
gis influit q̃ ſecunda. Si ergo in cauſa prima eſt conditio ſm
quam oporteat ſequi effectum naturalem per te. ſ. agere de ne
ceßitate naturæ, in cauſa autem ꝓxima eſt conditio ſm quam
effectus debeat eſſe non naturalis, magis ſequetur ipſe effectus
impetum cauſæ primæ, utpote fortioris, q̃ ſecũdæ cauſæ cõdi-
tionem. Secundum etiam patet. ſ. non eſſe ſimile quod adduci
tur de contingentia eorum. Nam Deus etiã cooperatur cauſæ
proximæ ad cõtingentiam. Immo tota & prima radix contin
gentiæ rerum eſt diuina uoluntas ut & Sanctus Doctor ꝓbat
in primo. di. 33. Non cooperaretur autem ad artificialitatem
ſi haberet in ſe conditionem in agendo quæ artificialitati repu
gnaret, quod eſſet ſi ageret de neceßitate naturæ, & hæc eſſet
conditio ex qua primo haberet effectus eius naturalitatem, ut
tu ponis. Forte adhuc dicetur, ꝙ cum ſit impoßibile Deũ age
re de neceßitate naturæ, & ſimiliter ſolem agere per intelle-
ctum, nimirum ſi ex utroq; ſequantur impoßibilia. Sed hæc
C euaſio nulla eſt, quia ſi illa eẽt præciſa & prima cauſa, in quo-
cunq; ſiue per poßibile ſiue per impoßibile poneretur, neceſſa
rio deberet ab ea ſequi ille effectus, ut quia animal rõnale eſt
præciſa & prima cauſa hominis uel etiam riſibilis, in quocũq;
poneretur, etiam ſi poneretur per impoßibile in aſino, ſeque-
retur neceſſario ꝙ aſinus eſſet homo & riſibilis. In talib⁹ enim
inuenitur & ſufficit neceßitas conſequentiæ, quãuis tã añs q̃ ꝯñs
ſint impoßibilia. Cum ergo in ꝓpoſito id non currat, quia ut
ꝓbauimus ſtat per caſum ꝙ cauſa ſit agens non de neceßitate
naturæ, & effectus ſit naturalis, & ꝙ cauſa non ſit agens nõ de
neceßitate, & tñ ſit effectus artificialis, ergo ille non ſunt per
ſe & proprie ac primo cauſæ talium effectuum. Non ergo per
illas rõnes, data ab Anto. and. horum effectuũ diſtinctionis ſuf
ficientia bona eſt. Licet autem potentia rõnalis a non rationali
in hoc etiam differat ꝙ ſecunda agit de neceßitate naturæ &
non prima, ut habetur etiam a Philoſopho. 9. huius t. c. 10. nõ
tamen hæc eſt prima ratio diſtinctionis earum, ut ab ea ſumi
debeat ſufficientia cauſarum, quæ ex prima & propria ratione
ſumenda eſt, ſed illa potius, quæ hic ex Philoſopho a ſancto
D Thoma inducta eſt, ut ꝓbauimus. Illius. n. primum principiũ
eſt ratio, huius uero natura. Quantum ad tertium patet mani-
feſte ſufficientiam datam a S. Thoma non ſolum eſſe confor-
mem literæ uel ad mentem Philoſophi, uerum etiam ꝙ ipſe
eam Philoſophus in litera expreſſe aßignauerit. Declarando
enim quæ ſint generationes naturales & quæ artificiales, &
quæ caſuales, oportet dicere ꝙ reddat rationem ꝓpriam diſtin
ctionis earum abinuicem. Vnumquodq;. n. per ſuũ quod quid
eſt, diſtinguitur ab eo quod non eſt tale. Vnde & formale in ip
ſo quod quid eſt, uocatur dña, eo ꝙ ab omni alio primo differ
re facit. Sed Ariſ. in eodem textu, dicit generationem illam eẽ
naturalem quæ eſt ex natura, quod eſt dictu, cuius principium
eſt natura, quod etiam tu ipſa ueritate coactus exponendo fa-
teris. Factionem autem, quæ. ſ. terminatur ad effectus artificia
les dicit eſſe illam, quæ eſt ab arte, & per hoc eſt alia a naturali,
ut innuitur in textu, in ly, aliæ, ut & tu etiam aſſeris exponen-
do. Ipſum autem fieri præter hæc, ex hoc eſt ꝙ a caſu eſt uel
a fortuna, ut nobiſcum & ipſe conſentis, ergo generatio natu
ralis diſtinguitur ab artificiali per hoc ꝙ ipſa eſt primo a natu
ra, & illa ab arte ut a principio ſuo ꝓprio &c. & per ſua hæc E
principia utraq; diſtinguitur a per ſe uano. Et ſic patet ꝙ ſuffi-
cientia S. Thomæ eſt expreſſa ſnĩa Philoſophi. Sufficientia ue
ro Anto. an. eſt ab intentione Ariſ. hic totaliter aliena. Quo ad
quartum ſoluenda eſt obiectio eius, immo contra illum eſt re
torquenda ſic. Sicut enim effectuum vniformium, debent eſſe
vniformes & vnius generis cauſæ, ita difformium effectuum,
difformes etiam cauſæ ſunt, eo ꝙ cauſæ ſuis effectibus ſint pro
portionatæ. Cum ergo eſſe naturale, artificiale, & a caſu, ſint
rõnes in effectibus ualde difformes, in rõne modorum ipſorũ
effectuum, ſequitur ꝙ eorum debeant rõnes proprie aßignari
difformes, ergo non pertinẽtes ad cauſam actiuam tantum, uel
paßiuam tñ, ſed ad utrãq;, non tamen ut ſit, ſed ut eis compe
tit conditio naturale uel artis. Neq;. n. omnis natura habet ra
tionem cauſæ actiuæ, cum & materia natura dicatur, tametſi
ab hac ſola, generatio ipſa non dicat uel ſit naturalis, ſed quan
do ultra hoc, eſt in eo quod generatur, aliquid principium ge-
nerationis uel actiuũ, ut ſemẽ, aut aliquid loco ſeminis in gene F
ratione animatorum, uel paßiuum, ut ſunt naturales diſpoſi-
tiones, quibus materia diſponitur ad expulſionem formæ cor
rũpendæ, & introductionem generandæ, quæ ideo habent ra
tionẽ principii paßiui, quia ſe tenent ex parte materiæ, utpote
quibus materia redditur idonea ad formæ introducẽdæ ſuſce
ptionem. Sicut patet in omni generatione inanimatorum, ſiue
ſint corpora mixta ſiue ſimplicia, licet ut ſunt inſita generan-
tis, poßint aliquo modo dici principia actiua, ſed ut quibus. Cũ
ergo Anto. and in ſua ſufficientia, effectibus difformibus, cãs
difformes non aßignauerit, ſed uoluerit, omnes in vno genere
cauſæ conuenire in genere in qua cauſæ efficientis patet ꝙ tam
ueritatem oppugnando q̃ falſitatem determinando defecerit.
Item motiuum prædictum eſt defectiuum etiam quo ad mo-
dum arguendi. Res enim naturales non ſolum quo ad ſuas eſ-
ſentias & exiſtentias habent quatuor cauſas, ſed etiam inquan
tum naturales ſunt. De cauſa enim actiua apud te etiã, non eſt
dubium. De cauſa uero materiali & formali patet per Philo-
ſophum in. 2. phy. diuidente naturam in hæc. Res autem dicit
naturalis in habendo naturam. De cauſa etiam finali patet, tũ G
quia eundem effectum reſpicit finis, quem & efficiens, cũ hoc
non agat niſi ex intentione finis, ſeu ut motum ad finem, tum
etiam quia finis & forma coincidunt. 2. phy. t. c. 70. & 5. me-
taph. ca. de cauſa, tum iterum quia natura omnis agit propter
finem. 2. phy. Res etiam artificialis ꝓcedit ex quatuor cauſis,
immo ibi omnes cauſæ euidentius apparent. Cuius gratia ſem
per Ariſ. cum prædicta genera cauſarum declarare intendit,
inducit exempla in artificialibus, quia in his ꝑdicta cauſarum
diſtinctio & natura, clarius innoteſcit, immo ad ſenſum. Mo-
tiuum igitur excluſiuum pluralitatis cauſarum ad hoc ꝙ eſt
eſſe generationem naturalem uel artificialem, uel in hoc diſtin
gui eas ab inuicem, ſi non ſit diminutum, ſed ſit ſufficiens, de-
bet procedere per excluſionem multitudinis omnium cauſa-
rum, quæ ad talem naturalitatem uel artificialitatem per ſe ne
ceſſario, & quælibet in ſuo grado ex æquo concurrunt, & per
ſufficientem aliarum omnium excluſionem, vnitatem cauſæ
effectiuæ concludere ſeu ad vnitatem eius talem effectum eius
deducere. Debuit ergo tua obiectio ex excluſione multitudi-
nis, cauſarum motiuum ſumens ſic procedere & dicere: Aut H
iſte expoſitor intendit aßignare hanc ſufficientiam penes cau
ſam effectiuam generationis, uel penes cauſam paßiuam quæ,
ſcilicet materialis eſt, uel penes finalem, uel penes formalem.
Si penes actiuam, ergo non penes illud quod eſt in re, quia cau
ſa actiua eſt cauſa extrinſeca. Si penes paßiuam, ergo nec arti-
ficiale diſtinguetur penes hoc quod eſt eſſe ab arte, quia hoc
eſt principium extra rem, paßiuum autem motus principium
eſt in re. Si penes formalẽ, tunc licet ars ſit forma exemplaris,
non tamen eſt in re, & cauſalitas exemplaris magis ſe tenet
ex parte actiui principii q̃ formalis, cum ut ſic non informet,
ſed ſit forma ad quam reſpitiens agens agit. Si penes finalem,
ergo cum etiam ſit extrinſeca, tam ſm eẽ q̃ ſm intentionem,
quia ſic eſt in agente quod eſt extrinſecum, ſequitur ꝙ nõ eſt
principium quod eſt in re. Cum ergo tua obiectio non ſic pro
ceſſerit ut motiuum illud requirebat, patet ꝙ tam quo ad ma
teriam q̃ quo ad arguendi modũ uana fuerit. Eſt adhuc in hac

I oppugnatione Anto.and.attendendum aliud falſum, quod aſſumit contra Sanctum Thomam, uidelicet ꝙ principium motus poſitum in diffinitione naturæ, non eſt principium actiuũ ſed paſſiuum. Et dicit ſe hoc probaſſe in quinto. Licet autem ibi nulla a Mauritio uel Anto.an.de ſancto Thoma uel Thomiſtis mentio fiat, & ob hoc iuxta intentionem ſuſcepti operis mihi tacendum foret. Horum tamen uerborum quæ hic ponuntur occaſione, quibus nedum expreſſum eſt id eſſe contra Sanctum Thomam, uerum etiam idipſum contra eum aſſeritur eſſe probatum, propriam defenſionem edidi loco ſuo. Ad quam defenſionem quæ in ordine quarta eſt, nunc remitto. Et ideo circa præſentem defenſionem tanta ſint dicta.

DEFENSIO XIIII.

Libro.7.Tex. Cõmen.32.parte ſecunda.

HOC in loco non ueretur Mauritius diuo Thomæ imponere, ꝙ ſibiipſi in proximis etiam ſeu contiguis fere literis cõtradicat. Sic enim fœdauit ibi margines dicens (Hic & parum ante Tho.implicat.) Et non dicit in quo ſibi contradicat. Nec mirum. Cum enim nulla ſit ibi contradictio, inueniri non potuit. Sed qui furiis paſſionum agitur, clara etiam in luce impingit, & quod ratione nequit, geſtit ſaltem quo ualet nutu uel ſigno proximum, immo & patrem ſuum pro nixu confundere. Sed certe in caput nunc tuum reuertetur cõfuſio tua. Quænam uilis homuncio, quænam in minimo apparens eſt contradictio? dicere inquam, (Si ex hoc tamen uacillas) principiũ actiuum ſubſtantiæ non poteſt eſſe niſi ſubſtantia, quod hoc in loco ex Ariſ. docet S. Tho. fatetur & Anto. and. Et dicere qualitates actiuas non in uirtute propria ſed in uirtute formarum ſubſtantialium, ad ſubſtantiæ generationem concurrere; quod diuus Tho. ſupra ſuper te. 31. licet non ſub his uerbis dicat, innuit tamen, immo expreſſe intendit ex intentione & uerbis Ariſ. dicentis ibi, Subſtantiam natura conſtitutã a ſpermate fieri in quo potentia continetur atque uirtute? Nonne ſecunda hæc ſententia non ſolum primæ non contradicit, ſed eius potius confirmatio eſt ac aperta declaratio? Nonne ſecũ-

L da per Ariſtotelem in ſecundo de anima citatum, & dicentem ꝙ calor naturalis eſt inſtrumentum animæ, confirmatur inuicte? Sibiipſi igitur etiã Philoſophus repugnabit? Nonne & tuus Anto. an. uel ſecundum tuam phantaſiam Scotus cui tu ipſius Anto.an. labores falſo aſcribis, primam hic ex uerbo ponit, & ſecundam ſupra ex ſenſu? Nam ſuper te. 29. dicit ꝙ eſt uirtus actiua in ſemine, quæ uocat uirtus formatiua, quæ magis uidetur eẽ qualitas conſequens formam ſubſtantialem ſeminis q̄ ipſa eius forma ſubſtantialis. Et ibidem dicit ꝙ ratio ſeminalis continuat generationem in animatis, & ꝙ per illam ipſum ſemen quod eſt inſtrumentale productiuum ſubſtantiæ operatur, & eandem uirtutem formatiuam quam dixerat actiuam & eſſe potius accidens, dicit poſtea mouere ad formam ſubſtantialem, ex quibus omnibus ſequitur accidentia ad productionem ſubſtantiæ concurrere. Sibiipſi igitur hic auriga tuus contradicet? Eſt igitur ſubſtantia quidem primum principium ſubſtantiæ, tam quod, ut agens vniuocũ uel quaſi

M vniuocum, q̄ quo, ut talis agentis ſubſtantialis forma. Eſt & accidens multiplex concurrens ad hanc ſubſtantiæ generationem, ut quo tamen & ſecundarium agens, ſeu ut ſubſtantiæ tantummodo inſtrumentum, quod nonniſi in uirtute principalis agentis ad primum effectum cooperatur. Hanc doctrinam in uerbis Ariſtote. poteras intueri, tam hic expoſitis q̄ in ſecundo de anima allegatis, & indicare ad ipſum tibi debuit ly principium. Qualitates enim actiuæ non poſſunt abſolute dici principia formæ ſubſtantialis. Hoc ipſum communes omnium Philoſophorum conceptiones animi experientia quotidiana firmatæ potuiſſent oſtendere, ꝙ non niſi mediis qualitatibus actiuis atque paſſiuis naturale agens poteſt quicquam producere. Sed multiplex uelamen habuiſti ſuper oculos tuos, ut non poſſes hæc intueri, & ideo tibi in parte compatiendum eſt.

DEFENSIO XV. N

Libro ſeptimo tex. com.43. parte prima.

Si ergo genus ſimpliciter non eſt, præter eas quæ ut generis ſpecies: aut ſi eſt, quidem ut materia eſt. Vox enim genus & materia.

HOC IN LOCO Mauritius in marginibus primo dicit, ꝙ Sanctus Thomas non multum ſapit metaphy. Paulo ante poſt in margine etiam dicit ibi excludi cauillationem Thomiſtarum. Anto. uero an. fugam parans ad Thomiſtarũ ictus circa materiam de pluralitate formarum ſic dicit: Notandum ꝙ negantes pluralitatem formarum, hic uolunt ſumere argumentum ꝙ vnitas diffinitionis eſt per hoc, quod genus nihil eſt præter generis ſpecies, ſaltem ſm eẽ quidditatiuum. Sed hoc non eſt uerum, quia accipitur auctoritas truncata. Nam ſequitur: Genus non eſt præter eas quæ ſunt generis ſpecies, aut ſi O eſt quidem, eſt ut materia. Secunda pars disiunctionis eſt uera. Vnde ad ſecundum membrum ſubdit exemplum. Vox enim genus eſt & materia. Eſt igitur intentio Philoſophi ꝙ illud qđ importatur per genus, nihil eſt niſi potentiale reſpectu ſpecierum. Hæc illæ formaliter. Reſpondentes autẽ primo ad Mauritii illius uerba licentioſa ualde, & quæ uirum grauem nõ deceant, dicimus ueriſſimum eẽ ꝙ diuinus doctor Thomas non multum ſapit metaphyſicæ, loquendo de metaphyſica tenebroſorum, qualis eſt metaphyſica uaniſſimi capitis tui, Mauritii tibique ſimilium: ſecus de metaphyſica Ariſtotelis ac aliorũ ſapientum & Thomiſtarum, quorum rationes dum non penetrantur ab ignorantibus, cauillationes putantur, cum uere ſubtiles ſint ꝙ & tu licet non a temetipſo, ſed ſancto ſpiritu impellente, a quo teſte Ambroſio, eſt omnis ueritas, extremo loco in margine confeſſus es. Cuius tamẽ ſancti ſpiritus tu aſpirationem iuxta tuæ forte mentis malam diſpoſitionem, in deriſionis ac ironiæ uenenum conuertiſti. Qua in re, tuæ potius miſeriæ condolendum eſt, q̄ illata contumelia uel iniuria penſitanda. Anto. autem an. in prima oppugnatione male penetrat & exponit Ariſtotelis optimi metaphyſici ſenſum ac uer- P ba. Peius etiam diuum Thomam optime exponentem impugnat. Pro primo ſciendum ꝙ unam tantum eſſe formam ſubſtantialem in compoſito, eſt vna ſubtiliſſimarum & altiſſimarum ueritatum quæ ſint in philoſophia. Trãſcendit enim ſenſum & omnem imaginationem, immo eis uidetur apertiſſime repugnare, dum accidentia eadem uideantur perdurare amota ſubſtantiali forma, quod eſſe nõ poſſet niſi etiam aliqua alia forma in compoſito per quam & idem corpus perſeueraret, inueniretur. Et propter hoc uiri qui ſubtilis ſunt imaginationis, intellectus autem minus perſpicacis, dum intellectualia per imagines quas tranſcendere nequeunt metiuntur, in præſtigioſum cadunt errorem, ut facile putent claram ſe percepiſſe ueritatem, & omnes alios ſibi non conſentientes decipi. Contra qui intellectualia intellectualiter ponderant ſenſumq; pediſſequum faciunt intellectus, non dominum non quod ſenſus ipſe præmõſtrat, ſed quod ratio potius, ſubminiſtrat attendũt. Q Et in huius præcipue quæſtionis uera concluſione patet id manifeſte, cum ex vnitate eſſe atq; ſuppoſiti, eſſentialiq; ordine prædicationis, qua non niſi idem de ſeipſo ac totum de toto ſimilibusq; ſolius intellectus indagationibus ipſam concluſionẽ deducat, nedum Doctor ſanctus in pluribus locis atq; Thomiſtarum ſchola, ut aſſerit Mauritius (quaſi uelit notam, ſingularitatis opponere, quæ tamen ſuffragante ueritate nõ eſſet nota) ſed et maxima philoſophorum ac ſapientum turba, confirmante etiam Auguſtino ſub anathemate, vnam tantum animam eſſe in homine: & Ariſ. ſæpius vnam tantum eſſe formã in compoſito palam docente. De quibus ſiquis uoluerit plenius informari, ad Capreolum ſancti Thomæ (ut ita dixerim) animam, recurrat in ſecundo ſen. lib. diſ. 15. & alibi. Nunc autem iuxta quod propoſuimus tantum de hac quæſtione faciemus uerba, quantum exiget horum aduerſariorũ aggreſſus. Quod igitur Anto an male hic exponat Ariſ. dum S. Thomam impugnat, ex uerbis ipſius Ariſ. clare deducit. Nãq; Philoſophus

A in dicendo, aſſertione quam uerbum illud, ſimpliciter, præſefert, uſus non eſſet, ſi ſententia illa prima, ueritate careret, & inutiliter eſſet allata in medium ſi falſa ſit, & per conſequens ad intentam concluſionem inutilis, & ſecundam tantummodo quam ueram aſſerit ſolam Anto.an. propoſuiſſet Philoſophus, ne uerborum ſuperfluitate notaretur, aut certe eorundem propoſitione, ambiguitatis uel deceptionis in cātā re materiam miniſtraret, quod Philoſophum tam egregium nō deceret. Nec fauet ullatenus modus loquendi Philoſophi, quo uidetur diſiunctiue loqui, erroneæ huic aduerſarii opinioni. Neque enim ſemper diſiunctiuo ſenſu prædicta ſigna apud Philoſophum inducuntur, ſed aſſertiue perſæpe & vbi præſertim motæ alicui dubitationi occurrit, uel determinando ueritatē uel arguendo, ut exempligratia uidere potes ſeptimo huius. tex.c.50. Vbi dubitationem an ſubſtantia ſit cōpoſita ex ſubſtantiis, uel ex non ſubſtantiis, ſic ſoluere incipiens dicit: Aut
B modo quodam erit, modo autem quodam nō. Et.12.t.c.51. parte quarta. Vbi pro vna parte quæſtionis huius, an.ſ.intellectus intelligendo uilia uileſcat, arguens, ſic incipit: Aut inconueniens meditari de quibuſdam. Et ſic in propoſito, modo & non ſenſu diſiunctiuo aſſumptum pro inferenda concluſione propoſuit propter duplicem ſignificandi modum quo genus ad ſpecies, comparari poteſt, quorum vno quidem acceptum, non eſt præter generis ſpecies, & hoc eſt ſi accipiatur genus ſimpliciter.i. abſolute ut genus eſt, quo modo ſolum ſpecies ut ſic reſpicit. Altero uero modo ſumptū, eſt præter eas quæ ſunt ut generis ſpecies, tunc uidelicet quando accipitur ut materia. Et ex utroq; intentum ſuum concludit ſatisfaciens principali dubitationi ingenioſiſſimo artificio. Hoc eſt enim quod ſub dubio propoſuit, quomodo uidelicet diffinitio, non obſtāte partium ſuarum pluralitate, non ſit vnitate per ſe priuata. Et oſtendit primo id eſſe clarum eo q genus nō eſt præter eas quæ ſunt generis ſpecies, & ob hoc ſicut ipſa ſpecies vnū quid per ſe eſt, ita & diffinitio eius, eo quod ſi eſt idem cum ſpecie,
C eſt idem & cum differētia, quam in ſe ſpecies claudit. Et ſi idē, ergo & vnum cum ea. Et hoc inducit arguendo a maiore, q cum genus poſſit conſiderari in ordine ad ſpecies, & ut genus, & ut materia, ſi conſideratum ut materia facit per ſe vnum cum differentia non obſtante q ut ſic, ſit præter eas quæ ſunt generis ſpecies, addito q materia realiter a forma diſtincta ēt eſt, multo magis vnum cum differentia faciet genus ipſum, inquantum genus quo modo haud quaquam eſt præter generis, ſui inquam ipſius ſpecies. Sic enim breuiſſimo ſermone ſimul tria inſinuat, ad ſpeciem inquam, genus ipſum dupliciter comparari, utroq; modo vnum cum differentia facere, & per generis ut materiam ſonat unitatem cum differentia, id quod propoſiti ſui erat inducit, a fortiori, id pſum dico genus eſt, ut genus, cum differentia (cum ut ſic præter ſpecies haud ſit) maxime vnum fieri. Si autem concluderet tantū q genus ut materia, vnum cum differentia faciat, iam non quæſtioni propoſitæ fieri uidetur directe ſatis. Aperte quippe inducit tam ex ſententia modo diſiunctiuo propoſita, q̄ ex exemplo uocis inducto, duobus prædictis modis acceptandum fore genus, ut
D genus inquam ſeu ſimpliciter.i.abſolute, quod eſt dicere genus ut genus formaliter, & iterum ut materia. Cum igitur diffinitio formaliter aſſumat genus, ſi proprie diffinitio ſit, & nō ut materiam, eodem Philoſopho hoc ipſum in ſeptimo aſſeuerante, dum diffinitionem comprobauit de ſpecie proprie tantum dari, & non niſi ex genere ac differentia conflandam eē, (tanti quippe Philoſophi adeo graues ſententiæ, non niſi formaliter interpretari debent) ſequitur q genus ipſum ut genus eſt & ſimpliciter in diffinitione ipſa, differentiæ copulentur. Dubitatio igitur quomodo ex partibus diffinitionis, vnum fieri poſſit, directe nequaq̄ occurriſſet, niſi cōcluderet ex ipſo genere ut genus eſt, vnum per ſe cum differentia fieri. Quod cū adamuſſim inducat enucleatio doctiſſima diui Thomæ, ab eaque deuiet plurimum Anto.an. quam affert expoſitio, patet S.Tho.Ariſ. mentem penetraſſe, non iſtum. Quod fuerat primum in hac defenſione propoſitum. Sed & quod magis urget omnes qui ratione reguntur in doctrinis non uoluntate, ſi nō niſi ut materia ſumptum genus faceret vnum cum differentia: ſicut perfectibile cum propria perfectione, ſic tū q ipſum

E perfectibile diſiunctam realiter a perfectione illa formam ſignificetur, iam non vnum per ſe ſed ſolum per accidens fieri, cōcludi poteſt. Qualiſcūq; enim forma illa generis ſit, & quomodolibet imperfecta, actus tamen, & ſubſtantialis actus eſt, minuſq; dependens ab alio q̄ actus accidentalis, ut ex ipſa ſubſtantiæ naturæ manifeſtæ conuincitur. Et cum Ariſ. ſupra in ſe primo tex.cō.49. uel circa, vniuerſaliter loquens de actu, concludat, ex duobus in actu non poſſe vnum per ſe conflari, eo inquit q actus ſeparet hæc duo adinuicem, & ſua hæc ratio cōuincat actum accidentalem cum ſua potentiali non poſſe per ſe vnum facere, ſed tantū per accidens, multo magis id in ſubſtantiali quocunque deducetur actu. Quod ſi quis forte huic rationi occurrat, ex hoc q accidentalis actus ipſum in quo recipitur ſubiectum non reſpiciat ut proprium perfectibile, ſed cōmune, quæram ego ab iſto, vnde nouerit id eē commune ſubiectum eius ac perfectibile. Si enim quia ſeparari poteſt, iam & quælibet ſubſtantialis forma ſpecifica in rebus corruptibilibus cum a corpore ſepararetur, corpore ipſo ſm ſe ſub forma
F propria remanente, ipſum iam corpus nulla talis forma reſpiceret, ut ſuum potentiale ac perfectibile proprium, ſed commune. Si uero dicas, quia hæc eſt ſubſtantialis forma, illa uero accidentalis, vnde oro noſti hanc eſſe ſubſtantialem, illam uero accidentalem? Aliam certe rationem nullo modo poteris aſſignare, niſi quia ſubſtantialis eſt illa, quæ pure vnitur materiæ ad inſtituendum ſuppoſitum, cui per ſe primo debetur eſſe atq; ſubſiſtere. Accidentalis uero quæ iam in actu exiſtēti adiacet enti. Non poteſt igitur multiplex ſimul in eadem materia ſubſtantialis inueniri forma; ſed vnica quæ & vnicum det eſſe ei compoſito quod vnum ſimpliciter ac per ſe dicit in ſubſtantiæ genere, omniſq; alia qua ſuper induitur ex hoc ipſo cōuincitur eſſe accidentalis. Ex prædictis omnibus facile patet, ſecundum q uidelicet peius impugnauerit diuum Thomam, q̄ etiam Ariſ uerba expoſuerit. Quia prædictæ ſuæ male expoſitioni addidit q S.Thomas literam Philoſophi truncate accipit uel exponit. Vtinam ſic ille omnia Philoſophi uerba ponderaſſet prout aurea libra facit angelicus Doctor. Ab errore enim ſuo facile purgari potuiſſet. Exponit enim diuus Tho-
G mas quid ſit, genus ſimpliciter non eſſe præter generis ſpecies. Quid ut materia acceptum ſit ipſum eſſe præter eas quæ ſunt in generis ſpecies. Quomodo genus & ſi ut materia ſumi poſſit, non tamē uere materia ſit. Quomodo hoc ipſum quod eſt ut materia poſſe genus ſumi, non quibuſdam tātummodo ſed omnibus generibus conueniat, tametſi Philoſophus vnum dūtaxat exemplum induxerit, & tale in quo præfatam diſtinctionem clarius quiſq; ualeat intueri. Quomodo ex utroq; dicto inferat Ariſ. intentam concluſionem, licet ex primo formaliter & directe. Ex ſecundo enim (ut ante dixi) non niſi arguendo a maiori, deduci poteſt intentum formaliter, & primo mediante. Quomodo item ex hic dictis Philoſophus & ueritatem determinat, & argumenta ſupra in oppoſitum facta diſſoluit. Vnde igitur truncata authoritas Philoſophi accipitur? Tu magis Philoſopho tantæ dignitatis iniuriaris, dum conuinceris ſuperfluitatem uerborum iuxta tuam expoſitionem imponere, & ſuam inductam deductionem infirmare. Quod enim ex duabus ille ſententiis, quarum vna ſit alterius in inferendo robur
H non modicum, directe concludit, tu ex vna dūtaxat & ſine robore, & indirecte ſatis, inducis. Patet ergo q ex Ariſto. uerbis expreſſe habetur genus ipſum non aliam ſignare formam ab ea quam ſpecies claudit, aut econuerſo, & conſequenter non ſm multitudinem eſſentialiū prædicatorum multiplicari formas in ſpecie ſuppoſito, neque etiam uel vnius generis ſignificatam formam, ab ea quæ ſpeciem extremam conſtituit, eſſe diſtinctam, ſi pro quia, genus quodlibet nō eſt præter eas quæ ſunt eiuſdem generis ſpecies. Non igitur diſtincta quouis modo eſt forma quæ corpus eſt primo corpus, ab ea qua idem ipſum eſt animatum, uti tamen cum principe tuo, uobiſq; adhærentibus æſtimas, & contendis, licet ex modo ſignificandi, eo q corpus ipſum indeterminate formam hanc exprimat, animatum uero corpus determinate, & ſic primum quidem ſuperioris generis, hoc uero inferioris uel ſpeciei intentionem ſuſcipiat, aliqualiter & non niſi intentionaliter diſtinguantur. Circa igitur aduerſarii præſentem oppugnationem in materia

I de pluralitate formarum tanta ſint dicta.

DEFENSIO XVI.

Libro ſeptimo tex. com. 43. parte tertia.

Finalis differentia ſubſtantia rei erit & diffinitio.

HOC IN LOCO circa eãdem materiam de pluralita
te formarum Anto. and. diuum Thomam impugnat dicens.
Notandum q negantes plures formas, hinc ſumunt argumen
tum, quia finalis differentia quæ dicit rationem formæ dicit
totam ſubſtantiã rei, ergo non eſt ibi alia & alia forma, a qua-
rum prima ſumatur genus, & differentia a ſecunda, quia tunc
differentia ultima non eſſet tota ſubſtantia diffiniti. Sed hoc
nihil ualet. Non enim poteſt intelligi q tota ratio quidditatiua
ſit in ultima differentia. Tunc enim genus ſuperflueret in diffi
nitione, quia ſola ultima differentia totam eſſentiam rei ex-
primeret. Sed debet ſic intelligi q completiue eſt tota ſubſtan
tia rei, ſicut a forma ultima completiue eſt tota eſſentia haben
tis formam. Hæc ille. Sed in hac oppugnatione patet ex Philo
ſophi uerbis & intentione ipſius. Ari. mentem hunc non ap-
prehendere, nec altitudinem ſpeculæ fideliſſimi eius expoſito
ris aſcendere potuiſſe. Intendit enim Ariſ. (ut ipſe Anto. and.
K a ſancto Tho. edoctus fatetur) oſtendere diffinitionem quid
per ſe unum ſignificare, non obſtante differentiarum multitu
dine, ſicut & hoc ipſum paulo ante oſtenderat, non obſtante
generis ipſius a differentia, quæcunq; uideatur diuerſitate. Nõ
intendit autem hæc perſuadere non eſſe inter ſe diſtincta quã
tum ad uocem, quinimmo ex multis uocabulis docet in ſepti-
mo t. c. 13. diffinitionem neceſſario rite conſtare. Non etiam
quantum ad conceptus, quia ſic uocum diſtinctio inutilis fo-
ret. Debet enim diffinitio pluribus conceptibus diſtincte palã
facere, quod diffinitum comprehendit vnico quaſi cõfuſo. De
indiſtinctione igitur reali q loquatur & intendat neceſſe eſt,
generis inquam cum differentia prius, nũc autem de reali vni
tate ac in diuiſione realium differentiarum, quibus quaſi gra-
dibus deſcenſus per ſe fit ex ſupremo genere ad ultimam ſpe-
ciem. Hic autem iſti dum a lumine recedunt, propriis tenebris
inuoluuntur, ut dicant cum tali differentiarum numeroſitate,
L & nihilominus cum formarum per differentias iſtas ſignifica-
tarum diſtinctione reali, ſtare vnitatẽ quandam inter eas rea-
lem & per ſe a natura intentam, ſicut proprii generis perfecti-
bilis cum perfectione ſua itidem propria, & ſicut propriæ po
tentiæ cum eiuſdem proprio actu, quæ vnitas ſufficiat ad diffi-
nitionis per ſe vnitatem, quam & præmonſtrare Philoſophus
ſolam intendat. Diuus uero Tho. ex uerbis & intentione Phi-
loſophi expreſſe, uoluit vnitatem hanc non ſufficere, & aper-
te oſtendit q neceſſario quæ per ſingula prædictorum ſiue ge
nerum ſiue differentiarum eſſentia ſignificatur ſit eadem peni
tus & vna realiter, diuerſis tamen cõceptib⁹ ſignificata, quo-
rum quilibet id quidem quod totum eſt, dicat, at nõ totaliter,
neq; ſm omnem ſuæ naturæ perfectioniſq; gradum. Et ſi cõ
pleta quæ per hæc omnia ſignificatur eſſentia, vna natura eſt
realiter & penitus eadem, licet a prædictis omnibus non eo-
dem modo expreſſa, forma etiam ex quo primo talis eſſentia,
realitatem ſortitur & ſpeciem, realiter vna erit. Quod ſecius
M magis q̃ forte doctiſſimi expoſtularet, aperiendum cenſeo, ut
demum ualeam clare dedocere, idipſum hoc in loco, Philoſo-
phum edocere. Sciendum igitur q inter cætera quibus homo
in infima ſede intellectualium creaturarum locatus, a ſupre-
mis intellectibus elongatur, vnum eſt, quod quidem ex parte
modi intelligendi ſe tenet, hoc inquam q quæ ſparſa diuerſa-
que ſunt in entibus, in uitu mentis, diſtincte etiam concepti-
bus apprehendit, & ob hoc diuerſis etiam nominib⁹ explicat.
Vnde ſi quo modo prædicta quæ in diuerſis diuerſa ſunt, in
vno formaliter vniantur, uel eminenter contineantur in eſ-
ſentia vna & ſimplici, diuerſis nihilominus cõceptionibus hæc
intellectus noſter apprehendet, & tunc ex hoc ſolo aliquam di
ſtinctionem dicentur habere, quæ uocatur ob hoc ipſum, di-
ſtinctio rationis, quia per comparationem ad intellectum
uel rationem ſumitur, & nullo modo ex parte rei diuerſi-
tas illa eſt. Hoc cum in multis quæ propoſito non deſer- N
uiunt, tum in prædicamẽtali ordine præcipue inuenitur, quod
propoſito fauet. Eſſe corpus (exempli cauſa) eſſe animatũ cor-
pus, ſenſibile, rationale, & inueniuntur diuerſa in diuerſis, &
nihilominus vniuntur in homine realiter, & ob hoc diſtinctis
quidem hæc omnia conceptionibus repræſentat homo diſtin-
ctiſq; ſignat uocibus. Sed tamen in homine nõ niſi rationis &
intellectus patiuntur diuiſionem, ut in homine vnam eſſentiã
dicant reſpectibus ad diuerſas intellectus conceptiones diſper
titam, non rebus. Quia uero hæc in diuerſis reperta, adinuicẽ
comparantur ſm ſuperiorem & inferiorem ſeu maiorem &
minorem perfectionem. Perfectiora quippe ſunt animata ina
nimatis corporibus, ſenſibilia inſenſibilibus, & ſic inde, ideo
etiam dum in vnum conſtituunt, rem illã vnam quidem gradi-
bus ad culmen eleuãt perfectionis, ut id quod in aliis cõpertũ,
imperfectionẽ dicebat reſpectu alterius, in hoc vno quaſi gra-
dum ſimplicis illius eſſentiæ infimum dicat, reſpectu ſui ipſius
eſſentiæ ut perfectionem illam ulteriorem includit, quaſi ſiat
ad gradum ſuperioris aſcenſus, & ſic inde donec ad ultimam O
perfectionem quam hominis propria differentia, rationale in-
quam, exprimit, perueniatur. Sic igitur conſtituta natura ho-
minis præciſe ut trium eſt dimenſionum immediatum ſubie-
ctum, ad quod multa alia in rebus ei æquiparantur, quaſi ſm
perfectionis ſuæ infimum gradum cognoſcitur. Sed cum illa
quæ in hoc gradu ſecum conueniunt, homo per uitam tran-
ſcendat in qua tamen alia quædam ſecum conuenientia ſiſtit
ſcilicet animata, iam ad ſecundum ſuæ perfectionis gradum
quodammodo fit aſcenſus. Cum iſta quoq; per ſenſum tranſcã
dat in quo tamen conueniunt & in eodem ſiſtunt quædã alia
ſcilicet animalia, ad tertium iam gradum perfectionis eius per
intellectum eleuamur. Sed & cum hæc per rationem ſuperet,
quaſi quarto gradu culmen attingimus ſuæ perfectionis. Vna
ergo eſſentia, & vnica talis eſſentiæ forma ſimpliciſſima, diuer
ſis conceptibus & diuerſis nominibus pro diuerſitate prædicto
rum graduum deſignabitur. Et ſic illorum quodlibet totam
quidem illam eſſentiam, ſed non quodlibet totaliter eam ex-
primit, ſed vnum nomen illam ſignat ſub vno gradu tantum,
aliud ſub duobus, & ſic inde. Et ſic uera nihilominus erit præ-
dicatio qua ſuperius prædicatur de inferiori, eo q totum de to P
to enuntietur, licet non plene totalitas inferioris per ſuperius
exprimatur. Illud autem nomen quod omnium graduũ per-
fectionem comprehendit, eſt naturæ illius proprium, ut ly ho
mo naturam humanam totam & totaliter .i. quo ad omnem
gradum exprimit. Sed quia homo cum quibuſdam aliis rebus
conuenit in aliquo per tale nomen ſignificato, & per aliud ab
eiſdem aliis differt, per quod etiam in ſupremo gradu ſuo con
ſtituitur, & hoc ſecũdum eſt formale reſpectu primi, eo quod
formæ proprium ſit & ab aliis formaliter diſtinguere, actus
enim ſeparat & ei cuius forma eſt, perfectionem dare. Cũ for-
ma ipſa in eſſe ſpecifico & etiam actuali vnumquodq; conſti-
tuat, ſequitur q tunc apertiſſime natura illa explicatur quantũ
ſuos terminos, materiali inquam atq; formali, quãdo his duo-
bus cõceptibus diſtincte repræſentatur, & ꝑnr duobus illos ſi-
gnificantibus uocabulis exprimitur. Quod facit diffinitio. Ad
eam quippe ſpectat quidnam diffinitum ſit explicare a prima
potentia uſq; ad ultimum actũ. Et ex his patet quod vnitas for Q
mæ in compoſito non tollit diſtinctionẽ conceptuum uel præ
dicatorum eſſentialium, quinimmo neceſſario exigit. Quia au
tem Philoſophus, hic id intendat, immo probet, & q Ant. an.
non bene illum exponat, immo eidem apertiſſime ſe oppo-
nat, liquet expreſſe conſiderantibus utriuſq; uerba. Volens .n.
Philoſophus oſtendere quod multitudo differentiarum non
obeſt vnitati per ſe diffinitionis, proponit q ultima differentia
eſt tota rei ſubſtantia & diffinitio, ut ſic inferat q ſicut ultima
differentia eſt vnum per ſe, ita & diffinitio. Probat autem pro
poſitum primo a priori, ſecundo a poſteriori. A priori quidem
per diuiſionem ſuperioris in per ſe differentias donec ad ulti-
mam & indiuiſibilem deueniatur. Qua diuiſione expoſita per
exempla, concludit vniuerſale intentum dicens: Si itaq; hæc
ſic ſe habent, palam quia finalis differentia, rei ſubſtantia erit
& diffinitio. Non eſſet autem bona pñtia iſta Philoſophi, niſi ul
tima differentia comprehenderet omnes ſuperiores, ſic quod

eſſet

A eſſet idem rei, quod ſic patet. Nam ſicut ſe habet res ad eſſe ita
& ad vnitatem quarto huius, ergo eo modo quo aliquid eſt
hoc uel illud, eo modo eſt vnum cum eo. Quod ergo eſt hoc
ſubſtantialiter, uel quia eſt ſubſtantia eius, ſeu quod idem eſt,
eſt ipſa huius ſubſtantia, oportet quod ſit vnum cum eo ſubſtã
tialiter ſeu, vnum in ſubſtantia cum eo. Sed vnum in ſubſtan-
tia facit idem quinto huius, ergo oſtenſo quod hoc ſit hoc ſub-
ſtantialiter, oſtenditur quod hoc ſit idem illi. Et hoc per pri-
mam probationem facit hic Philoſophus. Ex diuiſione enim
& ordine eſſentiali inter differentias per ſe, oſtendit ꝙ ſupe-
rior differentia ſubſtantialis prædicatur per ſe primo de infe-
riori, ergo concluditur ꝙ inferior & ſuperior ſunt idem reali-
ter. Et ob hoc ipſe intulit ꝙ ultima differentia eſt tota ſubſtan
tia rei, quia eſt eſſentialiter idem cum omnibus ſuperioribus,
ut ſic inferat a priori multitudinem differentiarum non obſta
re quin diffinitio habeat vnitatem per ſe, ſicut nec obſtat quod
B ipſa ultima differentia ſit vnum per ſe, quia comprehendit om
nes ſuperiores in vna ſua ſimplici realitate atq; ſubſtantia ſua,
ut diximus. A poſteriori autem hoc ipſum probat, quia uideli
cet ſi ultima differentia non eſſet tota ſubſtantia rei, & conſe-
quenter ad exprimendam totam rei eſſentiam, oporteret in
diffinitione ponere omnes alias differentias, non accideret ſu-
perfluum in diffinitionibus. Accidit autem ſuperfluum ponen-
do, plures differentias in diffinitione, ergo &c. Hoc autem pro
bat per exempla in quibus clare patet ſuperiores differentias
in inferioribus formaliter includi, uidelicet habens pedes, bi-
pes, bipes pedibus ſciſſus. Patet enim ꝙ ultima includit forma
liter præcedentes, & ſecunda primam. Et ſic poſita ultima in
diffinitione, cum ſufficienter exprimat alias, ſuperfluum eſſet
alias apponere. Et ſic concluditur quod ultima eſt tota ſubſtan
tia rei. Ex his duo notanda eliciuntur ex uerbis & intentione
Philoſophi. Primũ quod dictum eſt, differentiam inq̃ inferiorẽ
includere ſuperiores formaliter: alias nõ poſſet illas dicere, &
ſic non eſſet ſuperfluum &c. Illud enim per uerbum dicitur,
C quod per ipſum ſignificatur. Vnde & paulo ante in hoc eo-
dem textu Philoſophus ſuperiorem differentiam de inferiori
prædicat in abſtracto dicẽs, ꝙ ſciſſio pedis, pedalitas quædam
eſt. Ratio autem ſeu motiuum illius eſt, per quod hoc ne-
gat Anto. and. in notando ſuo, quod Mauritius uocat expoſi-
tionem ſingularem atque ſubtilem. Et uere tam ſingularis &
ſubtilis eſt, ut a nullo ſapiente intellectu capi poſſit, atque ſeip-
ſam deſtruat. Dicit enim quod uerbum Philoſophi quo dicit ꝙ
ſciſſio eſt pedalitas, non eſt intelligendum ꝙ ſit prædicatio per
ſe primo modo, & ꝙ differẽtia inferiori includat ſuperiorem,
ſed quod inferior per ſe dat diuidere ſuperiorem inquantum
huiuſmodi. Hæc ille. Sed primo quærendum eſt ſi non eſt illa
prædicatio per ſe primo modo, cum ſit uera & neceſſaria, quo
modo perſeitatis ſit per ſe. Non enim ſecundo tertio uel quar
to, ut patet ex eorum rationibus, ergo primo. Item eſt prædi
catio ſuperioris per ſe de inferiori ut tu dicis, & patet cum ſit
diuiſio per ſe & non ſecundum accidens, ergo in primo modo.
Demum quid eſt dicere inferior per ſe dat diuidere ſuperio-
rem inquantum huiuſmodi, niſi quod illa perſeitas conſurgit
D per ſe & formaliter tam ex parte inferioris q̃ ex parte ſupe-
rioris. Et hoc eſt ualidiſſime confirmare ꝙ eſt prædicatio ue-
ra & neceſſaria & per ſe primo modo. Secũdum quod ex præ
ſenti paſſu Philoſophi elicitur, & ex primo ſequitur, uidelicet
ꝙ eadem eſt realitas quæ ſignificatur per ſuperiorem differen
tiam & inferiorem, & conſequenter eadem forma. Si enim eſ
ſent plures formæ quas ultima differentia ſignificaret, tunc
non ſignificaret vnum per ſe, ſed per accidens, & ſic diffinitio
non eſſet vnum per ſe. Cuius contrarium intendit hic proba-
re Ariſ. Ex pluribus enim actibus & p̃r ex pluribus formis,
non fit vnum per ſe, ſed per aliud & per accidens, quia nõ poſ-
ſunt vniri niſi ratione tertii, ſcilicet ſubiecti, cui accidit eſſe ſub
iectum vnius inquantum habet alteram, etiam ſi vna neceſſa-
rio præ exigeret aliam in eodem. Sicut per accidẽs vnum ſunt
in ſubiecto albedo & ſuperficies, tametſi albedo neceſſario exi
gat ſuperficiem in ſubiecto. Nec ualet dicere quod iſtæ nõ ſunt
eiuſdem generis ut illæ, quia ſi ſupponatur eſſe plures formas
ſubſtantiales in ſubiecto non poteſt magis probari has eſſe eiuſ
dem generis q̃ illas. Vtrobiq; enim non poteſt afferri niſi ea-
dem ratio vnitatis generis, neceſſaria uidelicet illa coexigẽtia,
quæ currit pariter in utroq;. Nec magis poſſet haberi has eſſe
prædicationes ſubſtantiales homo eſt animal uel ſubſtantia, q̃
has homo eſt quantus uel albus, & tota rerum diſtinctio con-
funderetur. Vbi igitur multitudo actuum inuenitur, ibi vnũ
per accidens eſt & non per ſe. Actus enim non vnit ſed ſepa-
rat per ſe ab alio actu, ex ſeptimo huius. Si uero aduerſarii di-
cant quod ſunt quidem plures formæ, ſed differentia ultima
non omnes ſignificat, ſed tantum vnam, quæ tamen dicitur
tota rei ſubſtantia, quia eſt completiua totius ſubſtantiæ, ſeu
(ꝙ idem eſt) quia ab ea eſt cõpletiue tota rei ſubſtantia, ut di
cit Anto. an. hic, tunc conſequentia Philoſophi nulla erit, ꝙ ui-
delicet ſit ſuperfluum alias differentias in diffinitione ponere,
immo ſequitur quod eſt neceſſarium eas ponere ſicut propriũ
perfectibile cum ſua propria perfectione, ſicut docuit Ariſto.
in ſeptimo ſeruandum eſſe, nolens diffinitionem ex proprio
conſtare genere ac differentia ultima. Et hoc eſt ineuitabile ar-
gumentum Thomiſtarum, quod uirtualiter ponitur hic a ſan F
cto Thoma. vbi dicit: Ex hoc ſcilicet quod hic dicitur a Philo-
ſopho patet ꝙ cuiuſlibet ſpeciei eſt vna tantum forma ſubſtan
tialis, ſicut leonis vna eſt forma per quam eſt ſubſtantia & cor
pus & animatum corpus & animal & leo. Si enim eſſent plu-
res formæ ſecundum omnia prædicata, non poſſent omnes
vna differentia comprehẽdi, nec ex eis vnum conſtitueretur.
Hæc ille. Quaſi ſic arguat. Aut ultima differentia comprehen-
dit omnes præcedentes aut non, ſi non. Sed dicit vnam tan-
tum quæ eſt completiua aliarum, ergo non eſt ſuperfluum eas
omnes in diffinitione ponere nec bis repeteretur idem. Si ſic,
uel eas comprehendit quaſi vnicam formam, uel quaſi plures.
Si primum, habetur intentum. Si ſecundum, ergo non ſigni-
ficat vnum per ſe, nec diffinitio erit vna contra Philoſophum.
Hoc argumentum ab his non excluditur, immo & per Anto.
and. dicta hic, robur accipit contra eoſdem. Dum enim dicit
ꝙ ultima differentia eſt tota ſubſtantia rei, ſicut a forma ulti-
ma completiue eſt tota eſſentia habentis formam, ſequitur
quod qualitercunq; intelligat non ſit ſuperfluum illas differen
tias in diffinitione ponere, ſiue omnes formas & diſtinctas ſe- G
cundum eum ſignificet & ultima differentia, ſiue ſignificet tã
tum ultimam formam completiuam &c. Non enim inconue-
nit, immo neceſſarium eſt, in diffinitione poni proprium per-
fectibile & propriam ſuam perfectionem. Cum diffinitio ſit
explicatiua eſſentiæ rei a prima potentia uſque ad ultimum
actum. Non eſt ergo ſenſus uerborum Ariſt. nec intentio eius
ꝙ ultima ſit tota ſubſtantia rei, quia ab ea eſt completiue tota
ſubſtantia rei, ſic enim non concluderet intentum ut deduxi-
mus, ſed eſt eius intentio ꝙ ipſa uere ſit tota rei ſubſtantia, ut
uerba exprimunt aperte. Eſt enim extorta ualde expoſitio,
dum dicitur, hoc eſt hoc, interpretari, ab hoc eſt hoc. Et oſtẽ
dit ſic exponens, ꝙ propria phantaſia pro lege ſibi ſtatuta, ue-
lit omnia alia, licet repugnantia ad ſuam trahere uoluntatem.
exponendo autem ut litera per ſe fert, habet Ariſtote. inten-
tum ſuum perfecte. Cum enim ſupra probauerit diffinitione
eſſe vnam non obſtante pluralitate ſeu quacunque diſtinctio-
nem inter genus & differentiam, eo quod genus non eſt præ-
ter eas quæ ſunt generis ſpecies, & ſic non eſt aliquid præter H
differentias quibus ſpecies identificatur, nunc idem oſtende-
re uoluit non obſtante differentiarum multitudine, eo inquã
quod omnes præcedentes differentias non eſſe aliquid præter
eam quæ eſt ultima, oſtendit ipſa eſſentiali earundem diuiſio-
ne & ſuperfluitate propoſitionis earum. Et ex præcedenti
hoc toto proceſſu infert concluſionem magis uniuerſalem,
quæ ſequatur etiam ex medio illo quod genus non eſt præter
eas quæ ſunt generis ſpecies, hanc inquam, ꝙ ultima differen
tia eſt tota ſubſtantia rei & diffinitio, quaſi dicat. Tanta eſt
vnitas diffinitionis quanta & differentiæ ultimæ, quia & diffe-
rentia ultima eſt eſſentia & generis & omnium differentiarũ,
ergo & eadem vnitas quæ eſſentiam conſequitur. Cum ergo
hæc ultima differentia ſit quid vnum ſimpliciter ut patet, ſe-
quitur quod & ipſa diffinitio ſit vna ſimpliciter. Quia tamen
differentia ultima non includit formaliter genus, differentia
enim non participat genus. Tertio huius tex. comment. 10.
ideo non obſtante eadem utriuſque eſſentia, oportet ſeorſum

A gumentum. Quia ſi non eſt ordo in ſubſtantia, ergo non eſt
ibi alia & alia forma, quia ſi ſic, iam eſſet ordo in ſubſtãtia rei
ſecundum ordinem formarum. Sed hoc nihil ualet ad propo
ſitum. Philoſophus enim ante immediate uoluit, ꝙ ſi eſt nuga
tio addendo differentiam priorem poſteriori, pari ratione erit
nugatio econuerſo. Non enim eſt talis ordo in ſubſtantiis, hoc
eſt in his quæ pertinent ad rationem ſubſtantialem ſiue diffini
tiuam, quod alius & alius ordo fiat, & tollat nugationẽ. Vnde
non eſt intentio Philoſophi ꝙ diffinitio non poſsit dari, & per
genus, & multas differentias non ſe mutuo includentes ſecun
dum nugationem. Nam ſi ponantur in diffinitione multæ dif
ferentiæ ordinatæ, non ſequitur nugatio. Sed ſupponendo op
poſitum illius quod vult Philoſophus probare, ſequitur nuga-
tio, hoc eſt quod ab ultima differentia non ſit vnitas rei. Quia
quandoque ſi genus ſit remotum, datur per multas differen-
tias. Si ergo tunc vnitas non eſt ab ultima differẽtia, cum vni
tas compoſiti ſit ab ultima differentia, cum hæc non ſit ulti-
ma erit aliqua alia ultima & ultimus actus, & ab ea eſt compo
B ſitum vnum, & tunc aut erunt duæ, aut erunt vna. Si vna, erit
nugatio cum utraque ponatur. Si aliud & aliud, & utrumque
in actu, & ex duobus in actu ultimo non fit vnum, ſequit quod
ex illis duobus non fiat vnum. Exemplum huius patet in lite-
ra, ut ſi diffinitio hominis eſt animal habens pedes bipes, ly bi-
pes finalis differentia, a qua completiue eſt ſubſtantia & vnitas
diffinitionis, non eſt includens formaliter differentiam prio-
rem quæ eſt habens pedes, alioquin ſequuntur inconuenientia
prædicta. Hæc ibi. In expoſitione autem ultimæ literæ ſic di-
cit. Probat dictam concluſionem, ꝙ ſcilicet finalis differentia
ſit ſubſtantia & diffinitio perfectiue & ultimate, alioquin, ut di
ctum eſt, in diffinitione eſſet nugatio ſicut patet tranſponendo
differentias. Nam ſicut prius addendo poſteriorem differen-
tiam priori erat nugatio, ſimiliter & econuerſo addendo prio-
rem poſteriori, quia non eſt ordo quantum ad hoc in ſubſtan
tia. i. in his quæ ſpectant ad ſubſtantialem rationem & diffiniti
uam rei. Semper enim erit nugatio præponendo uel poſtpo-
nendo, hypotheſi negata, & nihil refert dicere hoc prius &
hoc poſterius. Hæc ille ibi. Non puto autem locum alium in-
ueniri in hac ſua metaphyſicæ expoſitione, in quo tam paten-
C ter Ariſto. ſenſum & uerba peruertat Anto. an. & ueritate de-
uiet manifeſte ſicut in præſenti. Quod ut facile cuiuis pateat,
& ex hoc facile ab his philoſophiæ peruerſoribus ſe tueri quiſ-
que ualeat, primo exponemus textum hunc Ariſto. iuxta ex-
poſitionem ſancti Thomæ, oſtendendo illum a uerbis Philoſo
phi non diſcedere. Et ex hoc facile erit ſecundo uidere, quomo
do Anto. an. tam in expoſitione q̃ in prædicto notando, a ue-
ritate deuiet & intentione Philoſophi. Pro primo ſciendum
ꝙ Ariſ. uolens dubio occurrere quo quæſiuit in analyticis, &
hic idem repetitur tex. 42. quomodo ſcilicet diffinitio, cum
partes habeat, ſit per ſe vna, oſtendit partium eius multitudi-
nem, illius vnitati per ſe haud quaquam præiudicare. Et pri-
mo quidem ꝙ non diſtinctio generis a differentia, quia genus
non eſt ſine differentiis, cum non ſit præter generis ſpecies, ut
deduximus in decimaquinta defenſione. Secũdo autem quod
nec multitudo differentiarum illam impediat vnitatẽ, eo quod
ultima, omnes præcedentes includat, & ſit tota rei ſubſtantia
D & diffinitio, quod probauit, tum ex eſſentiali diuiſione differen
tiarum, tum ex ſuperfluitate quæ accideret in diffinitione, ſi
omnes differentiæ in ea ponerentur, quia multotiens idem re
peteretur. Ex quo manifeſte patet ꝙ omnes ſunt idẽ, & quod
ſufficit ponere ultimam, quæ ex prædicta ſuperfluitate, contin
gente, cognoſcitur eſſe tota rei ſubſtãtia & diffinitio, ut in præ
cedenti defenſione declarauimus. Manifeſtat autem poſt hæc
primum medium per oppoſitum. i. per diuiſionem accidenta-
lem. Nam ſecundum eum non ſequitur quod vna differentia-
rum harum accidentaliter diuidentium ſit ultima, immo tot
erunt ultimæ quod ſient diuiſiones, eo quod ex accidentalita-
te diuiſionis, non eſt ibi aliqua quæ includat alias, ſed omnes
ſignificant proprias & diſtinctas formas. Patet etiam per hoc
idem, ex oppoſito inquam, illud ſecundum medium roborari.
Nam ubi non eſt aliqua ultima differentia quæ includat alias,
ſed omnes ſignificant diſtinctas formas, puta album, nigrum,
& huiuſmodi, ſi coniungantur cum differentia diuiſa, puta ha-
bens pedes, & dicatur habens pedes albos, uel habens pedes ni E
gros, nulla erit ſuperfluitas, ergo ubi eſt ſuperfluitas, ibi ulti-
ma differentia eſt tota ſubſtantia rei, & per conſequens ibi eſt
vnica forma. Ponit poſt hæc Ariſ concluſionem principaliter
intentam, hanc inquam quod diffinitio eſt ex differentiis: ſed
non ex omnibus, ſed ex ultima quæ omnes præcedentes in-
cludat, & ad quam per rectam, hoc eſt eſſentialem & non acci
dentalem diuiſionem deuentum eſt. Hanc autem concluſionẽ
poſtea declarans, ſimul etiam manifeſtat ſecundum ſupra poſi
tum de ſuperfluitate medium, & dicit ꝙ ſiquis poneret in diffi
nitione plures differentias tranſponendo eas. i. præponendo
poſteriorem priori, nugationem incurreret manifeſte. Quod
non eſſet niſi tales multæ differentiæ haberent aliquem deter
minatum ordinem adinuicem. Licet enim ea quæ diſtinguun-
tur tantum ſecundum uocem, qualitercunque vnum prius vel
poſterius alteri coniungatur cauſent nugationem ut ueſtis &
indumentum, illa tamen quæ importãt diſtinctas rationes for
males, & multo magis ſi ſignificarẽt diſtinctas res, nõ poſſent
vno ordine coniuncta nugationem cauſare, niſi oppoſitum or F
dinem exigant. Ideo enim (ut ſub exemplo loquamur) dice-
re, bipes habens pedes, aut rationale, ſenſibile, eſt nugatio, quia
hæ duæ differentiæ ordinem alium requirunt, ut ſcilicet prior
præponatur poſteriori, ut dicatur habens pedes bipes, & ſenſi
bile, rationabile. Sed ſic exponendo ſtatim occurrit dubium,
ex quo Ant. and. forte ſumpſit occaſionem erroris. Nam pau
lo ante Ariſt. dixit pariter eſſe ſuperfluum plures differentias
ponere in diffinitione etiam præponendo priores, quia contin
geret inquit multotiens idem dicere, ergo non habent hunc
determinatum ordinem qui excludat nugationem, ex quo tã
quam rite ſtatuto, oppoſitus ordo ſit nugatorius. Sed reſpon-
detur ꝙ non omnis ſuperfluitas & eiuſdem repetitio inducit
nugationem, quæ ab Ariſtote. in primo elenchorum ponitur
determinata diſputationis metaph. Sed ſolum ubi in repetitio
ne ſic idem dicitur, ꝙ nihil aliud ſupra id quod pri' dictum eſt
addatur. Dicendo enim ſenſibile rationabile, repeto quidem
in rationali realiter & formaliter ipſum ſenſibile. Sed tamen
talis repetitio non eſt uſquequaq; inutilis, & conſequenter nõ
eſt uere nugatio, quia aliquid additur, id inquam quod forma G
liter importat rationabile, quod in ſenſibili non includebatur
formaliter. Artificioſe igitur Ariſ. per repetitionem eiuſdem
realitatis ex hoc inutilem, quia vnica & ultimã differentia ean
dem realitatem dicit, quam & omnes aliæ præcedentes, oſten
dit diffinitionem, non obſtante multitudine differentiarum,
vnam eſſe realiter, ſicut vna eſt ipſa differentia ultima, quæ to
ta rei ſubſtantia eſt & diffinitio. Quod quidem & hic cõfirmat.
Neq; enim eſſet repetitio omnino inutilis tranſponendo diffe-
rentias, niſi per eas idem realis ſignificaretur, ex quo ſequitur
quod & in illa alia repetitione idem repetatur realiter, cũ quo
tamen ſtat immo exigitur, ut & hic ponitur, quod ſecundum
rationes formales ſit ordo in differentiis, quando ſcilicet non
tranſponuntur. Ipſum enim tranſpoſitionis uerbum, dat intel
ligere non debitum & requiſitum tunc ſeruari ordinem in dif
ferentiarum locatione, & ex conſequenti tunc ſeruari debi-
tum ordinem cum non tranſponuntur, cum quo tamen debi-
to ordine ſtat ſuperfluitas ex parte rei, cum omnes idem ſigni
ficent. Non autem eſt ſimpliciter ſuperfluitas, quia nõ præciſe H
& ſimpliciter idem repetitur, ſed cum additione nouæ forma
litatis, ratione quarum formalitatum eſt ordo inter eas, & nõ
ratione ſubſtantiæ. Quod Philoſophus aperte docet, dum ſub
dit: Sed ordo non eſt in ſubſtantia rei, quaſi vna pars ſubſtan-
tiæ ſit prior alia. Hoc autẽ dixit ut ſtatim ſapiens inſerat, quod
in ipſa rei ſubſtantia non eſt aliqua diſtinctio aut diuerſitas dif
ferẽtiarum, & ob hoc ultima poſita in diffinitione, ponitur to
ta rei ſubſtantia & diffinitio. Et ſic inferatur quod ſicut ultima
differentia eſt quid vnum per ſe, & ſimiliter ipſa ſubſtantia rei
eſt quid vnum per ſe, ita & diffinitio ſit quid per ſe vnum. Et
hæc eſt ſumma intentionis Ariſ. in hoc textu, ut clare patere
poteſt literam eius libero intuitu percurrentibus, & ipſe etiam
ex uerbis eius ꝑſr indocam, dum expõnem Ant. an. oſtendam
eſſe diſtortam. Ex his autem ſumitur iniquiſſimum illud argu
mentum, quod aduerſari excludere adnituntur. Si. n. ſine in eodẽ
cõpoſito plures formæ ſubales integrantes ſubſtantiam eius,

I tum in illa ſubſtantia ſic integrata eſt intrinſece ordo, & multi-
plex ordo, temporis loquam & naturæ & etiam perfectio-
nis. Temporis quidem & naturæ, quia vna eſſet origine
prior alia, puta forma corporeitatis, anima rationali. Nam
ſicut anima rationalis ſecundum iſtos abſcedit forma corpo-
reitatis manente quæ prius inerat, ita & per generationem
introducitur per eandem corporeitatis formam formato iam
prius corpori. Perfectione autem quia forma ſuperueniens,
ponitur etiam ab his eſſe nobilior & perfectior omnibus præ-
exiſtentibus, & ſic eſſet multiplex ordo in ſubſtantia contra
Philoſophum hic expreſſe. Hoc autem argumentum ut fu-
giat Anto. and. totam Philoſophi clariſſimam literam, in
alium ſenſum peruertit. Quod fuit ſecundum ſupra propo-
ſitum. Et quia doctrina hæc Ariſtote. uera eſt, oportet con-
ſequenter ꝙ iſte homo in uarias corruat falſitates, tam expo-
nendo literam Philoſophi, ꝗ dictam expoſitionem ſuam, ad
ſolutionem prædicti argumenti producendo & applicando.
k Exponendo ſiquidem dicit quod Ariſto. probat hanc conclu-
ſionem, ꝙ finalis differentia ſit ſubſtantia & diffinitio perfe-
ctiue & ultimate, quia alioquin in diffinitione eſſet nugatio.
Sicut patet tranſponendo differentias. Nam ſicut prius ad-
dendo poſteriorem differentiam priori erat nugatio, ſimili-
ter econuerſo addendo priorem poſteriori, quia non eſt ordo
quantum ad hoc in ſubſtantia. i. in his quæ ſpectant ad ſubſtan-
tialem rationem & diffinitiuam rei. Semper enim erit nuga-
tio præponendo & poſtponendo hypotheſi negata, & nihil re-
fert dicere hoc prius & hoc poſterius. Hæc ille. Sed hunc
non eſſe ſenſum literæ ex his manifeſtari poteſt, quod putat
uim rationis Philoſophi conſiſtere in hac conſequentia: Si fi-
nalis differentia non eſt ſubſtantia & diffinitio perfectiue & ul-
timate, in diffinitione eſſet nugatio tam tranſponendo ꝗ non
tranſponendo differentias. Sed non eſt nugatio in diffinitione
quando ponuntur differentiæ ordinatæ (quod iſte dicit, quan
do nititur ſoluere argumentum thomiſtarum) ergo finalis dif
ferentia eſt ſubſtantia & diffinitio ultimate & perfectiue. Sed
L decipitur ualde hic homo. Non eſt enim hæc ratio quam in-
ducit Philoſophus, ſed ad concluſionem intentam procedit
totaliter ex oppoſita uia. Tum primo quia non proponit il-
lam concluſionem ſub oppoſito conditionato ad falſum con-
ſequens, ut ex eiuſdem conſequentis deſtructione inducat pro
poſitum, ut patet in litera. Sed tu ex tuo capite formam hanc
arguendi impoſuiſti Philoſopho. Tum ſecundo quia Philo-
ſophus non dicit ly ultimate & perfectiue, quia ſunt termini
diſtractiui & deſtructiui eius quod intendit Philoſophus, ut pa
tet in litera, & declaratum eſt in præcedenti defenſione. Fuiſ-
ſet etiam ualde diminutus Ariſtote. & eius doctrina ſatis de-
fectiua. Si prædictos terminos tam neceſſarios ut aliunt, im-
mo oppoſitum cauſent ſenſum, ubilibet prætermiſiſſet, & ſem
per oportuiſſet ſupplere, ut iſte facit, ex tali, ſupple, ſupple,
imponens diminutionem Philoſopho. Sed Philoſophus non
ſemel tantum ſed pluries, & ſine terminis diſtractiuis. dicit
quod finalis differentia eſt ſubſtantia rei & diffinitio, ſeu ex fi-
nali eſt diffinitio: & non dicit quod ab ea perficiatur diffinitio,
ſed ab ea ſit vnitas diffinitionis. Licet enim & hoc uerum ſit ſe
M cundum rationes formales, hoc tamen nec confert nec ob-
m ſtat vnitati per ſe diffinitionis, ſed ſolum vnitas rei indicat vni
tatem diffinitionis exprimentis rem illam, & ideo debuit illam
identitatem realem proponere & probare, & non ultimatio-
nem uel completionem aut perfectionem, quæ nihil confere-
bant propoſito ſuo. Tum tertio quia illa prima conditiona-
lis nullam apparentiam habet, immo conſequens magis uide
tur ſequi ex oppoſito antecedentis illius, hoc inquam ꝙ ſi ul-
tima differentia eſt tota ſubſtantia, ſequitur nugatio. Nam
tunc non poſſet multitudo differentiarum in diffinitione poni
niſi idem ſæpe repeteretur, cum idem ſignificent, & ſic non ſi-
ne nugatione uel aliquali ſuperfluitate, ut optime deduxit
Ariſtote. & expoſuit ſanctus Tho. Nugatio enim ex vnitate,
& non ex pluralitate ſignificatæ rei procedit, ut patet. Im-
ponere autem tanto Philoſopho argumentationem non ap-
parentem immo falſam, quia nunquam idem conſequens ex
duobus contradictoriis ſequitur, eſt illum reddere dignum
non modica confuſione. Quarto quia tu tam exponendo ꝗ
io ultimo notando aperte oſtendis illam conſequentiam non N
ualere, niſi adiunctis pluribus aliis deductionibus & conſe-
quentialibus diuiſionibus, ut ex omnibus fiat vna perfecta ar-
gumentatio, & ſic conſequentia Philoſophi eſt defectiua, cum
ipſe ſolam illam proponat, immo nulla eſſet, cum nugatio
ſecundum illam tuam argumentationem non ſequatur ex
hoc quod eſt finalem differentiam non eſſe diffinitionem, niſi
dicatur quod multæ differentiæ ſint vna, a qua tanquam a
finali diffinitio ſit vna. Poſſet autem aliquis reſpondere Phi-
loſopho ꝙ non eſſent vna ſed plures, & ſic antecedens illud
non eſſe ſufficientem cauſam inferendi conſequens ſecundum
ſe abſolute, ſed ſecundum aliam determinationem, ſecun-
dum cuius oppoſitum non ſequitur conſequens illud. Prædi-
ctum autem inconueniens & prædictam reſponſionem non
refellit Philoſophus in hoc proceſſu, ſed tu niteris id facere,
ergo ipſe fuit hic diminutus, cui tu opem tuliſti. Hei miſer
Ariſtote. qui eget talium uirorum auxilio. Tum quinto ma-
xime, quia non poſſet Ariſtote. per hanc conſequentiam quã
ſuam eſſe dicis, intentum inferre, niſi arguendo a deſtructio-
ne conſequentis illius conditionalis, ad deſtructionem antece
dentis, ut ante ipſe propoſuit. Sed iſta deſtructio conſequen- O
tis, ꝙ ſcilicet in diffinitione non poteſt eſſe talis nugatio qua-
litercunque ibi ponatur talium differentiarum multitudo,
tranſponendo inquam eas uel non tranſponendo, eſt falſa, er-
go per hanc ſuam conſequentiam, intentum ſuum non ha-
bet. Quod autem illa minor ſit falſa, patet, cum Ariſtote.
hic expreſſe bis dicat & per exempla declaret oppoſitum, &
tam patenter ꝙ & pueris notum eſſe poſſet. Manifeſtiſſi-
mam ſiquidem incurrit nugationem qui dicit, animal bipes,
habens pedes. Quomodo ergo Ariſtote. ſapientum Monar-
chæ attribuenda eſt ratio tam inſulſa, & ex tam manifeſta fal-
ſitate procedens? Quod etiam uerbum illud Philoſophi: Sed
in ſubſtantia non eſt ordo. iſte inducit tanquam ſit probatio
eius quod dixerat, ꝙ ſcilicet nugatio erit ſiue poſtponendo
ſiue præponendo differentias hypotheſi id eſt principali con- P
cluſione Philoſophi negata, literæ ſimiliter repugnat aper-
te. Quod quidem patet dupliciter. Primo quia aduerſatiue
proponitur uerbum illud Philoſophi, ergo præcedentibus
non poteſt applicari ut eorum probatio, ſed magis ſignifica-
tur ab eis remoueri eiſdemque aduerſari. Cum enim præmi-
ſerit quod ſuperfluum eſt habens pedes dicto bipede, & ſic
ponere multas differentias tranſponendo, ſtatim adiunxit:
Sed ordo non eſt in ſubſtantia, ut explicet ſuperfluitatem il-
lam non niſi ex negatione debiti ordinis procedere quo po-
ſteriora prioribus & non priora poſterioribus poſtponuntur,
quaſi dicat, ille debitus ordo inter differentias non eſt in ſub
ſtantia rei, quia in ſubſtantia non eſt ordo, & per conſequens
ordo ille inter differentias attenditur non ſecundum ſubſtan-
tiam ſed ſecundum modum ſignificandi, & formales ratio-
nes tantummodo. Et ex hoc habet propoſitum, ꝙ uidelicet
non ſit multiplicitas in ſubſtantia ſecundum multiplicita-
tem differentiarum, ſed vnitas. Et hæc vna ſubſtantia tota,
ultima differentia eſt, ex qua cum ſit diffinitio, ut concluſum Q
eſt, ſequitur diffinitionem habere vnitatem per ſe, ut ſit du-
bio principali ſatisfaciat ex omni parte. In illo igitur modo q
exponendi uiri huius conſideranda eſt aperta ſenſus peruer-
ſio, ut quod Ariſtote. aduerſatiue proponit, hic homo pro-
batiue inducat, quod uero Ariſtote. aſſumit, eſſe inquam nu-
gationem uel ſuperfluitatem in locatione plurium differen-
tiarum in diffinitione, ut ex hoc inferat concluſionem inten-
tam, iſte aduerſatiue exponit, quaſi inducatur ſuperfluitas
uel nugatio ex oppoſito concluſionis intentæ, ut ſic ex ne-
gatione nugationis inferat cõcluſionem Philoſophi, & ſic ei-
dem Philoſopho tam in formam propoſitionum, ꝗ in uirtu-
te & forma probationis directe ſe opponat. Neque enim
ullo modo eſt uerum id quod iſte pro fundamento ſuæ per-
uerſæ expoſitionis aſſumpſit hic & ſupra, uidelicet quod non
ſit nugatio poſtponendo differẽtias, niſi hypotheſi negata, qa
non ex negatione hypotheſis infert nugationem, ſed ex põne-
mutationis infert hypotheſim. Quia. n. eſt nugatio in trãſpõne
differentiarum, probat hic quod diffinitio eſt ratio quæ eſt ex
finali dña tantum. Et paulo ſupra ex ſuperfluitate, quæ etiam

A inuenitur in locatione directa plurium differentiarum probatur, quod ultima differentia eſt tota rei ſubſtãtia. Neq; .n. eſſet nugatio prædicta uel ſuperfluitas niſi vna includeret alias. Talis autẽ incluſio non eſt ſine identitate ſubſtantiæ, quia incluſio præter hanc, non eſt alia niſi formalis quæ hanc includit. Neq; enim poteſt aliquid in ſuo conceptu formali aliud claudere ut ſuperius, & eſſentiali incluſione de qua hic ſermo eſt, niſi & idẽtice illud includat. Quod autem ſic uidẽdat Philoſophus patet, cum ex ſerie manifeſte, tum ex hoc quod eſſe talem ſuperfluitatem inter differentias probat utrobiq; Philoſophus per exẽpla, ergo non eſt conſequens ſuæ probationis. Probationis .n. alicuius, ſi ipſa probari debeat, non probatur ſicut nec negatur conſequens, ſed præmiſſa, uel forma. Item in proceſſu argumentatiuo a deſtructione conſequentis, non probatur conſequens primæ conditionalis, ſed potius oppoſitum eius. Probari enim debet quod bene deſtruatur, & conſequenter quod ipſum conſequens quod deſtruitur falſum ſit. Sed Ariſto. per exempla probat clariſſime eſſe nugationem ſeu ſuperfluitatã

B inter differentias, ergo non arguit a negatione hypotheſis ad hanc nugationem, ut ex deſtructione huius negationis inferat hypotheſim. Et hæc apertiſſime conſtant ex litera. Vnde male faciunt uiri illi, ob vnam phantaſiam quam ſuſceperunt, eo quod neſciant ſoluere quædam argumenta friuola, uelle totã philoſophiam ſapientiſſimi Ariſ. peruertere, & ad ſuas falſitates trahere uiolenter. Secundo probatur idem quod ſcilicet uerbum Philoſophi quo dicit, Sed in ſubſtantia non eſt ordo, non ſit probatio præcedentium, ut hic homo inducit. Præceſſit enim immediate quod ſuperfluitas accidit in tranſponendo differentias. Sed hoc non poteſt probari per illud dictum, immo remouetur. Si enim non eſt determinatus ordo inter differentias, licitum eſt quomodolibet eas in diffinitione adinuicẽ ordinare & coniungere ſiue negata hypotheſi ſiue non, & ſic nunquam accidit nugatio contra te, ſemper enim nugatio eſt illicita. Item adhuc negata hypotheſi ſecundum tuam intentionem, id eſt negato quod detur finalis differentia ſignificans diſtinctam formam ab aliis quæ det ultimate vnitatem diffinitioni, eſt eſſentialis ordo inter differentias quia tu concedis plures differentias poſſe vnam formam ſubſtãtialem ſignificare.

C Non enim tenet Scotus quod ſecundum omnem multitudinem prædicatorum eſſentialium ſit multitudo formarum, ſed ſecundum pluralitatem aliquorum, ut habes ab eo ex quarto diſtin. xi. q. 3. ar. ſecundo. Et alterius tenes harum etiam differẽtiarum ultimam dare vnitatem diffinitioni ut patet hic, & quod etiam inter illas & præcedentes ſit ordo eſſentialis, tum quia hoc dicis multotiens, tum quia & in. q. quarta ſecundi, dicis inter cauſas eſſentialiter ordinatas non eſſe proceſſum in infinitum iuxta Philoſophi demonſtrationem ibi, & vna cum illo id exponendo deducis etiam in cauſis formalibus, & ſic differentiæ formales ſunt eſſentialiter ordinatæ. Tum etiam quia illud ex hoc eſt neceſſarium dicere, quia illarum differentiarum multitudo conſequitur per ſe eſſentialem ſuperioris diuiſionem in inferiora, ut tu ipſe etiam in quodam notãdo iam ſupra a me quoad alia reprobato concedis, ergo ordo eſt etiã in differentia, hypotheſi negata, & ſic non nugatio. quæ ſm te non ſtat cum prædicto ordine, immo remouet omnem ordi-

D nem ſituationis earum in diffinitione, ſi per negationem ordinis probes ibi eſſe nugationem hypotheſi negata. Non poteſt igitur prædictum Philoſophi uerbum, pro præcedentium probatione induci, ſiue negata ſiue non negata hypotheſi. Sed ponitur aduerſatiue, ut inferatur q; cum inter differentias ſit ordo quidam legitimus, quem nugatio dum illum remouet manifeſtat, in ſubſtantia autem non ſit talis ordo, patet q; cũ multitudine differentiarum quæ quo ad rationes formales ordinem prædictum admittit, ſtat ſubſtantiæ vnitas & ſimplicitas eſſentialis, quæ ordinem prædictũ a ſe excludit, ita quod quantum ad ſubſtantiam ſignificatam, differentiæ prædictæ nõ admittant ordinem, quem neceſſario exigunt ſm modum ſignificandi. Ex prædictis omnibus patet prædictam Anto. an. expoſitionem eſſe totaliter Ariſ. intentioni ac ueritati contrariã, literæq; illius apertiſſime repugnare. Et cum ſuper hac expoſitione erronea fundetur euaſio eius ad argumentum inuictiſſimum thomiſtarum, patet q; illius fuga vndiq; præcluſa eſt.

E Quod ut magis etiam pateat, ex uerbo breuibus expoſitionẽ illam percurrens elidam. Cum enim primo dicit quod argumentum thomiſtarum nihil ualet ad propoſitum. Reſpondemus quod utique uerum eſt q; non facit ad propoſitum ſuum, & nihil ualet contra eos qui non rationibus ſed uoluntatis determinatione reguntur. Sed apud Sapientiſſimos, & a ſapientum principe argumentum tactum, inſolubiliter ueritatem docet. Quod autem ulterius dicit Ariſtotelem uoluiſſe ante immediate, quod ſi eſt nugatio addendo differentiam priorẽ poſteriori, pari ratione erit nugatio econuerſo. Reſpondetur quod nec Ariſtote. hæc ante immediate uoluit, nec iſta coniunctiue dixit, nec ſub tali conditionato modo dicendi, ut iſte recitat. Sed primum quidem, dictum eſt ante immediate. Secundum autem, ad aliud propoſitum multis aliis mediantibus. Nec eſt uerum quod ſit par ratio, ut tam in exponendo literam in principio defenſionis q̃ in refellendo expoſitionem Anto. and. clare oſtendimus, nec Ariſtote. hoc dixit aut aliquando ſomniauit. Sed pro libito tuo credis poſſe Ariſtote. quicquid tuo capiti uidetur imponere. Nec Ariſtote. inducit,

F non eſſe ordinem in ſubſtantia, tanquam prædictarum nugationum cõiunctim uel diuiſim a te inductarum probationem, ſed aduerſatiue ut diximus. Vnde ex hoc patet quod totum oppoſitum docet. Nec dicit in ſubſtantiis, ut tu falſo allegas, quatenus falſa allegatione falſam expoſitionem apparentem reddas, ſed dicit in ſubſtantia, ut ex hac ſingularitate cognoſcas non de differentiarum pluralitate loqui, ſed de ſubſtantia vna quæ per plures differentias & per earum ſingulas tota quidem, ſed diuerſimode ſignificatur. Nec dicit etiam, talis ordo, ſed abſolute dicit, ordo, nec ly talis, ex dictis eius elici poteſt. Ex hac autem ſimpliciter adducta negatione ordinis, infert intentum, ſubſtantiam inquam per differentias ſignificatam eſſe per ſe vnam, & conſequenter diffinitionem, quod nõ poſſent per limitatam. Poſt hæc cum dicis quod non eſt intentio Philoſophi q; diffinitio non poſſit dari per genus, & per multas differentias non ſe mutuo includentes ſecundum nugationem, manifeſte contradicis Philoſopho, tibiipſi, & ueritati. Philoſopho quidem, quia in hoc eodem textu paulo ante dixit quod finalis differentia eſt tota diffinitio, & non oportet

G multotiens idem dicere in terminis. i. in diffinitionibus. Superfluum enim accidit hoc dicentibus. Super quæ uerba Philoſophi ſic arguitur. Philoſopho non eſt attribuenda ſuperfluitas, & præcipue illa quam ipſe reprobat. Sed ponere plures differentias in eadem diffinitione, dicitur & probatur a Philoſopho eſſe ſuperfluum, quia idem inquit multotiens diceretur, ergo poſſe ponere plures differentias in eadem diffinitione, nõ ſolum non eſt ſecundum Philoſophum, immo eſt contra eius intentionem directe. Sibiipſi autem hic homo in hoc aduerſatur, quod ante immediate tam exponendo textum q̃ oppugnando, dixit eſſe nugationem tam poſtponendo q̃ præponendo priorem differentiam poſteriori, quod quidem dixit (ſed male) probari a Philoſopho per illud dictum, in ſubſtantia non eſt ordo. Sed in omni multitudine differentiarum in aliqua diffinitione aſſumptarum neceſſe eſt ſuperiores inferioribus uel præponi uel poſtponi, ergo non poteſt ſecundum te poni multitudo differentiarum in diffinitione ſine nugatione.

H Nec potes dicere conſequenter ad Ariſtote. q; illud tantum eſt uerum hypotheſi negata, quia Ariſtote. probat id abſolute eſſe uerum per exemplum dicens. Nam quando dicit Animal habens pedes, bipes, nihil aliud dixit, q̃ animal pedes habens & duos pedes habens. Patet igitur quod cum bis idem dicatur, abſolute & non per ſuppoſitionem cuiuſcunq; alterius, incurritur ſuperfluitas, quam tu uoces nugationem, licet uere non ſit nugatio, ergo contra teipſum nunc loqueris. Repugnat etiam ueritati quod poſſit dari differentiarum multitudo, quarum nulla includat aliam ſecundum nugationem ut ſupponis. Omnes enim differentiæ eſſentiales aut ſunt adinuicem primo uel ſecundario ſeu ex conſequenti oppoſitæ, aut ſe habent ſicut ſuperior & inferior. Sed in vna diffinitione nõ poſſunt poni plures differentiæ inuicem repugnantes, ergo ſi poſſunt poni plures, adinuicem comparabunt ſicut ſuperior & inferior. Sed inferior ſic ſemp includit ſupiorẽ ut ipſa poſita nõ poſſit poni ſupior ſine nugatiõe, ut patet in exẽplo Phi q̃ hiis

I duos pedes inclodit habens pedes, ut & ipſi termini præ ſe fe-
runt, & etiam ſi præponatur ſuperior, idem bis dicitur, & ſic
accidit ſuperfluitas quam tu uocaſti nugationem, ergo nõ poſ
ſunt poni plures differentiæ ſubſtantiales in diffinitione quin
voa includat aliã ſm nugationem iuxta tuam expoſitionem,
uel ſm aliqualem ſuperfluitatem iuxta Philoſophum & ueri-
tatem. Cum oero ulterius iſta falſa & repugnanoa Philoſopho
& tibiipſi, & ueritati, probare ſeu declarare niteris dicens: Nã
ſi ponantur in diffinitione multæ differentiæ ordinate non ſe-
quitur nugatio, patet q iuxta tuam ſuprapoſitam probationẽ
qua dicebas q quia in ſubſtantia non eſt ordo, ideo ſiue tran-
ſponantur ſiue præponantur differentiæ ſeqoitur nugatio, nõ
poſſunt poni ordinate. Vltra enim duplicem ordinem quæ ab
eis negas, alius noo datur. Quod autem dicis nugationem non
ſequi multitudinem differentiarum in diffinitione, niſi ſuppoſi
to oppoſito eius quod Ariſ. intẽdit, hoc inquã ſuppoſito quod
ab ultima differentia non ſit vnitas rei, ex dictis ſupra, ſæpeq
k repertis, patet eſſe falſiſſimum. Tum quia Philoſophus noo fa
cit illam deriſibilem conditionalem, uidelicet. Si ab ultima dif
ferentia non eſt vnitas rei, ſequitur nugatio, ut ſupra manife-
ſtauimus. Tum quia ſi etiam faceret, adhuc non euitatur quin
multitudo illa differentiarum in vna diffinitione poſitarum
non ſituetur aliquo illorum duorum modorum, quos ambos
aſſerit, & exemplis probat ſapere ſuperfluitatem, quam tu di-
cis nugationem. Quod ulterius addens dicis diffinitionem da
ri per multas differentias ſi genus ſit remotum, falſum eſt. Li-
cet enim ſupra in principio huius textus dixerit Ariſto. quod
nihil aliud in diffinitione eſt q̃ primum genus & differentiæ, &
quod nihil differt, eam dici per plura, aut per pauca, aut p duo,
ſcilicet per proximum genus & ſuam differentiam, non tamẽ
intendit quod nihil differat quantum ad debitum modum dif
finiendi, ſed quantum ad rem ſignificatam. Idem enim præci-
ſe & formaliter ſubſtantia corporea, animata, ſenſibilis, ratio-
nabilis, ſignificat, quod animal rationale. Debitum tamen mo
dum diffiniendi poſtea docuit, dum dixit ultimam differentiã
L eſſe totam diffinitionem, & quod ſuperfluitas accidit ponendo
plures differentias in diffinitione, quocunq adinuicem ordine
ſituentur. Debet tamen poni explicite proximum genus in dif
finitione ut proprium perfectibile ſm modum ſignificandi,
quod tamen eſt idem realiter cum illa differentia, ſed formali
ter ab ea non includitur. Vnde ſi non poneretur, non notifica
retur formaliter diffinitom a prima potentia uſque ad ultimũ
actum. Superiores etiam differentiæ licet formaliter includan
tur in inferiori, ut in præcedenti defenſione probaui, non ta-
men ſuperfluẽ in ea reperiuntur in proximo genere, in quo etiã
formaliter clauduntur, quia in ipſo clauſæ comparantur ad dif
ferentiam ultimam, ut proprium perfectibile. Non autem ta-
lis comparatio explicatur formaliter per hoc quod in ipſa dif
ferentia comprehenduntur. Ad debitum autem modum diffi
niendi neceſſe eſt talem comparationem formaliter explica-
ri. Patet igitur falſum eſſe quod rite debitoq modo ab Ariſto.
inſinuato, poſſit aliquid diffiniri per remotũ genus & ſuas oẽs
differentias, ſiue ordinate ſiue inordinate coniunctas.

Probationem aotem quam ad hoc conſequenter inducis,
M licet in præcedenti defenſione multipliciter impugnauerim &
uanitati per uiam eſſe oſtenderim poſitã in expoſitiooe text9,
tamen adhuc contra eam hic ubi eam repetis in notando tuo,
aliquid dicam ut magis ueritas eluceſcat. Et primo dicimus qđ
Ariſ. non facit illam, nec ex dictis eius elici poteſt. Et notaretur
etiam per hoc diminutam tradidiſſe doctrinam, cum multa
hic addas ad hoc quod ratio uim habeat, quæ Ariſ. non poſuit.
Sed ſimpliciter & vnico uerbo ipſe ualidiſſime intulit intentũ,
ultimam inquam differentiam eſſe totam diffinitionem, quia
aliis appoſitis contingit ſæpius idem dicere, quod non opor-
tet, quia eſt ſuperfluum. En ecce q̃ clare, q̃ ualide, q̃ cito proba
uit intentum. Quid igitur per tot anfractus cæcutiens euaga-
ris? Dicis enim: Si vnitas non eſt ab ultima differentia, cum
vnitas compoſiti ſit ab ultima differentia cum hæc non ſit ol-
tima, erit aliqua alia ultima & actus. Ecce quod ſupponis idem
cum cum probare intendis, vnitatem inquam compoſiti eſſe
ab oltima differentia. Eadem enim eſt dubitandi ratio, an ab
ultima differentia ſit vnitas diffinitionis, & diffiniti, cum ſint
idem realiter & formaliter. Sequitur. Et cum multæ ſint ibi, N
tunc illis eſſet aliqua differentia ultima & ultimus actus, & ab
ea eſt compoſitum vnum. Si tibi reſponderetur quod non ab
ultima aliqua ſola, ſed a multis illis, ſicut habet entitatem ita
& vnitatem tam compoſitum q̃ diffinitio, quid diceretur? Nõ-
ne & nunc ſuppoſuis quod debes probare quod uidelicet ab ol
tima, tam compoſitum q̃ diffinitio habent vnitatem comple-
tiue? Sequitur. Et tunc aut erunt duæ, aut vna. O mirabilis
proceſſus. Quomodo poteſt hæc diſiunctiua ſtare cum his quæ
præmiſſa ſunt. His inquam. Si hæc non ſit ultima, erit aliqua
alia ultima & actus, & cum multæ ſint ibi, erit illis aliqua diffe
rentia ultima & ultimus actus. Nonne in his uerbis de vna ul-
tima loqueris & in ſingulari? Quomodo ergo poſtea immedia
te de hæc dicis, uel duæ ſunt uel vna? Quod ſi dicas. De ultima
differentia a qua compoſitum eſt vnum, & de illa a qua diffini
tio eſt vna, quæro an ſint duæ uel vna contra. Nonne hucuſq
deuentum eſt ex ſuppoſitione quod ſit alia differentia a qua cõ
poſitum eſt vnum ab illa a qua diffinitio eſt vna? Sic enim in-
cepiſti: Si vnitas ſcilicet diffinitionis non eſt ab ultima differen- ß
tia, cum vnitas compoſiti ſit ab ultima differentia, cum hæc
non ſit ultima, erit aliqua alia ultima & actus. Ecce quod nunc O
ſupponis duas, quia aliam & aliam, ut in litera etiam ex pri-
mis. Quomodo ergo ſtatim de his quæris, uel ſunt duæ uel
vna? Sed dicet, Quæro an illa a qua diffinitio & ſuppoſitum
habent vnitatem, ſit vna cum illa quæ in ordine differentia-
rum in diffinitione poſitarum ultimo loco ponitur. Sed con-
tra quia iam præſupponit deductio, quod ſit alia, ut patet per
illa prima uerba ſatis inepte coniuncta & pluries recitata. Non
poteſt ergo nunc quærere an ſint duæ uel vna. Sequitur. Si
vna, erit nugatio, cum utraque ponatur. Sed nego conſequen
tiam, quia diceret reſpondens q eſſet vna realiter, & plures
formaliter. Dicitur tamen quod illa tantum a qua habet vni-
tatem eſt ponenda in diffinitione, quæcunque uere ultima eſt.
Hoc enim quod ſupponis quod ſcilicet multitudo differentia-
rum poſſit poni in diffinitione, ſicut & hoc quod ſcilicet ab ul- P
tima differentia diffinitio habeat vnitatem, tu habes probare.
Non enim ſic habet diffinitio vnitatem ab ultima differentia,
quod oporteat alias omnes priores ponere quaſi per ultimam
perficiantur ut ſupponit iſte. Sequitur. Si aliud & aliud & utrun- ɔ
que in actu, & ex duobus in actu ultimato non fit vnum, ſe-
quitur quod ex illis duobus non fiat vnum. Sed ad hoc ultimũ
reſpondetur, quod non eſſent aliud & aliud niſi ſecundum ra-
tionem, vnde non dirimerent vnitatem per ſe. Probandum
enim eſſet, quod eſſent duæ realiter diſtinctæ in actu ultimo.
Et quod poſtea inducit hic pro inualida hac probatione exem
plum Philoſophi, contra hoc inducit, pro quo Philoſophus il-
lod propoſuit, hoc inquam quod ſit ſuperfluum dicere, animal
habens pedes, bipes, & per conſequens non debere has differẽ
tias in diffinitione hominis ponere, ſed quod ultima eſt tota dif
finitio quod priores comprehendat, ot clare patet in litera. Sic
igitur patet q multiplicibus falſitatibus, contradictionibus, &
hallucinationibus refertæ ſunt expoſitiones, euaſiones ſeu im
pugnationes quas Anto. an. contra vnam ſancti Doctoris ueri Q
tatem induxit. Et hæc de præſenti defenſione ſatis ſuperque
dictum ſit. Per omnia benedictus Deus. Amen.

DEFENSIO XVIII.

Libro ſeptimo tex. cõmen. 5 5. parte penultima.

Amplius quæcunq; in alio contingunt, ut ſi alter fiat talis, palam quia ſol erit.

HOC IN LOCO Anto. and. loquitur contra opinio-
nem tenentium quod in abſtractis a materia vnicum eſt ſup-
poſitum pro ſingula ſpecie. Taliter autem opinantes Mauri-
tius uocat Thomiſtas, ſic dicens in margine: inuehit contra
Thomiſtas. Dicit autem ſic Anto. and. Notandum quod cõ
municari pluribus ſuppoſitis nulli naturæ ſpecifice repugnat.

A Immo nec naturæ diuinæ de qua minus uidetur cum ſit de ſe hæc. Vnde mirum eſt q ab aliquibus negatur poſſe eſſe ſub vna ſpecie plura indiuidua in ſempiternis, cum neceſſario tamen habeant concedere naturam diuinam communicari, & eſſe cõem tribus. Ad propoſitum, dato q ſub vna ſpecie non ſit niſi vnum ſingulare, non tamen repugnat naturæ ſpecificæ ut ſub ea fiat aliud ſingulare. Et diffinitio data de primo ſingulari eſſet ipſius ſpeciei cõmunis, & per ꝯñs vtriq; cõmunis ſingulari, & non conuertibilis cum altero eorum. Hæc ille. Sed ad Mauricium primo reſpondentes dicimus quod inuectionẽ illam inſulſam, quaſi puerorum aggreſſus floccifacimus ac deridemus. Neq; enim furor pullicinus aliquid poteſt in ceruicẽ taurinam. Non thomiſtæ ſoli ſunt prædictam ueritatem aſſerentes, ſe alii innumerabiles ſapientes, cum quibus thomiſtæ tanquam egregii pugiles veritatem hanc inuictæ tuentur ab aduerſariis. Anto. autem and. non loqui ad propoſitum & ab intentione Philoſophi hic longius euagari, primo oſtendemus. Secundo autem palam fiet eius motiuum contra Tho-
B miſtas friuolum ſatis eſſe, ac multis falſitatibus reſperſum. Primum patet tam ex parte eius quod intendit hic Ariſ. q̃ ex parte eorum quæ ab impugnante in medium afferuntur. Ex parte quidem intentionis Philoſophi hoc patet. Ariſ. enim contra Platonem probat in præſenti textu, quod idea non eſt diffinibilis ſi ſempiterna ſit & vnica pro qualibet ſpecie. Et intendit talem rationem. Omnis diffinitio quæ poſſet competere pluribus ſingularibus ſi eſſent ſub vna natura non eſt propria alicuius eorum, ut patet ex terminis. Sed diffinitio huius ſingularis ideæ, puta hominis quæ vna & ſingularis eſt ſecundum Platonem, poteſt competere alteri ideæ ſi fieret eiuſdem naturæ, ergo illa non eſt propria diffinitio huius ideæ, ſed naturæ communi huic & alteri ideæ ſi fieret. Hanc autem minorem volẽs Ariſ. perſuadere, dat exemplum in his in quibus de facto non inuenitur niſi vnum ſuppoſitum in vna natura, puta in ſole, luna &c. in quibus diffinitio quæcunq; data puta de hoc indiuiduo ſolis, competeret etiam alteri ſoli ſi fieret eiuſdem naturæ. Ex his ergo (vel ſi non ex his, ſaltem occaſione eorum) authoritate propria vult Anto. and. eſſe notandum, quod communicari pluribus ſuppoſitis, nullis naturæ repugnet &c. Non
C ſequitur autem hoc ex dictis Ariſ. nec eis in aliqua ueritate conformatur, ergo non loquitur ad propoſitum intentionis Philoſophi. Et ſic in expoſitione intermiſcet non intermiſcenda. Neque enim hoc eſt ad propoſitum eius quod principaliter concludit, ideam inquam non eſſe diffinibilem, nec principalis ad hoc medii, huius inquam quod ſingularia non poſſunt diffiniri, nec medii ſecundarii quod uidelicet ſi fieret alter ſol, tunc prioris diffinitio huic competere, & ſic nulli eorum eſſet propria. Ad ueritatem quippe conditionalis non exigitur partium eius veritas, immo neceſſitas conſequentiæ & per conſequens conditionalis, ſtat cum impoſſibilitate partis vtriuſq; Quomodo ergo ex hac conditionali Philoſophi, (ſi fieret alter ſol, tũc diffinitio prioris huic competeret) poteſt ſequi quod non repugnet naturæ ſolis, quod fiat alter ab eo qui nunc eſt, iſto per ſtante? & multo minus ſequitur illa vniuerſalis, q videlicet nullæ naturæ ſpecificæ repugnet ſuppoſitorum pluralitas. Pa-
D ri enim ratione ſequeretur quod non repugnaret hominem eſſe aſinum, quia hæc conditionalis, neceſſaria eſt, ſi homo eſt aſinus, homo eſt rudibilis. Et iam antecedens fieret conſequẽs, ſi ad ueritatem conditionalis ſequeretur neceſſario ueritas antecedentis &c. Cum ergo ſic dicis in oppugnatione, (Ad propoſitum, dato quod ſub vna ſpecie non ſit niſi vnum ſingulare, non tamen repugnat &c.) patet quod non loqueris ad propoſitum Philoſophi, ſed tuæ uoluntatis. Sat enim Philoſopho eſt, dictum illud Platonis falſum eſſe oſtendere, eo quod prædictam ueram conditionalem tollit. Neque enim poteſt eſſe uerum, quod uero repugnat. Et non vult aut innuit aliquo modo alterius vel utriuſq; veritatem partis. Immo innuit totum oppoſitum, cum afferat exemplum in quo manifeſtũ eſt vnũ tantum & eſſe & poſſe eẽ ſuppoſitum in natura, ut det aperte cognoſcere quod ei ſufficiat conditionalis neceſſitas, ubi manifeſta partium deeſt veritas. Hunc arguendi ac probandi modum, quo inquam, falſum aliquid eſſe conuincitur, quia ueram tollat conditionem, qualis ex falſis partibus conſtitutam, ob-

ſeruant ſæpe ſolemnes Philoſophi. Et Cõmẽtator in ſeptimo E
phyſico. cõmen. ſecundo, diuo etiam Thoma approbante, declarat idiptum a Philoſopho ibidem obſeruari. Verum eſt quidem quod naturæ ſpecificæ, ut ſic, non repugnat multitudinẽ ſuppoſitorum compati, alias nulla id admitteretur, ly ue ſic, ſpecificatiue interpetrato & non reduplicatiue. Sed e contrario, uerum eſt etiam naturæ ſpecificæ ut ſic neceſſariam in natura illa ſuppoſiti vnitatem non repugnare. Alias nulla ſaluaretur neceſſario in ſuppoſito vnico, contra id quod ſenſu percipitur in ſole & luna &c. Sed cum his omnibus ueriſſimum eſt alicui naturæ ut talis natura eſt, indiuiduorum multitudinem repugnare, ut de ſempiternis omnibus ſpeciebus probat egregie ſanctus Doctor in pluribꝰ locis. Præterea. Si ex hoc quod non repugnat naturæ ſpecificæ ut ſic, eſſe plura ſuppoſita, & includas ſub hoc communi analogo quod dicitur, natura ſpecifica, etiam naturam diuinam (arguis enim a natura diuina ad alias ſub iſto analogo, natura ſpecifica) pari modo ex eo quod naturæ ſpecificæ non repugnat admittere plura ſuppoſita q̃ tria, alias nulli hoc competeret, iam poſſet inferri quod & in F
natura diuina talis pluralitas non repugnet. Et cum in perpetuis non differat eſſe & poſſe, & præcipue in deo, cui nihil aduenticium eſt, ſed quo ad omnia ſibi poſſibilia eſſe ipſum neceſſe eſt, iam de facto in eo eſſent plura ſuppoſita q̃ tria, quod eſt hæreticum. Hunc etiam hominem extra propoſitum ſatis uerba ſpargere, ex his quæ in medium attulit, expreſſe patet. Recurrit enim ad ſacriſtiam pro ſuffragio, dũ ut Philoſophus philoſophis loqui debet in corpore philoſophiæ. Num Ariſt. vnquam concederet, deitatis naturam, ſuppoſitorum pluralitatem admittere? Sed compatiendum eſt uiro huic. Cũ enim ad adſtruendam falſitatem, nulla ei philoſophiæ veritas, nulla authoritas ſuffragatur, & nihilominus umbram luci præeligant ueſpertilionum oculi, uoluit philoſophis in philoſophia innuere, quod ueritatem quaſi eorum omnium, non autem ſuas uires excedẽtem, poterat quadam alia altiori & quæ eos fugiat ueritate firmare. Vt ſic & ab ipſis philoſophis dum quæ ipſi negarent tãquam impoſſibilia, hic pro ueritate proponat, & a theologis pariter dum quæ hic affert ex fide, propoſito eius non conferant, ſed officiant, deriſibilis a ſapientibus iudi- G
cetur. Eſſe nanque infirmiſſimum eius motiuum, in medium ad adſtruendam falſitatem productum, quod erat ſecundum principale in hac defenſione propoſitum, ſic declaratur. Duplex enim medium ex dictis ſuis in oppugnatione hac elici poteſt. Primum quidem (ſi extra propoſitum nõ loquatur) ſumit ex dictis hic, propter prædictam conditionalem. Et de eo iam dictum eſt & apertiſſime declaratum quod inſulſum eſt valde. Secundum autem medium accidit ex fide categoricæ arguens a minori ſic. Si in natura diuina de qua minus uidetur eo quod ſit maxime vna & ſimpliciſſima inuenitur ſuppoſitorum pluralitas, multo magis in aliis, etiam ſempiternis. Ad hoc autem dicimus primo, q naturã diuina non habet rationem ſpeciei, uel vniuerſalis, & ſimiliter diuinum ſuppoſitum non habet rationem indiuidui. Nec natura diuina eſt communis tribus ſuppoſitis ſicut vniuerſale pluribus indiuiduis, quia vniuerſalis cuiuſq; communitas, rationis eſt, illa uero realis, vna numero eſſentia realiter exiſtente in tribus. Natura enim vniuerſalis eo communis eſt, quo ſuppoſita, aliquid naturæ H
ſuperaddunt diſtinctum ab ea realiter, puta partes materiæ in rebus materialibus quæ non ſunt de ratione naturæ in cõmuni, ut patet ſeptimo huius, uel etiam ex hoc quod natura illa eſt finita & limitata ad determinatum eſſe quod ab ea diſtinguitur. Naturæ uero diuinæ ſuppoſita nihil penitus reale in ſe habent quod non ſit in natura, immo quod non ſit idem realiter ipſi naturæ. Summeque hoc atteſtatur perfectioni diuinæ naturæ, ut eadem realiter communicetur pluribus ſine præiudicio ſummæ illius ſimplicitatis, quod in creaturis, quantuncunque naturam boni ſapiant, impoſſibile eſt inueniri. In ipſa quoque natura diuina, nulla eſt realis determinatio uel limitatio per diſtinctum a ſe eſſe, ſed eſt ipſum eſſe ſubſiſtens infinitum. Non eſt igitur ſimile, ſed ualde diſſimile quod adducit ꝓ ſimili, eo quod creaturæ aliquæ nobiliſſimæ in hoc præcipue propinquiores ſunt ſimplicitati naturæ diuinæ, q multitudinẽ ſuppoſitorum non patiantur, quæ neceſſario cõponem

I in eis induceret, non valentibus illam attingere puritatem
quæ in natura vna & ſimpliciſsima, ſuppoſita plura ſubſiſtant.
Secũdo ad idem motiuom dicit ꝙ eo modo quo in diuinis pō
teſt ſaluari ratio ſpeciei, non poteſt ſaluari apud theologos
& ſm fidem & ueritatem ex fide habitam, niſi vnicum eē ſup
poſitum in vnica ſpecie. Nam cum vbicunq; inueniatur mo-
dus prædicandi generis, non repugnet aliquo modo inuenirī
rationem illius generis, & ꝓũr rationem ſpeciei ſm aliquam
analogam uel remotiſsimam ſimilitudinem, & duorum tantū
modo generum modi prædicandi ſm Auguſtinum in deo ſal
uentur, ſubſtantiæ inquam & relationis (cætera quippe omnia
prædicamenta in ſubſtantiam tranſeunt & ſubſtantialiter præ
dicantur cum transferuntur in deum) ſequitur ꝙ non poſsit
inueniri etiam ratio ſpeciei niſi ſm prædictos duos generales
prædicandi modos. Sed ſuppoſita diuina in eſſe ſubſtantiæ non
multiplicantur, cum ſint vnius eſſentiæ, immo vna & eadem
penitus eſſentia & ſubſtantia, ideo quo ad hoc non pōt inueni-
k ri ratio ſpeciei in diuinis. Et ſi aliquo modo intelligeretur ibi ra
tio vl̃is & cõis & ſpẽi, eſſet vnicum tm̃ ſuppoſitum ſeu ſubſiſtẽs
abſolutum, ſi poſſet talis natura ſm abſoluta, incõmunicabili-
tatis rationem ſuſcipere, eo modo quo intelligunt iudei & gen
tiles, & eo modo quo & nos uere dicimus eſſe tantum vnum
Deum & vnum dominum per ſe ſubſiſtentem, æternũ, omni
potentem, ut dicit Athanaſius. Non eſt autem vnum tantum
ſuppoſitum in diuina natura. Cõicabilis quippe eſt natura diui
na, non quidem ut ſpecies, ſed quia eadem numero eſſentia ſub
ſiſtit in tribus. Nec iſta trinitas ſic eſt in deitate quaſi ſint tres
deitates, ſed multiplicantur perſonæ diuinæ in eſſe relatiuo &
per relationes. Secundum modum igitur prædicandi relatiuū
ſi concedatur ratio ſpeciei in diuinis perſonis, ſicut multiplican
tur ſuppoſita, ita multiplicantur relationum ſpecies, ita quod
pro ſingula ſpecie, impoſsibile eſt eſſe niſi vnum ſuppoſitum.
Sũt enim in diuinis ſub relatione quaſi ſub quodã genere, tres
quaſi relatiuorum ſpecies, ſiue tres relationes quaſi ſpecie di-
ſtinctæ. Quippe cum alterius ſpeciei ſit relatio paternitatis a fi
L liatione, & proceſſio alterius eſt rationis (ut ita dixerim) ſpẽs
ab utraq; prædicta. Et pro qualibet iſtarum relationum ſuppo
ſita iiſdem relationibus ꝓpria, niſi vnicum eſſe impoſsibile eſt.
Probat enim diuus Thomas atq; demonſtrat non poſſe in di-
uinis eſſe plures filios, & pari ratione nec plures patres, aut plu
res Spiritus ſanctos. Spiratio autem actiua quæ etiam relatio
realis eſt in diuinis, licet inueniatur in pluribus ſuppoſitis, non
tamen conſtituit aliquod eorum. Non enim ab ea, ſed ab aliis
relationibus conſtituta ſuppoſita cõicant in ipſa ſpiratione acti
ua in ratione vnius principii. Sic ergo patet ꝙ id quod aſſumit
pro ſenſu, pro quo aſſumere debet ut ſuo ꝓpoſito faueat, eſt
erroneum, & non ſolum minus uidetur, ſed etiam de facto ē
minus eſt pluralitas ſuppoſitorum in vna ſpecie in diuinis, eo
modo quo ibi ſpecies eſt. Sed neq; etiam ratio ſua ad probari
dum ꝙ minus uideatur, eſt ſufficiens, quia ratio illa currit in
omnibus ſubſtantiis ſeparatis. Quælibet enim talis eſt de ſe
hæc, ſm ſanctum Thomam. Non debet autem aliquis prudẽs,
contra aliquem doctorem ſine ꝓbatione inducere illud quod
a tali doctore negatur. Supponit enim hic quod ſubſtantiæ ſe-
M paratæ non ſint de ſe hæ, & ex hoc ſuppoſito a S. Thoma ne-
gato, infert ꝙ minus uideatur de natura diuina quod habeat
plura ſuppoſita, q̃ de aliis omnibus, eo quod ipſa eſt de ſe hæc
& non alia. Cum ergo dicit mirum eſſe quod ab aliquibus ne-
gatur poſſe eſſe ſub vna ſpecie plura indiuidua in ſempiter-
nis &c. Reſpondemus quod ualde mirum eſt ſi ſapiẽtes de hoc
mirarentur. Sed cum admiratio ex ignorantia procedat, non
eſt mirum quod talibus qualibus hoc mirū ſit. Tertio ad idẽ
ſecundum motiuum aduerſarii dicitur quod authorem ſuum
letaliter ferit dupliciter. Primo quia ſi ex hoc ꝙ in diuinis nō
repugnat multitudo ſuppoſitorum in vna ſpecie, infertur q̃d
in aliis etiam non repugnat, non repugnaret etiam in ſole, lu-
na, & aliis ſimilibus, & ſic poſſent eſſe plures ſoles. Hoc autem
eſt impoſsibile, tum primo quia cum in perpetuis non differat
eſſe & poſſe, ſi poſſent eē plures ſoles, iam nunc eſſent plures
ſoles, quod ſoli inſatuati concederent. Tum ſecundo quia uel
poſſet eē alius ſol per generationem. Et hoc non, cum corpo-
ra cœleſtia ſint ingenerabilia & incorruptibilia. Aut per ſimpli
cem emanationem quæ eſt ipſa creatio. Et hoc non, quia hanc N
negat Philoſophus, & ſuperfluam ponit ſimul & theologus, eo
quod vnus ſufficiat ad inferiorum productionem & præcipue
hominis, & conſeruationem cuius gratia ſecundum ſacras li-
teras ſol factus eſt ſicut & cœlum ipſum, & multitudo, deſtru
ctionis corruptibilium perpetuæ cauſa foret, ut etiam Poeta
fingens dicit: Solo uror ſole &c. Secundo quia ſi ex non repu-
gnare in natura diuina multitudinem ſuppoſitorum, ſequitur
a minori non repugnare in aliis: pari ratione ex actualiter eſſe
in deo plura ſuppoſita, ſequitur actualiter eſſe ſic in omnibus
aliis. Hoc autem eē manifeſte falſum nec uetulæ negant. Pa-
tet igitur ex his omnibus quod argumentum illud aduerſarii
deriſibile admodum fuit. Et eius author dum contra ſanctum
Thomam uoluit ſe quaſi theologum philoſophantibus iactita
re, omnibus palam fecit ſe eſſe tam philoſophiæ q̃ theologiæ
ualde ignarum. Et hæc de præſenti defenſione ſatis. Amen.

DEFENSIO XIX.

Libro ſeptimo tex. com. 60. parte ſecunda. O

Palam igitur q̃m in ſimplicibus non eſt queſtio nec doctrina. Sed alter modus queſtionis talium.

HOC IN LOCO Anto. an. impugnat ſancti Tho. ex-
poſitionem qua ſimplicia in quibus dicit Philoſophus non eſſe
quæſtionem, ipſe diuus Thomas interpretatur ſubſtantias ſe-
paratas. Dicit ergo Anto. an. Notandum quod iſtam literam
quidam expoſitor aliter exponit, uolens per ſimplicia intelli-
gere ſubſtantias ſimplices non compoſitas ex materia & for-
ma: Quia enim in omni queſtione aliquid eſt notum & aliquid
ignotum quod quæritur, ideo tales ſubſtantiæ non ſubſunt
quæſtioni, quia uel totæ cognoſcuntur uel totæ ignorantur.
Et eadem ratione de eis non eſt doctrina ſcientifica, quæ fit ex
hoc ꝙ ſcimus per ſyllm̃ propter quid. Sed talium eſt alius mo P
dus quæſtionis, quatenus cognoſcuntur per effectum, puta
ſubſtantias ſenſibiles, quæ nos aliqualiter ducunt in earum co
gnitionem. Sed contra. Nam ſubſtantiæ ſimplices & ſi ſint ſim
plices quantum ad ſua intrinſeca eſſentialia, nihilominus habẽt
aliquas proprietates de eis ſcibiles per demonſtrationem ſal-
tem intellectui potenti eas cognoſcere, ut oſtẽſum eſt in ſexto
huius, & per conſequens poteſt formari de eis quæſtio pro-
pter quid terminabilis etiam per doctrinam demõſtratiuam.
Aliter ergo dicendum eſt quod per ſimplicia intelliguntur ter
mini incomplexi quicunq;, de quibus non eſt quæſtio termi-
nabilis per demonſtrationem & doctrinam ſyllogiſticam.
Nam demonſtratio & doctrina ſyllogiſtica ſemper eſt de quæ
ſtione quæ eſt complexa. Concludit enim paſsionem de ſubie
cto per medium propter quid, dicens cauſam. Sed eſt de eis
alius modus quæſtionis & oſtenſionis ſcilicet diffinitiuus. Nã
ſicut demõſtratio eſt complexi, ita diffinitio incomplexi. Hæc
ille formaliter. Pro defenſione igitur doctrinæ ſancti Thomæ
& ueritatis, tria faciam. Primo oſtendam quod Anto. andr.
expoſitio non eſt ad mentem Philoſophi. Secundo ꝙ expo- Q
ſitio ſancti Thomæ eſt de intentione Ariſ. & Cõmentato. hic.
Tertio reſpondebo ad eius motiuum. Primum ſic patet. Nã
Ariſ. in hoc capitulo ultimo huius ſeptimi, uolens oſtendere ꝙ
quodquideſt ſubſtantiæ ſenſibilis, de qua in toto ſeptimo per-
tractat & in octauo, ſit principium et cauſa, inducit inter cæte
ra quod quæſtio propter quid non eſt niſi de alio, quia uideli-
cet uel quæritur forma in materia, ut ſi quæratur, Propter
quid tonat? reſpondetur quia eſt ſonitus in nubibus, quod eſt
reddere formam in materia eſſe. Vel quia quæritur cauſa for
mæ in materia, ut, Propter quid lapides & ligna ſunt domus?
& reſpondetur de cauſa finali uel efficiente, quæ pertinent ad
quod quid eſt logice, ut dicitur in litera, non autem eſſentiali-
ter. Deinde Ariſtote. inducit dubitationem circa hoc quod di
ctum eſt quæſtionem inquam propter quid, quærere ſemper
de alio. Nam id uidetur eſſe falſum cum quæſtio formatur
in termino ſimplici, puta cum quæritur, quid eſt homo? Re-
ſpondet autem huic dubitationi Philoſophus, ꝙ oportet hãc quæ
ſtionem, qua ſcilicet quæritur quid eſt homo, corrigere, &

A reducere ad propter quid, ut dicatur propter quid iſte homo, puta Socrates eſt homo, & tunc eſt quæſtio de alio. Et oſq; ad hoc, cum Anto. And. concordamus, ut patet in expoſitione ſua. Qui tamen non aduertit quomodo impoſsibile eſt his ſtantibus, ꝙ exponatur ad mentem Ariſ. textus ſequens de terminis ſimplicibus, ut ipſe facit. Hoc ipſum autem ex quatuor deducitur. Primo. Quia ex declaratione qua oſtenditur aliquid eē tale in vno ſenſu determinato, & non in alio, nō poteſt inferri pro corollario quod illud ſit tale abſolute, ut de ſe patet. Sed Ariſ. ſoluendo ꝑdictam dubōnem ortam ex ſimplicitate termini, puta cum quæritur quid eſt homo, dicit quod in ſimplicibus terminis non eſt qō, niſi corrigatur, reducendo uidelicet ad cōplexionem, ergo corollarium quod textus ſequens promit, non eſt hoc quod. ſ. in ſimplicibus terminis abſolute non ſit quæſtio ꝑpter quid, ſed alius modus qōnis &c. Induci autem illud dictum pro corollario tam Anto. and. q̃ Mauritius fatetur, ergo &c. Secundo. Corollarium eſt cōcluſio vna ſequens ex alia prius inducta, ſed ſi ly ſimplicibus, in
B illo textu exponat pro ſimplicibus terminis, nō erit concluſio iſta, alia ab ea quæ ꝑinducta eſt. Ergo cum ſit corollarium etiā per te, non poteſt ſic ille textus interpretari. Patet minor, eo ꝙ occurrendo dubitationi Philoſophus dicit, ꝙ niſi quæſtio in ſimplici termino facta corrigatur, erit aliquid cōe ei quod eſt nihil quærere, & ei quod eſt aliquid quærere, quod ſm primā expōnem magis ab Anto. and. approbatam eſt dicere, quod in talibus non eſt quæſtio, quia eſſet quærere idem de ſeipſo, puta ꝑpter quid homo eſt homo, quod ſupra Ariſ. dixit eſſe nihil quærere, & ſic idem eſt ac ſi dicatur ꝙ in terminis ſimplicibus nō eſt qō. Qn̄o ergo poteſt hoc ipſum inferri ex ſeipſo pro corollario? Tertio occurrendo ꝑdictæ dubitationi & corrigendam docendo, innuitur, immo manifeſtatur ꝙ Ariſ. dedit ſufficienter modos quibus in ſimplicibus terminis poteſt eſſe quæſtio, uidelicet nō quatenus ſimplices ſunt, ſed quatenus cōplexio admiſcetur, alia Ariſ. fuiſſet diminutus non aſſignando omnes modos ſimplicium terminorū, ut exigebat ꝓpoſita qō. Et ſi ſic, tunc falſum eſſet quod dicitur in corollario, ſed eſt alter modus qōnis talium. Si. n. oēs fuiſſent ſufficiēter aſsignati, non remaneret alius modus. Et confirmatur qa
C qōni non ſatisfeciſſet. Nam potuiſſet aliquis dicere Ariſ. ꝙ nō eſt corrigenda qō illo modo, ſed eſt alius modus qōnis in his ſimplicibus, in quibus tū non quæritur aliud de alio, cum ſint ſimplicia. Et ſic adhuc remaneret obiectio contra hoc uidelicet ꝙ non ſit ſemper qō de alio. Quarto ſi exponatur corollarium illud de terminis ſimplicibus, & dicatur quod de eis eſt aliter modus qōnis, non erit alius modus qōnis niſi ſit factus per terminos qōnales ſeu qōnem ꝑtinentes. Sunt aūt ſm Ariſ. ſecundo poſte. tales termini quinq;, duo eandem qōnem ſignificantes, ſi eſt inquam, & an eſt: & tres ſingulas qōnes ſignificātes, quia eſt, quid eſt, & ꝑpter qd eſt. Sed harū qōnum an eſt, & ſi eſt, reducuntur ad quid eſt, & tam quia eſt q̃ quid eſt reducuntur ad propter quid eſt, ut patet. 2. poſte. quod & Anto. and. hic fatetur, ergo in omnibus in quibus inuenit aliquis ꝑdictorum modorum, inuenitur etiam ꝑpter quid. Cū ergo Ariſ. hic dicat quod in ſimplicibus inuenitur alter modus qōnis, ſi intelligit de ſimplicibus terminis ut dicit Anto. and. & de ꝑdi-
D ctis modis, ut neceſſe eſt niſi Ariſ. tradiderit diminutam doctrinam de numero qōnum. Sequitur quod & in eis inueniat etiā propter quid, quod etiam conceſsit Ariſ. dum dixit eſſe corrigendam qōnem quid eſt, ſic ꝙ reducatur ad ꝑpter quid. Falſum ergo eſſet quod pro corollario infert, hoc inquam quod in ſimplicibus non eſt quæſtio. Et confirmatur primo quia illæ alius qōnis modus non pōt eſſe niſi diffinitiuus, ut Anto. and. aſſerit. Sed habita diffinitione, habetur ꝑpter quid, ergo, ſi eſt manifeſtatio per diffinitionem, eſt manifeſtatio per ipſum ꝓpter quid, & per doctrinam quæ manifeſte rn̄det qōnib⁹ quid & propter quid. Cōfirmatur ſecundo quia modus diffinitiuus non eſt formaliter modus qōnis, ſed determinationis & declarationis. Ariſ. autem dicit ꝙ in talibus eſt alter modus qōnis, ergo male exponitur de modo diffinitiuo uel quocunq; declaratiuo. Non pōt igitur textus ille Ariſ. exponi de terminis ſimplicibus. Et hæc de primo. Secundum autem quod ſupra propoſitum eſt, bona inquam eſſe ſancti Doctoris expoſitionem

E & Ariſ. eiuſq; Cōmenta. intentioni conſonam, etiam ex prædictis aperte conuincitur. Cum. n. ſimplicia non ſint niſi uel termini uel res. Si exponendo de terminis, falſa eſt, & contra mētem Philoſophi, ſequitur a ſufficienti quod bona ſit expoſitio quæ datur de ſimplicibus rebus. Eſſe etiam hanc eandem diui Thomæ expoſitionem ad mentem Ariſ. clare patet ex ſupra inducto Ariſ. proceſſu. Declarans quippe Ariſ. qn̄o quæſtio propter quid ſemꝑ eſt de alio, dicit hoc ideo eſſe, quia in hac quæſtione oportet eſſe aliquid notum & aliquid, ignotum alias inutilis eſſet quæſtio. Notum ſi quidem eſt ipſum quia eſt, eius qđ quæritur. Ignotū uero ipſum propter quid ſeu cauſa quæ terminat qōnem propter quid. Puta ſi quæratur propter quid luna ecliptatur, notum eſt lunam eclipſari: ſed ignota eſt cauſa talis eclipſis, qua demum reddita quod uidelicet fit ex hoc ꝙ terra diametraliter ponitur inter ſolem & lunam ipſam, iam determinata eſt quæſtio propter quid. Ergo hæc quorum vnum eſt notum & aliud ignotum, oportet eſſe duo. Neq;. n. poteſt idem ut ſic, eſſe notum & ignotum ſimul. Et cum cauſa & effectus diſtinguantur realiter, oportet hæc duo eſſe diſtincta realiter. F Quod non niſi in ſubſtantiis materialibus quo ad ea quæ de ſubſtantia eorum ſunt, inueniri poteſt in quibus ſolis quod quid eſt differt ab eo cuius eſt, ut patet in ſeptimo. te. cōmen. 41. Et de his loquitur & determinat hic Ariſ. in quibus ſunt duo. ſ. materia & forma, ſeu materiale & formale, ſuppoſitum & natura. Accipitur enim hic forma pro forma totius ſeu ꝓ quidditate extra quam ſunt partes materiales, puta hæc oſſa & hæ carnes &c. & etiam pro forma partis, cuius vnionis cum materia, puta animæ cum corpore organico, ex qua eſt corp⁹ animatum, cauſa quæritur per quæſtionem propter quid. Eſt ergo notum in omnibus his ꝙ ſuppoſitum habet naturam, puta ꝙ Socrates eſt homo, uel ꝙ in materia ſit forma, puta ꝙ in lateribus & lignis forma domus, uel in carnibus & oſſibus anima, & hæc ſunt nobis nota uel per ſenſum, uel quomodolibet per effectus, quod eſt talia eſſe nobis nota quantum ad quia eſt. Ignota autem nobis eſt cauſa talis eſſe, cum quærimus propter quid talia ſunt. Et tunc terminatur talis quæſtio ꝙ quidditas redditur pro cauſa, puta dicendo, ideo Socrates eſt homo, quia eſt animal rationale: ideo lapides & ligna ſunt G domus, quia habēt talem uel talem diſpoſitionem. Vel etiam cum redditur cauſa efficiens uel finalis, quæ concurrunt (logice tamen) ad quodquideſt. Sunt ergo ſm Ariſtote. proceſſum duo diſtincta in ſubſtantia ſenſibili neceſſario requiſita ad hoc, quod in ea poſsit fieri quæſtio propter quid, vnum materiale, aliud formale, vnum notum, aliud ignotum. Ex hac autem affirmatiua, ꝙ ubi inuenitur quæſtio propter quid oportet eſſe prædicta duo, ſequitur corollariæ iſta negatiua ꝙ ubi prædicta duo inueniri non poſſunt, ibi etiam non poſsit inueniri quæſtio propter quid. Cum ergo in ſimplicibus non ſit compoſitio ex materia & forma, nec quod quid eſt in eis differat ab eo cuius eſt, nec ſuppoſitum proprie & eſſentialiter a natura, nec in eis poſsit eſſe aliquid notum & aliquid ignotum, eo ꝙ cum ſint ſimplices in ſubſtantia nō habeant aliquid & aliquid, ſed aut totæ cognoſcantur aut nihil, ut etiam dicit Ariſ. nono huius te. cōmen. 22. ſequitur aperte tanquam corollarium, ꝙ in ſubſtantiis ſimplicibus non ſit quæſtio propter quid. H Vnde & Ariſ. ubi ſupra poſt prædicta uerba ſtatim ſubdit confirmationem eorū quæ hic dixerat, ꝙ uidelicet quod quideſt quæritur de ipſis ſi talia ſunt aut non, quaſi dicat. In talibus non eſt quæſtio propter quid ſed tantum quæſtio quid, quæ quærit de quidditate in ſe. Quia autem is qui nunc dictus eſt, ſit proceſſus Ariſ. patet ex duobus. Primo ex intentione ſua. Secundo ex litera, & præcipue ex exemplo. Ex intentione quippe, quia intendit in hoc capitulo de quidditate ſubſtantiarum ſenſibilium tractare, ut per eas poſsit in immaterialium cognitionem aliqualiter nos deducere, ut ipſemet in principio capituli teſtatur. Et cum de hac quidditate tractauerit hacten⁹ logice in hoc ſeptimo nunc intendit de ea loqui quantum ad conditiones reales, & ſpecialiter quod ei competat eſſe cauſam & principium. Et cum ſequatur ſi eſt principium eſſendi quód ſit etiam principium cognoſcendi. docere autem quomodo aliquid ſit principium cognoſcendi, ſpectet ad logicam conſiderationem, eo ꝙ ad modum ſciendi pertineat,

I ſequitur q dum Phs probat q quidditas eſt cauſa & principiū
ſubſtantiæ ſenſibilis ex eo q eſt terminus qōnis pp quid, quod
eſt dicere ex eo q eſt principium & cauſa cognoſcendi & ter-
minandi qōnem & dubōnem intellectus noo egredi limites
logicalis proceſſus, docens modum quo in ſubſtantiarum ſenſi
bilium cognitionem deuenire poſſumus. Et hac de cauſa, non
ad octauom librum tranſtulit cōſiderationem iſtam, tametſi
de reali cōditione ſubſtantiarum ſenſibilium eſſet inueſtigati-
ta. Propter modū ſiquidem inueſtigandi ad logicū pertinentē,
ſub ſeptimo eam clauſit. Congruum autem fuit, ut ſicut ex co
gnitione ſubſtantiarū ſenſibilium cōquiſita promittit ſe Phs ali
quid traditurum de ſimplicium, & ſpiritualiū ſubſtantiarū co-
gnitiooe, quod poſtea obſeruat, dum per negationem condi-
tionum ſubſtantiarum ſenſibilium, & inſuper per effectus in-
troducit ad aliqualem cognitionem intellectualium, maxime
in duodecimo, ita dum modum tradit cognoſcendarū harum
quæ dictæ ſunt ſubſtantiarum ſenſibilium, aliquid etiā ſubinfe
k rat uel ſpondeat de earundem ſubſtātiarum ſpiritualium co-
gnoſcendi modo. Quod obſeruat dum ex illo intulit q in ſim
plicibus nō eſt talis modus cognoſcendi qualis eſt in compoſi-
tis ſubſtantiis. Sed ali⁹, qui. ſ. manifeſtabitur, ſaltem excercite,
dom de eis ſermo fiet in duodecimo. Patet ergo quod ſm intē
tionem Ariſ. corollarium illud nō niſi de ſubſtantiis ſimplicib⁹
interpretandum eſt. Ex litera etiā Ariſt. hoc idem expreſſe ha-
bet. Nam poſtquā probauit q quæſtio pp quid, eſt inter duo,
quorum vnum eſt notum & aliud ignotum, & dedit exempla
ad hoc diuerſa, ut pp quid luna eclipſatur, propter quid hic ho
mo eſt homo, propter qd tonat, pp quid lateres & ligna ſunt
domus &c. in quibus exēplis ſemper eſt aliquid materiale pro-
prie, & aliquid formale, ipſe demum ſoluendo interpoſitum
dubium de qōne in termino ſimplici, exercita per ly quid eſt,
dicit inter cætera quod quærens pp quid, quærit materiā, pu-
ta pp qd hic. ſ. Socra. uel Plato uel hūs tale corpus organicū. ſ.
ex carnibus & oſſibus, ſit aial. Corpus aūt organicū in aiali eſt
materia, ut patet ex diffinitione animæ ſecūdo de aīa. Et poſt
L hæc ſubiungit. Quare cā quæritur materiæ? Hoc autē eſt ſpe-
cies & ſubſtantia quæ eſt quodquideratеſſe, de quo ſupra pro-
bare aſſumpſerat q principium & cauſa eſſet. Et ſic concludit
intentum, hoc inquam q quod quid eſt, ſit cauſa, eo q ſit cauſa
materiæ, & rńdet ad qōnem factam per pp quid de materia.
Ex hoc autem ſtatim infert & de neceſſitate ſequitur, q ubi-
cunq non eſt materia proprie dicta, & ꝯñr non pōt quæri cau
ſa vnionis formæ cum materia, ibi nō eſt qō ppter quid. Licet
autem prædictorum exēplorum quædam exprimant formas
accidentales, ꝓpoſito tñ hoc non officit ſed confert, dum per
ea quæ nobis magis ſunt manifeſta docet quid circa ſubſtātias
attendendum ſit. Sic. n. & principia naturæ in primo phyſico.
& octaoo huios, materiam inquam & formā ſubſtantialem, p
accidentales tranſmutationes & formas exemplificando noti-
ficauit. Cōmentatoris ēt hanc eſſe ſniam patet ex uerbis eius.
Exponens. n. hunc Phi textum dicit: In rebus ſimplicibus, nou
cōpoſitis, non eſt quæſtio. Hæc autem uerba non eſſent ad pro
poſitom ſi de terminis & non de rebus iſte textus eſſet inter-
prætandus. Et defeciſſet. Cōmenta. cum nullam aliam adducat
M huius textus interpretationem. Dicit autē Ariſt. quod in talib⁹
ſcilicet ſimplicibus eſt alius qōnis & doctrinæ per qōnē uideli-
cet conquirendæ modus. Ex quo uerbo non negat omnimode
in talibus eſſe qōnem pp quid, ſed potius aſſerit. Cū. n. omnis
quæſtio ad ppter quid reducat, ut ſupra dictum eſt, & ex Ariſ.
habetur. a. poſte. Affirmando quod in ſimplicibus eſt alius mo
dus qōnis. Oportet affirmare quod ibi ſit & qō ppter quid ſal-
tem reductiue. Sed bene uerū eſt quod non eſt idem in utriſq
huius qōnis modus. Nam in materialibus & ſenſibilib⁹, ipſum
propter quid terminat ad quidditatē quæ eſt cauſa uel intrin-
ſeca uel extrinſeca eius de quo quæritur. In ſpiritualibus oero
ſubſtantiis qō propter quid terminat non ad ꝓpriā quidditatē,
ſed ad id quod loco ignotæ earum quidditatis ad innoteſcen-
dum aſſumpſimus. ſ. ad effectum quem aſſumimus loco diffini
tionis cauſæ, ut de cauſa illa nobis aliquid innoteſcat, ſicut in
duodecimo huius, & ēt in. 8. phy. inueſtigat Phs eſſe quaſdam
ſubſtantias imateriales, & multas conditiones naturæ earum,
per hunc effectum nobis notum qui eſt mouere motu ſempi-
terno corpora cœleſtia. Licet autē cognitio per effectū ut ſic, N
ſit cognitio quia, & non ppter quid, ex. 1. poſte. Cognitio ta-
men per effectum inquātum illo utimur loco diffinitionis cau
ſæ pōt dici cognitio ppter quid, ſicut & cognitio habita de re
per diffinitionem ipſam, quāuis nō ita proprie, nec ex ſe. Non
eſt ergo in talibus ſubſtantiis ille qōnis propter quid modus
qui eſt in ſenſibilibus ſubſtantiis, nec quantum ad cognitionem
noſtram, cum ſint nobis ignotæ quantū ad quodquideſt. Nec
ſm ſe, ſeu etiam quantum ad intellectum potētem in illas, cū
quidditas talium ſubſtantiarum non ſit cā earum. Eade. n. pe-
nitus illis eſt, nec differt in talibus ſuppoſitum & natura ppria.
Nec eſt ēt cauſa alicuius quæ in earum ſubſtantia ſit, ut pars,
cum ſint impartibiles. Et ppter hoc non per qōnes aot per di-
ſcurſom a talibus intellectibus cognoſcuntur, aut habet de eis
doctrina, ſed ſtatim vnico intuitu ab eis cognoſcitur tota ipſa
ſubſtantia, & concluſiones in principiis ſimul uident. Vnde ſi
poſſet in eis inueniri idem modus qōnis & doctrinæ, eodē mo
do poſſent cognoſci, & de eis ueritas haberi, ſicut de cōpoſitis,
contra Philoſophum ubi ſupra, & nihil cognoſcunt de eis quā
non totā eorum ſubſtantiam cognoſcūt, ut ſupra dictū eſt ex
Ariſt. nono huius. t. cōmen. 2 a. Et hæc de ſecundo. Quantum
ad tertium ſupra propoſitum, reſtat aduerſarii motiuum con-
tra ſanctum Thomam inductum rńdere. Ad quod primo dici
mus q cum ſermo tanti Philoſophi ſit formaliter intelligen-
dus, de ſimplicibus loqui eum nō niſi quatenus ſimplicia ſunt,
accipiendum eſt. Et hac eſt ſm ſubſtātiam ipſorum. Sic enim
non inueniont in eis duo &c. ut ſupra dictum eſt. Hanc autem
expōnem eſſe ſm intētionem Philoſophi cōfirmat ex ꝑdictis.
Si. n. Ariſt. oñdit quodquideſteſſe cauſam formæ in materia &
vnionis utriuſq, & rńdemus ipſum ad qōnem ppter quid na-
tura in cōcreto ꝑdicatur de ſuppoſito, patet q inferens ex hoc
in ſimplicibus nō eſſe qōnē propter quid, intendit hoc ideo eē
quia non eſt ibi cōpoſitio in ſubſtantia, ſicut eſt in ſenſibilibus.
Quia aūt ſm aliquā aliam cōpōnem in ꝑdictis ſubſtantiis inuē
tam, puta accidentis proprii cum ſubiecto ſuo, poſſit inueniri P
quæſtio pp quid, & talium ſubſtantiarum quodquideſt ſit prin
cipium & cauſa talium paſſionū & vnionis earū cum ſubiecto
proprio, non pp hoc negat hic Ariſ. Sed neq aſſerit, quia non
erat ad ꝓpoſitum ſuum id explicare. Sed neq ēt infra de hoc
ſe intromittit, quia talis cognitio paſſioonm illarum per quid
ditatem, nobis eſt impoſſibilis, qui quātum ad quodquideſt, ta
les ſubſtantias intueri nō poſſumus. Impoſſibilium aotem nō
eſt ſcientia aut ars. Nec aſſumpſerat Ariſto. ꝓbare, aut docere illos
intellectus ſublimes, qualiter deberent ſeu poſſent cognoſcere
propter quid paſſiones ſubſtantiarum imaterialium inſunt eis.
Sed mortalibus metaphyſicam ſcripſit non imortalibus. Sat
quippe fuerat in libris poſteriorum dediſſe doctrinā per quam
ſciamus qualiter ſicut paſſiones realiter ex quidditate proce-
dunt, ita & earum cognitionis principium ſit. Siue per ipſam
præcognitam, ut apud nos, ſiue in ipſa ſimul cognita, ſicut cō
petit angelis, cognoſcantur. Secundo ad idem motiuum dicē
dum quod difficile eſſet uidere quō ſecundū intentionē Ariſt.
& Cōmenta. eſſent in ſimplicibus proprietates diſtinctæ. Sed
tñ quicquid ſit de hoc, prę cæteris motiuum hoc letaliter au- Q
thores ſuos impetit, quia ſi quidditas ſimplicium eſt principiū
& cā paſſionum propriarū, & cā realiter diſtinguit ab effectu,
& dico realr ſicut res a re, & nō ex natura rei tm, ſequit quod
ipſæ paſſiones ſint realiter ab ipſa quidditate diſtinctæ. Et cum
ſint in ipſo ſubiecto, & non ſicut pars, alias ſubſtantiæ ſimpli-
ces eſſent cōpoſitæ, quod implicat, ſequitur quod ſint acciden
tia. Quod eſt contra horum opionem, qui alibi plurieſ aſſerūt
proprias paſſiones ſubarū nō eſſe accñtia earū, ſed de genere
ſubæ, eaſdē illis realr. Et hæc de pñti defenſione dicta ſufficiāt.

DEFENSIO XX.

Libro octauo tex. com. 10. parte tertia.

Et numerum oportet eſſe aliquid quo unus &c.

HOC in loco Anto. and. impugnat ſanctū Thomā quan-
tum ad hoc q dicit ultimam vnitatem eſſe formā numeri dātē
illi ſpeciem & vnitatem per ſe, quæ omnia hic aſſerit ſanctus
Tho.

A Thomas de mente Philoſophi. Dicit ergo ſic. Anton. Andr. Sed occurrit unum dubium a qua unitate numerus ſit quid unum formaliter. Dicitur autem a quodam expoſitore quod numerus eſt unus ab ultima unitate, ita quod omnes aliæ ſunt partes materiales, ſola autem ultima eſt formalis & completiua omnium aliarum, ut ſicut diffinitio eſt una ab ultima differentia, ſic numerus ſit unus ab ultima unitate. Sed contra hoc, quia quinto huius ca. de toto dicitur quod in quibuſcunque poſitio non facit differentiam in ſubſtantia uel in figura, ibi dicitur omnis & non totum. Exemplificat autem in liquidis & numeris, ergo ſi prima unitas fiat ultima & econuerſo, nulla fiat differentia in ſubſtantia numeri, quod eſſet impoſſibile ſecundum te, quoniam ultima unitate mutata, cum ſit per te ſpecifica & formalis fieret alia forma, & per ſe conſequens alius numerus. Vel ſic formatur. Quia ſi ſic, ergo ultima unitate mutata, mutabitur ſubſtantia numeri, conſequens eſt falſum, tum quia eſt contra Ariſtot. ubi ſupra, tum quia per ſolam mutationem relationis ordinis fieret aliud & aliud abſolutum, quod eſt falſum, conſequentia patet ex prædictis.

B Præterea. Omnes unitates conſtituentes numerum poſſunt eſſe æque primæ natura & tempore, puta ſi multa indiuidua eiuſdem ſpeciei ſimul crearentur. Quæro ergo quare una earum eſt ultima natura, quod non habes dicere. Si dicatur quod ultimo accipitur a numerante. Contra quia poſſum facere econuerſo, & erit prima quæ fuerat ultima. Præterea, Forma eſt formaliter in materia, alioquin non fieret unum per ſe ex eis ſi tantum eſſet iuxta poſita earum. Sed unitas non eſt formaliter in aliis unitatibus, igitur non eſt forma aliarum. Dicendum ergo eſt aliter, quod in numeris eſt conſiderare unitatem in duplici genere, quia quædam ſunt unitates materiales ex quibus materialiter integratur numerus. Et eſt unitas a qua numerus, puta quinarius eſt unus numerus ſpecie. Hæc autem unitas eſt ſua forma ſpecifica uel paſſio conſequens formam. Sicut homo eſt unus ſua forma uel unitate conſequente ut paſſio ſuam formam. C Hæc autem unitas non ponit in numerum cum quinarii unitatibus quinque materialibus, quia non eſt materialis, & hæc unitas eſt totalis a qua dicitur totum denominatiue unum, & in ſecundo modo dicendi per ſe. Hæc autem unitas propria quinarii eſt innominata. Similiter eſt & in aliis ſpeciebus numerorum. Hæc ille formaliter. Ad defendendum igitur doctrinam ſolidam Diui Thom. quattuor ſunt facienda. Primo probabo uerum eſſe quod aſſerit Sanctus Doctor declarando uerbum eius qualiter ſit intelligendum, & qualiter non. Secundo oſtendam quod doctrina Sancti Thomæ in hoc eſt expreſſa ſententia philoſophi. Tertio manifeſtabo quomodo determinatio aduerſarii defectiua ſit, nec ad mentem Ariſtot. ullo modo. Quarto & ultimo ſoluam eiuſdem argumenta ſupra inducta contra Sanctum Thom. Quantum ad primum prænotandum primo eſt quod multiplex eſt compoſitum, & multipliciter contingit compoſitum ſuſcipere ſpeciem & unitatem, ut docet etiam Sanctus Thom. ſupra in 7. ſuper text. commen 60. Quoddam enim eſt compoſitum quod non eſt unum per ſe & ſimpliciter, ut cumulus & aceruus. Quoddam uero eſt unum ſimpliciter. Et hoc uel eſt unum & D ſortitur ſpeciem per aliquam formam ut mixtum. Vel per compoſitionem, ut artificialia, puta domus. Vel per ordinem, ut patet in ſyllaba & numero. Ex his autem uerbis Sancti Thomæ poteſt inferri quod tam compoſitio quam ordo quæ dant ſpeciem, poſſunt habere rationem formæ. Dare enim ſpeciem & unitatem per ſe, eſt proprium formæ. Quod probatur. Nam a quocunque aliquid eſt ens, eſt etiam tale ſcilicet determinatæ ſpeciei. A forma autem habet unumquodque quod ſit ens; quia dare eſſe quod eſt effectus formalis formæ, eſt propria cauſalitas ipſius formæ, ergo & proprium formæ eſt conſtituere ſpeciem. Quod confirmatur. Nam per aduentum differentiæ conſtituitur ſpecies, ut patet hic per Philoſophum. Sed differentia ſumitur a forma; ergo forma eſt id a quo primo unumquodque ſortitur ſpeciem. Propter quod & ab Ariſtot. ipſa forma nomine ſpeciei & quodquideſt, communiter nominatur, quia uidelicet ab ea unumquodque ſpeciem primo habet. Prænotandum ſecundum quod cum ens & unum conuertantur, & eo modo quo aliquid eſt ens ſit etiam unum ex quarto huius, ſequitur quod a quo aliquid habet quod ſit ens per E ſe, habet etiam quod ſit unum per ſe. Et ſic cum primum ſit a forma, uel ab habente rationem formæ, ſecundum etiam cauſabitur ab eadem. Ad propoſitum autem nunc deſcendendo, patet ex Ariſtot. hic quod numerus eſt quoddam ens per ſe & quoddam unum per ſe. Quod confirmatur, quia eſt quædam realis & naturalis ſpecies de prædicamento quantitatis. In prædicamento autem determinato non ponitur ens per accidens aut unum per accidens, quæ in ſe includunt ea quæ in pluribus prædicamentis inueniuntur. Oportet igitur quod numerus cum ſit quoddam ex pluribus compoſitum, ſuam ſpeciem & ſuam per ſe unitatem ab aliqua forma ſuſcipiat. Et cum ſit ſpecies realis entis, oportet quod talis forma dans ei ſpeciem ſit ens reale. In numero autem non uidentur inueniri niſi tria uidelicet unitates, diſcretio earum abinuicem, quia de ratione numeri eſt quod partes eius adinuicem non copulentur ſed abinuicem ſeiunctæ ac diſcretæ ſint, ex qua cauſa numerus, quantitas diſcreta uocatur, & etiam in numero inuenitur or- F do inter prædictas unitates. Niſi enim eſſet in numero determinatus ordo, non diſtingueretur numerus ab aceruo, in quo etiam eſt diſcretio partium, & conſequenter non eſſet quid unum per ſe, ſicut nec aceruus, ut dicit Ariſtote. hic. Cum igitur forma ſit in re cuius eſt forma. In numero autem (ut diximus) non ſint niſi hæc tria, oportet inquirere quid horum trium ſit eius forma. Vel ergo omnia hæc ſunt forma numeri, uel aliquid iſtorum. Non omnia ſimul, quia cum numerus non dicat quid aliud quam id quod per hæc tria ſimul comprehenſa importatur, iam ipſe numerus eſſet forma ſui ipſius, & conſequenter forma & formatum, quod implicat, & idem daret ſpeciem & quidditatem ſibiipſi, nec eſſet quid compoſitum ipſe numerus, quia forma de ſe ſimplex eſt eſſentia, ut patet per Gilbertum, nec una forma cum altera componitur. Neque etiam omnia hæc habent rationem formæ ſigillatim. Sic enim non niſi formæ eſſet numerus & ex formis, & nulla eſſet ibi materia uel habens rationem materiæ, & ſic non eſſet unum G quid ſimpliciter, quia ſi ex pluribus in actu non fit unum per ſe, nono huius, quia actus ſeparat, multo minus ex pluribus actibus fiet unum per ſe. Et hæc clara ſunt. Vnde oportet quod prædictorum quæ in numero inueniuntur aliquid ſe habeat ut forma, & aliquid ut materia. Non poteſt autem eſſe forma numeri ipſa diſcretio. Nam cum diſcretionem pari modo habeat cumulus & aceruus, ſequeretur quod hæc quoque haberent ſpeciem & eſſent unum per ſe, quod eſt falſum. Nec omnes unitates ſimul poſſunt eſſe forma, quia reſpectu diſcretionis & ordinis habent rationem materiæ, cum intelligantur ut eorum ſubiectum. Nec una tantum unitas ſecundum quod unitas eſt, poteſt eſſe numeri forma, quia cum in hoc omnes unitates conueniant, uel nulla erit, uel omnes. Probatum eſt autem quod omnes non poſſunt eſſe, ergo nulla per ſe ut ſic. Nec ordo de per ſe poteſt eſſe forma numeri, quod tamen uideretur ſecundum Sancti Thomæ præmiſſa uerba, ſi non recte intelliguntur. Si enim ordo eſſet per ſe forma numeri, ſequeretur quod numerus eſſet formaliter ens relatiuum. Nam illud eſt formaliter relatiuum cuius formale dans ei ſpeciem eſt formaliter ipſa relatio. Ordo autem non niſi relatio ipſa H eſt. Conſequens autem eſt falſum cum numerus ſit ſpecies quantitatis quæ prædicamentum abſolutum eſt. Nec poteſt dici quod forma numeri ſit ſimul unitas & ordo ſeu aliqua unitas cum ordine ipſo ad alias unitates, quia hoc totum, ſcilicet unitas & ordo, ſeu unitas cum ordine, eſt quoddam ens per accidens. Compoſitum enim ex rebus diuerſorum prædicamentorum eſt ens per accidens, ex quinto & ſexto huius. Et multo magis erit ens per accidens, ſi talis ordo ſit ens rationis. Ens autem per accidens non poteſt eſſe forma entis per ſe dans ei ſpeciem & unitatem per ſe. Hæc enim cum tale ens non habeat, non poteſt aliis dare. Ergo a ſufficienti diuiſione oportet quod forma numeri ſit aliqua unitas ipſius numeri ſub aliquo ordine ad alias. Eſt quippe magna differentia inter unitatem cum ordine, & unitatem ſub ordine. Primum enim ut probauimus eſt ens per accidens. Aliud autem eſt ens per ſe. Et ſignificat quod non poſſit concipi numerus ut completus in ſpecie niſi concipiatur aduentus unitatis ſuper alias unitates, ut

I talis unitas concipitur ſub aliquo determinato ordine ad eas. Et hoc uoluit dicere Sanctus Thom. in uerbis præallegatis. Quòd hic & alibi manifeſtauit: dum dixi unitatem ultimam dare ſpeciem numero & per ſe unitatem ut numeri formam. Videndum eſt ergo qualis eſt ille ergo ſub quo poſita aliqua numeri unitas ſic eſt forma quod non aliæ, & quæ nam eſt illa unitas cui hoc munus conceditur inter omnes quas in ſe numerus complectitur. Et de ordine quidem manifeſtum eſt quod talis ordo non eſt ordo temporis, aut naturæ, aut perfectionis, quia per caſum poſſibilem pluribus unitatibus ſimul competit æqua perfectio, temporiſque ſimultas atque naturæ. Et tunc non eſt maior de una illarum ratio quod forma ſit, quàm de alia. Nec eſt ordo ſitus realis & naturalis, tum quia non eſt maior ratio de una differentia ordinis ſitus quàm de alia, tum quia conceſſo etiam quod eſſet maior ratio de K una differentia quàm de alia, & intelligendum eſſet de ordine prioritatis & poſterioritatis, quæ tamen differentia eſt communior quàm differentiæ ſitus, adhuc non eſſet dare reſpectu cuius termini in natura uel inter unitates eiuſdem numeri, aliquæ dicerentur priores quàm aliæ, cum non uideatur maior de una ratio quàm de alia, uel magis reſpectu unius termini naturalis in hoc uel in illo ſitu quàm alterius in alio uel alio ſitu. Ergo oportet a ſufficienti iterum diuiſione dicere quod una unitas eſt ponenda forma numeri ut ſtat ſub ordine prioris uel poſterioris ſecundum apprehenſionem animæ, quod eſt dicere, non ſecundum prioritatem cuiuſcunque realis ſitus, ſed ſecundum prioritatem cuiuſdam ſummationis unitatum ſeu replicationis unitatis, ſeu (quod idem eſt) menſurationis factæ ab anima omnium unitatum per unam ſub tali ordine ultimitatis, replicationis, & menſurationis per illam. Ita quòd realitatem & formalitatem ſpeciei habeat numerus ab ipſa unitate ut eſt fundamentum talis ordinis, non autem ab ipſo ordine præciſe, cum ut ſic, ens rationis ſit. Sunt L enim aliqua entia in natura defectiua, quia licet realitatem ſuam habeant ad extra & ex ſe, & non in anima ſeu non per operationem animæ, non tamen poſſunt concipi niſi cointellectu ente rationis quaſi ut complete formaliter rationem illorum, non quidem ut in re eſt, niſi fundamentaliter; ſed ut a nobis conceptibilis eſt, & ex ipſo dicuntur quaſi completiue ſpeciem ſortiri, ut ſcilicet ſtant ſub tali conceptu, quamuis ſpecies ſit realis, ſicut patet quòd ratio temporis quod ens reale & naturale eſt, non niſi reſpectibus rationis, prioritatis inquam ac poſterioritatis partium motus completur. Quinimmo nec ſubſtantia aliqua poteſt perfecte concipi quantum ad ſuam rationem formalem, niſi ſub uariis rationis reſpectibus concipiatur, utputa de ſpiritalibus, quod ſeparata a materia ſit. Separatio autem illa non niſi negatio, & conſequenter ens rationis eſt. Corporalis uero non niſi quia forma unitur materiæ concipi poteſt, aut rationem formalem aſſequetur. Talis autem unio cum non ſit inter diſtincta ſecundum eſſe, etiam rationis eſt. Sic ſubſtantiæ quoque in communi & in communi etiam accidentis rationes, reſpectibus rationis perficiuntur. Quæ autem inter unitates numeri ſit illa, quæ po-

M nenda ſit eiuſdem numeri forma ut ſtat ſub prædicto ordine, nunc inueſtigandum eſt. Non poteſt autem dici quòd prima in ſummatione accepta unitas hoc habeat, tum quia ut ſic, nullum adhuc habet ordinem ad poſteriores, quæ ſcilicet adhuc acceptæ uel ſummatæ non ſunt, tum etiam quia forma comparatur ad id quod eſt formatum quaſi ut ad quoddam præſuppoſitum, quod patet maxime in formis proprie dictis quæ præexigunt materiam quam debeant informare. Et potentia eſt prior actu in uno & eodem etiam tempore, ut patet ſeptimo huius, materia autem, omnis potentialitatis, præcipua eſt. Id ergo quod in numero eſt ut potentiale, debet ut ſic, præcedere id quod eſt actuale uel formale, quod non eſſet, ſed totum oppoſitum, ſi prima unitas eſſet forma, & ſubſequentes materialis rationem haberent. Repugnat ergo primæ unitati acceptæ in numero, ratio formæ numeri. Sed neque mediis eiuſdem numeri unitatibus poteſt ratio formæ contribui, dico autem mediis non ſitu quocunque, ſed in tali ſummationis fundamentali ordine. Cum enim non ſit maior ratio de una, quàm de altera, non magis una quàm altera, forma erit. Non unica ergo eſſet numeri forma, & ſic nec numerus per ſe unus N eſſet. Sed neque hoc poſſet eis competere, niſi uel reſpectu ſequentium, & ſic non magis competeret eis quam primæ, cui (ut probatum eſt) competere non poteſt. Vel reſpectu præcedentium. Et ſic non competeret eis, ſcilicet mediis aut alicui earum niſi ut haberent rationem ultimæ. Id enim quod competit alicui ut præcedentia tantum reſpicit, non competit ei niſi ut ultimi rationem habet. Vnde concludendum eſt de neceſſitate quod non niſi ultimæ unitati ut ultima eſt, quod eſt dicere, ut ſtat ſub hoc ordine ultimitatis ſecundum ſummationem ad omnes præcedentes, eſt forma totius numeri & omnium unitatum eius collectiue ſumptarum, ut etiam cum illis includitur ipſamet quo ad ſuum potentiale præciſe. Eſt enim numerus ſic compoſitus ex unitatibus, quod unitates ſunt in potentia in eo & non in actu per formam cuiuſcunque alterius numeri ex eis compoſiti uel componibilis, ut habetur ex Ariſtot. nono huius text. comment. 49. Ita quod ipſa ultima O unitas, licet ut ſtat ſub ſupradicto ordine ſit forma numeri, ut tamen potentialis cauſa, id eſt præcidendo a tali ordine, conſtituit numerum cum aliis, & ſuſcipit determinatiuam formam cum aliis ut ſit pars ita huius numeri puta quinarii, quod non alterius, & ſecundum quòd talis numerus completus eſt per illam unitatem ut ultimam, & non per ulteriorē. Sed aduertendum eſt quod hanc ultimam unitatem ſtare ſub prædicto reſpectu ultimitatis ad alias poteſt intelligi duobus modis. Primo actualiter, & ſic accidit ei. Cum enim hoc non ſit niſi per actualem conſiderationem intellectus, ſicut ei accidit conſiderari uel non conſiderari ab intellectu, ita conſequēter accidit ei ſtare illo modo ſub tali reſpectu rationis. Vnde ſecundum hoc non competit ei dare ſpeciem numero: Alias, naturales rerum ſpecies cauſarentur ab intellectu noſtro, & ſubeſſent uoluntati noſtræ, & ſic eſſent uariæ & incertæ. Alio modo talis unitas poteſt conſiderari ut ſtat ſub tali reſpectu fundamentaliter, hoc eſt ut eſt congruum fundamentum P quo aptum natum ſit ſub tali reſpectu ab intellectu conſiderari Et hoc competit ei intrinſece, & ex natura ſua & per ſe. Et ſecundum hoc conſtituuntur numerorum ſpecies, uerbi gratia. Sunt quinque unitates. a. b. c. d. e. Quia intellectus poteſt ſummare multitudinem iſtam ab aliqua præcedentium quæcunque fuerit, proueniendo uſque ad e. quacunque uia uel ordine per alias. (Neque enim ordo inter præcedentes exigitur ad numerum, immo excluditur, cum numerus non componatur ex numeris) habet ipſa unitas e. quod ſit congruum fundamentum talis reſpectus ultimitatis ad præcedentes. Et ſic ut ſtat fundamentaliter ſub tali ordine ad alias, conſtituit numerum determinatæ ſpeciei, ſcilicet quinarium, licet actualiter ſtare ſub tali ordine ſit ei accidentale. Quia ſi dicatur, quælibet illarum eſt nata eſſe fundamentum talis reſpectus, ergo quælibet erit forma. Reſpondetur quod non quælibet ſed una tantum eſt nata eſſe fundamentum talis reſpectus, unius ſcilicet ſummationis, eius inquam quæ terminatur ad e. Et ideo ille quinarius non poteſt habere pro ſua forma partis niſi e. ſub tali reſpectu. Quia tamen earundem unitatum Q poteſt fieri alia ſummatio quæ terminabitur ad aliam literam puta d. Ideo ipſa unitas d. quæ in tali ſummatione fundamentali erit ultima, erit quoque forma quinarii ex ſummatione illa reſultantis, & ſic ſuo modo dico de aliis, ita ut iuxta multitudinem unitatum ſit quoque numeralis multitudo quinariorum ſub una ſpecie quinarii conuenientium, & per diſtinctas numero unitates & ultimas, præfataſque numero diſtinctas ſummationes fundamentales; unitatum abinuicem numeraliter diſtinctarum. Et unitas quæ in una ſummatione habet rationem ultimæ & conſequenter formæ numeri, in alia non habet niſi rationem potentialis reſpectu ultimæ, a qua habet quod ſit conſtitutiua ſic numeri quinarii quod non alterius. Et ſic ſunt in natura determinati numeri, & determinatæ ſpecies numerorum de genere quantitatis. Quarum tamen ſpecierum diſtinctio & conſtitutio primo ſit per aliquam realitatem ut concipitur ſeu potius ut conceptibilis eſt ſub reſpectu rationis qui fundamentaliter ex natura rei procedit, & hoc ut diximus habet talis rei conditio ut eadem realitas ſub una ſpecie modo habeat rationem formæ indiui-

dualis

A dualis, modo materiæ ſeu partis potentialis in alio indiui-
duo eiuſdem ſpeciei propter imperfectionem talis naturæ in
comparatione ad ſubſtantiam. Non enim eſt hoc compoſitū
tantæ perfectionis ut pars una integrantium ſpeciem & eſſen-
tiam indiuidui, ſic ſit forma quod nunquam materia ſic mate
ria quòd nunquam forma, ut eſt in ſubſtantiis compoſitis.
Sed tale diſcretum compoſitum quantitatis admittis ratio-
nem formæ in una unitate reſpectu aliarum ſm quod cuili-
bet competit quòd poſſit ſub prædicto ordine concipi, ratio-
ne cuius dicit Sanctus Thomas quod ordo ſpecificatiuus nu-
meri, ut ſupra dictum eſt. Dico autem unitatem eſſe materiā,
non quidem proprie, ſic enim omnia accidentia formæ ſub-
ſtantiarum ſunt, ſed ut omne quod alteri comparatum ſe ha-
bet ut potentiale materia dici poteſt. Sed circa id quod paulo
ante dictum eſt, quòd uidelicet ſecundum multitudinem uni-
tatum eſt etiam numeralis multitudo numerorum ſub una
ſpecie, propterea quòd cuilibet earum competit fundamen-
taliter ratio ultimitatis in ſummatione &c. occurrit dubium.
Quia non uidetur quod hoc ſufficiat ad diſtinctionem nume-
B ralem ſub una ſpecie numeri puta quinarii. Et arguitur primo
ſic. Vbi non eſt diſtinctio numeralis in ſubſtantiis accidentiū,
non eſt etiam diſtinctio numeralis illorum accidentium, quia
accidentia ſicut eſſe, ita unitatem & conſequenter diſtinctio-
nem recipiunt à ſubiecto, ex quo ſolet dici, & uerum eſt, quod
indiuiduantur per ſubiectum. Sed ſic eſt quod ſubiectum nu-
meri ex quinq; unitatibus conſtituti ut ad unam earum ſum-
matio terminatur, non eſt numero diſtinctum à ſubiecto qui
narii ex eiſdem unitatibus conſtituti ut ad aliam earundem
unitatum ſummatio terminatur, & talis numerus quinarius
eſt accidens reale, ergo in tali non eſt hac ſummatiōis uarieta
te ſola, diſtinctio numeralis &c. Præterea ſecundo arguitur
ſic. Realia accidentia non poſſunt adinuicem numero diſtin-
gui, niſi habeant diſtinctas numero realitates, ubi enim eadē
realitas accidentis eſt, ibi idem etiam numero accidens eſſe ne
ceſſe eſt. Sed in tali quinario non eſt alia & alia realitas acci-
C dentis prædicti, huius inquam quinarii a. b. c. d. e. ſiue ſumma-
tio terminetur ad b. ſiue ad e. ſiue ad quamcunque ex aliis uni
tatibus, ergo &c. probatur minor. Si enim realitas numeri nō
ſit aliud a realitate ſuarum unitatum ſimul ſumptarum, & ip
ſa unitas non ſit aliud realiter quam continuitas, ut nonnulli
putant, & hoc rationabiliter, ut ſicut unum tranſcendens non
addit ſupra ens niſi in diuiſione ſimpliciter, ita unum de ge-
nere quantitatis non addat ſupra quantum niſi in diuiſionem
tali generi correſpondentem, nec conſequenter unitas ſupra
quantitatem, tunc manifeſtum eſt, cum illa quinque continua
quorum cuilibet rationem unius attribuimus ut conſtituant
numerum, eadem ſint realiter ad quodcunque eorum ſum-
matio terminetur, quòd talium quinariorum realitas non
eſt alia. Hoc idem ſequitur ſi unitas, non ipſa continuitas ſit,
ſed ſuperadditum accidens de genere quantitatis, ut aliis pla-
cet, talia quippe accidentia non ſunt diſtincta in quinariis ab
hoc tantum diuerſis quod ad diuerſas unitates ſummatio ea-
rundem quinque unitatum terminetur, ergo &c. Tertio.
Indiuiduatio ſeu diſtinctio numeralis ſub aliqua ſpecie eſt uni
D us rationis in omnibus indiuiduis, ſicut & unica eſt ratio di-
ſtinctionis ſpecifice ſub aliquo genere; hæc inquam quod talia
diſtinguantur adinuicem per differentias oppoſitas eiuſdem
generis diuiſiuas &c. Sed quædam indiuidua huius ſpeciei qui
narii abinuicem diſtinguuntur numero propter diſtinctionē
ſubiectorum, & ſuarum realitatum in diſtinctis ſubſtantiis.
Sicut numerus quinarius quinque canum eſt eiuſdem ſpeciei
cū quinario quinq; equorum, immo & cum quinario quinque
ſtellarum, cum ratio formalis ipſius, de his omnibus formali-
ter prædicetur, & eiſdem realiter conueniat. Diſtinguuntur
autem numero propter diſtinctionem ſuorum ſubiectorum,
& ſuarum realitatum in illis diſtinctis ſubiectis, quia uidelicet
iſte quinarius eſt realitas quædam de genere quantitatis ſub-
iectiue in his canibus de quibus dicitur, quòd ſunt quinque, &
ille quinarius eſt alia realitas quæ eſt ſubiectiue in æquis qui-
bus idem numerus attribuitur, & ſic de aliis. Quinarii uero
ex ſupra dicta uaria ſummatione tantummodo uariati, non
diſtinguuntur ſubiecto uel ſua intrinſeca realitate ut ſupponi-

tur, ergo non conuenit eis ratio principii diſtinctionis nume- E
ralis in tali ſpecie, & ſic non diſtinguuntur numero ſub ea.
Quarto. Non magis diſtinguuntur aut minus aliqua indiuidua
abinuicem ſub aliqua ſpecie, quàm alia uel ab aliis eiuſdem ſpe
ciei. Sed quinarius quinque canum, & quinarius quinque ſtel-
larum diſtinguuntur numero ſub unica ſpecie quinarii per rea
les diſtinctiones ſubiectorum & per diſtinctas realitates intrin
ſecas, ergo cum prædicti quinarii ex uaria tantummodo ſum
matione prædicta, cauſati, non ſic diſtinguantur, ſed ualde mi
nus & imperfectius; patet quòd non diſtinguuntur numero.
Maior patet inductiue. Non enim unus homo magis uel mi-
nus diſtinguitur numero ab alio, ut indiuiduum ſub ſpecie ho
minis, quàm alius ab alio ſub eadem &c. dico ut indiuiduum
hominis, quia ſecundum accidentales conditiones multas, poſ
ſunt quidam ab aliis magis uel minus diſtingui. In ſubſtantia
autem ſiue ſm ſubſtantiam, non ſuſcipiunt magis & minus.
Pro ſolutione horum argumentorum ſciendum primo, quòd
cum ea quæ ſunt eadem numero ſint eadem ſpecie, & quæ F
eadem ſpecie, ſint etiam eadem genere. Econuerſo autem
quæ diſtinguuntur genere, diſtinguuntur ſpecie, & quæ diſtin
guuntur ſpecie; diſtinguuntur & numero, ut dicit Ariſtot.
quinto & decimo huius, oportet quòd ſi diſtinctio ſpecifica
uel generica ſtat cum eadem realitate, & cum unitate ſubie-
cti, diſtinctio quoque numeralis omnia hæc admittat. Non
eſt autem inconueniens, immo forte eſt neceſſarium, & maxi
me ſm tenentes relationem & fundamentum non diſtingui
realiter, ſicut & ab aduerſariis de quibuſdam conceditur, eſt
inquam in his & aliis neceſſarium quòd eadem realitas reſpon
deat diſtinctis generibus etiam generaliſſimis, & conſequen-
ter diſtinctis ſpeciebus. Non eſt igitur inconueniens, ut aliqua
dicantur numero diſtingui, quibus tamen unica tantum rea-
litas correſpondet. Notandum ſecundo, quòd alio modo rela
tiua, & alio modo abſoluta ſuas rationes formales aſſequun-
tur. Abſoluta quippe rationem & diſtinctionem formalem ex
intrinſeca forma, diſtinctionem uero materialem ex intrinſe G
cō principio materiali ſortiuntur, ſi ſunt ſubſtantiæ compoſi-
tæ, uel ex ſubiecto ſi ſint accidentia. Et ideo in eis diſtinctio ſpe
cifica quia ſumitur ex diuerſitate differentiarum quæ ſumun-
tur a diuerſis formis intrinſecis in intrinſeca realitate eſt. Et
taliter diſtincta non poſſunt in eadem realitate conuenire. Sic
etiam cum indiuidua abſolutorum diſtinguantur per intrinſe
ca principia indiuidualia quæ ſunt de intrinſeca realitate eo-
rum, uel per ſubiecta ut dixi patet, quod nec ipſa poſſunt eā-
dem numero realitatem habere. Relatiua autem ſuam forma
lem rationem ac ſpecificam differentiam, non ex intrinſeco
aliquo principio, ſed ex oppoſito termino ſortiuntur. Vnde
ſi ad diuerſos terminos aliquid unum, diuerſis ſm ſpeciem re-
lationibus referatur, uel aliqua una realitas tales diuerſas rela
tiones fundare poſſit, contrariæ tunc differentiæ in eandem
coincident realitatem nec ſequetur contraria eſſe in eodem.
Sicut enim ſuam rationem formalem non habent a ſubiecto,
ſed a termino, ita diſtinctionem formalem & differentiarum
contrarietatem habent ex terminorum formali diuerſitate.
Et ſic ſuo tunc modo, non ſunt in eodem quando non dicun-
tur ad idem. Sequitur etiam ex prædictis quod dictarum ſpe-
cierum oppoſitarum, in eadem tamen realitate conuenien- H
tium, ipſa quoque indiuidua poterunt in eadem realitate cō-
uenire, cum ſpecies non, niſi indiuiduorum realitatem ha-
beant. Et ſi indiuidua diuerſarum ſpecierum hoc poſſunt mol
to magis indiuidua eiuſdem ſpeciei. Hæc omnia patent in ſpe
ciebus relationis. Nam ſecundum tenentes relationem non eſ
ſe a fundamento realiter diſtinctam, quæ opinio ſatis rationa-
bilis eſt, duæ oppoſitæ ſpecies relationis, puta ſimilitudo & diſ
ſimilitudo, cum ſuper eadem realitate qualitatis, puta eiuſdē
albedinis, fundari poſſit, (Socrates enim per eandem albedi-
nem ſimilis eſt Platoni albo æthiopi uero diſſimilis,) in in-
trinſeca realitate nullatenus diſtinguentur. Et hæc quoque
indiuidualis ſimilitudo erit conſequenter realiter eadem huic
diſſimilitudini. Et multo magis in eadem ſpecie idem in-
uenitur. Per eandem enim albedinem Socrates eſt ſimilis
multis albis, ſequitur quod hæc ſimilitudo qua eſt ſi-
milis Platoni ſit realiter eadem cum ſimilitudine qua eſt

I ſimilis alteri, puta Ciceroni, & ſic de aliis, & hoc maxime ſequi
tur contra Scotiſtas, Thomiſtæ quippe aliter ſentiunt, quia te
nent ꝙ unica reali ſimilitudine Socrates albus ad omnes coal
bos referatur, ſicut pater unica paternitate refertur ad plu-
res filios, licet ſint ſimilitudines uel paternitates plures ſm ra
tionem &c. Sed tamen adhuc ſequitur idem ſm Thomiſtas,
quia licet non ſint plura numero accidentia prædictæ duæ ſi-
militudines ſunt tamen duæ ſimilitudines, numero diſtinctæ
ſub ſpecie una ſimilitudinis, & hoc ideo quia diuerſos numero
terminos reſpiciunt, quos & in ſui formali ratione aſſumunt.
Sic ergo ſimilitudines iſtæ ſunt quidem duæ, & diſtinctæ ſub
ſpecie ſimilitudinis, & duo indiuidua eius cum duos reſpiciant
terminos, & tamen ſunt una & eadem realitas albedinis, quæ
eſt in Socrate. Sciendum tertio ꝙ ſicut in his quæ proprie re-
latiua ſunt, apparet ꝙ diſtincta indiuidua eiuſdem ſpeciei poſ-
K ſunt eſſe idem realiter, ita ꝙ indiuidualis ut ſic eorum diſtin-
ctio non exigit diſtinctionem in ipſa realitate intrinſeca, ita il-
la quæ licet non ſint proprie relatiua, habent tamen comple-
mentum ſuæ rationis formalis ex uariis reſpectibus, poſſunt
adinuicem diſtingui numero & pariter recipere ſpeciei ſuæ pͣ-
dicationem non obſtante eadem realitate in qua conueniunt
uel fundantur. Dictum eſt autem ſupra ꝙ licet quantitas di-
ſcreta quæ eſt numerus, ſit quid abſolutum, eo ꝙ in ſua for-
mali ratione nullam realem relationem includat uel ſupponat
ratio tamen eius non niſi reſpectu quodam rationis complet,
eo modo quo ſupra deduximus. Vnde ſicut in relatione, ex
uarietate terminorũ & ex diuerſa habitudine ad diuerſos ter-
minos, multiplicantur indiuidua relatiua, ut ſic, ſtante eadem
intrinſeca realitate, ſic pari modo non inconuenit dicere ꝙ ſtã
te eadem numeri unius ſpeciei realitate, ob uarietatem tamen
habitudinis qua rationem formalem illius complet, poſſunt
indiuidua eius multiplicari. His præmiſſis facile reſpondetur
obiectis. Et ad primum quidem argumentum dicitur ꝙ acci-
L dentium pure abſolutorum non eſt diſtinctio numeralis niſi pͤ
ſubiecta, ſecus autem eorum quæ licet principaliter ſint abſo-
luta, de ſui tamen ratione ſpecifica habent ꝙ concipiantur ſub
reſpectu. Talia enim duplicem etiam modum multiplicatio-
nis admittunt, propter rationem ſcilicet abſolutam multipli-
cari poſſunt indiuidua ex numeroſitate ſubiectorum uel in-
trinſecorum principiorum indiuidualium. Et propter reſpe-
ctum conceptum, poſſunt multiplicari ex multiplicatione ter
minorum, uel etiam uarietate eorum quibus tales reſpectus
ineſſe concipiuntur. Vt ſicut ordo ille in communi ſuo modo
conſtituit & diſtinguit ſpeciem talis entis. Sic ordo hic & ille
conſtituant ſuo modo & multiplicent indiuidua, uel potius di
uerſa talium ordinum fundamenta ut ſic. Et propter hoc ſub
ſpecie numeri qui eiuſmodi naturæ eſt, quædã indiuidua mul
tiplicantur ex multitudine ſubiectorũ, ut duo quinarii quinqꝫ
lapidum & quinqꝫ panum. Quædam uero ex multitudine pͤ-
dictorum reſpectuum, ſicut quinqꝫ quinarii quinque lapidum
ſm ꝙ quilibet unus lapis eſt terminus fundamentalis ſumma
tionis, ut ſupra declaratum eſt, & conſequenter forma nume-
ri. Habere autem ſic uariam diuerſitatem diſtinctionis indiui-
M duorum, competit ex his naturalis rationis ſuæ imperfectio-
nis ut ſupra dictum eſt. Et inuenitur hoc in multis aliis rerum
ſpeciebus, ſicut patet in relationibus. Poſſunt enim duæ ſimi-
litudines ideo numero diſtingui, quia ſunt in diuerſis ſubſtan-
tiis, & hoc habent ut accidentia ſunt, cum ut ſic reſpiciãt ſub-
iectum cui accidunt. Et poſſunt diſtingui numero propter di-
uerſos terminos, etiam ſi in eadem realitate fundentur. Sicut
duæ ſimilitudines in eadem numero albedine fundatæ ad di-
uerſa coalba, & hæc numeralis diſtinctio competit ſimilitudi-
ni, ut relatio eſt. Ad ſecundum patet per idem. Abſoluta quip-
pe accidentia, ut ſic, non poſſunt numero diſtingui niſi concur
rat abſolutarum realitatum diſtinctio: ſecus de accidentibus
quæ in ſui ſpecifico conceptu includunt ens rationis quaſi cõ-
pletiuum ſpecificatiui conceptus, ut dictũ eſt. Talia enim di-
ſtinguuntur numero ſub tali ſpecie ut ſpecies eſt: non autem
diſtinguuntur numero ſub tali ſpecie ut res eſt. Et hoc eſt qđ a
quibuſdam dicitur, ꝙ diſtinguuntur numero ut ſpecificatiuo
& formali: non autem materiali. Ad tertium dicitur ꝙ non
eſt inconueniens ſpeciem aliquam admittere duplicem modũ
diſtinctionis numeralis indiuiduationis, quando in illa ſpecie N
duo inueniuntur concurrentia ad rationem ſpecificam: unum
quaſi materiale, alterum uero quaſi formale: & unum multi-
plicari poteſt in altero in ſua unitate remanente, ut deductum
eſt in ſolutione primi. Eſt tamen ordo inter tales modos di-
ſtinctionis numeralis ſub illa ſpecie. Quia ille modus qui ſumi
tur ex eo quod eſt materiale in ſpecie accidentis, competit il-
li ſpeciei ſub ratione qua eſt accidens: cui ut ſic, competit ſicut
eſſe ita & diſtinctionem habere a ſubiecto. Alius uero modus
diſtinctionis numeralis qui ſumitur ex eo quod eſt formale
ſpecificatiuum in ſpecie, eſt proprius eiuſdem ſpeciei. Et ſi ali
qua diſtinguuntur numeraliter ſub tali ſpecie primo modo,
diſtinguuntur etiam ſub illa ſecundo modo, non autem econ
uerſo. Cum ergo in numero iſta omnia inueniantur, ut decla-
ratum eſt, ideo argumentum nullum eſt. Et per idem patet
etiam ad quartum bene conſideranti. Sicut enim aliquarum
ſpecierum poſſunt eſſe duo modi indiuiduationis, ita & duo- O
bus modis poſſunt ſub eiſdem ſpeciebus indiuidua abinuicem
diſtingui, ut tam unum ab uno quam alterum ab altero ma-
gis uel minus diſtinguantur: eo modo, quo ſupra declaratum
eſt. Ex his patet primum quod ſupra in principio huius defen
ſionis declarandum propoſui, quomodo uidelicet intelligen-
da ſint dicta Sancti Thomæ, dum dicit numerum ſpecificari
per ordinem, & ultimam unitatem eſſe formam numeri dãs
ei ſpeciem & unitatem. Hæc autem (ut noſtris loquar) dixiſſe
uelim, magis ueritatem inquirendo quàm determinando, &
cum omni ſemper reuerentia aliquorum uenerabilium docto
rum a quorum aſſertiõibus circa formam numeri uideor de-
clinare. Neque enim uidetur uerum quòd ſit in quolibet nu-
mero rerum naturalium, ita una numero unitas a qua deter-
minate ſuſcipiat ſpeciem, quod non poſſit ab alia. Difficile eſt
enim aſſignare quæ ſit illa & qualis ſit ille ordo. Similiter non
minus difficile eſt intelligere quomodo ſtent ſimul, quòd ali-
quid det ſpecificationem enti reali, & abſoluto, ita quod ſit
ſpecies realis prædicamenti & abſoluti ut tenet Sanctus Tho P
mas de unitate ultima reſpectu numeri, & tamen dicatur ꝙ
non ſpecificet niſi ſecundum quòd tale, puta numerus depen-
det ab intellectu, ſeu ſecundum eſſe quod habet in intellectu
tantum, prout dicunt quidam alii ex noſtris. Quod autem ex
uerbis Ariſtotelis in hoc loco expreſſe habeatur id quod do-
cet Doctor angelicus, hoc in quam quod ultima unitas ſit for
ma numeri, quod fuit ſecundum in principio huius defenſio-
nis propoſitum & ab Anton. Andr. negatum, ſic deduco. Po-
nit Ariſtoteles in hoc textu decimo ſecundam ſimilitudinem
inter ſubſtantiam quam ſignificat diffinitio, & numeros, quan
tum ad hoc, quòd ſicut addito uel ſubtracto aliquo etiam mi-
nimo, ex his quibus componitur numerus, non eſt amplius
idem numerus ſed alius, ita in diffinitione, addito aliquo uel
ſubtracto, non eſt amplius eadem diffinitio. Ex his clare pa-
tet, quòd ultimam unitatem intendit Ariſtoteles eſſe formam
numeri, & eidem ſpeciem dare. Nam ſicut id per cuius addi-
tionem uel ſubtractionem eſt alia diffinitio, ſe habet ad id cui
additur uel a quo ſubtrahitur in hoc quod eſt dare uel non da Q
te ſpeciem & unitatem, ita id per cuius additionem uel ſub-
tractionem eſt alius & alius numerus ſe habet ad ipſum nu-
merum, cum in hoc attendatur inter iſta duo ſimilitudo ſe-
cundum Ariſtotelem. Eſt autem forma, ſeu differentia for-
malis habentis quidditatem, id per cuius additionem, uel ſub-
tractionem uariatur quidditas. Quod patet tam ex parte addi
tionis, quàm ex parte ſubtractionis. Ex parte quidem additio
nis, quia cum in diffinitione non ſit niſi genus & differentia,
non poteſt dici, quòd genus addatur differentiæ, tum quia
prius non additur poſteriori, ſed econuerſo, genus autem pri-
us eſt differentia. Tum etiam quia potẽtia non additur actui,
ſed econtra actus intelligitur ſuperuenire potẽtiæ quã actuat.
Genus autem comparatur ad differentiam ut potentia ad actũ
ergo &c. Ex parte etiam ſubtractionis idem patet. Quia non
uariatur ſpecies ſiue quidditas ut fiat altera quidditas ex par-
te ſubtractionis generis, ſed tantummodo ex parte ſubtra-
ctionis differentiæ. Subtracto enim genere non remanet quid
ditas, ſed differentia tantum. Subtracta autem differentia re-
manente genere, remanet ſaltẽ uirtualiter quidditas cõpleta,
uel

A uel proprie dicta ſi tale genus ſit etiam ſpecies. Sic enim eſt compoſitum ex genere & differentia, in quibus coniunctis conſiſtit ratio quidditatis, uel quidditas ipſa generaliſſimi, quæ non eſt proprie quidditas, licet proprie dici formalis rō. Et ad hominem idem patet, quia ſic & Anto. and. exponit, ſequens ſanctum Thomam etiam uerbaliter. Oportet igitur ꝙ & in numero id quod additur uel ſubtrahitur habeat rationē formæ reſpectu eius cui additur: cū in hoc ēt attendatur ſimilitudo Ariſtotelis. Quod & ex ſequenti ſimilitudine patet, ubi ſm expoſitiōem etiam Antonii andreæ dicitur, ꝙ ſicut quidditas eſt compoſita ex eo quod eſt unum, & quod eſt unum, ita & numerus. Et per conſequens ſicut in quidditate id quo eſt unum, eſt forma eius quod eſt unum, ita & in numero. Probat autem utriſq; Ariſtoteles: quia rationes iſtæ, ſeu qddi tates non ſunt unum per ſe quaſi indiuiſibiles ſicut unitas aut punctus, ut quidam dixerunt, ſed ſicut quid compoſitum ex proprio acto & propria potentia ſicut exponit Antonius and. Vnde hoc ſupponens tanquam uerum & de mente philoſo-

B phi ſtatim īquirit, a qua unitate ſit numerus unus formaliter. Et ſic oportet ꝙ intendat ꝙ id quo numerus eſt unus formaliter, ſit forma ex qua cum aliquo ſibi compoſito quaſi potentiali componatur numerus iuxta proceſſum ſimilitudinis Ariſtotelis. Et ſic patet ꝙ etiam ſm eum ſecunda ſimilitudo philoſophi attenditur in hoc, quòd ſicut addito uel ſubtracto formali in quidditate, uariatur quidditas: ita addito uel ſubtracto formali in numero, uariator numerus. Probato igitur quod ultima unitas tantum ſit illa ex cuius additione uel ſubtractione uariatur numerus: ſequetur ſtatim neceſſario ſm intentionem & uerba philoſophi ꝙ ultima unitas ſit forma numeri. Hoc ipſum autem competere ultimæ unitati probatur tam ex parte additionis quâm ex parte ſubtractionis præfatæ. Ex parte quidem additionis, quia cum additio iſta non fiat niſi ꝑ ſummationem intellectus, cu tamen modo quo ſupra declarauimus: nec aliquid poſſit intelligi addi niſi præexiſtentibus,

C nec aliquid ſubtrahi niſi a præexiſtentibus, oportet quòd id quod additur ſit ultimum in tali ſummatione, ex qua additione fiat alia ſpecies numeri. Quod ſi aliquis forte dicat, nolo addere ultimam, puta quintam, ſed uolo addere tertiam uel quartam &c. patet ꝙ iſte uocem ſuam ignorat. Cum enim ꝑ additionem unius unitatis non poſſit conſurgere numerus q-narius, niſi illa quæ additur præſupponat in ſummatione omnes alias ex quibus cum addita conſurgat talis numerus patet ꝙ ea quæ additur, ut ſic ſemper ultima eſt, tametſi in alia forte ſummatione fuerit tertia uel quarta: in illa ſcilicet quæ ad tertiam uel quartam terminata eſt. Ex parte etiam ſubtractionis idem patet. Nihil enim poteſt ſubtrahi ab aliquo numero ſic'ꝙ remaneat alia ſpecies numeri & inferior ut neceſſe eſt, niſi prius habuerit rationem complentis ſpeciem numeri ſuperioris. Sed talis eſt ſola ultima nnitas, ut probatum eſt, ergo &c. Licet igitur quantum ad ſitus corporei ordinem aliqua poſſit ſobtrahi quæ ſecundum talem ſitum non eſt forte ultima, ſed prima uel media: quantum tamen ad ordinem talis ſummationis fundamentalis, quæ eſt de ratione numeri, ut probatum eſt, non ſubtrahitur niſi illa quæ ſumitur ſub ra-

D tione ultimæ. Sic igitur ex his omnibus tam ab Ariſto. quâm ex confeſſione aduerſarii adductis, patet ꝙ ultima uniras eſt forma numeri: & comparatur ad illum ut actus & perfectio propria ad proprium perfectibile, & ut forma partis ad formatum. Et hæc de ſecundo.

Quantum autem ad tertium, quòd uidelicet determinatio Antonii andreæ non ſit bona, iam ex præmiſſis patere poteſt cum deuiet a Sancto Thoma, & conſequenter ab Ariſtot. cui conformiter loquitur Diuus Tho. ut oſtenſum eſt. Sed & ſpecialiter hoc idem deducitur ex intentione & uerbis Ariſtotelis multipliciter. Et primo ſic. Comparat Ariſtot. quidditatem numeris, ut paulo ante dictum eſt: & aſſimilat eis in hoc ꝙ ſicut in numeris eſt aliquid ut formale & aliquid ut materiale, ita & in quidditatibus. Vnde ſicut numerus, licet ſit compoſitus ex multis, eſt tamen cum hoc unos per ſe, & in eu inuenitur aliquid quo eſt quid unom per ſe, ita & quidditas eſt quid unum per ſe, quamuis ſit compoſita ex multis, ſcilicet ex materiali & formali, ut & ipſe Anton. and confitetur. Non enim eſt quid unum ſicut punctus, aut unitas, aut aliud tale indiuiſibile, ut dicit Ariſto Manifeſtum eſt autem ꝙ cum Ariſto. dicit quidditatem eſſe compoſitam ex materia & forma & non eſſe indiuiſibilem, non loquitur de forma totius. Non enim di- E
citur aliquid componi ex materia & forma totius, ſed potios reſultat forma totius ex unione et compoſitione formæ partis cum materia Forma ergo partis eſt illa ex qua cum materia eſt compoſita quidditas, & a qua ſicut eſſe, ita & eſſentialem unitatem habet compoſitum Hanc autem formam partis in nomero non aſſignat Anton. andr. quæ ſit, ergo male & non ad mentem Ariſtotelis determinat. Sanctus Thomas autem eam aſſignauit eſſe ultimam unitatem, quæ ut ultima quidem habet rationem formæ & ſpecificatiuí numeri: ut uero præſcindit ab hac ratione ultimitatis, habet ſimul cum aliis rationem materiæ. Sunt enim omnes unitates ex quibus componitur numerus ut ex partibus materialibus, & ob hoc dicuntur eſſe in eo in potentia inquantum numerum componunt, licet ad hoc etiam quòd numerum componant opus F
ſit unicuique earum rationem unius attribui. ergo &c. Et confirmatur deductio iſta, quia Anton. andr. dicit determinando quod unitas ſpecifica nomeri, puta qua quinarius dicitur unus numerus ſpecie diſtinctus a quaternario, eſt a forma ſpecifica. Et licet non explicet an loquatur de forma totius, an de forma partis: quia tamen dicit etiam quòd ipſa unitas eſt ipſa forma ſpecifica, & paulo infra dicit, quod hæc unitas eſt totalis, a qua denominatiuæ totum dicitur unum, ideo uidetur uelle loqui de forma totius tantum. Licet hoc ex uerbis eius de neceſſitate inferri non poſſit, cum & forma etiam partis ſpecifica ſit, & ea ſit formaliter unum ipſum formatum ſicut & formaliter ens: & per illam poteſt denominari totum unum. Vnde ob hoc etiam poteſt dici unitas totalis. His tamen non obſtantibus ſi per illa uerba intendat tantum explicare formam totius ut uidetur, & maxime, quia paulo infra in expoſitione ſequentis textus dicit, quòd Ariſtot. hic non loquitur niſi de forma totius, ſequitur quòd cum forma totius G
ſit compoſita ex materia & forma partis, & non poſſit tantum de eo quod materiale in re eſt, reſultare, conſequenter in numero erit aliqua alia forma, quæ ſit forma partis. Cum ergo forma iſta partis concurrat ad unitatem formati ut ratio & cauſa eius principalis, ſequitur quòd eius etiam debuerit facere mentionem cum de unitate qua numerus unus eſt loquebatur, quærens quid eſſet & a quo. Quod tamen non fecit, immo Sanctum Thomam impugnauit id optime facientem, ergo male. Secundo. Ariſtoteles hic comparans quidditatem numero dicit, quòd ſicut in nomero propter multitudinem unitatum ex quibus componitur quærendum eſt, quid faciat ipſam eſſe unum per ſe: quod ideo uidetur difficile, quia ibi apparet manifeſta multitudo & nullum apparet uniens, ita etiā quærēdum eſt de quidditate, quæ etiam componitur ex multis, quid ſit faciens eam eſſe quid unum. Ex quo modo loquendi uidetur magis de cauſa unitatis quærere, quâm quid ſit ipſa unitas: circa quod tamen ſolummodo, tota intentio Anton. andr. inſudauit, & ob hoc non ad mentem Ariſtotelis. Eſſe. n. unum unitate propria unum quodque, omnibus notum eſt. Sed a quo ſit talis unitas, in quibuſdam eſt difficile uidere: in his uidelicet in quibus non apparet niſi diuerſitas ſeu diſcretio H
ſicut eſt in numero. Tertio. Si numerus non ex alio eſt ꝑ ſe unus quâm ex ſua forma totius, quæ per te eſt ſua unitas, non erit maior ratio quòd numerus ſit unus per ſe quam qđ aceruus. Eſt enim & ipſe aceruus unus aceruus & diſtinctus ab altero aceruo propria unitate, per quam ita conſtituitur in ſpecie aceruí, ſi ſic fas eſt loqui, quòd non in ſpecie populi, licet hæc non ſint proprie loquendo ſpecies, cum ſint entia per accidens. Secundum prædictam autem Anton. Andr. determinationem, non poſſet aſſignari, quare unitas numeri ſit forma ſpecifica faciens unom per ſe magis quam unitas aceruí, & ob hoc ſicut aſſignabimus per te in numero unitatem ipſam ſuam ut id quo eſt unus per ſe, ita poterimus aſſignare, quòd ipſa unitas aceruí faciat illum unum per ſe, ſecundum enim hoc non eſt maior ratio de numero, quâm de aceruo. Et tamen Ariſtoteles hic dicit quòd in aceruo non eſt aliquid quo poſſit dici eſſe unus, & propter hoc non eſt unus

I per ſe. In numero autem eſt aliquid, qoo eſt unus per ſe. Ergo ſm Ariſtotelem aliquid aliud eſt in numero præter unitatem quæ eſt forma totius, ex quo eſt unus per ſe, quod aceruo competere non poteſt. Eſt enim aceruus aggregatio unorum (ut ita dixerim) ſine ordine. Et ex hoc ſequitur quòd illud qood eſt in numero faciens eum unum per ſe, & illud quod eſt in quidditate, quæ etiam ſecundum Ariſtotilem ad nomeri ſimilitudinem eſt quid unum per ſe, eſt in horum ſingulis propria forma partis uel propria differentia, quæ a forma partis ſumitur. Et confirmatur. Non enim minoris immo maioris difficultatis eſt ſcire, quomodo nometus habet unitatem ſpecificam, quam ſcire quomodo eſt unus per ſe. Multa enim ſunt per ſe ut continua etiam per copulationem uel uiſcum &c. ex quinto metaph. quæ tamen nõ habent unitatem ſpecificam. Et ob hoc poterimus talia cogno
k ſcere, ꝙ ſint onum pr ſe: & tamen non cognoſcemus ea eſſe unum quid ſecundum ſpeciem. Declarare ergo ꝙ aliquid in quo apparet expreſſe multitudo & diuerſitas cuiuſmodi eſt numerus, habeat unitatem per ſe, per hoc ꝙ habet unitatem ſpacificam, non aliter declarãdo quomodo habeat unitatem ſpecificam, & a quo eſt declarare magis notum per minus notũ, quod eſt petere principium. Et nõ ſolum hoc eſt ſm ſe, magis uel minus notum, ut diximus, ſed etiam quo ad nos. Aliod ergo intendebat Ariſto. cum quærebat uel aſſerebat eſſe aliquid quo numerus eſſet unum per ſe, qoam unitatem ſpecificam quæ ſit idem cum forma totius. Quarto in aſſignanda cauſa unitatis per hoc ꝙ tale quid eſt onum propria unitate ſpecifica, non differunt ſimplicia a compoſitis, nec indiuiſibilia a diuiſibilibus. Sicut enim homo eſt onus ſua unitate ſpecifica quæ eſt ſua forma totius ſcilicet humanitate, ita punctus eſt unus ſua forma totius ipſa (ut ita loquar) pũcteitate. Et Gabriel ſua Gabrielitate, & ſic de omnibus ſimplicibus. Sed Ariſtot. facit hic differentiam inter ſimplicia & compoſita, quia non eſt in utriſq; eodem modo aſſignare quo ſunt unum per ſe, ergo nõ
L intendit id de quo quærit faciens numerum eſſe unum per ſe, eſſe formam totius, & unitatem illo modo ſpecificam. Quinto Anton. andr. loquens in determinatione ſua de tali unitate, dicit ꝙ eſt uel forma ſpecifica uel propria paſſio conſequens formam, ut ex modo loquendi uideatur dubitare & ignorara quod horum ſit. Quod quidem non eſt docentis, ſed mente uagantis. Non enim titubans, ſed determinata & certa debet eſſe doctrina. Et ſi eſt utrunq; ſm diuerſas rationes, non debuit ſic ſub diſiunctione loqui, ſed explicare unde haberet rationem paſſionis ſi paſſio erat, & quomodo, uel etiam unde habebat identitatem cum ſeipſa ut forma, uel cum ea diuerſitatem, ſi alia eſt. Cum enim auſus fuerit ponere os in cœlum, & contra Sanctum Thomam doctorem cœlicum uerba ſpargere, debuit grauiori pede procedere. Et confirmatur, quia circa finẽ ſuæ determinationis dicit, ꝙ hæc unitas denominat totom in ſecundo modo dicendi per ſe, ergo non eſt forma ſpecifica, quia ab hac ſumpta prædicatio eſt in primo modo. Ergo determinatæ debuit dicere ꝙ ſit paſſio, & non ſubdiſtinctæ formæ ꝙ ſit forma uel paſſio. Debuit etiam declarare qualis paſ
M ſio ſit, an uidelicet proprie, uel improprie dicta, quales ſunt paſſiones entis, proot de facto eſt ipſum unum tranſcendens, indiſtinctum realiter ab ipſo ente quod dicitur ſic unum, quo modo eſt quid unum per ſe, quælibet ſpecies prædicamentalis. Sexto. Anto. andr. dicit in hac eadem determinatione ꝙ talis numeri unitas eſt innominata. Quod quidem uerum eſt apud illum, a quo nõ eſt cognita, ut ex dictis patuit. Sed apud eos qui huius formæ ſicut & aliarum ſpecierum quantitatis notitiam habent, nominata eſt. Vt enim ex dictis iam patera poteſt, in quolibet numero eſt dupliciter forma, ſicut & i quolibet alio compoſito ex materia & forma, uel ex eo quod ſe habet per modum materiæ & formæ. Quædam enim eſt forma partis, quæ in quolibet numero eſt ultima ſua unitas, & eſt nominata, ſicut in quaternario dicitur ſeu denoiatur quarta: in quinario quinta, & ſic de aliis. Alia eſt forma totius quæ reſultat ex unione materiæ cum forma, uel ex ordine materialis cum formali &c. Et hæc etiam nominata eſt. Nam hæc ĩ numero binario dicitur dualitas. In ternario ternitas ſeu trinitas, & ſic inde. Hoc autem modo nominari formas totius ipſorum numerorum ſm ſuas ſpecies, nullus qui in doctrinis ſa- N
pientum & philoſophorum exercitatus eſt, negare poteſt. Vt clarum eſt intuentibus libros Platonis, Ariſt. Auerrois, Alberti, Sancti Thomæ, & etiam Scoti, & breuiter omnium ſine differentia. Vtuntur enim omnes prædictis denominationibus formarum illarum. Contra ſe etiam loquitur in eadem ſe re ſententia. Si enim denominat totum, qoomodo eſt forma innominata? Et ſi innominata, quomodo denominat? Patet igitur ex his omnibus, hanc Anton. andr. determinationem undecunque a plana ueritatis uia deuiare. Et hæc de tertio.

Quãtum ad quartum ſupereſt ſoluere argumenta ab aduerſario inducta contra præfatam Sancti Thomæ doctrinam. Ad primom igitur primo reſpondetur ꝙ ut ex determinatis patet, non arguit ad propoſitũ eius quod intendit Sanctus Tho. quia unitas illa quæ dat ſpeciem & unitatem numero, non dicitur ultima ultimitate ſitus realis, de quo tantum intendit dictum Ariſtot. ſuper quo fundatur obiectio, ſed ultimitate fun- O
damentalis ſummationis quæ eſt de ratione numeri, ut ſuperius dictum eſt. Secundo dicitur ꝙ Ariſt. loquitur de unitate ſpecifica, non autem de numerali ſub eadem ſpecie. Et hæc eſt alia & alia in numeris ſm quod uariatur onitas de ultima in non ultimam Non uariatur autem ſpecies & ſubſtantia ſpecifica numeri per diuerſam poſitionem unitatis hoc modo dicto, ſed per ſubtractionem eius, uel additionem alterius. Qđ autem ſit hæc intentio Ariſtotelis indicat ly differẽtia in ſubſtantia, quæ ſi proprie ſumatur, ſpecificam habet diuerſitatem cauſare. Vnde negando ibi eſſe differentiam in ſubſtantia, non negat (quantum ex propria ſignificatione uerborum ſumi poteſt) niſi diſtinctionem ſpecificam. Indicant etiam hanc eſſe intentionem philoſophi, exempla quibus declarat ꝙ in quibuſdam facit poſitio differentiam ſecundum ſubſtantiam. Nam dicit quòd diuerſitas partiũ in homine, & domo, & ſic in aliis heterogeneis, intelligendo de partibus principalibus facit diuerſitatem in ſubſtantia, quod exprimit diuerſitatem ſpecificam. Variatur enim ſpecies ex tali partium tranſpoſitione, pu- P
ta ſi pedes hominis ponerentur in ſitu capitis, & econuerſo, & tectum domus poneretur in ſitu fundamenti & econuerſo. Sic igitur ex diuerſa ſituatione unitatum, etiã eo modo ſummationis quo declaratum eſt, cum non fiat uariatio in ſubſtantia ſpecifica, ut ſit alia ſpecies numeri, patet ꝙ etiam ſi fiat uariatio ſm numerum ſub una ſpecie, non repugnat hoc dictis Ariſtot. in loco allegato. Erit igitur nonc numerus alius non ſpecie, ſed numero: & forma alia, non ſpecie ſed numero. Et per hoc patet ad primam probationem falſitatis conſequentis. Ad ſecundam uero dicitor ꝙ nun inconuenit abſolutũ imperſectum, & imperfecte unitatem habens ſpecificari per ordinem prædicto modo. Immo hoc requirit ot do uniuerſi ot quædam naturæ uno modo, aliæ uero alio ſpeciem ſortiantur, ſicut in principio deduximus per Sanctum Thomam ꝙ aliqua entia per formam, aliqua per compoſitionem, aliqua uero per ordinem ſpecificantur. Et in hoc ſuper alia accidentia habet quantitas ſimilitudinem cum ſubſtantia. Sic enim in ſupremo coniungitur infimæ ſubſtantiæ, dum quantitas diſcre- Q
ta, quæ eſt prior & conſequenter perfectior continua, admittit & habet in ſui eſſentia compoſitionem formalis cum materiali, ut fiat ex eis per ſe unum &c. Ad ſecundum argumentum patet ſolotio ex dictis. Non enim ex ultimitate naturæ, perfectionis, temporis, ſitus, aot actualis etiam a numerante ſummationis, habet aliqua unitas, ꝙ ſit ſpecialis forma huius quinarii, & non illius: ſed a fundamentali oltimitate prædictæ etiam fondamentalis ſummationis, ot ſuperius dictum ẽ. Ad tertium dicitur, quòd forma informans eſt & in toto formato, & in parte materiali: ſicut anima eſt in homine, & ĩ materia eius. Sed forma ſignificata per modum compoſitionis uel ordinis, non eſt in parte uel in toto ut informans. Non. n. compoſitio eſt in ſingulis partibus compoſiti: alias omnis pars heterogenei eſſet heterogenea, & pars etiam quælibet haberet in ſe compoſitionem totius, quæ omnia ſunt falſa, ſed ſufficit quòd compoſitio ſit in partibus: quia eſt ipſa habitodo cõpoſitionis partium, ita ꝙ ſingulas partes reſpiciat ut terminos & non ut ſubiecta: ſed ut ſubiectum adæquatum reſpicit ipſum totum. Sic eodem modo de ordine ſpecificante numerũ

dicendum

A diceudum eſt, quantum ad hoc ꝙ talis unitas quæ eſt forma numeri non oportet quod ſit in aliis unitatibus informando eas &c. ſed ſufficit quod ad eas terminetur tali ordine. Dicitur enim ultima in reſpectu aliarum, & hoc ſufficit ad eſſe formã partis in tali ſpecie. Et eſt in ipſo toto numero ut forma eius adæquata per hoc, ꝙ in eo reſpicit alias ſub prædicto reſpectu ex qua habet totum ipſum quod ſit unum per ſe, & diſtinguitur ſicut pars a toto ab ipſa forma numeri quæ dicitur forma totius, puta dualitate a qua numerus ille denominatur binarius, ſicut ab humanitate denominatur homo. Eſt ergo in aliis unitatibus non formaliter, neq; enim hoc exigit natura huius formæ, ſed ordinabiliter, inquantum ex ordine ad alias habet ꝙ ſit ultima. Et hoc ſufficit ad hoc ꝙ ſit forma numeri dans ei ſpeciem & unitatem per ſe, ut dictum eſt. Et hæc de præſenti defenſione ſufficiant. Per oĩa benedictus Deus. Amẽ.

DEFENSIO XXI.

B Libro nono. t. c. 22. parte tertia.

Decipi enim circa quodquideſt non eſt: ſed aut ſecundum accidens.

IN PRAESENTI Textu dicit Ariſt. ꝙ uerum & falſum non inueniuntur eodem modo in ſimplicibus ſicut in compoſitis. Quia in ſimplicibus attingere mente, & repræſentare uoce, eſt uerum. In compoſitis autem tam ex parte rei intellectæ quam ex parte intellectus requiritur compoſitio & diuiſio ad hoc quòd ſit in eis uerum uel falſum. In ſimplicibus ẽt falſitas nõ eſt. Sed non attingere ipſum ſimplex mente, eſt ipſum penitus ignorare. Et ratio aſſignatur ex cõditione & natura rei ſimplicis. Nam id quod non habet partes aut totum ſcitur aut totum ignoratur: & ſic qui non attingit C ad quodquideſt eius, ipſum omnino ignorat. Et ſubdit philoſophus ꝙ decipi quod eſt idem quod dicere falſum, non eſt circa quodquideſt ſimplicium niſi per accideus. Et hucuſq; concordamus cum Antonio and. cuius etiam uerba prædicta ſunt fere omnia. Sed circa expoſitionem illius uerbi (niſi per accñs) a Sancto Thoma deuians dicit, ꝙ ſimplicia ſunt in duplici differentia. Quædam enim ſunt ſimpliciter ſimplicia, quædam uero ſunt ſimplicia, ſed non ſimpliciter. Prima dicuntur conceptus non reſolubiles in alios conceptus Et licet nullus iſtorum conceptuum ſit formaliter falſus, poteſt tamen eſſe falſus, inquantum aliquid apprehenditur ſub determinationem non conuenientem ſed repugnantem ſibi. Hæc ille. Et ſm hoc exponit illud uerbum Ariſt. (niſi per accidens) eſſe intelligendum ꝙ in talibus conceptibus ſimplicibus, ſed non ſimpliciter poteſt eſſe falſitas uirtualiter. In conceptu autem ſimpliciter ſimplici non cadit falſitas etiam per accidens. Et ꝙ iſta expoſitio ſit etiam Ariſt. probat. Quia in iſto capitulo Ariſt. uidetur diſtinguere de intelligentia inquantum eſt circa quid ſimplicium & circa quid compoſitorum, quod optime ſit ſm prædictam expoſitionem, Per hoc enim ꝙ poteſt contingere falſi- D tas per accidens in quodquideſt ſimplicium ex hoc quod poteſt ipſum quodquideſt attribui ei cui non conuenit, non diſtinguuntur ſimplicia a compoſitis. Ergo ſic exponere ly ſm accidens, non eſt exponere ad mentem Ariſt. qui intendit inter iſta diſtinguere. Poſt hæc recitata alia ex poſitione ſuper illo uerbo (niſi per accidens) quæ eſt expoſitio ſancti Thomæ ſubdit in fine, dicens. Prima tamen expoſitio ſubtilior & uerior uidetur, & contradicit iſti ſecundæ. Hæc omnia ex illo. Pro defenſione igitur doctrinæ Sancti Thomæ, ab hac inepta impugnatione, tria faciam. Primo quidem oſtendam expoſitionem Sancti Thomæ nil falſitatis admittere, immo ſubtiliſſime penetraſſe mentem philoſophi. Secundo expoſitionem aduerſarii non eſſe ad mentem philoſophi, falſo inniti fundamento, ac implicare contradictoria propalabo. Tertio ad motiuum illius reſponſio applicabitur. Quantum ad primum ſciẽdum primo ꝙ com uerum & falſum ſint in intellectu ſexto metaphy. tex. commen. 8. quod intelligitur realiter & formaliter: & primo ſint in compoſitione & diuiſione, ubi ſupra, & hic tex. commen. 22. & etiam primo peri hermenias & alibi E pluries, ſequitur ꝙ in prima apprehenſione nõ ſint ueritas ꝑprie & perfecte. Eo tamen modo quo ibi eſt formaliter ibi ſit. Sequitur etiam ꝙ ueritas & falſitas non ſint in rebus, quatenus eſſe in rebus diſtinguitur contra eſſe in anima obiectiue. Quia tamen eſſe rei eſt cauſa ueritatis in intellectu, & non ecõuerſo: non enim propter meum extimare te eſſe album, tu es albus, ut dicit hic Ariſto. ſed ex eo ꝙ res eſt uel non eſt, oratio dicitur uera uel falſa, ut dicitur in poſt prædicamentis: ideo in rebus quoq; dicitur eſſe ueritas, non quidem formaliter, ſed cauſaliter. Secundum quem modum etiam ueritatis, primo & principalius eſt ueritas in compoſitione & diuiſione rei correſpondenter ad compoſitionem & diuiſionem intellectus, ꝙ ſit in ipſo quodquideſt: quod ut ſic, non niſi ſimplici apprehenſioni correſpondet. Si qua igitur ſint entia quæ compoſitionem aut diuiſionem in ſe non admittant, conſequenter etiam nec intellectus uidens ea, circa talia componendo aut diuidẽdo ueritatem dicet aut falſitatem, nec in re illa prædicta ueritas, aut F falſitas cauſaliter reperietur. Poterit tamen talia ſimplicia intellectus, apprehenſione etiam ſimplici intueri, & ueritati huic correſpondente cauſali ueritate res illa tunc uera erit. Hæc Ariſt. pro maiori parte hic expreſſe ducet. Dicit. n. primo ꝙ uerum & falſum in rebus eſt componi aut diuidi, & intelligit hoc de rebus, & ſubſtantiis compoſitis, ut patet Et dicit in rebus ad diſtinctionem ueritatis aut falſitatis intellectus, quæ nõ importãt componi & diuidi, ſed componere & diuidere quaſi actiue, intellectualiter tamen: de quibus immediate ſubiungit dicens (unde uerus eſt) ſ. homo uel intellectus putãs diuiſum diuidi, compoſitum componi. (Mentitur autem, econuerſo habens res) hoc eſt contrario modo quantum ad compoſitionem & diuiſionem habens res in intellectu ſuo, quia uidelicet putat rem compoſitam eſſe diuiſam, & econtra. Ex quo dat intelligere, ꝙ in hac extimatione ſeu in hoc iudicio intellectus, quo iudicat rem eſſe ſicut eſt, uel non eſſe ſicut non eſt, aut ecõtra, completur ratio ueritatis uel falſitatis. Oſtendit autem cõ G ſequenter, ꝙ ſic eſſe uel non eſſe in rebus, eſt cauſa ueritatis & falſitatis in mente, proponens primo hoc & dicens: (Qñq; eſt aut non eſt). ſ. in re compoſitio uel diuiſio (eſt quod uerum dicitur aut falſum) hoc eſt in intellectu. Per hoc enim ꝙ utitur hoc modo loquendi (quod uerum dicitur) dat intelligere ꝙ loquitur de ueritate & falſitate intellectus cuius eſt primo dicere uerum uel falſum. Dicit autem poſt hæc, ꝙ (Hoc perſcrutandum eſt quid dicimus.) Perſcrutatur autem hoc per exempla dicens: (Non enim propter nos extimare te uere album eſſe, tu albus es: ſed propter te eſſe album, eſſe dicentes, uerum dicimus.) Et ſunt clara uerba. Poſt hæc declarato in parte ſequenti huius textus, quomodo cum ueritate ſtat de aliquibus contingentia, in aliquibus uero reperitur neceſſitas: & cum falſitate in quibuſdam ſtat contingentia, in quibuſdam uero impoſſibilitas ſm uidelicet ꝙ contingens aut neceſſarium aut impoſſe eſt aliqua adinuicem componi uel ab inuicem diuidi in rebus, tranſit ad res & ſubas incompoſitas, quærens quõ in eis uel circa eas inueniatur uerum & falſum. Et primo per modũ interrogationis & qõnis dicit: (Circa incompoſita uero, quid eſt eſſe, & non eſſe.) quæ ſunt cã ueritatis & falſitatis: & quid H eſt (uerum & falſum). ſ. circa talia in intellectu. Aſſignat autẽ rõnem dubitationis. Cum. n. dictum ſit ꝙ compõ & diuiſio in rebus ſit cã ueritatis & falſitatis in intellectu, cum i rebus ſimplicibus non inueniantur compõ & diuiſio, vſ ſequi ꝙ in eis non erit uerum & falſum. Et iõ dicit: (Non. n. eſt compoſitũ, ut ſit quidem, qñcunq; compoſitum) hoc eſt ꝙ poſſit uere affirmari, ꝙ eſt, quia ex parte rei inueniatur compõ (& non ſit, qñcunq; diuiſum fuerit) hoc eſt, ꝙ & ipſa negatiua ſit uera ꝑꝑ diuiſionẽ quæ ſit in rebus (ſicut albũ lignum). i. ſicut eſt uera iſta affirmatiua, lignum eſt albũ, ꝑꝑ hoc quod in re eſt compõ ipſius ligni cum albedine (aut in commenſurabile diametrũ) hoc eſt, ſicut & negatiua eſt uera, diameter non eſt commenſurabilis coſtæ, quia in re eſt diuiſio prædictæ cõmenſurationis a diametro. Et ſubiungit conſequenter ꝙ (nec uerũ) & falſum ſiſr adhuc exiſtent & in aliis. i. manifeſtum eſt ex his ꝙ nõ eodem modo eſt uerum & falſum in his incompoſitis, & in compoſitis rebus. Et rationem aſſignat dicens, (aut ſicut nec uerũ

I In his idem, ſic nec eſſe. Quaſi dicat, Si eſſe in talibus non eſt idem, nimirum ſi in ens noo erit eodem modo ueritas, cum uerum & ens ſe inuicem committentur & conſequantur. Et ſimiliter falſum, & non ens. Poſt hæc declarar quomodo in iſtis ſimplicibus poſſit inueniri uerum oel falſum dicens: (Sed hoc eſt uerum quidem aut falſum.) Supple in prædictis ſubſtantiis ſimplicibus, (Attingere quidem & repræſentare, uerum.) Et ꝙ non loquatur de repræſentatione quæ fit etiam in compoſitione ſaltem præſuppoſitiue, ſed de ea quæ pertinet ad primam operationem, patet cum ſubiungit: (Non enim idem affirmatio & repræſentatio.) Verum igitur circa talia non eſt ſm compoſitionem & diuiſionem, ſed per ſimplicem repræſentationem, quo modo dicimr in tertio de anima, ꝙ intellectus circa ipſum quodquideſt (quod ut ſic ſimplex quideſt) ſemper eſt uerus. Et ideo poſt hæc hic oſtendit ꝙ circa talia
k non eſt falſitas aut deceptio in intellectu dicens: (Decipi enim circa quodquideſt, non eſt, ſed aut ſm accidens.) Quod autē non ſolum in quodquideſt ſimplicium non inueniatur falſitas & deceptio, quæ pro falſitate hic accipitur, ſed etiam hoc idē reperiatur circa quodquideſt compoſitorum, aperte aſſerit ſubdens: (Similiter autem & circa compoſitas ſubſtantias nō enim eſt decipi) ſcilicet circa quodquideſt earum. Circa compoſitionem quippe & diuiſionem talium ſubſtantiarum eſſe ueritatem & falſitatem ſupra expoſuit. Vnde oportet ꝙ hic loqoatur tantum de ipſo earum quodquideſt dum dicit circa eas oon eſſe deceptionem, ſicut immediate loquutus eſt de quodqoideſt ſimplicium &c. Quomodo autem circa quodquideſt utriuſque huius ſubſtantiæ poſſit eſſe falſitas per accidens, declarat Sanctus Thomas dicens: (Qoomodo autem per accidens decipiatur aliquis circa quodquideſt conſiderandom eſt. Non enim decipitur quis circa quodquideſt, niſi componendo & diuidendo. Per primam enim operationem intellectus non decipitur circa quodquideſt, ſed ſemper eſt uerus) ut probatum eſt ex tertio de anima. Reſtat igitur ꝙ tantum
L ratione compoſitionis uel diuiſionis adiunctæ poſſit ſibi competere deceptio, & ſic non per ſe, ſed per alterom, & conſequenter per accidens ſibi poterit contingere. Quod quidem in ſubſtantiis compoſitis contingit dupliciter. Vno modo per compoſitionem diffinitionis ad rem diffinitam aut diuiſionē. Vt ſi aliquis diceret, aſinum eſſe animal rationale mortale, aut hominem non eſſe animal rationale mortale. Alio modo ſm ꝙ diffinitio conſtituitur ex partibus quæ non ſunt inuicem cōpotibiles, ut ſiquis aſſignaret hanc diffinitionem: Homo eſt animal inſenſibile. Primo igitur modo diffinitio dicitur eſſe falſa, quia non eſt huius. (Secundo modo dicitur falſa per ſe ut in ſeptimo docuit philoſophus.) Qood non eſt intelligendum quaſi falſitas & deceptio competat ipſi quodquideſt per ſe. Huius enim oppoſitum per hanc declarationem edocere intendit. Sed dicit competere ei falſitatem hanc per ſe, quia non per comparationem ad aliquid extra ſe, ſed per comparationem ad partes ſuas intrinſecas. Competit tamen ei prædicta ratio per accidens, inquantum uidelicet adiungitur ei compoſitio uel diuiſio per opus intellectus. (In ſimplicibus aotem
M ſubſtantiis non poteſt eſſe deceptio circa quodquideſt ſubſtantiæ niſi primo modo. Non enim eorum quodquideſt, eſt compoſitum ex pluribus circa quorum compoſitionem oel diuiſionem poſſit accidere falſum.) Hæc formaliter ex Sancto Thoma. Summa igitur intentionis Ariſtot. in hoc textu ut ex prædictis patet, eſt ꝙ oeritas & falſitas proprie & primo eſt ī compoſitione & dioiſione intellectus formaliter, in compoſitione aotem & diuiſione rerum caoſaliter. Improprie autem, etiam in prima operatione intellectus, eſt ueritas formaliter, in rebus autem prima apprehenſione cognoſcibilibus, cuiuſmodi eſt ipſum quodquideſt, eſt ueritas improprie, & cauſaliter. Veritas autem proprie etiam cauſaliter non eſt in talibus per ſe, ſed ſolum per accidens, inquantum eis adiungitur uel circa ea conſideratur aliqua compoſitio uel diuiſio, quæ qdem compoſitio aut diuiſio ſi ſit in ipſo quodquideſt realiter, etiam ſi non actualiter conſideretur, ot compoſitum aut diuiſom, ſed potios ſimplici apprehenſione, dicitur tamen in eo eſſe cauſaliter ſeu fundamentaliter aut uirtualiter ueritas aut falſitas ſm talem compoſitionem & diuiſionem, ſed per accidēs, ideſt ratione eiuſdem compoſitionis aut diuiſionis realis in ea N
exiſtentis, & intellectualis poſſibilis circa intellectum fieri. Patet aotem in ipſo quodquideſt uel circa ipſum, intelligi eſſe compoſitionem & diuiſionem doobus modis. Vno modo intrinſece, ex partibus realibus in eo exiſtentibus. Alio modo quaſi extranee ex ipſo uidelicet quodquideſt, & eo cuius eſt, quod ideo poteſt dici intrinſecum, quia non eſt de conceptu ipſius quodquideſt, uel etiam quia eſt realiter ab illo diſtinctū inquantum aliquod cuius eſt ipſum quodquideſt, includit aliquā realitatem quam noo dicit quodquideſt. Sicut Socrates includit ſua principia indiuiduantia, quæ non includit quodquideſt hominis. His duobus modis eſt compoſitum quodquideſt cōpoſitorum, & ob hoc eſt in eo ueritas & falſitas per accidens inquantum ex ſua natura habet ꝙ poſſit compoſite & diuiſe intelligi uere uel falſe. Ipſum autem quodquideſt ſimplicium, non eſt primo modo compoſitum. Neq; enim partes habet, ut poſſint ſm compoſitionem partium intelligi compoſitæ, O
aut ſm diuiſionem diuiſæ. Et ideo circa quodquideſt ſimpliciū quantum eſt ex natura ipſorum, primo modo non poteſt eſſe ueritas aut falſitas per accidens componendo uel diuidendo. Licet enim intellectus noſter circa talia, compoſitiones formet &c. id tamen non ex parte rei eſt, ſed ex parte noſtri modi intelligendi, qui propter infirmam naturam noſtri intellectus ipſa ſimplicia prout in ſe ſunt intueri non poſſumus, ſed admodom, immo & per ſpecies compoſitorum. Dicitur autem ſm compoſitionem & diuiſionem primo modo non eſſe ueritas, aut falſitas in ſimplicibus, non quidem quia partes intrinſecæ ſint unitæ, ut in compoſitis inuenitur: in quibus incidit falſitas ſi intelligantur diuiſæ &c. ſed ideo quia partibus carent, & ob hoc non poteſt ſeorſum ona earum pars intelligi ut ſeparata ab alia, ſed oel nil eorum intelligitur, aot totum, quantum eſt ex parte rei, ut diximus. Quantum autem ad ſecundam compoſitionem quodquideſt ſcilicet cum eo cuius ē. Sciendum eſt ꝙ licet in ſimplicibus ſobſtantiis quantum ad eſſentialia quæ ſunt de conceptu utrinſq; non differant reali- P
ter iſta duo, ut patet. 8. huius tex. commen. 8. tamen in omnibus talibus citra Deum, aliquid pertinet ad ſuppoſitum, ut ſuppoſitum eſt, quod non pertinet ad naturam quam ſcilicet ſignificat quodquideſt ut ſic. De ratione enim ſuppoſiti eſt, ꝙ quæcunq; in re ſunt præter eſſentiam quæ eſt principium ſuppoſiti, ſint in ea mediante ſuppoſito, quia eius eſt eſſe per ſe, & conſequenter eios eſt etiam alia per ſuum eſſe ſuſtentare in ſe recepta. Et ſic omnia primo uniuntur in ſuppoſito. & pertinēt ad ipſum, ut dicit Sanctus Thomas. ſecundo quolib. artica. 4. Licet ergo talia non ſint de eſſentia ſuppoſiti, ſed ſint uel ipſum eſſe quod diſtinguitur realiter a natura ſeu ab eſſentia, uel accidentia ipſius ſuppoſiti, propria quidem ot intellectus & uoluntas & ſpecies, & communia ut multi actos & multi conceptus: quia tamen prædicto modo pertinent ad ſuppoſitum, habet ſuppoſitum ratione prædictæ horum incluſionis ꝙ diſtinguatur realiter a natura. Et ex hoc dicit Sanctus Thomas in quolibeto ſecundo articulo quarto, quòd etiam in ſubſtantiis ſeparatis ſuppoſitom diſtinguitur realiter a natura, & ſic quodqd. Q
eſt ab eo cuius eſt, etiam in ſimplicibus. Ratione igitor prædictæ diſtinctionis realis poſſet diffinitio unius ſubſtantiæ ſeparatæ, intelligi attribui alteri a ſuo proprio diffinito, & tūc interueniret deceptio, & non ignorantia tantummodo: quia iſta duo non ſunt penitus idem, ut ex hoc uel totom apprehendatur oel nihil: ſed poteſt unum eorum apprehendi, puta quodquideſt, & circa illud falli, dom ipſum attribuit, non ſuo proprio ſuppoſito, ſed alteri quod putat eſſe proprium, forte propter aliquam ſimilitudinem in accidentibus illis cum proprio. Et hoc modo per accidēs eſt falſitas in ipſo quodquideſt reſpectu eios cui conuenit eſſe illud cuius eſt ipſum quodquideſt, ſiue hoc, ſiue illod, inquantum poteſt ſic apprehendi, ſeu ut eſt fundamentum talis apprehenſionis circa ſe. Cum autem actualiter ſic componitur, interuenit tunc falſitas non per accidēs, ſed per ſe. Sed noo eſt falſitas tunc in ipſo quodquideſt, ſed in ipſa compoſitione, ex parte quidem rei cauſaliter: ex parte uero intellectus formaliter. Propter eandem etiam diſtinctionē ipſius quodquideſt ab eo cuius eſt in talibus, habet ipſum qdquideſt quod poſſit intelligi ſub ratione diuiſionis a pro-

prio

A prio ſuppoſito,& ſic poſſit interuenire falſitas in diuiſione ſeu in negatione: & ſic falſitas hæc pari ratione erit in ipſo q̃dquideſt per accidens. Eſt igitur eadem ratio, ſed non penitus eadem tam in ſimplicibus quam in compoſitis, q̃ in eorum quodquideſt inueniatur ueritas & falſitas per comparationẽ ad id cuius eſt, quia in utriſq; ſunt hæc abinuicem diſtincta, licet magis in compoſitis quam in ſimplicibus ut diximus. Ex his omnibus patet propoſitum primum, q̃ uidelicet Sancti Thomæ expoſitio de ſubſtantiis ſimplicibus & quodquideſt earum, ſit ad mentem Ariſtote. immo ſm uerba Ariſt. exprimatur, & q̃ nullum inconueniens ſequitur ex hoc q̃ ly (ſed aut ſecundum accidem) exponitur de ſubſtantiis tam ſimplicibus quam compoſitis, diuerſimode tamen, ut dictum eſt. Et hæc de primo. Quantum ad ſecundum. Probatur, expoſitionem aduerſarii non eſſe ad mentem Ariſt. ex uerbis etiam ipſius Anto.and. Nam ubi ad oritur explanare textum Ariſt.
B qui incipit, (Circa incompoſita uero.) dicit, Sic Ariſto. oſtendit propoſitum quantum ad uerum & falſum in ſubſtantiis cõpoſitis & ſimplicibus, quales ſm Ariſt. ſunt ſubſtantiæ immateriales. Hæc ille. Et idem repetit incipiens eundem textum poſt diuiſiones exponere, dicens ſic: Dicit ergo quòd circa incompoſita uera ut ſunt ſubſtantiæ immateriales & ſimplices, non eſt uerum & falſum propter compoſitionem & diuiſionem quæ ſit in rebus &c. Et de his proſequitur totam expoſitionem ut omnes uidere poſſunt. In expoſitione ſimiliter alterius partis eiuſdem tex. 22. quæ incipit, (Et omnes ſunt actu & non potentia &c.) ſic incipit textum explanare: Dicit ergo q̃ omnes. ſ. ſubſtantiæ ſimplices & immateriales ſunt actu & non potentia &c. Et ſic proſequitur exponendo de eiſdem. Hoc idem repetit in recapitulatione exponendo textum qui incipit, (Eſſe uero ut uerum &c.) ubi expreſſe exponit q̃ in ſubſtantia ſimplici non eſt decipi ſed ignorantia. Quomodo igitur partem textus inter prædictas mediam, ubi Ariſto. declarat qualiter in ſimplicibus inuenitur uerum, non autem fal-
C ſum niſi per accidens &c. poteſt hic exponere non de ſubſtantiis ſimplicibus, ſed de conceptibus ſimpliciter ſimplicibus? Nonne apparet expreſſe uoluntariam eſſe exponere, diſtortã peruerſam? Si eſſet ad intentionem Philoſophi expoſitio iſta Iudicandus foret inſipientisſimus, ut quærens etiam ſecundum expoſitionem tuam, quomodo in ſubſtantiis ſimplicibus ſit uerum aut falſum, reſpondeat, q̃ circa conceptum entis, eſſe uerum eſt repreſentare, decipi uero circa illum nõ eſt, niſi ſm accidens, & ſic de aliis conceptibus, ſi qui ſunt ſimpliciter ſimplices. Et hanc declarationem poſtea in textu immediate ſequenti adaptans ad propoſitum principalis intentionis, iterum loquatur de ſubſtantiis ſimplicibus &c. Quis non confundatur, tam inſulſum proceſſum tãto Philoſopho aſcribere? Vnde certo certius exiſtimandum eſt, non ab Anto. an. ſed ab aliquo nedum ignorante, uerumetiam imprudẽte admodum uiro, illud notandum non niſi a ſibi ſimilibus interpoſitum fuiſſe expoſitioni Ant.and. Sicut & in pluribus aliis locis huius expoſitionis factum eſſe non dubito, ut in hoc opere alibi notaui. Vnde & Mauritius, cuius forte prudentia iſta fuit, hoc tandem aduertens, in margine circa finem expoſitio-
D nis ultimæ illius partis, ſic dicit, Videtur q̃ nedum de ſimpliciter ſimplicibus loquatur. At non uidetur, immo clariſſimum eſt de talibus nullo modo ibi loqui, ſed de ſubſtantiis ſimplicibus tantum modo. Addit autem Mauritius, Sed dic conſequenter ad ſua principia. Quaſi dicat. Non attendas quæ hic uideantur principiis Scoticis aduerſari. Sed illis immobiliter inhæreas, quamuis etiam Ariſtote. uel cuicunq; alteri ſapienti, ſiue rationi, aut etiam ſibiipſis, ut hic accidit, repugnẽt. Vel dic conſequenter ſm ſua principia, quæ ſunt peruerſe exponere textus Ariſt. ubi inueniuntur propriis horum uirorũ placitis aduerſari. Nos autem conſequenter dicemus ad principia ſapientiſſimi Ariſtote. Licet autem hoc quod contra hanc expoſitionem inductum eſt, clariſſime conuincat q̃ ad intentionem Ariſt. expoſitio illa non faciat, imo ei repugnet tamen ad fortiorem falſitatis & errorum repulſionem, ex eadem media parte textus qui incipit, (Sed eſt uerum &c.) in cuius expoſitione ab intentioni Philoſophi diuertit, idipſum oſtẽdemus. In hoc enim textu intendit Philoſophus declarare, quomodo in ſimplicibus eſt uerum, & ſimiliter quomodo in E eiſdem non eſt falſum niſi per accidens. Proponit autem hoc dicens inter cætera q̃ circa quodquideſt, non eſt decipi niſi p accidens. Quod autem loquatur de quodquideſt ſimplicium, & non de quodquideſt compoſitorum tunc, licet pateat ex eo q̃ propoſuit hoc declarare de ſimplicibus, ut diximus, adhuc tamen in hoc eodem textu idipſum inſinuat, dum ſtatim ſubdit, hoc idem inueniri in compoſitis. Quod uerbum non addidiſſet, niſi in priori uerbo de quodquideſt ſimplicium tantum intendiſſet. Tunc ſic. Conceptus entis non eſt quodquideſt aut conceptus alicuius quodquideſt, & ſimiliter conceptus differentiæ ultimæ non eſt quodquideſt, ſed pars conceptus quodquideſt, ergo Ariſtote. dum declarat q̃ circa quodquideſt ſimplicium, non eſt deceptio, non intendit de conceptu entis aut differentiæ ultimæ. Quod ſi dicatur licet ens & differẽtiæ ultimæ non habeant proprie quodquideſt, habent tamen proprium conceptum quo reſpondemus ad quid de eis, patet F q̃ ſic reſpondentes propriam uorem ignorant. Neq; enim talis conceptus eſt eorum quodquideſt ſm eſſe quod habet in intellectu, ut clarum eſt, neq; ſm q̃ eſt in rebus, ut ſtat etiã ſub intellectu, quia quodquideſt, eſt formaliter notius quam id cuius eſt ſiue proprium ſiue improprium. Omnis enim diffinitio, quæ non niſi quodquideſt ſignificat, ſiue propria & proprium ſignificãs quodquideſt, ſiue impropria, includit plures conceptus quibus declaratur id cuius eſt. Declaratio enim facta per nomen unum notius, non eſt declaratio quid rei, ſed quid nominis, ut dicitur in ſeptimo, tex. com. 13. ubi etiam expreſſe dicit Ariſt. diffinitionem non poſſe fieri ex uno nomine tantum. Conceptus igitur non reſolubilis in alios non, poteſt eſſe aliquo modo quodquideſt. Et ſic eorum hæc expoſitio repugnat textui, quam aperte etiam quo ad uerba. Falſam quoq; hanc eſſe expoſitionem, ruinoſum hoc indicat fundamentum q̃ uidelicet præter ens, aliquid aliud habeat conceptum ſimpliciter ſimplicem citra Deum. Neq; enim differen- G tiæ ultimæ ſunt illo modo ſimpliciter ſimplices, ut iſti erronee putant. Et licet hoc p ſapientiſſimos Thomiſtarum diffuſe declaratum ſit, nec multum quantum ad præſentem defenſionem nunc referat, an ſit ſic uel non, cum ſatis abunde defenſata ſit doctrina & expoſitio ſancti Tho. tamen ne ex toto tacentes uideamur admittere falſitatem, unica ratione ſaltem illam explodere uolo. Et fundatur ratio ſuper auctoritate Ariſt. tertio huius tex. com. 10. ubi dicit & probat q̃ ens non poſſit eſſe genus ex hoc, q̃ nulla differentia participat genus Omnis autem differentia participat ens, ergo ens non eſt genus. Intendit autem Ariſtote. per participationem, hoc quod eſt habere in ſuo formali conceptu, quod patet, q̃a ſi participationem illam interpretari uoluerimus identitatem realem. Sic omnis differentia participaret ſuum genus, quia omnis differentia eſt idem realiter ſuo generi, etiam per aduerſarios. Item non magis diceretur differentia participare ens, quam ens participare differentiam, quia identitas realis reciproca eſt. Oportet igitur intelligere q̃ ideo differentia nõ participat genus, quia ipſum genus non eſt de conceptu formali differentiarum. Et econtra, ideo ens ab omnibus differẽ- H tiis participari, quia eſt de formali conceptu omnium differẽtiarum, ergo nullius alterius cõceptus eſt ſimpliciter ſimplex cum omnis addat ad conceptum entis. Et hæc de ſecundo.

Quantum ad tertium ſciendum q̃ ratio quare Anto. andr. in exponendo Philoſophi hanc literam deuiauerit ab expoſitione ſancti Thomæ, & ab intentione Philoſophi eſt, quia licet in ſubſtãtiis ſimplicibus non ſit compoſitio partium realium eſt tamen compoſitio partium rationis, ſcilicet generis & differentiæ cum ſint in prædicamento, & ob hoc in eorũ quodquideſt poteſt accipi id quod habet rationem determinabilis . ſ. ipſum genus, ſub determinatione ſibi non conueniente, puta ſub non propria, ſed alterius differentia, & ſic in eo eſt uirtualiter falſitas, non ſolum per comparationem, quodquideſt ad id cuius eſt in eis, ſed etiam propter compoſitionem uel diuiſionem partium rationis, quæ ſunt in eis intrinſece. In conceptu autem ſimpliciter ſimplici, non poſſunt inueniri diuerſæ partes, etiam ſecũdum rationem, nec aliquid per modum determinantis, & ob hoc falſitas nec per ſe nec per accidens

I in talibus eſſe poteſt quantum ad intrinſecas partes quas non habent. Et ſic uidetur poſſe ſaluari intentio Philoſophi, qua quantum ad hoc uid:tur ponera diſtinctionem, inter quodquideſt ſimplicium & compoſitorum Quod non ſaluatur ſm propriam expoſitionem, ut uidetur. Sed ad hoc motiuum raſpondemus q multipliciter deficit. Et primo quidem quando dicitor q in ſubſtantiis ſimplicibus, licet non ſit compoſitio realis, eſt tamen in eorum quodquideſt, compoſitio rationis &c. Dicimus q uerum eſt, ſed hæc non habet fundamentum in rei eſſentia, ſed eſt per apprehenſionem intellectus noſtri. Vnde bene ſequitur q poteſt eſſe falſitas ex parte noſtri intellectus circa tale quodquideſt a nobis apprehenſum, non autem q ex parte rei poſſit eſſe falſitas cauſaliter, quia nolla eſt partium compoſitio ex parte rei ex qua natus ſit intellectus compoſitionem formare uel diuiſionem in quibus ſit formaliter ueritas aut falſitas. Quod autem intellectus componat & diuidat &c. eſt ax imperfectione ſua, qua non poteſt ſimplicia iſta ſicuti ſunt, apprehendere, ſed per modum & ſpecies compoſitoꝝ, ot ſupra dictum eſt. Ariſtote. autam & Sanctus
K Thonias loquuntur de ueritate & falſitate prout eſt cauſaliter in rebus, ſiua per ſe ſiue per accidens, ut patet per ſupradicta. Secundo deficit hoc eorum motiuum in eo q dicitur Ariſtote. ponere differentiam inter intelligentiam circa quod quideſt ſimplicium, & quodquideſt compoſitorum, & q circa quid compoſitorum cadit deceptio per accidens, quia ſcilicet compoſitum eſt natum facere conceptum non ſimpliciter ſimplicem, in quo poteſt cadere falſitas uirtualiter, non ſic autem in quid ſimplicium &c. Deficit inquam, quia falſum eſt quod aſſumit, immo Ariſtote. axpreſſe ponit quantum ad hoc ſimilitudinem, inter quodquideſt ſimplicium & compoſitorum. Poſtquam enim dixit q circa quodquideſt ſimplicium non eſt falſitas niſi ſm accidens, ſtatim ſubdit. Similiter autem & circa compoſitas ſubſtantias. Non enim eſt decipi. Quid clarius? Quod tamen pluribus modis contingit falſitas per accidens circa compoſitas ſubſtantias, quam circa ſimpli-
L ces, ideo hoc Sanctus Thomas optime declarat, ex eorum naturis quomodo perueniat. Tertio arguitur contra motiuum illud. Si Ariſtote cum dicit q circa quodquideſt ſimplicium, non eſt falſitas niſi per accidens, intelligit da cõceptu illo modo ſimpliciter ſimplici. Sequitur q quodquideſt ſobſtantiarũ ſimplicium condiuidat ab illo conceptu ſimpliciter ſimplici. Et ſic uel quodquideſt ſubſtantiaꝝ ſimpliciom, non meminit, quando debaat oſtendere quomodo in ipſo, ſit deceptio ſm accidens, & ſic fuit diminutus, uel ſimplicium ſubſtantiaꝝ qđ quideſt intellecta & incluſa eſſe uoluit in quodquideſt compoſitarum ſubſtantiarum, de quibus ſtatim ut diximus mentionem fecit, & ſic ſubſtantias ſimplices uocauit ſubſtantias compoſitas, quod eſt deriſibile. Nec Ariſtote. unquam per ſubſtancias compoſitas intelligi uult niſi ſubſtantias materiales. Et in præcedenti textu & in hoc, etiam ſm Anto. and. diuidit eas a ſubſtantiis ſimplicibus, ut ſupra diximus. Quarto oſtenditur idem motiuum deficere quantum ad hoc quod dicit de cõceptu ſimpliciter ſimplici eſſe intelligẽdum Philoſophum &c. qui conceptus eſt conceptus entis, & ultimarum differentiarum. Et quidem q differentiæ oltimæ non habeãt conceptus taliter ſimplices ſupra oſtenſum eſt. Quod autem conceptus
M entis non ſit talis de quo intelligendus ſit hic Philoſophus, ex uerbis etiam aduerſariiſic inducitur. Nam paulo infra recitata ſupra in principio uerba. Sobdit Anto. and. Ita inquit ſobſtantiarum ſimplicium poteſt intellectus ſimplex eſſa falſus per accidens in attribuendo alteri ipſum quodquideſt, ſicut in quid compoſitarum &c. Tunc arguitur ſic Intellectus non poteſt eſſe falſus in attribuendo alteri conceptum entis, ergo de conceptu entis non intelligit hic Philoſophus, uel eſt differentia in attribuendo alteri ipſum quid, inter quid ſimplicium & quid compoſitorum. Et otrunq; eſt contra te, ex tuis tamẽ dictis ſequens, ergo implicas oppoſita. Aſſumptum etiam pueris clarum eſt. Cuicunq; enim attribuitur cõceptus entis ſemper intellectus eſt uerus. Nec haber aliquid quod ſit alterum a ſe niſi non ens. Non ens autem non habet conceptũ, nec eius eſt quid, ut poſſit dici conceptus entis attribui alteri &c. Qđ autẽ aduerſarius extremo loco recitata opinione Sancti Tho

mæ ſubintulit, hoc inquam. Primo expoſitio ſubtilior & N
uerior uidetur, & contradicit iſti ſecundæ &c., patet quantam auctoris ſui demonſtret ſubtilitatem. Si enim illa uerior, ergo & iſta uera. Si illa ſubtilior, ergo iſta ſubtilis, ſi non abuſiuam proferẽs comparationem, abuſiue, inepte, incõpteque loquantur. Si ergo iſta uera & ſubtilis eſt, quomodo contradicit ueriori & ſubtiliori? Non contradictoria ſunt ſimul uera. Tantam igitur expoſitio illa ſua, ueritatem, & ſubtilitatem habet, quantam, & commendatio iſta inſulſa. Et hæc de præſenti defenſione dicta ſufficiant. Benedictus Deus. Amen.

DEFENSIO XXII.

Libro. 10. tex. cõ. 18. parte prima.

HOC IN LOCO Ariſt. arguit q æquale opponitur magno & paruo, ao q hac dictione Vtrum, qua uti- O
mur tantum in oppoſitis inquirendo, utimur iu prædictis. Quærimus enim utrum aliquid ſit maius aut minus alteri: uel certe æquale. Addit autem philoſophus q ipſum æquale non aſt contrarium alteri ſoli, puta magno ſoli, uel paruo tãtummodo, quia nõ eſt maior ratio de uno quam de altero. Addit adhuc philoſophus: Nec ambobus. Quod quidem uerbum Anto. an. exponit dupliciter, primo q æquale non opponitur ambobus ſeorſum. Et hoc (ut ipſemet dicit) in idem redit cũ eo quod dixerat q non opponitur tantum alteri. Secundo exponit prout exponit etiam ſanctus Tho. Vnde & Mauritius Thomam in marginali campo ꝑducit. Et graue piaculũ apud eum eſſet, ſi debita ſanctitatis denominatione illum aliquando honoraret. Dicit ergo q aliter exponitur ly nec ambobus cum unum uni ſit contrarium. Addit autem Anto. and. Prima tamen expoſitio uidetur magis texere textum. Hæc il- P
le. Sed ad hæc reſpondemus q prima expoſitio non ſolum non magis texit textum, ſed etiam non poteſt textui applicari, niſi ſuperfluitatem & modum ineptiſſimum, impropriũ axprimendo conceptum, philoſopho imponamus. Superfluitatem quidem, dum idem repetit, etiam teſte Anto. and. & ſine utilitate, quia primo dicto uidelicet, (Non enim alteri ſoli contrarium) ſat erat apponera declarationẽ hanc (quid enim magis aut maiori aut minori?) & ſic clariſſimus eſſet ſenſus abſq; aliqua repetitione per ly nec ambobus, ex qua potius obſcuratur ſenſus, ut uarietas expoſitionum idicat. Modum autem ineptiſſimum etiam imponit philoſopho. Nam per terminos oppoſita ſignificantes, uult a philoſopho idem exprimi. Oppoſita ſignificata præferunt ly alteri ſoli, & ly ambobus, cum pluralitatem quam unum ſignificat, aliud excludat, aperte etiam per excluſionis notam. Nec poteſt congrue dicere, q ſenſus ſit q nec ambobus competit q non opponatur alteri ſoli, quia hoc ut dixi clarius exprimitur per id quod ſequitur, (Quid enim magis &c.) nec decebat tantum doctorem inter claram ſententiam & clariorem expoſitionem, interponere uerbum quod eandem ſententiam obſcura repeta- Q
ret. Non diſrumpit etiam contextum expoſitio ſancti Tho. immo connectit, dum uim argumentationis auget inferentis: unum pluribus contrariari. Vt ſic arguat philoſophus contra tenentem quod uni ſit tantum unum contrarium. Aequale non opponitur magno ſoli, nec paruo ſoli, quia non eſt maior ratio de maiori quam de minori quòd opponantur æquali. Et iterum per te non opponuntur ambobus, ergo nulli, conſequens eſt falſum, quia inter æquale & magnum & paruum utimur iſta dictione, Vtrum, cuius non eſt uſus, niſi inter oppoſita, ut probatum eſt in præcedenti textu, ergo oportet quòd antecedens ſit falſum, non autem quo ad primam partem, propter probationem inductam, quia ſcilicet non eſt maior ratio de uno quam de alio, ergo quo ad ſecundam, & ſic falſum eſt quod non opponatur ambobus, ergo oppoſitum eius eſt uerum, uidelicet q opponatur ambobus, quod erat intentum conſequens huius argumentationis primæ cõtra ueritatem & determinationem illam, quod uni non ab-

A ſi unum opponatur ſeu contrarietur. Quod enim ly nec am-
bobus, ſe teneat ex parte antecedentis in hac argumentatio-
ne, cum clare pateat ex prædicto formaliſſimo modo arguen
di, tum etiam ex modo loquendi Ariſtote. eſt manifeſtum.
Præponit enim totum antecedens probationi unius partis,
quam ipſe cogebatur probare ut intentum aſſumpti propoſi
ti ex ea cum altera parte, quam ideo non probaoit quia ab ad
uerſario concedebatur, ex doctrina præhabita, ꝙ unum inq̃
uni tantum contrariatur, efficaciter poſſet inferre. Et hic de
præſenti defenſione ſatis.

DEFENSIO XXIII.

Libro. 10. tex. cõ. 21. parte ſecunda.

**Multitudo autem quaſi genus eſt numeri. Eſt
B enim numerus multitudo uno menſurabilis.**

HOC IN LOCO Anto. an. ſanctum Do-
ctorem a Mauritio in margine citatum impugnat circa præ-
ſentis partis expoſitionem ſic dicens. Notandum ꝙ quidam
expoſitor exponens iſtam literam dicit, ꝙ pluralitas uel mul
titudo abſoluta quæ opponitur uni quod conuertitur cum
ente eſt quaſi genus numeri, quia numerus nihil aliud eſt quã
pluralitas menſurata per unum. Ita ꝙ unum ſecundum ꝙ
ſimpliciter dicitur ens indiuiſibile, conuertitur cum ente, ſm
autem ꝙ accipit rationem menſuræ determinatur ad genus
quantitatis, in qua proprie inuenitur ratio menſuræ. Simili-
ter pluralitas ſecundum ꝙ ſignificat entia diuiſa non determi
natur ad aliquod genus, ſecũdum autem ꝙ ſignificat aliquod
menſuratum, determinatur ad genus quantitatis, cuius ſpe-
cies eſt numerus. Ideo dicit ꝙ numerus eſt pluralitas men
ſurata uno, & ꝙ pluralitas eſt quaſi genus numeri, non ꝙ ſim
pliciter ſit genus. Sicut enim ens non eſt genus proprie loquẽ
C do, ſic nec unum quod conuertitur cum ente, nec pluralitas
ei oppoſita, ſed eſt quaſi genus, quia habet aliquid de ratione
generis inquantum eſt communius. Hæc ille. Sed hæc ex-
poſitio deficit, quia numerus non ſolum reperitur in genere
quantitatis qui ſcilicet cauſatur ex diuiſione continui, ſed etiã
eſt numerus tranſcendens, cuius principium eſt unum quod
conuertitur cum ente, ut dictum fuit quinto huius. c. de uno.
Falſum ergo eſt dicere ꝙ unum ut eſt menſura, & pluralitas
ut eſt aliquid menſuratum, ſint determinati generis, quia in
quolibet etiam genere, eſt aliquod unum quod eſt menſura.
Dicimr autem pluralitas eſſe genus numeri, non proprie, &
ideo dicitur quaſi genus, ſed forſan pro tanto, quia ratio plura
litatis uidetur abſolutior ratione numeri, quia numerus uide
tur addere ratione menſurabilis ſuper pluralitatem, licet om
nis numerus ſit pluralitas, & omnis pluralitas ſit numerus ali
quis, ſaltem tranſcendens. Hæc omnia Anto. and. formaliter.
Licet autem quo ad rei ueritatem minima ſit & forte nul-
la in hoc differentia inter Thomiſtas & Scotiſtas, ſi utrorun-
que opinantium intentio attendatur. Quia tamen iſti boni
homines, quo ad uerba magnificant ſe ſancti Thomæ impu-
D gnare expoſitionem, ideo ob defenſionem ueritatis cui exte-
riori facie ſe opponere uidentur, aliqua dicam. Præmittens
hoc ꝙ indecens admodum eſt uiro prudenti, & alienum ual-
de ab omni philoſophico colluctatore, opinionem aliquã uel
expoſitionem, non ratione, non authoritate aliquorum quos
pars utraq; concertantium ueneratur, ſed ſola negatione refu-
tare, ut ſtatim omnibus palam fiat hos uiros non ratione, ſed
uolontate duci circa ueritatis inquiſitionem. Quia ſi dicant ꝙ
probatio inducitur ex dictis in quinto, maiore id reprehenſio
ne dignum eſt, ut textum in quinto contra ſanctum Tho. hic
inducat in quo loco cum ſancto Tho. concordat. Oportet igi
tur uel ꝙ ſanctus Tho. hic & ibi ſibiipſi repugnet, quod utiq;
ſi eſſet, ſcio non tacuiſſe pro honore ſuo. Vel ſi ſibi non re-
pugnat, ſicut hic ita & ibi a te fuerat oppugnandus. Quod
etiam eiuſdem beneuolentiæ gratia non omiſiſſes. Vel cer-
te hoc in loco ſine cauſa & ſine ſapientia illi te opponas, quod
quidem uerum eſt. Et ut hoc euidẽter omnibus appareat, tria
in hac noſtra defenſione faciemus: Primo quidem probabi-
mus ꝙ ratio numeri, & ſimiliter ratio menſuræ & menſurati E
prius competunt uni & multitudini de genere quantitatis q̃
uni & multitudini tranſcendentibus. Secundo manifeſtabi-
mus huius uiri oppugnationem eſſe uanitati peruiam multi-
pliciter. Tertio confutabimus expoſitionem eius ſuper illo
uerbo Philoſophi. (Quaſi genus.) Quantum ad primum p
bamr propoſitum dupliciter, primo ex parte ſignificati nomi
nis numeri. Secundo ex parte menſuræ & menſurati. Ex par
te igitur huius nominis, numerus, probatur propoſitum tri-
pliciter ſic primo. Nullum nomen proprium alicuius ſpeciei
poteſt proprie conuenire alteri ab illa, & præſertim commu-
niſſimo ad illam & alias ſpecies, iam enim non eſſet propriũ,
immo non ſolum alteri alicui, ſed omnibus ſub illo commu-
niſſimo contentis proprie conueniret. Sed ſic eſt ꝙ numerus
eſt proprium nomen determinatæ ſpeciei quantitatis. Species
enim diſcreta condiſtincta uerationi, non niſi nomine numeri
proprie ſignificatur, ut patet per Ariſtote. in prædicamentis F
& per omnes peripateticos, ergo &c. Secundo quaſi ex op
poſito ſic arguitur. Si nihil plus importaret numerus quam
multitudinem abſolute, ut menſuratam tamen per unum ab
ſolute, ſequeretur ꝙ non magis eſſet ſpecies quantitatis nume
rus quam cuiuſcunq; alterius generis, quod eſt contra omnes
philoſophos. Probatur conſequentia, quia in omni genere in
uenitur multitudo menſurata per unum prædicto modo. Nã
& per te in omni ſaluatur ratio unius & multitudinis, & ra-
tio menſuræ & menſurati, ergo non habet magis quantitas
quam alia genera determinatam aliquam ſpeciem quæ uo-
cetur & ſit numerus. Tertio. Illud quod cauſatur ex diuiſio
ne continui, & quod cognoſcitur etiam negatione continui,
non competit proprie ſm ſuum nomen alicui tranſcendenti,
patet iſta, quia tranſcendentia abſtrahunt a continuo. Sed nu
merus eſt huiuſmodi. Nam Ariſtote. 3. phyſi. tex. com. 68. di-
cit ꝙ numerus non eſt ſeparabilis a diciſione continui. Et. 2.
de anima tex. com. 24. dicit ꝙ numerus eſt ſenſibile commu G
ne, tale autem non eſt niſi quantum. Et tertio de anima, tex.
com. 133. dicit ꝙ numerus cognoſcitur negatione continui,
& in prædictis locis loquitur in communi & abſolute de nu-
mero, & non de hoc uel illo, ergo cum hæc non conueniant
niſi numero de genere quãtitatis, ſequitur ꝙ ille ſolus debeat
proprie & abſolute dici numerus. Ex ratione uero menſu-
ræ & menſurati probatur propoſitum ſic. Cuicunq; competit
proprie & primo ratio menſuræ & menſurati, eidem etiã pro
prie competet nomen numeri & principii eius ſ. unius. Nam
etiam ſm aduerſarios numerus addit ſupra multitudinem ra
tionem menſurabilis &c. Sed ſic eſt ꝙ ratio menſuræ & men
ſurati primo competit numero de genere quantitatis, & uni
quod eſt principium eius, ergo &c. Minor eſt Ariſtote. in hoc
eodem libro. 10. tex. com. 2. Dicit enim ꝙ eſſe metrum ideſt
menſuram, maxime competit quantitati, & per illam deriua
tur ad alia genera, per quod omnibus liquet ꝙ loquitur de q̃-
titate, ut eſt unum genus diſtinctum ab aliis, & non de quan-
titate analogicæ ſumpta ad quantitatem molis & uirtutis, ut
conatur Anto. and. peruertendo tex. illum exponere. Pro-
bat autem Philoſophus ꝙ menſura primo inueniatur in gene
re quantitatis, per diffinitionem metri dicẽs: Metrum etenim H
eſt quo primo quantitas cognoſcitur. Ex quo poſtea inducit
ꝙ quantitas inquantum quantitas ideſt ſecundum propriam
quantitatis rationem qua ab aliis generibus diſtinguitur, co-
gnoſcitur, & conſequenter menſuratur uno. Sic igitur patet
ꝙ hoc nomen numerus maxime & proprie dicitur de ſpecie
quantitatis diſcretæ, cui etiam proprie competit ratio men-
ſuræ. Improprie aũt & p q̃dam trãſumptionẽ & ſſitudinẽ, tã
nomen numeri quam ratio menſuræ, ad alia deriuatur, ut pa
tet ex dictis Ariſto. ubi ſupra tex. com. 2. Immo idem ibi ha-
betur per Anton. and. Expreſſe enim dicit iuxta literam ꝙ ra
tio menſuræ eſt maxime propria quantitati, & primo ei com
petit, & exinde ad alia genera deriuatur. Quorum uerborum
forte hic non fuit memor. Sed oportet ſapientem & maxi-
me illum qui ſapientiori ſe opponit, eſſe memorem. Non po-
teſt autem id quod eſt proprium uni generi, ſic ꝙ conſtituat
ſpeciem determinatam illius generis, ad alia deriuari per il-
lud, niſi illis aliis improprie competat & per ſimilitudinem.

I Alias decem genera non eſſent impermixta, nec eſſent formaliter primo diuerſa. Et hæc de primo. Quantum ad ſecundum q. ſ. impugnatio iſta oana ſit, ex his patet. Nam ſi intendat in ſua impugnatione q ratio menſuræ & menſurati inueniuntur in omni genere æque primo & proprie & maxime &c. ut innuunt uerba eius. Falſum ideſt & non probatum nec hic nec alibi, & contradicit ſibiipſi & Philoſopho in t. 3. huius lib. Si autem intendat q competat omni generi per quandam deriuationem a quantitate cui primo & proprie & maxime conuenit, hoc uerum eſt, nec huius oppoſitum dicit hic aut alibi S. Tho. Immo hoc ipſum egregie ipſe declarat ſup. te. 52. 5. huius. Vnde nõ debebat Anto. and. hic uerba ſpargere in uanum, cum præſertim hic etiam S. Tho. idem innuat dicens q in genere quantitatis inuenitur proprie ratio menſuræ, ut ex illo uerbo proprie, det intelligere q in aliis generibus etiam inuenitur, licet non ita proprie, ut alibi declaratum eſt per eum ubi magis erat ad propoſitum ſcilicet ſuper prædicto t. 52. 5. huius, & ſuper. 2. t. in hoc. 10. Sic igitur patet q unum ut eſt menſura, & ſimiliter numerus ut eſt quid

K menſurabile, proprie & primum ſunt determinati generis quantitatis. Sed nec huius oppoſitum probauit hic homo in quinto ubi allegat. Quinimmo ſuper te. 2 a. optime conformiter Sancto Thomæ propoſitum noſtrum declarat, dum dicit, q de ratione menſuræ ſunt duo. Primum eſt replicatio unitatis ſuper numerum. Secundum eſt eſſe principium cognitionis menſurati. Quæ quidem, quia ambo conueniunt quantitati, aliis uero generibus non niſi ſecundum illorum, ideo primo & proprie menſura inuenitur in quantitate, improprie & ſecundario in aliis. Hæc ex illo ibi. In hoc tamen etiam ibi ab Ariſto. doctrina aliqualiter deuiauit, quia ut habetur in tex. 2. huis. 10 ſæpe allegato. De ratione propria menſuræ non eſt eſſe principium cognitionis abſolute uel reſpectu cuiuſcunque, alias omne principium cognoſcendi diceretur menſura aliquo modo, & ſic præmiſſa eſſet menſura concluſionis, & diffinitio diffiniti &c. quæ ſunt aliena a modo loquendi philoſo-

L phorum. Sed dixit Ariſt. de ratione menſuræ eſſe q ſit principium cognoſcendi quantitatem. Sic enim ibi probauit uni, primo & maxime competere rationem menſuræ, quia unum eſt quo quantitas cognoſcitur. Et q loquatur de determinato genere quantitatis, patet ut ſupra dixi, quia quantitatem hæc immediate ſeparauerat ab aliis generibus dicens, q ab ea deriuatur ratio menſuræ ad alia genera. Patet igitur propoſitum ex expoſitione etiam tua in quinto ubi te allegas. Sed forte dices, uerum eſt, q ratio menſuræ proprie & primo conuenit quantitati, improprie autem & ſecundario aliis generibus. Sed tamen cum hoc ſtat q etiam proprie competat uni tranſcendenti, & ſimiliter numero tranſcendenti competit, proprie menſurari, quia licet numerus tranſcendens non ſit quantitas determinati generis, eſt tamen quantitas tranſcendens, & ſic dico de uno, quod eſt principium eius. Quantitati autem non determinati generis, & abſolute, ut includit quantitatem molis & uirtutis, proprie & primo competit ratio menſuræ. Sed contra hoc arguitur ut ſupra. Quod enim eſt proprium determinati generis, ut diſtinguitur ab aliis generibus ſub aliquo communi ſiue uniuoco ſiue analogo, non poteſt proprie conuenire illi communi. Sed ratio menſuræ

M per te etiam ſuper texe. commen. 2. competit proprie determinato generi quantitatis ut diſtinguitur ab aliis generibus, ad quæ non niſi, ut induunt quoquo modo ſimilitudinẽ quantitatis deriuatur, ergo non conuenit proprie quantitati analogæ, nec uni aut numero trãſcẽdẽtibus. Maior patet inductiue ut quod conuenit primo homini, ut diſtinguitur ab aliis animalibus non cõuenit proprie, & primo animali i communi, & ſic de aliis. Præterea. Si ratio menſuræ maxime competeret uni tranſcendenti, uel competeret æque primo, & maxime etiam uni de genere quantitatis, & hoc eſt impoſſibile, quia nihil poteſt primo competere duobus & præſertim ſuperiori & inferiori. Id enim quod competit primo alicui, oportet q per illud competat omnibus aliis, & ſic per poſterius competit illis aliis. Vel competit per prius uni tranſcendenti quam uni de genere quãtitatis, & hoc nec tu dicis, nec poteſt eſſe uerum quia tunc nõ per quantitatem determinati generis, ſed

per quantitatem analogam competeret aliis generibus ratio N
menſuræ, contra Philoſophum in principio huius. 10. Sed nec eſt poſſibile aliquid competere proprie alicui analogo, & per tranſumptionem cuilibet ſuorum analogatorum. Quicquid enim alicui analogo attribuitur, ex hoc ei attribuitur quia competit per ſe proprie ei quod eſt primum inter analogata, & per illud competit omnibus aliis analogatis. Sicut patet q ratio ſani, quod eſt quoddam commune analogum ad ſanum corpus, & ad ſanam urinam, per prius, & proprie competit ſano corpori, & per attributionem ad illud, competit & urinæ. Et ſic hoc eſt uerum de ratione formali ipſius analogi, multo magis de his omnibus quæ rationem formalem conſequuntur, cuiuſmodi reſpectu unius, eſt habere rationẽ menſuræ, & reſpectu numeri, habere rationem menſurati. Non enim unum tranſcendens diffinitur per eſſe menſuram, ſed per eſſe ens indiuiſum, ut patet per Ariſtote. quarto huius, & per omnes peripateticos ubique. Nihil ergo eſt dictu, immo formaliter implicat, q aliquid competat primo ipſi uni communi analogo & ſimiliter numero, & per ipſum deriuet ad unũ & numerũ

in quolibet genere, & primo in quantitate &c. cum de ratione analogi hoc ſit, q nihil de eo dicitur, niſi quia id proprie & primo competit ſuo primo analogato. Oportet ergo q ratio menſuræ & menſurati, ideo de uno & numero analogis dicatur, quia proprie & primo dicuntur de uno & numero alicuius prædicamenti, & per illud ad alia deriuetur. Et tale prædicamentum eſt quantitas, ut ex ſupra dictis & allegatis patet. Et hæc de ſecundo. Quantum ad tertium. Sciendum quod motiuum ſancti Thomæ propter quod hic dixit, numerum proprie non inueniri niſi in genere quantitatis, fuit uerbum Philoſophi, hoc inquam q multitudo eſt quaſi genus numeri. Ex hoc enim aperte deducitur q non omnis multitudo eſt numerus. Et cum ratio numeri conſiſtat in menſurabilitate, ſequitur, q ratio hæc non proprie cõpetit multitudini analogæ ſm totum ſuum ambitum, quia non omni &c. & intelligitur de numero ſm propriam ſignificationem, & ſimiliter P
de mẽſura & menſurabili. Quia tamen nullum analogum eſt proprie genus, ideo non dixit ſimpliciter Philoſophus q ſit genus, ſed quaſi genus, quia uidelicet eſt communius prædicatum. Anto. autem and. exponit ly quaſi genus ideſt abſolutius. Nec audet dicere q ſit, ſed dicit q uidetur ipſa ratio pluralitatis eſſe abſolutior ratione numeri. Nec dicit q numerus addat, ſed q uidetur addere rationem menſurabilis ſuper pluralitatem. Ex hoc quippe modo loquendi non firmam doctrinã ſe tradere manifeſtat. Doctrina autem ſancti Thomæ habet determinate & certe, q ratio multitudinis eſt abſolutior, quã ratio numeri, ſi per rationem abſolutiorem, intelligamus rationem pauciora includentem, ſeu minus contractam. Habet etiam determinate q numerus addit rationem menſurabilis ſuper multitudinem, ut habetur expreſſe hic ab Ariſtot. dum probat multitudinem eſſe quaſi genus numeri, quia inquit numerus eſt multitudo uno menſurabilis. Et cum hoc etiam habet doctrinam ſancti Thomæ, q non ideo dicatur multitudo quaſi genus numeri, qui habeat rationem magis abſolutam. Hoc enim non eſſe bene dictum, probatur ſic contra Antoniũ
andr. uel enim competit multitudini q poſſit dici quaſi genus numeri ratione abſolutionis ſeu abſtractionis illius præciſe, quæ importat minorem contractionem, uel cum hoc etiam ratione communitatis quæ importatur in abſtractione uniuerſalis a particulari. Si primo modo, ergo quicquid primo modo erit abſtractum in comparatione ad alterum cum præciſione ſecundæ abſtractionis, poterit ratione illius primæ abſtractionis dici quaſi genus illius. Quod eſt falſum uniuerſaliter. Sic enim ens poſſet dici quaſi genus unius & ueri &c. & quodlibet ſubiectũ eſſet quaſi genus reſpectu ſui ſub propria paſſione, ut hõ reſpectu hominis riſibilis, & ſic de aliis quam doctrinam, nullus adhuc ex Ariſtote. propinauit. Sed ipſe potius in quarto huius dixit, q ens & unum ſunt omniũ genera, quod quia proprie non eſt uerum, ſed interpretandus eſt, quaſi genera, ſi hanc ipſe interpretationem admitteret propter abſolutiorem rationem, non connumeraſſet unum enti, ſed de ente ſolo dixiſſet, q eſſet quaſi genus oĩum & etiam ipſius unius, quia eſt eo abſolutius. Intendit igitur Ariſto. hic

A & ibi, alicui competere, ꝙ ſit quaſi genus alterius, quia eſt cõmunius eo, & conſequenter ratione ſecundæ abſtractionis. Licet ei deſint aliquæ conditiones requiſitæ ad genus proprie. Et confirmatur. Sicut abſolute & ſimpliciter non poteſt aliquid dici tale, puta homo, niſi ei competant omnia quæ ſunt de ratione hominis, Ita non poteſt dici aliquid quaſi tale, niſi aliquid participet de his quæ ſunt de ratione eius. Si enim nihil participet de his quæ ſunt de ratione eius, diceretur ſimpliciter non eſſe illud. Sed de ratione generis non eſt abſtractio prima niſi quatenus includitur in ſecunda, ergo ob primam abſtractionem præciſe ſecluſa ſecunda, & omni alio quod pertineat ad ratione͂ generis, puta prædicari in quid uniuoce &c. non poterit quicquam dici quaſi genus, ſed ſimpliciter potius dicendum eſt tale quid non eſſe genus. Et ſic patet quod Illud uerbum Philoſophi, non poteſt alio modo exponi quam fecerit Sanctus Thomas. Et de præſenti defenſione ſatis. Bene
B dictus Deus. Amen.

DEFENSIO XXIIII.

Libro decimo, tex. com. 25. parte ſecunda ſm partitionem ſancti Thomæ, tertia uero ſm Anto. an.

Non facit autem differentiam materia. Non enim hominis ſpecies, ſunt homines propter hoc. Quãuis diuerſę carnes & oſſa ex quibus hic & hic &c.

HOC IN LOCO Ariſtoteles cum expreſſe dicat, ꝙ homines non ſunt plures numero in una ſpecie, niſi propter diuerſitatem materiæ, quia. ſ. ſunt diuerſæ carnes & oſſa ex quibus eſt hic & ille &c. ut literam præ ſe fert, manifeſte patet ꝙ materia eſt indiuiduationis principium ſm Philoſophum. Quod quidem fugere cupiens Anto. andr. dicit ſic in
C pñti paſſu: Aduertendum autem, ꝙ non oportet hinc ſumere argumentum ꝙ materia quæ eſt pars eſſentialis, ſit cauſa indiuiduationis, ut ait quidam expoſitor (Hunc Mauritius in margine uocat Thom̃.) quia æquiuocatur (inquit Anto. an.) de materia. Accipit enim Philoſophus materiam pro differentia indiuiduali, uel pro ipſo indiuiduo, quod reſpectu ſpeciei eſt quoddam materiale. Et per hoc habet intentum, ꝙ differentiæ contrariæ conſequentes rem ſm eſſe materiale id eſt indiuiduale, non faciunt differre ſpecie de qua materia dictum eſt in. 5. huius capi. de uno, & in. 7. frequenter. Hæc ille formaliter. Vt autem fugam hanc omnibus clarum ſit eſſe præcluſam, primo dicendum occurrit ꝙ licet diuerſa principia indiuiduantia non faciant differre ſpecie, non tamen Ariſtote. talia principia appellat differẽtias indiuiduales, ſed dicit ꝙ contrarietates quæ ſunt in concepto cum materia, non faciunt differre ſpecie. Et dat intelligere per hoc, quod ab Ipſa materia habent hoc quod non faciãt differre ſpecie, cum per hoc id habeant, quod ſunt in concepto cum materia ut ſic. Vnde illud poſtea magis expreſſe ponit dum dicit: Non facit differentiam materia. Et hoc declarans ſubiungit. Non enim
D hominis ſpecies ſunt homines propter hoc, quamuis diuerſæ carnes & oſſa, ex quibus hic & hic &c. Patet ergo expreſſe ex uerbis ſuis ꝙ diuerſitas ſecundum ſpeciem non eſt ex diuerſitate materiæ, ſed diuerſitas ſm numerum. Et patet etiam ꝙ loquitur de materia quæ eſt pars compoſiti, cum exemplificet de carnibus & oſſibus, quæ ſunt ptes compoſiti. Infra etiã ubi obiicit quaſi diuerſitas materialis faciat differre ſm ſpeciem, eo ꝙ hic homo & hic equus differunt ſpecie, & quilibet eorum non eſt hic niſi per materiam, & rationes eorum ſunt cum materia &c. non utitur nomine differentiæ aut diuerſitatis, indiuidualis, ſed ſimplici nomine materiæ dicens, Vtrum materia non facit diuerſa ſpecie &c. Et tamen ſi de tali ab his ficta differentia intenderet, ſi etiam alicubi tali aliquo uocabulo uti fas eſſet, hic præcipue opportunum fuiſſet, ubi ex Intentione de principio diuerſificante indiuidua ſermonem faciebat. Vnde patet ꝙ Anto. andr. expreſſe diuertit ab intentione literæ, dum a materia parte compoſiti quam expreſſe Philoſophus in exemplis inducit, tranſit ad hæcceitatem nunquam ab eo excogitatam. Ad ſapientes igitur & Ariſt. doctrinam ſectantes elicitur hinc argumentum inuictum, ꝙ materia ſit indiuiduationis primum principium. Ad uiros autem E
determinatæ mentis, qui omnia pro uoluntate peruertũt, & Philoſophi uerba immutãt, & prout eis placet, & præcipue ubi Ariſt. ſibi aduerſantem cernunt, per ſupple, ſupple addunt ea ſæpe, quæ nunquam Ariſtote. ſomniauit diuerticulaq; ſibi Ipſis hoc modo parantes, & hincinde ſicut damulæ fugientes proſiliunt, ad hos inquam non ſolum non eſt doctum argumentum inducendum ex Ariſtote. ſed neq; cum eis eſſet etiã diſputandum, cum principia pro uoluntate negent apud Philoſophum, & omnes uere peripateticos famigeratiſſima, ut præcipue in huius quæſtionis arti. patet. Vbicunq; enim Philoſophus materiæ naturam inquiſiuit, & certe quam accurate, in primo in quam phyſi. &. 5. 6. 8. 11. 12. metaph. ac alibi ſæpius, non niſi de materia parte compoſiti propinqua uel remota, & de materia ſenſibili & intelligibili fecit mentionem F
& exemplis tum in artificialibus, tum ĩ naturalibus, nõniſi ac promentibus declarauit, & tamen ſæpe iſti homines nonniſi de quadam materia ſui capitis interpretantur. Ad hos igitur non argumentum eliciamus inuictum, ſed eis dicamus ꝙ diuus Tho. expoſitiue loquutus eſt, quod unicuiq; fas eſt pro libito, dummodo uerbis uel intentioni Philoſophi non repugnet, quod ipſi deberẽt probare, quando diui Tho. expoſitione͂ ſpernũt. Quinimo ſup ea quæ dicta ſunt, patet eius expoſitione͂ Philoſophi literam quadrare, cum de materia Philoſophus loquatur, quæ diſtinguitur contra rationem ideſt formam, ut patet expreſſe in litera, etiam ſm Anto. an expoſitionem, materia autem condiuiſa formæ, eſt illa ex qua cum forma, compoſitum fit, per hoc ꝙ in materia forma ipſa recipitur. Nec attribuit S. Tho. uocabulis Philoſophi noua & aliena ſignificata, ut hic homo ſemp facit, ubi inuenit ipſum Philoſophum propriis phantaſiis contrarium. Et præſertim in hoc loco, dum ipſam materiam dicit ſignificare uel proprieta G
tem indiuidualem, uel uerã materiam, quæ eſt pars compoſiti ut contractam ad indiuiduationem, uel etiam ipſum totũ indiuiduum quod eſt totum materiale reſpectu ſpeciei &c. Cum tamen nullum iſtorum prædicto modo ſignificet, ſed tãtum ipſam materiam quæ eſt pars compoſiti, non quidem ut indiuiduatam, ſed etiam ſimpliciter quæ ſubiectum primum, eſt formæ ſubſtantialis, & primum indiuiduationis principium. Significat tamen aliquando ipſam materiam proximã ſeu ſecundam, quæ etiam ſubiectum dicitur, ut habes in. 5. & 8. huius. Poſſet autem & ſatis iuſte conqueri Ariſtote. ꝙ uocabulũ a ſe pro diſtincto ac determinato ſignificato aſſumptum hi homines auſi fuerint multiplici æquiuocatione confundere, ſibiq; magnam hanc infamiæ maculam inferri, ꝙ uocabulo æquiuoco, pro diuerſis ſignificatis, in uno etiam literæ contextu, iuxta horum expoſitiones utatur, & nunquam æquiuocationem eius aperiat. Sed nec Commenta. aut Alex. Albertus magnus, uel diuus Tho. cæteriq; Ariſtote. alũni, fidiſſimiq; interpretes, donec his uiris tantunmodo æquiuocatio iſta in confuſione Philoſophi innotuit, & pro doctrina (quam uis fictio ſit) ab eis aſſeritur abſq; timore. Sed ſatis nũc de his. Vbi enim hic homo ſe in quinto allegat, in noſtra ſeptima de H
fenſione de hac eadem materia ſermone͂ fecimus copioſum. Benedictus Deus. Amen.

DEFENSIO XXV.

Libro. 11. lec. 3. parte prima.

Ens autem multipliciter, & non ſecundum unũ dicitur modum. Siquidem igitur ęquiuoce, ſecundum commune autem nihil non eſt ſub una ſcientia. Non enim eſt unum genus talium. Si autem ſecundum aliquid commune, erit utique ſub una ſcientia.

HOC IN LOCO Mauritius in margine ualde irreligioſe, ut ſui moris eſt, loquitur, dicens ex uerbis expo

ſtoris illius ſcilicet Anto. andr. uel etiam ex uerbis Philoſophi, argumentum efficax haberi contra proteruos, qui negāt uniuocationem entis. Ergo ne diuus Thom. Albertus, Egidius & reliqui chriſticolæ. Si Comment. etiam ac alios ethnicos, præclariſſimæ tamen ſapienciæ uiros omnittamus, & innumerabilia luminaria mundi, ꝓteruiæ notam incurrunt eo ꝗ in Scotiſtica, hoc eſt umbroſa officina non reſident, ſed ſuo ingenio altius attolluntur his hominibus in ſuis tenebris derelictis. Licet enim horum nullum hic nomines, quia tamen omnibus Philoſophantibus apertiſſime conſtat Doctores illos clariſſimos opinionem illam defendere, omnibus ſimul tu contumeliam intuliſti. Milies a doctoribus ſolutum eſt infirmiſſimum illud motiuum, ꝗ uidelicet ſubiecto ſcientiæ ſat eſt unitas analogica, ut hic apertiſſime Philoſophus edocet. Analogia uero uniuocationem haud quanꝗ admittit, ſed excludit potius ut ſibi aduerſam. Et analogicæ dici ens cum pluries Philoſophus doceat, tum maxime id aſſerit. 4. huius in principio dicens perinde ac ſanum de medicina & urina, ens de omnibus prædicari. Quia uero non oniuoce, docemur

K præcipue ex tertio huius texti commen. 10. ubi probatur non eſſe genus. Omne quippe uniuerſale uniuocum, ex quinq; unū aliquod ſit, ni Porphyrius fuerit dimſnutus, neceſſe eſt. Nulli autem poſſet conuenientius generis diffinitio cōuenire quā enti, ſi uniuocum ſit cum prædicetur ut uniuerſaliſſimum in quid de omnibus. Caſtiga igitur linguam miſer. Eo quippe ꝓteruus quis appellaris fas eſſet, quo nihil concedit, non rationem exquirit, non regula ſapientiæ ſed uoluntate regitur. Eo quippe is incurabilis quo imperſuaſibilis eſt, ut & tu paulo infra notas in margine. Attende ſi Thomiſtæ ſunt eiuſmodi. Neque enim ſchola in mundo eſt, quæ magis auctoritatibus & rationibus roboretur & fulgeat, quam ea quæ Thomiſtarum dicitur. Viæ ſiquidem & opiniones eorum communes appellantur, eo ꝗ communiter ſapientes, qui ratione ducuntur eis inhæreant, nonnullis qui ſuī capitis obtuſum ſenſum duntaxat ſequuntur, quaſi per Dei prouidentiam, ut ueri-

L tatis impugnatoribus, ad ſapientum exercitium derelictis.

Sed & ſupra malitiam in illata contumelia, oſtendit & hic homo mentis cæcitatem, dum hinc pro ſua opinione elicere conatur argumentum, unde ſua potius opinio infirmatur. Cum enim dicat hic Philoſophus, ens multipliciter & non ſecundum unum modum dici, mox indicat nō eſſe uniuocum. Ea quippe quæ in modos fit diuiſio, ad multiplicia tantummodo pertinere innuit Ariſtotelis proceſſus in metaphyſica, quo iuxta legem in topicis aſſignatam, ꝗ omne multiplex prius diuidendum quam diffiniendum ſit, diuiſiones multiplicium terminorū propriis de eis fiendis diſceptationibus præmiſit in quinto. Quo loci & ens ipſum in modis partitus eſt, ut etiam ſpecialiter edoceret, inter multiplicia cōputari, qualia quidem non uniuoca ſunt, cum ſuæ hæc notitiæ principiū a diffinitione nanciſcantur. Vna eſt etiam uniuoci ratio nominis unius ab inferioribus æqualiter participata ſi ſn ante prædicamentis Philoſopho credimus, ſi ut ueri Philoſophi loqui uolumus. Quod autem ſic unum eſt, non in modos, ſed in ſpecies iuxta communem ſapientum conſuetudinem diuiditur.

Hac tamen multiplicitate modorum entis non obſtante, uoluit in hoc loco Philoſophus docere, ꝗ ipſum ens unius ſcien-

M tiæ obiectū eſſe poteſt. Illa quippe quæ plures in modos partiuntur, ſunt in duplici differentia. Quædam nanq; plures explicāt rationes, quamuis adinuicem ordinatas; ut homo dum de uero ac picto prædicari contingit. Et tale ut ſic, ſcientiæ ſubiectum eſſe non poteſt. Quædam autem analoga ſunt quæ unicam promunt rationem formalem, in qua tamen analogata æque non conueniunt, ſed uni potius; eorum in quam primo, aliis autem per attributionem ad primum ipſum, ratio conuenit. Tale autem ſic commune non refugit ſcientiam in obiectum aſſumere. Nam & expreſſe philoſophus quarto huius. t. 2. dicit ad eandem ſcientiam pertinere nō ſolum quæ genere aut ſpecie unum ſunt ſed illa etiam quæ uni fini, uel uni agenti, uel uni etiam ſubſtantiæ attribuuntur, ut ibi Commenta. affirmat. Dicto igitur hoc in loco ꝗ ens habeat plures modos, ſtatim Philoſophus declarauit pluralitatem iſtam nullatenus impedire quin ad unam ſpectet ſcientiam, ſubdēs:

N Siquidem igitur æquiuoce, ſecundum commune autem nihil (Quod addidit ne quis æquiuocationem ſic accipiat quaſi non analogiam excludat) non eſt ſub una ſcientia. Non enim unum genus talium. Si autem ſm aliquid commune, erit utique ſub una ſcientia. Ex quibus uerbis apertiſſime conſtat, ꝗ ens non eſt uniuocum, cum multipliciter dicatur. Nec pure æquiuocum. Tale enim ſic dicitur æquiuoce, ꝗ ſm commune nihil, id eſt non dicit commune niſi nomen. Hoc autē non pertinet ad unam ſcientiam, ergo non eſt ens tale pure æquiuocum, cum pertineat ad unam ſcientiam ut eius ſcilicet obiectum. Vnde patet ꝗ per talem modum arguendi quem obſeruat hic Philoſophus, non poteſt inferri, quod ens ſit uniuocum, immo cum expreſſe inferatur, ꝗ non ſit purum uniuocum, eo quod dicatur multipliciter, & etiam quod non ſit purum æquiuocum, oportet ꝗ de neceſſitate ſequatur quod ſit medio modo ſe habens. Quemadmodum Auicen. primo, & poſt eum omnes, analogiam appellant. Multa de huius quæſtionis materia dici poſſent, quæ qa ꝑ aduerſarii uerba non aliter explicare compellor, ad doctores noſtros uidenda ſtudioſis remitto, ſat fuit oſtendiſſe, quod ex præſenti paſſu Philo- O ſophi elicere non poſſunt quod eis faueat, ſed magis quod eorum falſitates explodat. Mirum eſt autem ꝗ hi homines ut ſe ex omni parte ueritati opponerent non dixerint, hinc & argumentum elici, quod ens etiam genus ſit, cū uerba Philoſophi niſi ſane intelligerentur id expreſſe uideantur inſinuaſſe, tum quia prædicatur maxime de pluribus differentibus ſpecie in eo quod quid, & ſecundum eos etiam uniuoce. Facilius quippe hoc ipſum potuiſſent elicere ſecundum apparentiam uerborum, quam hoc tantum quod uidelicet ens ſit uniuocum, quod quidem non niſi per has falſas conſequentias inferunt uidelicet. Ens non eſt æquiuocum, ergo uniuocum. Eſt quid unum, ergo uniuocum. Eſt ſubiectum ſcientiæ, ergo uniuocum. Quas conſequentias omnes licet in ueritate pueriles ſint, & ab exercitatis in philoſophia, ac logica plurimum deridendæ, hic tamen homo adeo efficaces extimat, ut P eis non conſentientes, proteruos appellare non uereatur. O docta proteruia.

DEFENSIO XXVI.

Libro undecimo, lectio duodecima, parte prima ſecundum Sanctum Thomam, ſeu cap. 10. & parte ultima, ſm Antonium andream.

Si igitur prędicamenta diuiſa, ſunt ſubſtantia & qualitate, loco, facere, aut pati, ad aliquid, & quādo neceſſe tres eſſe motus, qualis, quanti & loci.

HOC IN LOCO Antonius and. impugnat quandam rationem quam Sanctus Thomas inducit, cur uidelicet Ariſtoteles inter genera ad quæ non eſt motus prætermiſit connumerare hæc tria, ſcilicet quando, ſitum, & habitum. Dicit ergo ſic Antonius andr. Notandum quod Philoſophus uidetur prætermiſiſſe tria prædicamenta. ſ. quando Q ſitum, & habitum, de quibus non eſt locutus, utrum in eis ſit motus uel non, quare uidetur inſufficienter dixiſſe. Dicitur a quodam expoſitore (Hunc Mauritius in margine uocat Thomam) quod quando, ſignificat eſſe in tempore. Tempus autē eſt numerus motus, & ideo eiuſdem rationis eſt non eſſe motum in quando, & nō eſſe motum in actione & paſſione, quæ ſignificant aliqualiter ipſum motum. Nam actio & paſſio ſumpta pro re acta, eſt idem realiter quod motus. Poſitio autem uel ſitus nō addit ſupra, ubi, niſi ordinem partium adinuicē. Habitus etiam importat determinatam habitudinem indumenti ad indutum & ſic uidetur eiuſdem rationis ꝗ non ſit motus in ſitu, & habitu, & ꝗ non ſit motus in ad aliquid. Sed iſta expoſitio uidetur deficere, tum primo quia licet quando ſignificet eſſe in tempore, & tempus ſit numerus motus, qui eſt idem quod actio non ſequitur ꝗ ſi in actione non ſit motus, ergo nec in quando, quia quando, eſt aliquid diſtinctum realiter a tempore, ſicut reſpectus ab abſoluto, & eſt in alio

A prædicamento. Tempus etiam eſt diſtinctum ab iſtis mo-
tibus inferioribus quos menſurat. Non ergo ualet, in uno di
ſtinctorum non eſt motus realr, ergo nec in alio. Tum ſecun
do quia uidetur improprie loqui de poſitione, quæ eſt prædi-
camentum, & non diſtinguere inter poſitionem quæ eſt diffe
rentia quantitatis, & quæ eſt prædicamentum, de qua nunc
quærimus quæ dicit ordinem partium in loco, cuius oppoſi-
tum iſte dicit. Non etiam ualet ſimilitudo ad ubi, quia reduci-
tur contra ipſum. Nam ſi in ubi eſt motus, ergo & in ſitu ſiue
poſitione, cui ſecundum te non addat ſupra ubi, niſi determi-
natum ordinem partium. Tum tertio, quia non uidetur uale-
re q quia in ad aliquid non eſt motus, ergo nec in ſito, nec in
habitu, niſi plus addatur, cum ſint prædicamenta realiter di-
ſtincta. Aliter ergo poteſt dici & breuiter, q cum illa tria
genera, de quibus quæritur, ſint formaliter quidam reſpectus
licet non ſint de genere relationis, tamen intelliguntur per re-
B lationem de genere relationis propter eandem rationem. Nã
ſicut in ad aliquid negatur eſſe motus, quia non eſt ibi motus
primo ex eo q nihil mutatur ſecundum relationem niſi facta
mutatione prius in aliquo abſoluto, ſic propter eandem ratio
nem negatur eſſe motus in iſtis tribus generibus. Nunquam
enim fit mutatio in quando, uel ſitu, uel in habitu, niſi facto
prius motu ſaltem locali uel in cœlo quantum ad quando, uel
in partibus corporis quantum ad ſitum, uel in ueſtimẽto, ſeu
indumento, quantum ad habitum. Et ideo in his tribus gene
ribus non eſt motus primo, ſicut nec in ad aliquid. Quia igitur
eadem eſt ratio non eſſe motum primo in ad aliquid & in his
tribus ſuffecerat Philoſopho, forte cauſa breuitatis oſtende
re q in ad aliquid non eſt motus, primo cum eadem ratio poſ
ſet ad quodlibet horum trium generum de quibus quæritur
applicari. Hæc ille formaliter. Vt autem clare pateat oppu
gnationes iſtas ueridicam Sancti Thomæ doctrinam non ex
pugnare, tria in præſenti defenſione faciemus. Primo, de-
clarabimus quomodo intelligenda ſint quæ hic affert diuus
C Doctor. Secundum oſtendimus modum quo Antonius an
dreas nititur excuſare defectum apparẽtem in litera Ariſtote
lis, in multis deficere. Tertio, demum ſuis obiectionibus oc-
curremus. Quantum ad primum, ſciendum quod de natu-
ra & diſtinctione ſex principiorum inter ſe, & a quatuor pri-
mis generibus, propter eorum minimam entitatem, & con-
ſequenter maximam difficultatem, eſt ambiguitas inter Tho
miſtas, quibuſdam aſſerentibus q ſint puri reſpectus, quibuſ-
dam uero q ſint abſoluta quædam ſed ſub reſpectibus, aliis
autem q neutrum horum formaliter importent, ſed ſimpli-
cem tantummodo denominationem extrinſecam, eo modo
quo infra declarabitur, materialiter autẽ ſeu (ut ita dixerim)
ſuppoſitiue abſolutum, uel etiam immediatius reſpectum. Ex
Sancto Tho. quidem non clare habetur quæ harum opinio-
num uerior ſit, cum omnia quæ hic & alibi dicit ſanctus Do
ctor de his ſex generibus, pro ſe unaquæq; iſtarum opinionũ
trahere poſſit. Vnde Auctor logicæ quæ inſcribitur Sancto
Tho. quam non Thomam angelicum, ſed Thomam angli-
cum noſtri etiam ordinis doctorem profundiſſimum, tenen
dum eſt ædidiſſe, ubi de his generibus tractat, ſe ad nullam p-
D dictarum uiarum determinat, ſed media prætermiſſa, iuxta
primam & tertiam diſtincte docet, quæ circa ſingula hæc ge-
nera dicendum aut tenendum ſit. Mihi autem ſaluo ſaniori iu
dicio, & ad hos homines, pro nunc uidetur ex tribus his opi-
nionibus ueritas iſta elicienda q uidelicet iſta ſex genera ſigni
ficant abſolutum extrinſece denominans ſub reſpectu, ita q
prædictæ tres conditiones ad formalem eorum rationem
pertineant & concurrant. Hoc autem in quatuor extremis p
cipue declaratur, in quibus magis eſt difficile uidere quid im-
portent. Sciendum igitur q tempus comparatur ad tem-
poralia ut menſura ad menſurata, & denominatur intrinſece
menſura ab ipſa ſua relatione menſuræ qua refertur ad ipſa
ſua menſurata. Res quoq; quæ menſuratur denominatur mẽ
ſurata intrinſece ab ipſa ſua relatione menſurationis quaſi paſ
ſiua, quæ eſt relatio realis de tertio modo relatiuorum. Vlte-
rius ipſum tempus ex hoc q ſic menſurat dicitur quaſi adia-
cere rei quam ſic menſurat. Et ex hoc habet q etiam denomi
net extrinſece rem quam menſurat, qua denominatione res

illa dicitur temporalis & eſſe in tempore, quodquidem eſſe E.
in tempore ſignificatur per quando. Ex eo enim res aliqua
dicitur formaliter aliquando, quia eſt in tempore ſeu tempo-
ralis. Et ſic ipſum quando, ſignificat tempus prout ſtans ſub
menſuratione denominat extrinſece rem temporalem. Et ſe-
cundum q a diuerſis partibus temporis, puta præteriti uel fu
turi, propinqui uel remoti, fit diuerſa talis denominatio, ſecũ
dum hoc inquam diuerſificantur ſpecies ipſius quando. Pari
modo ubi importat eſſe in loco ſecundum quod denomina-
tur extrinſece a loco ut ſtat ſub relatione menſuræ, intrinſe-
ce quidem ipſi loco, extrinſece autem ipſi locato, ut ex hoc
uideatur locus quaſi extrinſece adiacere locato. Sic & ſitus im
portat eſſe in loco, ſed non ſimpliciter & abſolute, ut ubi, ſed
ſm q partes locati habent determinatum inter ſe ordinem
correſpondentem ad ordinem in partibus loci repertum, ut
a loco ſub tali ordine partium & ut menſura extrinſeca, & or
dine extrinſeco, denominetur etiam extrinſece ipſum ſitua- F
tũ ſic uel ſic eſſe in loco, puta ſedendo, ſtando, uel iacendo &c.
Habitus quoq; ſignificat q corpus humanum proprie, tran-
ſumptiue autem etiam corpora aliquorum brutorum ſic
ſunt in corporibus adiacentibus, ut illa habere dicantur p mo
dum adiacentium quidem corpori habituato, ſed extrinſece,
quia non ſicut pars uel quid continuatum. Et ex hoc denoia-
tio per tale corpus extrinſecum facta, extrinſeca etiam eſt.
Quæ autem nunc dicta ſunt, non ſolum non eſſe contra San-
ctum Thomam ſed potius ad eius intentionem magis, quam
quicunq; alius modus dicendi, conſiderandum eſt principa-
liter ex his quæ dicit, ubi de talium principiorum natura & di
ſtinctione magis ex intentione loquitur, quam ex his quæ di-
cit in hoc loco quaſi incidenter. Quæ tamen etiam eſſe uera
comprobabitur ad intentionem qua hic de talibus loquitur.
Ex intentione autem magis loquitur de his præcipue in tertio
phyſicorum, ſuper tex. commen. 2 a. & 2 2. Ibi etenim inter
cætera dicit ſex principia diſtingui ſecundum diuerſos mo- G
dos prædicandi ex diuerſa denominatione ab intrinſeco. Sũt
autem (inquit) quatuor quæ poſſunt taliter denominare, ui-
delicet cauſa, effectus, mẽſura, & corpus adiacens corpori per
modum habiti a corpore cui adiacet. Secundum autem pri-
ma, duo ſumuntur duo prædicamenta, ſcilicet actionis & paſ
ſionis. Secundum menſuram extrinſecam, ſumuntur tria ſe-
quentia. Et ſecundum prædictum corpus extrinſece adiacens
humano corpori uel alteri ad ſimilitudinem humani corpo-
ris, ſumitur ſextum principium. Et addit quòd ſecũdum quod
aliquid denominatur extrinſece a tempore eſt prædicamen-
tum quando. Secundum autem quòd denominatur a loco
pari modo ut menſura extrinſece, eſt prædicamentum ubi &
ſitus, qui ſupra ubi, addit ordinem partium in loco. Secũdum
autem quòd homo uel brutum ad ſimilitudinem hominis, de
nominatur extrinſece a corpore, quod non eſt cauſa ad effe-
ctus aut menſura, eſt prædicamentum habitus. Hæc ex illo,
ubi ſupra. Non ſunt autem prædicta his quæ hic a Sancto
Thoma dicuntur contraria uel aduerſa, ſed conſona, quinim-
mo loca hæc inuicem ſe declarant. Quod enim hic prætermiſit
de denominatione extrinſeca, hoc ibi declarauit. Et quod ibi
non dixit de ipſis eſſe per talia prædicamenta ſignificata, id H
hic expreſſit, dum in hac expoſitione dicit, q ubi ſignificat
eſſe in loco, & quando eſſe in tempore. Quod uero dicit hic
poſitionem non eſſe aliud niſi ordinem partium adinuicem,
patet ex uerbis ſuis quòd loquitur de eo quod poſitio addit
ſupra ubi, quaſi dicat, nihil aliud addit ſupra ubi, niſi determi-
natum ordinem partium. Et loquitur de ordine partium loci,
ſecundum quòd locus determinatus per determinatum or-
dinem partium, denominat extrinſece locatum pariformiter
ordinatum in partibus. Et hoc ut dixi ex uerbis diui Docto-
ris hic accipitur. Cũ enim dicat q poſitio addit ſupra ubi ordi
nem partium, patet q poſitio ſm eum includit ipſum ubi qua
ſi materialiter ſuperaddens ordinem partium per ſe formali-
ter importatum Ergo importat eſſe in loco, & menſurari lo-
catum a loco extrinſece, ſed non a loco indeterminate, ſed
ſub determinato ordine partium. Importat ergo formaliter
ordinem partium loci, præſuppoſitiue uero & quaſi correſpõ
denter ordinem partium locati ut locatum, & non ſimplici-

I ter ut totum quoddam quantum eſt. Iſte enim partium ordo & de ratione ſitus differentiæ quantitatis eſt. Si ſibi hæc attenda re uoluiſſet aut potuiſſet Anto. an. non dixiſſet q Sanctus Doctor non diſtinguit, inter poſitionem quæ eſt prædicamẽtum ſpeciale ab ea quæ eſt de genere quantitatis &c. Ex his omnibus patet quomodo tres prædictæ opiniones Thomiſtarũ de natura & diſtinctione ſex principiorum, aliquo modo dicunt quod uerum eſt. Nam ſunt puri reſpectus ſi ſumantur quantum ad ultimum complementum ſuæ formalis rationis. Sunt abſolutum ſub reſpectu quantum ad totale denominaos. Nec hoc eſt ens per accidens ſicut eſſet abſolutum, cum reſpectu. Et extrinſece denominant, quantum ad modum prædicandi, quem ex natura quidem rei innaſcentem, ut prædicamenta tamen ſunt, important. Pro maiori tamen dictorum declaratione, ſoluenda ſunt duo dubia. Quorum primum eſt, q cum prædicamẽta ſint realia, oportet quòd modi prædicandi fundentur ſuper modos eſſendi ſecundum eſſe realia, & quòd quilibet tali eſſe correſpondeat eſſentia & natura aliqua realis. Quærendum eſt igitur quæ ſit in his realis iſta natura.
K Nam ſi de prædicamento ipſius quando loquamur, uel eſſentia eius eſt ipſum tempus, uel relatio temporis ad temporalia, uel oppoſita relatio rei temporalis ad tempus uel aliquod prædictorum abſolutorum, ut ſtat ſub aliqua prædictarum relationum. Aliud enim non apparet quod uideatur poſſe importari per quando, ut natura aliqua uel eſſentia. Sed non primum, cum tempus ſit ſpecies quantitatis. Nec ſecundum aut tertium, quia illarum relationum illa quæ realis eſt pertinet ad prædicamentum relationis, ut patet quinto huius cap. de ad aliquid, quæ uero eſt rationis, non eſt in prædicamento. Nec quartum, tum quia non uidetur maior ratio de uno illorum abſolutorum quam de alio, puta de tempore quam de re temporali, tum etiam quia non uidetur maior ratio q abſolutum cum reſpectu ſit ens per accidens, quam abſolutum ſub reſpectu, quia ſecundum includit primum, ut uidetur. Ens autem per accidens non eſt in prædicamento,
L ergo non poteſt eſſe natura ſeu realis eſſentia alicuius prædicamenti. Secundum dubium eſt, quia cum ordo partium in loco tam ex parte loci quam locati ſit ordo rationis, eo q non eſt inter diſtincta ſecundum eſſe, & ſimiliter cum relatio menſuræ ad menſuratum ſit relatio rõnis tantũ, ut patet per Philoſophum quinto huius cap. de ad aliquid, ſequitur quòd ſi ipſum quando, uel ubi, uel ſitus, importent formaliter tales reſpectus, ſint etiam formaliter entia rationis, nec obſtat ea quoquomodo habere fundamenta realia, quia remota ſunt, quo modo omne ens rationis, fundamentum reale aliquod habet. Reſpectus quoq; qui importatur, per habitum rationis eſt & non realis. Conſequitur enim rem ut procedit a uoluntate, quia artificiale, ut ſic, ergo &c. Pro ſolutione primi dubii ſciendum q cum prædicamentum a prædicando dicatur, eo modo prædicamento ut ſic competet habere naturam, eſſentiam, eſſe &c. quo modo competunt hæc omnia prædicato ut ſic, cuius ut ſic eſt primò prædicari. Prædicatum autem ut ſic, non dicit naturam uel eſſentiam uel eſſe, in ſe ſolitarie, ſed per reſpectum ad ſubiectum, ut uidelicet ſit natura, eſſentia, uel eſſe ipſius ſubiecti. Secundum ergo quòd diuerſimode competit alicui prædicari de ſubiecto, diuerſimode etiam competit ei quòd ſit natura uel eſſe ſubiecti. Contingit autem q
M aliquid prædicetur de alio ut intrinſecum illi, & tale denominat etiam intrinſece, & eſſentia uel eſſe per ipſum importata, ſunt illi intrinſeca. Et ſi quæratur quæ ſit realitas talis ſubiecti ut ſtat ſub tali prædicato, reſpondebitur quòd eſt hæc uel illa quæ intrinſeca illi ſubiecto eſt, puta ſubſtantia, quantitas, qualitas, uel ad aliquid, quæ omnia inſunt ſubiecto ſuo intrinſece. Quædam uero ſunt prædicata quæ prædicantur extrinſece, & eodem modo denominant. Vnde ſi de talium ſubſtantiis quæratur quæ ſit eorum eſſentia uel eſſe ut ſtant ſub tali prædicato, reſpondebitur recte, quod eſt illud quod a ſubiecto extrinſecum eſt, & a quo denominatur extrinſece, & hæc eſt ut ſic ſua realitas, & ab ea ut ſic dicitur, & eſt abſolute & ſimpliciter id eſt ſine termino diſtrahente ens reale. Ad dubium ergo applicando, dicimus quod realitas ſex principiorum, & eſſe ſuper cuius modo fundatur modus prædicandi, eſt realitas & eſſe rei extrinſecæ denominantis. Puta realitas N ipſius quando quod ſignificat rem temporalem eſſe in tempore, eſt realitas ipſius temporis ut denominantis rem temporalem, ut eſt menſura extrinſeca eius. Et aliquid dicitur eſſe realiter aliquando, quia eſt in reali tempore inquantũ menſura eius extrinſeca, & hoc modo dicitur realiter denominare tale quid eſſe aliquando. Et nihil aliud pertinet ad realitatem ipſius quando, ſecundum quòd prædicamentum eſt, & ab aliis diſtinctum. Sic eadem ratione dicendum eſt de ubi, q realitas & eſſentia eius eſt locus, ut denominans extrinſece locatum. Et realitas ſitus eſt realitas loci, ordinem determinatum habentis in partibus, ut denominantis extrinſece locatum, in ſuis et partibus, ordinatum correſpondenter ad ordinem partiũ loci. Et realitas habitus eſt realitas ipſius corporis adiacẽtis corpori humano ſecundum totum uel ſecundum partem, ex qua tamen totum ſic denominetur ut taliter adiacens eſt, & ut denominat ſic extrinſece tale corpus ſe habere, puta ut ſit ueſtitum, armatum &c. Et eſſe reale talium principiorum eſt eſſe in reali tempore uel loco &c. Licet igitur ſic in prædicamento quantitatis ut continuo ſucceſſiuum ſub ordine prio O ritatis & poſterioritatis in ſuis partibus ſic numeratis, attamen ad prædicamentum etiam ipſius quando pertinet, ut denominat extrinſece ipſum temporale, & ſua realitas, eſſentia, & eſſe, & ut induit hanc rationem denominationis huius extrinſecæ, eſt huius prædicamenti propria realitas, eſſentia, & eſſe. Realiter enim res eſt aliquando, hodie, heri &c. prædicto modo. Et hoc ſufficit ad realem prædicamentorum diſtinctionem, quia non ſecundum diuerſas realitates, ſed ſecundum diuerſos reales modos prædicandi de prima ſubſtantia prædicamenta diuerſa conſtituuntur, & abinuicem diſtinguuntur. Quod autem dicitur q abſolutum ſub reſpectu, puta tempus ſub menſura dicit ens per accidens, negatur. Neq; enim quocunq; modo facta coniunctio eorum quæ ad diuerſa prædicamenta ſpectant, etiam ſi magis quam prædicamenta adinuicem diſtinguerentur, cauſat ens per accidens. Sed ſolum con- P iunctio facta in ſubiecto non proprio & pmo, & per modum aceruí. Exemplum primi, ut album. Exemplum ſecundi ut plures lapides ſine ordine, plures homines, plures canes &c. ſine ordine. Nullum enim horum ſic coniunctorum comparatur ad aliud ſimul iunctum, ut proprius actus ad propriã potentiam, ut proprium perfectibile & determinabile ad propriam perfectionem uel determinationem &c. Coniunctio autem eorum quæ licet ſecundum ſe ualde diſtincta ſint, etiam ſi unum ſit ens reale, alterum rationis, ut tamen conueniunt adinuicem conſtituunt unam rationem formalem ſub determinato modo prædicandi & denominandi rem &c. & ſecundum quòd unum comparatur ad aliud ut proprium determinabile ad propriam determinationem, non cauſat ens per accidens, ſed per ſe. Non enim ratione tertii coniunguntur, nec unum ut coniungitur cum altero importat ens per ſe quaſi cõpletum, ut facit ſubiectum in comparatione ad accidens commune, & ex hoc facit cum eo unum per accidens, & ut etiam facit quod licet quod in aceruo inuenitur &c. ſed potius ex ſe ambo concurrunt in unum prout id quod ex ſe indeterminatum eſt, concurrit cum ſua determinatione formali, in conſti- Q tuenda una ratione formali uniuoca. Licet poſtmodum aliquod ſic conſtitutum ſi comparetur ad ſubſtantiam cui competit, faciat cum eo unum per accidens, & conſequenter de ea prædicetur per accidens, quod tamen de ſuis ſpeciebus prædicatur per ſe. Sic autem eſt in propoſito, quia tempus ſub reſpectu menſuræ, & ut denominans extrinſece, concurrit in unam rationem formalem uniuocam, & ſic non eſt ens per accidens, licet tempus cum ſubſtantia ſit ens per accidens. Et ſimiliter relatio menſuræ cum tempore ipſo, ſi conſiderentur ambo non ut unum eſt propria determinatio alterius, ſed ut diſtincta & ſecundum proprias rationes diſtinctas, faciunt unum per accidens. Idem dico de loco, & ſitu, & habitu &c.

Ad ſecundum dubium dicendum quòd cum prædicari ſit conſequens actum rationis & pertineat ad ſecundas intentiones, ex quo habent hi termini ſcilicet prædicatum, prædicabile, & prædicamentum, quòd ſint termini ſecundæ intentionis, ſecunda aũt intẽtio ſit purum ens rõnis, nõ inconuenit

diuerſos

A diuerſos modos prædicandi, ex diuerſis reſpectibus rationis innaſci, & conſequenter ex eiſdem formaliter prædicamenta diſtingui, & eoſdem aſſumere in ſui conceptu formali. Et hoc neceſſarium eſt in quatuor extremis prædicamentis, in quibus denominatio ſumpta ab extrinſeco originatur & fundatur proxime ſuper relationes rationis, & eis mediantibus ſuper rem. Sicut denominatio extrinſeca ab ipſo tempore fit mediante relatione menſuræ, qua tempus dicitur menſura temporalium. Denominatio a loco ut menſura, eodem modo mediante ipſa relatione menſuræ. Menſura autem ſemper eſt relatio rationis in menſurante. Reſpectus etiam per ſitum & habitum importati, ſunt etiam rationis, ut bene probat argumentum. Pertinent tamen (ut dixi) reſpectus iſti ad formalem rationem rei, quæ eſt in prædicamento, ut in tali uel tali prædicamento eſt, & ut ab his diuerſi modi prædicandi originantur. Nec inconuenit hoc modo ens rationis ad prædicamentum quod ens reale eſt, formaliter pertinere: quia non pertinet ut genus, aut differentia, ſpecies uel indiuiduum, quomodo impoſſibile eſt ens rationis in prædicamento ad-

B mitti, ſed ut determinans & quodammodo ſpecializans prædicamentum tale, & inquantum res illa, talis eſt prædicamenti, non autem ſimpliciter ut res eſt. His uiſis facile patere poteſt quomodo conueniens & efficax eſt ratio Sancti Thomæ, quam inducit ut oſtendat non fuiſſe neceſſarium Ariſtotelis in hac litera, tria illa prædicamenta enumerare. Dicens enim quòd ex hoc quod quando, ſignificat eſſe in tempore quod eſt numerus, & conſequenter quòd eiuſdem rationis eſt non eſſe motum in quando, & non eſſe motum in actione & paſſione, ſubtiliſſime deduxit intentum. Nam motus cum ſit quoddam reale ens, & realitatem ſuam habeat a termino ſicut habet & ſpeciem, non niſi ad ipſum ens reale terminari poteſt. Si ergo aliqua non diſtinguantur niſi ſecundum rationem ita quòd in realitate conueniant, eiuſdem rationis erit ſi ad realitatem unius non dicatur eſſe motus, quòd nec ad aliud eſſe dicatur. Modo ſic eſt quod ipſum

C quando, ut ſupra deductum eſt, & idem realiter eſt cum tempore, quod ex prædictis etiam Sancti Thomæ uerbis neceſſario infertur. Tempus quoque cum nihil addat ſuper motum, niſi numerum partium ſecundum ordinem prioris & poſterioris, quæ omnia, ſcilicet tam ordo importatus inter illas numeri unitates, quam ordo ille prioritatis & poſterioritatis, cum ſint inter non ſeparata ſed continuata ſecundum eſſe, non poſſunt eſſe niſi reſpectus rationis, non eſt conſequenter realiter a motu diſtinctum: licet dicatur eius paſſio inquantum ſe habet ex additione ad motum ſecundum ſuam rationem formalem. Et cum omnis motus ſit actus motiui & mobilis, ut dicitur ſecundo phyſicorum, actus autem motiui ſit actio, & actus mobilis paſſio, ſequitur quòd omnis motus ſit realiter idem actioni & paſſioni. Vnde oportet eiuſdem rationis eſſe quod in actione & paſſione non ſit motus, & quòd non ſit in omnibus aliis prædictis. Ex quo ultimate, ſequitur quod dicto quod non ſit motus in actione, & paſſione, intelligitur ſufficienter dictum quòd non ſit motus in quando. In ſitu autem cum id quod reale in eo eſt, ſit lo-

D cus ad quem motus eſt: debuiſſet quidem eodem modo inferri quod pariter & ad ſitum motus eſſet, niſi formalis ratio quam ex relatione ſuperaddita ſortitur obſiſteret: quod in tempore non currit ut infra dicetur: & ideo non potuit alia ratio aſſignari cur in ſitu per ſe & formaliter motus non ſit, niſi quia ordinem alicuius ad aliud formaliter importat, ut dictum eſt. Et in habitu ſimiliter. Nam licet in ſubſtantia non ſit motus, cum qua ſubſtantia, habitus ipſe realiter idem eſt, non tamen ex hoc intentum deducitur: cum ei etiam idem competat ex ſua formali & propria ratione, ratione, ſcilicet relationis formaliter importatæ, ut dictum eſt & iterum in articulo tertio dicetur expreſſius. Redditio autem cauſæ in tradenda doctrina, ex propriis quo ad fieri poteſt procedere debet. In his autem duobus ſpecialiter etiam ratio a maiori concludit, quod ſi ad realem relationem ut ſic non eſt motus, multo minus erit ad relationem rationis. Ratio enim quæ a philoſopho tertio phyſicorum, & etiam hic inducitur, quare ad relationem non eſt motus, quia uideli-

cet nulla facta mutatione in aliquo inſurgit in eo relatio &c. E multo fortius currit in relationibus rationis quàm in realibus. Eſt autem hic aduertendum quòd Antonius andreas referendo uerba Sancti Thomæ, quandam interponit ſententiam, quæ non habetur ibi a Sancto Thoma, ut exemplaria tam impreſſa, quam non impreſſa teſtantur. Hanc inquam. Actio & paſſio ſumpta pro re acta, eſt idem realiter quod motus. Hoc non dicit Sanctus Thomas, immo nec uerum eſt, niſi ualde extorte interpretando uerba, Actio enim & paſſio non poſſunt ſumi pro re acta. Sicut enim motus non eſt res mota, ita actio aut paſſio non eſt res acta. Et hæc de primo. Quantum ad ſecundum patere poteſt ex iam dictis quomodo iſte homo in reddēdo rationem, cur non nominauerit philoſophus ſitum & habere, non diſcordat a Sancto Thoma, quia cum eo fatetur, quòd hoc aſt ratione relationis importatæ per illa duo: licet & in hoc dicat unum falſum, quod non dicit Diuus Thomas, uidelicet, quòd talia prædicamenta important puros reſpectus, & reales, & non F de genere relationis. Quod quidem in parte ſupra excluſum eſt, & paulo infra plenum confutabitur. Diſcordat autem ex intentione a Sancto Thoma, & eidem ſe manifeſte opponit in reddenda ratione, cur non nominauit quando. Dum Sanctus Thomas reddit rationem ex parte realitatis ipſius quando, iſte autem ex parte reſpectus inquantum reſpectus eſt, unde non procedit ex propriis, ut facit ratio Sancti Thomæ. Vnde cum doctrina inquantum poſſibile eſt, debeat ex propriis tradi, quia una de conditionibus demonſtrationis ex qua generatur ſcientia eſt quòd ex propriis procedat, ut patet primo poſteriorum, patet quòd magis ſcite docteque proceſſit Sanctus Thomas, quàm iſte, immo impugnando Sanctum Thomam, ubi ſapientiſſime ſe geſſit, oſtendit iſte homo, quod illum uel noluit uel non ualuit intelligere. Quod utique uerum eſt, ſicut hic, ita & in multis aliis locis ſuæ doctrinæ, in quibus ab his obſcuris hominibus impugnatur.

Sunt etiam in hac ſua determinatione quædam a ſe præſup- G poſita, & in priore argumento contra Sanctum Thomam facto, propoſita, quæ ſupra determinatis a nobis contrariantur. Quæ cum ſine probatione proponantur in argumentis, ſimpliciter neganda nunc eſſent: nec ulterius circa ea ſermo habendus. Vt tamen appareat præpoſitam doctrinam ſolidam eſſe, probabimus hæc omnia quæ illi aduerſantur, falſa eſſe. Supponit igitur hic quòd ſex principia importent puros reſpectus, & quòd tales reſpectus ſint reales, & quòd non ſint de genere relationis. Horum autem primum eſſe falſum patet ex falſitate ſecundi. Si enim reſpectus non ſunt reales patet quod cum prædicamenta ſint realia entia, non importabunt ſolum illos reſpectus, niſi forte intelligant ut complementum ſuæ rationis formalis, ut ſupra declaratum eſt Secundum autem ipſum eſſe falſum patet, tum ex his quæ ſupra dicta ſunt, quia uidelicet tales reſpectus ſunt menſuræ ad menſuratum, quas relationes ex quinto metaphyſicæ conſtat non eſſe reales, & ſimiliter reſpectus qui importatur per habitum eſt rationis tantum, ut ſupra probatum eſt, tum etiam quia falſum eſt tertium quod additur. Nam omnis relatio quæ reale accidens eſt, ad prædicamentum relationis ſpectat. Quæ autem non eſt accidens ſicut diuina, & omnis in H ſubſtantia fundata, ut relatio creationis paſſiuæ, ſimilitudinis in genere uel ſpecie ſubſtantiæ, & aliæ huiuſmodi relationes in ſubſtantia fundatæ, non ſunt in prædicamento ad aliquid, non quia non competat eis relationis modus prædicandi, ſed quia accidentia non ſunt. Sicut & differentia ſubſtantialis licet prædicetur in quale, & propter hoc etiam appelletur qualitas, ut patet quinto metaphyſicæ, capitulo de qualitate, quia tamen non eſt accidens, non eſt in prædicamento qualitatis. Quod autem omnis relatio, quæ ſit reale accidens pertineat ad prædicamentum relationis, patet ex diffinitione Ariſtotelis, quia dicit quòd relatiua ſunt quorum totum ſuum eſſe eſt ad aliud ſe habere, quæ diffinitio æqualiter competit omnibus relatiuis relatione reali, quæ ſit accidens. De his enim, quod intendat Ariſtote. neceſſe eſt, cum diffiniat prædicamentum accidentis. Nec eſt addenda gloſa uoluntaria, diffinitioni Philoſophi, uidelicet in-

I telligi debeat hoc addito, quod talis relatio neceſſario inna-
ſcatur poſito termino & fundamento, ut dicunt Scotiſtæ.
Neceſſarium enim & contingens cum ſint quædam com-
muniora prædicamentis (inueniri enim poſſunt in omni-
bus ſub diſiunctione, & ſunt paſſiones entis communis)non
poſſunt eſſe propria & per ſe primo diſtinctiua unius prædi-
camenti ab alio. Et ſi ex hoc, iſta gloſ. non ſuit inuenta a
Philoſopho, tunc diffinitio quam iſti ſomniarunt, non eſt
illa quam dat Philoſophus. Differentia enim addita uel ſub-
tracta uariat diffinitionem, ut dicitur octauo huius. Si au-
tem Philoſophus intendit eam, cum ex nullo uerbo in diſ-
finitione poſito elici rite poſſit, fuiſſet diminutus. Quod
eſt ſatis abſurdum illi imponere. Neque enim erat diffici-
le tanto Philoſopho & tam accurate doctrinam tradenti,
addere illud, ſi addendum putaſſet. Si uero non putauit
k addendum, ſequitur quòd uel ille ignorans fuerit, uel hi po-
tius homines deſipiant. Sed & adhuc cum glo. illa habetur
propoſitum in reſpectu importato per ipſum quando, ſi ſit
realis ut dicunt. Poſito enim tempore & re temporali, ne-
ceſſario reſultat quando. Si ergo ipſum quando, importat pu
rum realem reſpectum, erit in prædicamento relationis, qd'
eſt falſum, cum prædicamenta ſint impermixta. Non eſt er-
go hæc propria ratio cur prædicamenta hæc diſtinguantur a
prædicamento ad aliquid. Similiter & in aliis quinque princi-
piis, ſi quis ſubtiliter perſpiciat, idem iueniet. Licet eni uideã
tur poni terminus & fundamentum actionis & paſſionis, & ta
men non ſequi actio, ſi non ſint agens & patiens in debita ap-
proximatione, tamen non eſt ſic. Neque enim fundamentum
actionis eſt quæcunque diſpoſitio in agente ut agat, aut funda-
mentum paſſionis, quæcunque diſpoſitio patientis ut patiatur
ſed in utriſque fundamentum eſt motus ipſe. Patet autem qd'
quam primum ponitur agens & patiens ſuo modo ſub motu,
neceſſario reſultãt relationes actiõis & paſſionis, licet illa res
L quæ eſt agens, & illa res quæ eſt patiens poni poſſint, & non
ſequi prædictæ relationis, ſicut & circa relationes alias omnes
contingi, puta res quam aliquando competit eſſe ſimilem po
ni poteſt & non ſub fundamento ſimilitudinis, puta non ut
habens albedinem, & tunc non neceſſario ſequitur immo re-
pugnat q ſequatur relatio ſimilitudinis, quæ tamen neceſſa-
rio ſequitur ad coalbum poſito illo fundamento. Quod ſi
dicant, poteſt poni agens ſub motu, puta ignis ſub calefacere
& non ſequetur actio, reſpectu ligni non approximati. Reſpõ
detur q hoc non eſt præciſe ratione approximationis, ſed
quia nõ ponitur ſub motu in quo communicet lignum illud.
Fundamentum enim actionis & paſſionis eſt motus, non qua
liſcunque nec qualitercunque, ſed eiſdem qui eſt ſimul actus mo-
bilis & motiui, & ex hoc dicitur talis motus eſſe idem actioni
& paſſioni, ut habetur ſecundo phyſi. Cuius etiam ſignum
eſt, quia ignis non poteſt poni ſub calefacere, niſi reſpectu ali-
cuius quod calefit, & ſic neceſſario innaſcitur relatio actionis
& paſſionis, licet non reſpectu ligni non approximati, ſed re-
ſpectu alterius corporis quod ignis dicitur calefacere. Et hoc
eſt commune in omnibus relationibus quæ fundãtur in actio
M ne & paſſione. Neque enim poteſt poni pater quin ponatur
neceſſario filius, non tamen ille qui non eſt genitus ab eo, &
ſic de aliis. Hoc idem inuenitur in aliis tribus ultimis prædi-
camentis. Poſita enim adiacentia quæ de eorum diffinitione
eſt, neceſſario ſequitur extrinſeca denominatio. Adiacentia au
tem illa neceſſario ponitur poſitis relationibus menſuræ &
menſurati, uel habentis & habiti. Relatio autem ſaltem men-
ſurati ad menſuram, cum ſit in prædicamento ſecundum Phi
loſophum, oportet quòd ſecundum iſtos neceſſario innaſca-
tur poſito termino & fundamento, & conſequenter oppoſita
relatio quæ rationis eſt. Et ſic ſuo modo appareret de habitu,
niſi eſſet tam modicæ entitatis reſpectus. Non ergo gloſa ap-
plicata per iſtos ad diffinitionem relatiuorum, eſt ad intentio
nem Ariſtotelis uel etiam uera. Ex prædictis autem omnibus
patet ſecundum determinationem inquam Anto. andr. a ueri
tate longius euagari, ubi a ſancto Thoma diſcordat. Super-
eſt nunc tertio ſoluere argumenta quæ iſte homo contra ſan-
ctum Thomam inducit. Ad primum igitur, patet iam ex di-
ctis falſum eſſe quòd quando, ſit quid realiter diſtinctum a
tempore. Non enim diſtinguitur ut reſpectus ab abſoluto, N
quia quando, non dicit purum reſpectum, ut probabimus. Sed
idem penitus abſolutum per utrunque importatur, & reſpe-
ctus quem addit quando, rationis eſt, & non realis, ut ſupra di
ximus. Nec ex hoc diſtinguuntur quòd ad diuerſa ſpectant
prædicamenta. Eadem quippe realitas poteſt ad diuerſa præ-
dicamenta pertinere propter diuerſos modos eſſendi & prædi
candi in eadem realitate fundatos, & ex uariis reſpectibus ra-
tionis innatos, ut ſupra dictum eſt. Tempus autem eſſe diſtin
ctum ab iſtis motibus exterioribus, non obſtat propoſito. Nõ
eſt enim ipſum quando, ſubiectiue extrinſece in re temporali.
Immo cum ex propria ratione denominet extrinſece, clarius
ſua ratio innoteſcit reſpectu motuum quibus eſt extrinſecũ,
quam reſpectu eius in quo eſt ſubiectiue. Denominat tamen
& ipſum per ſe extrinſece, licet per accidens eo quód in ipſo
ſubiectiue ſit, denominet intrinſece. Non enim competit hoc
ei inquantum menſura talis eſt, ſed inquãtum huius accñs &c. O
Ad ſecundum dicendum quòd Sanctus Thomas apud
illos tantum improprie loquitur, qui ita male diſpoſiti ſunt,
ut in plano etiam inueniant quo impinguant. Non erat hic lo
cus conueniens in quo per ipſum omnia adducerentur, quæ
dici poſſent de iſtis prædicamentis. Sat quippe ei fuit expri-
mere quod ſufficiens eſt ad ſaluandum philoſophũ de apparen
te defectu. Dedit tamen(ut ſupra deduxi)& in hoc loco intel
ligere quod alibi plures & quidem uberrime docuit. In hoc
ſpecialiter apparet horum uirorum paſſio liuoris in ſanctum
Thomam. Cum enim a parte ſciant illum ſepiſſime docuiſſe
qualiter diſtinguantur ſitus quod eſt prædicamentum, & ſi-
tus de genere quantitatis, immo forte non niſi ab illo, ſeu ab
imbutis eius doctrina hoc ipſum didicerunt, ſicut & talia mul
ta quæ uera proferunt, & tamen miſer iſte contra eum hic in
uehitur, quaſi contra ignorantem prædictam diſtinctionem
de ſitu. Eya homunciones, tergite ora, immo quod melius
uobis cõduceret, tergite corda omni paſſione inuidiæ uel odii
prius quam diuiniſſimum doctorem nominare audeatis. Fal- P
ſum etiam maximum imponit ſancto Thomæ, quòd uideli-
cet dicat ſitum quod eſt prædicamentum, non importare or-
dinem partium in loco. Habuit certe Anto. andr. hoc in loco
ſatis lippos oculos. Ex hoc enim quód dixit ſitum addere ſu-
per determinatum ordinem partium, dat intelligere quòd in-
cludit eſſe in loco, & ſuperaddit determinatum ordinem par-
tium in loco. Quod ſi hoc etiam non diceret, non tamen dicit
huius oppoſitum, ut hic ſibi falſo imponit. In hoc etiam, q
iſte homo addit in ſecundo ſuo hoc argumento, quòd uide-
licet non ualet ſimilitudo ad ubi, quia(inquit)reducitur con-
tra ipſum, quia ſi in ubi eſt motus, ergo & in ſitu ſiue poſitio-
ne, cũ ſecundũ te(inquit)non addat ſupra ubi niſi determi-
natum ordinem partium. In hoc inquam, oſtendit ſe
non intelligere Sanctum Thomam. Neque enim ſanctus
Thomas dicit aut intendit probare, quòd in poſitione non ſit
motus per ſimilitudinem ad ubi. Quis enim hoc ſomniauit?
Sed ipſius ubi ex hoc tantum meminit, quia uoluit oſtende-
re, quidnam poſitio ĩportaret, quia uidelicet importat deter Q
minatum ordinem partium ſupra ubi. Sed & huius homi-
nis hæc ipſa deductio non quidem quaſi ex ſimilitudine a ſan-
cto Thoma propoſita (unde non poteſt in ipſum retor-
queri) ſed ex ea ſimilitudine quæ in ueritate eſt inter ubi
& poſitionem, licet aliqua difficultas ingeratur, magis ta-
men contra Antonium andream militat, quam contra San-
ctum Thomam. Nam ſi non obſtante reſpectu formali-
ter ſignificato per ubi, inuenitur in eo per ſe primo mo-
tus, pari modo reſpectus non erit per ſe primo, ratio, qua-
re in poſitione uel in alio prædicamento reſpectum forma-
liter includente, non ſit motus. Vel per oppoſitum. Si in
aliis poteſt (ut diximus) reſpectus facere quòd in eis non
ſit primo motus, idem pari modo faciet & in ubi. Militat au-
tem (ut dixi)ratio iſta magis contra Antonium andre. quam
contra Sanctum Thomam, tum quia uult prædicamenta
iſta puros importare reſpectus, & ſic nihil aliud in eis inueni-
ri ex quo poſſit ei per ſe motus attribui, & ſic cum ex reſpe-
ctu non ualeat eis motus competere, ſequitur quòd impoſ-
ſibile ſit abſolute quòd eis conueniat, tum etiam (quod ta-
men

A men idem eſt) quia cum per eom illi reſpectus ſint reales, tam ex ſua realitate, quam ex ſua ratione formali habebunt talia omnia prædicamenta, quod in eis motus non ſit, & ſic in ubi non erit per ſe motus. Prædicta autem duo nos non dicimus, ut ſupra patuit. Inquantum tamen nos etiam argumẽtum tangit reſpondemus, quod non omnis reſpectus habet aut facit ꝙ ad ipſum ſeu ad rem ſub ipſo non ſit motus, ſed ſolum reſpectus, qui uidetur eiuſdem rationis cum reſpectu, qui eſt de prædicamento ad aliquid, ut innuit Sanctus Thomas in hoc loco. Duplex enim eſt reſpectus, ſcilicet ad. & in. Relatio autem prædicamentalis, non qualiſcunq; reſpectus eſt, ſed reſpectus ad. Et propter hoc reſpectus accidentis ad ſubiectum etiam ſi eſſet realis, non eſſet prædicamento relationis ſed trãſcendens, quia licet iſtis uerbis aut modis dicendi exprimatur ꝙ uidelicet ſit reſpectus ad ſubiectum, ſeu ꝙ accidens referatur ad ſubiectum, & ſimilibus, non tamen dicit formaliter ad. ſed in. Ex hoc enim accidens reſpicit ſubiectum, ꝙ eſt in ſubiecto. Et ſic non pertinet ad prædicamentum ad aliquid, quod importat formaliter reſpectum ad. Reſpectus autem im-

B portatus in ubi, eſt reſpectus in. Significat enim eſſe in loco. Similiter reſpectus importatus in quando, quia ſignificat eſſe in tempore. Licet enim talia eſſe, non ſint intrinſeca, ſicut eſſe accidentis in ſubiecto, ſufficit tamen quomodocunq; ſignificent eſſe in. etiam ſicut in menſura. Et ſic ex reſpectu non poteſt inferri quòd ſicut in relatione non eſt motus, ita non ſit motus in ubi, aut in quando. Et hæc eſt cauſa quare Sanctus Thomas non probabit hic quòd in quando, non ſit, motus, ratione reſpectus in eo importati, ſed alia uia proceſſit, ut ſupra diximus. Quam uiam regiam ingredi non ualens Anton. and. omnium uoluit eandem rationem ex reſpecto uniuerſaliter ſumptam aſsignare, & non poteſt fugere quin pari paſſu ratio illa concludat in ubi, in quo tamen ſecundum Philoſophum & ueritatem, eſt per ſe primo motus localis. Ratio aũt quare reſpectus ad. & nõ reſpectus in. faciat ꝙ ad ſe ſeu ad abſolutũ ſub ſe nõ ſit, motus eſt, q̃a reſpectus ad. ſi ſit realis ẽ

C inter diſtincta ſecundũ eſſe, & propter hoc in uno põt incidere motus realis altero non mutato, & tamen quia illud ad qđ referebatur, mutatum eſt, oportet quod uel ipſum ulterius non reſpiciat, uel quod aliter reſpiciat, quã prius, & ſic aliam relationem ad illud habebit ſine ſui mutatione, & ſic ad ipſam relationem non eſt per ſe motus, ut dicit Philoſophus. Quod ſi quando ad eam eſt, accidit hoc ſibi. Si enim per ſe & ex ſui ratione haberet quòd ad ipſam eſſet per ſe motus, non poſſet de nouo alicui aliqua relatio aduenire, niſi relatio eſſet terminus alicuius motus, quod falſum eſſe probatum eſt, & patet experientia. Reſpectus autem in. non poteſt alicui aduenire de nouo ſine mutatione eius quod taliter reſpicit, immo moueri propriè nihil aliud eſt niſi ſecundum illud quod in eo eſt aliter ſe habere quam prius, ſi mutatio ſit ad intrinſecum, ſicut eſt augmẽtum ad quantitatem, & alteratio ad qualitatem uel ẽ aliter ſe habere ſm illud in quo eſt, ſicut i mẽſura, ſicut accidit in motu locali qui nihil aliud importat, niſi quod mobile aliter ſe habeat ſecundum locum, ſicut menſuratum ſecundum menſuram. Et reſpectus importatus in ubi. eſt reſpe-

D ctus in. ad quem per ſe eſt motus: Mouetur enim mobile ut ſit in loco. Licet enim reſpectus menſurationis ſeu locationis ſit reſpectus ad. & non inquantum denominat menſurans intrinſece in ordine ad menſoratum, tamen ſecundum quod talis reſpectus denominat extrinſece ipſum menſuratum ſeu locatum eſſe in menſurante ſeu in locante, eſt reſpectus in. & non ad. & eſt de ratione ubi. Sic igitur ad tales reſpectus in. eſt per ſe motus, non ſolum localis, ut dictum eſt, ſed etiã alterationis, & augmenti. Alteratur enim aliquid ſecundum calorem, ut calor ſit in ipſo, quod eſt dicere, ut ſit calidum & ſic de aliis. Quod autem in quando, non ſit motus non obſtante, quod reſpectus eius ſit reſpectus in. hoc eſt ex alia ratione aſſignata a Sancto Thoma in litera. Quia igitur reſpectus importatus in poſitione, qui eſt reſpectus inter partes, eſt reſpectus ad. & non eſt reſpectus in. Neq; enim una pars eſt in alia ſed refertur ad aliam ut prior ad poſteriorem, uel ut ſuperior ad inferiorem, anterior ad ulteriorem, ſiniſtra ad dextram, & econuerſo. Ideo ex tali reſpectu optime concluditur, quòd in poſitione non ſit motus. Et ſic dico de habitu, quia reſpe- E ctus per ipſum importatus eſt potius ad. quam in. Dicimus enim corpus ſecundum habitum adiacere corpori, non autẽ eſſe in corpore, ideo pari modo in iſto eiuſdẽ rationis eſt non eſſe motum & in. ad aliquid. Notandum tamen quod licet non ſit per ſe motus in poſitione, ut dictum eſt, quia tamen ipſa poſitio magis nobis manifeſta eſt, & ſimul includit ubi, ut dictum eſt, ideo differentiæ motus ad ubi, ſumuntur penes diuerſum ordinem ſitus nobis manifeſti in uniuerſo, ſcilicet ſurſum & deorſum, &c. Et hoc non ſolum ſecundum quod ipſum uniuerſum eſt quoddam totum in ſe talem ordinem includens, ſed etiam ut eſt quoddam ſecundum ſuas partes ordinate locatiuum, ut ita loquar, communicans locatis corporibus talia eſſe, ſcilicet ſurſum & deorſum, & ſic de aliis. Ex his omnibus iam liquido conſtat quomodo ſecundum argumentum quod Antonius andreas inducit contra Sanctũ Thomam, ſupra inconuenientia quæ includit, doctorem etiam ſuum letaliter uulnerat. Ad tertium iam patet ex dictis. F Licet enim ſint prædicamenta diſtincta, quia tamen conueniunt in hoc analogo quod eſt ad aliud dici, ex quo habet relatio ꝙ ad eam non ſit motus per ſe, ſequitur quod nec in ipſis. ſ. poſitione & habitu ſit motus per ſe. Et hoc ſat fuit dicere apud ſenſatos, nec erat neceſſarium aliud addere, præſertim cum ratio quare ad relationem non ſit motus in hoc eodem capitulo ſuo loco ab Ariſtotele, & ſuis expoſitoribus clariſſime deducatur, & in quinto phyſicorum idem ipſum habetur. Superfluum igitur fuiſſet grauiſſimo doctori hic idem repetere. Et hæc de præſenti defenſione ſatis ſit benedictus Deus. Amen.

DEFENSIO XXVII.

Libro duodecimo textu commenti. 27. parte prima.

G **Eorum quę ſunt in eadem ſpecie diuerſa (ſupple principia) non ſpecie. Sed quia ſingularium aliud tua materia & ſpecies & mouens, & mea uniuerſalia autem ratione eadem.**

EX HOC LOCO Mauritius in marginibus dicit ſomi argumentum contra Thomam de principio indiuiduationis. Sed deceptus eſt. Cum enim debuiſſet dicere contra Scotum, dixit contra Thomam. Quod quidem ut clare pateat formandum eſt hoc ſuum argumentum, & ex quibus uerbis Philoſophi hic elici poſſit, inſinuandum. Dicit hic Ari. in ſententia, quod licet actus & potentia ſint eadem omnium principia ſm quandam proportionalitatem, diſtinctorum tamen genere, ſunt diſtincta genere principia propria, & diſtinctorum ſecundum ſpeciem, diſtincta etiam principia ſm ſpeciem, & diſtinctorum ſecundum numerum, diſtincta principia numero. Et dat exempla de actu & potentia ſm genus, ſecundum ſpeciem, & ſecundum numerum Sicut materia, ſpecies id eſt forma, & mouens, ſm genus, ſecundum ſpeciem, & ſecundum numerum diſtincta. Sicut principia Socratis & H Platonis ſm numerum, ſunt anima & corpus & generãs Platonis, anima & corpus & generans Socratis, & ſic de aliis. Eſſe autem principium alicuius ſm numerum, eſt eſſe principiũ indiuiduationis, & hoc uerum eſt de omnibus prædictis tribus ſcilicet materia, & forma, & agente, licet inter hæc primum ſecundum naturam ſit ipſa materia, eo quod ſit pmum ſubiectum in incommunicabile, & conſequenter cui competit omnibus aliis incommunicabilitatem impartiri ut alias dictum eſt. Non poteſt autem ex his dictis apparens aliquibus argumentum elici contra Thomiſtas de iſta materia, niſi hoc, quod ſi materia tua & materia mea, ſunt diſtinctæ materiæ ſecundum numerum quæ, tamen ſecundum uniuerſalem rationem ſunt eadem, oportet quod materia mea ſit hæc & numero diſtincta a materia tua per aliquid quod contrahat materiam in communi, ergo materia mea non eſt principium primũ ꝙ ego ſim unus numero, ſeu indiuiduum, ſed illud aliud

I per quod & materia mea eſt una numero & diſtincta a mate-
ria tua, & per quod materia in communi quodammodo con
trahitur. Hoc autem primum principium dicunt Scotiſtæ eſ-
ſe hæcceitatem. Hoc fuit motiuum principale, propter quod
Scotus deuiat a ſancto Thoma, & a ueritate in hac quæſtio-
ne, & ad chimeras ſe conuertit. Argumentum autem prædi-
ctum ſoluit Capreolus ſecundo. d. 3. ſoluunt & omnes Thomi
ſtæ, ſolui & ipſe in ſeptima defenſione, & cótra authores ſuos
retorſi. Sed præcipue retorqueri poteſt contra eos ex uerbis
Ariſt. hic habitis, ita ut impoſſibile ſit eis fugere. Nam (ut
dixi) Ariſto. probans diſtinctorum tantum numero, eſſe etiã
diſtincta numero principia, hæc ipſa inducit per exempla quia
uidelicet al a eſt materia tua & materia mea, ſpecies tua &
ſpecies mea, mouens tuum ſeu pater tuus, & mouens ſeu ge-
nerans meum. Tunc arguo ſic. Hic Ariſto. accipit materiam
k pro materia quæ eſt pars compoſiti, ergo hæc eſt principium
indiuiduationis, cum ſit principium diſtinctorum ſm nume-
rum ut ſic. Patet cónſequentia etiam ſm aduerſarios. Sed an-
tecedens probatur tripliciter, primo ſic. De illa materia loqui
tur hic Philoſophus quæ cõdiſtinguitur ſpeciei ſeu formæ par
tis, ex qua ſcilicet cum ipſa materia tanquam ex principiis in-
trinſecis fit compoſitum, ut patet in litera. Sed talis non eſt
hæcceitas, ſed ea quæ ẽ pars compoſiti, ut etiam aduerſarii ha
bent concedere. Non enim dicunt compoſitum componi ex
forma partis & hæcceitate, imo hæcceitatem dicũt materiam
quæ correſpondet formæ totius, ut patet ſupra in ſeptima de
fenſione, & non primo reſpicit formam partis, ergo &c. Se-
cundo. De illa materia loquitur hic Philoſophus de qua ueri-
ficatur eſſe principium rei cópoſitæ ex materia & forma, hoc
etiam patet in litera, ſed talis eſt materia quæ eſt pars compo
ſiti, ut patet primo phyſico. ubi hæc materia cónumeratur in
ter principia rerum naturalium, & nõ hæcceitas, ergo &c.
Tertio de illa materia ſm numerũ loquitur hic Philoſophus
L de qua ſi ſm ſpeciem ſumatur dicit, ꝙ eſt principium diſtin-
ctorum ſm ſpeciem, ut patet in litera. Sed hæc eſt materia
quæ eſt pars compoſiti etiam ſecundum aduerſarios. Licet
enim neceſſario argumento (ut infra patebit) conuincatur,
non tamen concedere nolunt hæcceitates plures conuenire
in hæcceitate communi, ſed eſſe eas dicunt primo & ſeipſis di
uerſas, ergo &c. Ex hac autem totali ratione, patet quod cum
Ariſto. ex intentione tractet expreſſe hic de principio indiui-
duationis, & non inducat aliam materiam quam eam quæ eſt
pars compoſiti (ut deduximus) pro tali principio, ſequitur qđ
ubicunq; alibi de tali principio ex incidenti loquitur nominã
do materiam, non poſſit materia pro hæcceitate gloſari, ut
facit ſemper Anto. andr. in hac ſua expoſitione, literam Philo
ſophi in hoc præcipue peruertendo. Aequiuocaſſet quippe Phi
loſopus hic & alibi, & ubiq; diminutus fuiſſet, nullibi talium
materierum diuerſitatem aperiens. Si autem omnino ex
obſtinatione, & contra omnem rationem quæ elici poſſit hic
ex Philoſophi litera, uis quod hic intendat nõ de materia quæ
ẽ altera pars compoſiti, ſed de illa tua chimerica hæcceitate.
Adhuc arguo contra te, ex ipſis uerbis Philoſophi, retorquen
M do in te argumentum quod contra nos ipſe facis. Dicit enim
hic philoſophus quod materia mea & materia tua ſunt diſtin
ctæ numero, uniuerſali autem ratione ſunt eadem, ut etiam
Anto. and. exponendo fatetur, ergo nõ poteſt hæcceitas mea
diſtingui ab hæcceitate tua, niſi per aliquid aliud, ipſa uniuer-
ſalis rationis materia contrahatur ad meam, & per aliud con
trahatur ad tuam, alias idem ſm idem ab alio diſtingueretur,
& cum eodem conueniret, & eſſet idem & diuerſum ſeu non
idem, quæ implicant. Cum ergo in hæcceitate conueniant, ut
habes concedere ſi literam de illa hæcceitate exponendam cẽ
ſes, ſi diſtinguuntur abinuicem, per aliud diſtinguuntur, ergo
illud aliud erit principium incommunicabilitatis & diſtinctio
nis unius ab alia, & conſequenter erit principium primum in
diuiduationis, & non ipſa hæcceitas. Nec potes tu reſpondere
ad argumentum iſtud contra hæcceitatem, ſicut Thomiſtæ
ad idem argumentum reſpondent contra materiæ partem
compoſiti factum. Ipſe enim Thomiſtæ (ut alias habitũ eſt)
dicunt, quòd materia quæ eſt pars compoſiti non habet com
munitatem de qua loquitur hic Philoſophus, niſi ut conſide-
ratur per analogiam ad formam, ut formæ in communi con N
ſideretur & materia ut communiter ſumpta ſubſternit, & par
ticulari formæ, particularis materia. Secundum ſe autem ſine
ipſa analogia ad formam, materia conſiderari non poteſt, &
per conſequens nec eſt uniuerſalis nec particularis nec indiui
dua. Talia enim non conueniunt rebus niſi per conſideratio-
nem intellectus, neq; etiam ipſum fundamentum talium in-
tentionum, puta fundamentum indiuiduationis, quod eſt eſſe
unum numero, non competit materiæ niſi per formam, quia
a quo quid habet eſſe, habet & unum eſſe. Et tamen ipſa ma-
teria non ut indiuidua, ſed ſecundum ſe, præſcindendo eam ſe
cundum conſiderationem a forma, eſt principium primum
& immediatum indiuiduationis formæ, & ea mediante prin-
cipium eſt indiuiduationis ſuæ & ambobus mediantibus (ſe-
cundum naturæ ordine hanc mediationem ſemper intelli-
gendo) eſt principium indiuiduationis totius compoſiti.
Tali autem modo ſumpta quo eſt principium indiuiduatio- O
nis formæ, ideo non poteſt cognoſci, quia ſic ipſa eſt purum
ens in potentia. Nihil autem eſt cognoſcibile niſi inquantum
eſt actu, ut patet nono huius. Eſt autem ſic ſumptum princi-
pium indiuiduationis ut primum ſubiectum & ut primum in
communicabilitatis principium. Diſtinctionis autem numera
lis, ipſa non ſecundum ſe ſumpta ſimpliciter, ſed ut quantita-
te ſignata principium eſt. Hanc reſponſionem fundatam ſu-
per natura materiæ ex doctrina Philoſophi, non poſſunt iſti
homines ad hæcceitatem applicare, quia non ponunt hæccei-
tatem eſſe purum ens in potentia. Sic enim hæcceitas de gene
re ſubſtantiæ, non eſſe diſtincta ab ipſa prima materia, ſed po
nunt eam potius ad genus actus pertinere, quod apparet, ta-
men quia contra nos arguunt quod materia non poſſit eſſe
principium indiuiduationis, quia actus (inquiunt) diuidit &
ſeparat ſeptimo huius. Cui argumento reſpondi in ſepti-
ma defenſione, tum etiam quia dicunt hæcceitatem eſſe dif-
ferentiam quandam indiuidualem, ut ibidem diffuſe produ-
ximus, unde non habet (ut dicunt) quòd non poſſit accipi P
ut uniuerſalis aut particularis, ut habet materia. Patet
igitur quòd argumentum quod hinc ſumunt Scotiſtæ contra
nos friuolum eſt, & pluries ſic ſolutum ut pro honore ſuo ta
cere debuiſſent. Quod uero nunc nos contra eos ex litera phi
loſophi induximus, eſt efficaciſſimum & ab eis hactenus
inſolutum. Et de præſenti defenſione ſatis ſit benedictus
Deus. Amen.

DEFENSIO XXVIIII.

Libro duodecimo tex. cõ. 38. parte prima.

Mouet autem ut amatum, moto uero, alia mouentur.

HOC IN LOCO ſuper præpoſito uerbo
Philoſophi, dicit ſanctus Thomas quod melius dicitur ut ama
tum quam ut deſideratum, quia deſiderium eſt eius quod nõ Q
habetur. Sed amor eſt etiam habiti. Hæc ille. Sed Anto,
and. improbat hanc declarationem, dicens ꝙ hoc nihil ualet,
quia deſiderium eſt etiam reſpectu habiti, ut dictum fuit in pri
mo huius in prologo. Vnde & de deo quia a ſanctis angelis iã
habetur, dicitur: In quem deſiderãt angeli proſpicere. Et ideo
utrunq; bene dicitur, & quod mouet inquantum amatum, &
inquantum deſideratum. Hæc ille. Sed uidetur hic homo,
ægre ferre ꝙ diuus Thomas Philoſophum commendauerit
de ſapienti modo loquendi, quo proprio & accommodato in
tentæ ſignificationi uocabolo uſus eſt. Deficit etiam tam in
concluſione ſua principali, quam in probatione. In concluſio-
ne quidem ſua deficit, tum quia falſa eſt, tum quia proponit
eam contra ſibi oppoſitam, & tamen non ſoluit rõnem quæ
innuitur pro oppoſita, quod reprehenſibile admodũ eſt in illo
qui onus aſſumpſit oppugnandi concluſionem aliquam. Fal-
ſam ergo eſſe concluſionem ſuam propoſitam contra eam
quæ ſancti Tho. eſt, patet ex probatione quam innuit ſanctus
Thomas quia probat oppoſitam eſſe ueram, uidelicet quòd
deſiderium non ſit habiti. Eſt autem hæc eius ad hoc ratio. Si

A deſiderium eſſet etiam habiti, deſiderium non diſtingoeretur
realiter neq; formaliter ab amore, conſequens eſt ſalſum, cũ
in ſenſu ſit paſſiones diſtinctæ, & pari ratione diſtincti actus in
uoluntate. Cooſequentia uero patet, quia amor importat cō-
placentiam quandam in re amatam, ſiue habitam, ſiue non.
Cum ergo deſiderium ſit non habiti ut omnes concedunt, ſi
eſſet etiam habiti, ut iſte dicit, iam & ipſum eſſet formaliter
complacentia in rem amatam, ſiue habitam ſiue non, & ſic
eſſet formaliter amor. In probatione etiam ſuæ falſæ con
cluſionis deficit dupliciter ſm quod duas probationes indu-
cit. Et in prima quidem, hoc quod dicit dictum eſſe in prologo
metaphyſicæ, ꝙ deſiderium ſit etiam habiti, falſum eſt. Neq;
enim Ariſto. hoc dicit aut intendit, neq; ipſe Anto. audr. Et de
Ariſt. quidem patet, quia Ariſt. deſiderii non meminit in pro-
logo, niſi in prima eius propoſitione, hæc ſcilicet: Omnes ho-
mines natura ſcire deſiderant. Et rurſus circa finem prologi,
ubi dicit, Quod, qui ſcire propter ſe deſiderat, ipſam maxi-
mam ſcientiam maxime deſiderabit. Et cum utrobiq; de eo-
dem deſiderio loquatur, probato quod in prima propoſitione
B non loquatur niſi de deſiderio proprie dicto, prout ſcilicet eſt
motus appetitus in rem non habitam, liquido conſtabit quod
in prologo Philoſophus nihil dicit aut intendit, ꝙ huius fa-
uear phantaſiæ. Quod autem loquatur Philoſophus in pri-
ma propoſitione prologi huius de deſiderio ꝓprie dicto quod
eſt nō habiti, patet ꝑmo ex ipõ philoſophico ꝓceſſu, quia hoc
non decet Philoſophom, & præcipue Ariſto cuius proprium
ſemper extitit doctrinam tradere ex propriis, & non ſolum
ex propriis principiis & cauſis rerum de quibus differit, ſed
etiam ex propriis & accommodatiſſimis uocabulis & modis
loquendi, ita quod nũquam parabolico aut in proprio ſermo
ne loquatur, uel tranſumptiua ſignificatione uocabuli, ubi ſm
horum proprietatem ſuppetunt ei uerba. Id enim poetarum
proprium eſt, & ideo alienum ualde a grauiſſimo Philoſo-
pho, & præcipue ubi tradit ſcientiarum omnium ſupre-
mam qualis eſt metaphyſica. Et hac etiam de caoſa ſanctus
C Thom. ſecundo de anima reprehendit Platonem dicens eum
habuiſſe malum modum dicendi, eo quod uteretur paraboli
co ſermone ad altiſſima, humano tamen ac naturali ingenio
non imparia, edocenda. Cum igitur propria uocabuli huius
(deſiderii inquam) ſignificatio ſit, ꝙ motum quendam appe
titus i rem nō habitã iportet. (Per hoc enim diſtinguitur ab
aliis actibus appetitus) & hoc uel ſimpliciter, uel inquantum
non habita eſt, puta ſi ſit deſiderata ſm eſſe perfectum, quo
modo non habetur? Si ſit habita in præſenti, deſideratur con
tinuatio in futurum, uel ſimili alio modo procedendo ab im-
perfecto uel inchoato ad perfectum: ergo Philoſophus pro-
pria iſta ſignificatione uſus eſt in prologo metaphyſicæ, non
autem impropria, illa qua de deſiderium dicitur tantum mo
tus appetitus in rem deſideratam cum excluſione faſtidii, ſeu
remiſſioris affectus. Secundo hoc idem patet tam ex Anto.
and. quam ex Scoto, quam etiam ex Philoſopho ipſo. Ex ip-
ſo quidem Anto. and. patet, quia nullibi ſuper prologum il-
lum, ſiue ex intentione Philoſophi, ſiue propria, exprimit qđ
deſiderium ibi ſumendum ſit ſm impropriam hanc dictam
D ſignificationem. Vnde mirum eſt quomodo auſus fuerit hic
dicere, quod in prologo dixerit uel docuerit id tale nomen ſi
gnificaſſe. Sed, & ꝙ fortius eſt, ex uerbis etiam ſuis in princi-
pio expoſitionis prologi expreſſe elicitur, quod tam ipſe quã
Philoſophus non niſi de deſiderio ſm propriam ſignificatio-
nem intendat. Dicit namq; ibi ꝙ intentio Philoſophi in illo
procemio eſt reddere auditores beneuolos, & ad amorem ſa
pientiæ trahere. Sed ſicut non traheret ad amorem ſapientiæ
niſi dignitatem illius ac excellentiſſimam prædiceret, ita nec
beneuolos eos redderet niſi deſideriis eorum occurreret, &
digniſſimam hanc ſapientiam quam non habent ſe eos edo-
cturum promitteret. Si enim eam haberent, nec auditores
eius eſſent, nec beneuoli redderentur, quia nihil utilitatis eis
impartiendum offerret, ergo loquebatur in prologo de ſapiẽ
tiæ deſiderio quam non habentes optabant ope Ariſt. aſſequi.
Ex Scoto etiam idipſum ex hoc habetur, ꝙ ſm illum ſen-
ſum putat Scotus in prologo nomen deſiderii Philoſophum
accepiſſe, ſm quem ipſe Scotus ſuper prædicta Philoſophi ſen
tentia fundat argumentum aut rationem, quam putat con- E
cludere ꝙ uidelicet poſſimus in hac uita ſubſtantias ſeparatas
quidditatiue cognoſcere. Arguit autem ſic in tertia q. 4. meta
phyſi. Deſiderium naturale non poteſt ex toto fruſtrari, ſed
omnes homines deſiderant cognoſcere quidditatiue ſubſtan
tias ſeparatas, ergo &c. Minorem hanc probat eſt prædicta
Philoſophi ſententia dicens. Omnes homines natura ſcire de
ſiderant. ergo magis ſcibile, magis ſcire deſiderant, ergo ma-
xime, maxime. Sed maxima ſcientia, maxime ſcibilis, eſt ſciẽ
tia ſubſtantiarum ſeparatarum, ergo &c. Hæc autem ratio
quomodocunq; currat, (Infirma quippe eſt ad intentum quo
eam inducit, ꝙ uidelicet in hac uita ſit hoc poſſibile, ut per Ca
preolum & alios Thomiſtas oſtenditur in ſecunda diſt. pri-
mi,) hoc tamen ex ea ſaltem habetur ꝙ hic non ſummat Sco
tus deſideriũ, niſi prout eſt non habiti, qa non omnes habent
illam ſubſtantiarum ſeparatarum notitiam, ergo de eudem
deſiderio interpretanda ſm eum eſt ſententia Ariſt. Ipſum
quoq; Ariſtote. ſub eodem ſenſu ibi loquutum fuiſſe, iam ipſa F
ſua uerba docent. De illo enim deſiderio loqui eum neceſſe ē,
quod omnibus hominibus adeſt ex natura, litera promit. Sed
deſiderium ſcientiæ habitæ, non adeſt omnibus hominibus ex
natura, immo non niſi cum maximo ſtudio adeſt & pauciſſi-
mis. Deſiderium autem ſcientiæ non habitæ, omnibus natu-
raliter inſertum eſt, ergo de iſto Philoſophus loquitur, non
de illo. Sic igitur patet ꝙ prima probatio quam Anto. andr.
inducit pro ſua falſa concluſione, ex omni parte corruit. Sed
& ſecunda minus ualet, minus quoq; fauet honori eius. Dede
cus quippe maximum eſt, quo præcipue iſte homines in ad-
ſtruendis falſitatibus confunduntur, ꝙ ubi ſibi deſunt ratio-
nes naturales, in corde etiam philoſophiæ, recurrant ad ſacras
literas pro ſubſidio. Sed ſicut neſcit diuina bonitas patrociniũ
præſtare criminibus, ſic neſcit diuina ſapientia ſubſidium præ
bere philoſophicis erroribus. Quomodo autem poteſt per ſa
cras literas probari Philoſophum in uerbis ſuis habuiſſe hunc
uel illum ſenſum, cum philoſophus ſacris literis nõ inhæreat?
Sed præcipue de modo loquendi & de uocabulorum ſignifi- G
catis, non poteſt ex ſacra ſcriptura trahi argumentum ad me
taphyſicam, cum peculiare ſit ſacræ paginæ iuxta principis
theologorum Diony. doctrinam metaphoricis ac parabolicis
locutionibus uti, tum ob ipſius obiecti ac impartiti luminis al
titudinem, tum etiam ut diuina a ſuperbis ſapientibus & pru
dentibus huius ſeculi merito abſcondantur, paruulis autem
ideſt humilibus reuelentur. Hic autem modus docẽdi, ab om
ni naturali ſciẽtia, & præcipue a metaphyſica alieniſſimus eſt:
Propria quippe ſignificatione uocabula reſpõdẽt, his præſer
tim quæ nobis ad cognoſcendum proportionata ſunt, quia ſi
cut cognoſcimus, ita & nominamus. Vnde quæ proprie & ꝑ
ſe cognoſcimus, proprie etiam & per ſe nominamus, & quæ
per alia cognoſcimus, cuiuſmodi ſunt præcipue quæ faculta-
tem noſtri intellectus excedunt, aliorum uocabulis ſm quan
dam etiam deficientem ſimilitudinẽ nominamus. Talia ſunt
(ut dixi) quæq; diuinitus reuelata. Nobis autem proportio-
nata ſunt ea omnia quæ in ſcientiis humanitus acquiſitis tra-
duntur. Vnde ex prædicta conditione utriuſq; ſcientiæ, ſi diui
næ literæ aliquo utantur uocabulo, quo etiam utatur Philo-
ſophus, poteſt potius argumẽtum ſumi ꝙ ſm aliud & aliud ſi H
gnificatum utantur diuinus & Philoſophus quam ſm idem.
Et ꝙ theologus ſeu diuinus dum ſupernaturalia promit, me-
taphorice loquatur, & Philoſophus ꝓprie, merito præſumen
dum eſt. Quod præcipue contingit in propoſito. Neq; enim
angelis proprie uiſionis nomen atq; proſpectus competit cũ
ſenſus intuitum, quo angeli carent, uocabula iſta ſi proprie ſu
mantur inſinuent. Neq; etiam reſpectu dei qualitercunq; a ſe
uiſi, fertur deſiderio, ſi proprie loqui uolumus. Verum quia
non nobis adeſt uocabulorum copia, quibus proprie ſuper-
naturalia hæc exprimi poſſint, ideo ad beatiſſimæ illius in-
tellectualis uiſionis excellentiam edocendam, uocabulis
utitur quæ proprie ſignificant præſentialem uiſionem corpo
ream, quæ apud nos notiſſima eſt ſecundum ſenſum. Cuius
etiam ſummæ uiſionis delectationem maximã quæ ex obie-
cti nobilitate proueniat, omneq; faſtidium tollat in uidendo
exprimit deſiderii nomen. Et ne ex proprietate ſignificatio-

I nis uocabuli,qua proprie rei,non habitæ eſt, forte quis cre-
deret ꝙ angeli careãt uiſione illa quam tantopere deſiderant
exprimunt literæ diuinæ,quomodo tali a ſe deſiderato bono
non fruſtantur,dicente Chriſto ꝙ angeli Dei in cœlo ſemper
uident faciem Dei patris,& conſequenter faciem filii ac ſpiri
tus ſancti.In quo etiam exprimitur quòd uiſio illa ſit nõ ima
ginaria,non præſtigioſa,non enigmatica,ſed clariſſima & ap-
tiſſima,utpote facialis,in quo dictu etiam faciei nomine uti-
tur metaphorice,ut patet. Ex his omnibus iam patet qua-
liter deſipuerit Anto.and.dum dixit quod nihil ualet declara
tio illa ſancti Tho. cũ ſapientiſſima fuerit,& grauiſſimis fun-
damentis innixa,fauens plurimum Ariſtote.qui nomine amo
ris hic uti uoluit,non autem deſiderii. Habent enim quem
amant ſubſtantiæ illæ ſimplices.Sua potius impugnatio nihil
ualet & multipliciter deficit,ut deductum eſt. Quod ſi etiam
K utroq; uocabulo idem exprimi potuiſſet,adhuc melius nomi
ne amoris quam deſiderii exprimitur. Et hoc dicit Sanctus
Tho.quod tamen non impugna: Anto. andr. ſed impugnat
eum quaſi intendat,ꝙ non poſſet uti nomine deſiderii, quod
tamen non dicit Sanctus Thom̃. Ideo autem melius nomine
amoris utitur quam deſiderii,ultra ea quæ dicta ſunt, quia ſi
nomine deſiderii uſus eſſet,occaſionem forte erroris ex pro
pria uocabuli ſignificatione alicui præſtitiſſet, quòd uidelicet
deſiderata aſſimilatione ad primum deſiderabile,ſubſtãtiæ il
le ſeparatæ quæ cœlos mouent priuatæ eſſent, quod falſum
eſt.In hunc autem errorem non inducitur quiſq̃ ex nomine
amoris ad propoſitum inducto.Et hæc circa præſentẽ defen-
ſionem dicta ſufficiant,cum benedictione Dei.Amen.

DEFENSIO XXIX.

Libro duodecimo tex.cõ.43.parte ſecunda.

L **Videmus autem præter uniuerſi ſimplicem la-**
tionem, quam mouere dicimus primam exiſtẽtem
ſubſtantiam & immobilem, alias lationes planeta-
rum ſempiternas.

EX HOC LOCO ſanctus Tho. dicit quod
ſecundum Ariſtote. primum mobile immediate mouetur a
primo motore. Sed Anto.andr.hoc dictum ſancti Tho.impu
gnat ſuper tex.com.44.ſic dicens: Eſt dubium,utrum pri-
mom cœlum moueatur immediate a primo motore. Et de-
clarato quid in ueritate tenendum ſit,ſubdit.Sed de intentio
ne Ariſtote.dicit unus expoſitor quod ſententia ſua eſt quòd
primum cœlum mouetur immediate a primo ꝑncipio,quod
eſt Deus.Sed hoc non uidetur,quia ſuperius dixit quod pri-
mum mouens mouet primũ motum in ratione amati,opor-
tet ergo quòd ſit dare aliud mouens quod moueat in ratione
amantis,de quo dixit ſupra,ꝙ ipſum conſequitur maxima de
lectatio ex hoc quia intelligit & amat primo mouem,& illud
eſt aliqua ſecunda intelligentia.Hæc ille.Qui & multa alia cir
M ca hoc dicit, quæ quia in ueritate non ſunt contra Sanctum
Tho.non adduco nunc.Infra tamen in hac eadem defenſio-
ne aliqua tangemus ex eis,& reprobabimus, eo modo quo
tangunt quorundam placitum circa hanc quæſtionem. In
præſenti igitur loco ſanctus Thomas non dicit ꝙ primũ mo
bile ſm Ariſto.moueatur a deo immediate ut motore ſm lo
cum,ut imponit ei Ant and.ſed dicit ſimpliciter ꝙ mouetur
immediate a deo.Et non aliter hoc intelligendum eſſe puto
niſi ut ſupra declarauerat Ariſto.ꝙ.ſ.moueatur immediate a
deo primum mobile ut ab eo amatum,& non ut motore lo-
caliter. Sed huius motus localis immediatum principium eſt
aliqua ſubſtantia ſeparata,quæ ſm Ariſtote. ut etiam ſanctus
Tho.teſtatur ſupra tex.com.39.eſt anima cœli,qualitercun
que tenuerit eſſe cœlum animatum proprie uidelicet an im-
proprie.Et dixit etiam ſuper eodem textu ſanctus Tho. ꝙ in
tellectus primi mobilis fit intelligens in actu per contactũ ali-
qualem primæ ſubſtantiæ intelligibilis, & ex hoc habet ma-
gnam delectationem. Et quia propter quod unumquodq; &
illud magis, ſequitur ꝙ quicquid diuinum & nobile quale eſt
intelligere & delectari,inuenitur in intellectu attingente,mul N
to magis inuenitur in intelligibili primo quod attingitur, &
ideo conſideratio eiuſdem delectabiliſſima eſt & optima.Hu-
iuſmodi autem primum intelligibile, deus eſt. Ex his uerbis
ſancti Tho.immo Ariſto.quia hæc dicit exponendo Ariſtot.
ad literam, patet expreſſe, ꝙ deus non eſt immediatus mo-
tor primi mobilis ſm motum localem,ſed illa potius intelli-
gentia quam uocat intellectum primi mobilis.Deus autem il
lud mouet mediate ut cauſa ꝑma in cuius uirtute omne aliud
mouens mouet.Immediate autem ipſum ꝑmum mobile mo
uet ſolum motu metaphorico, prout finis & bonum dicitur
mouere appetitum.Non eſt ergo aliter interpretandum di-
ctum eius quo hic dicit primum cœlum moueri immediate
a primo principio.Cum præſertim etiam a propoſito, in opu
ſculo.24.cap.1.2.3.&.4. determinet omnia corpora cœle-
ſtia imediate moueri localr ab aliqua ſuba ſeparata circa deũ
quia ſm ſententiam Auguſtini.8.ſuper Geñ ad literam,Deus O
creaturam ſpiritualem corporali ꝑpoſuit, & tertio de Trini.
dicit ꝙ Deus mouet ſuperiora corpora per ſpiritum uitæ ra-
rionalem&c.Quod ſi diceret Mauritius ꝙ debuiſſet explicare
quo motu intelligeret primum mobile moueri a deo imme-
diate,& non ſic indiſtincte & abſolute proponere ꝙ mouea-
tur a deo immediate,quia facile poſſet aliquis occaſionem er
roris ex uerbis eius ſumere, ꝙ intendat de motu proprie di-
cto &c Reſpondemus ꝙ ex declaratione paulo ante habita,
quomodo Deus mouet primum mobile ut amatum, facile
apud ingenioſos omnis occaſio erroris tollitur, alias & ipſe
Mauritius imprudenter ſupra in margine e regione expoſitio
nis Anto.andr.ſuper t.c.38.eandem imprudentiam incurriſ-
ſent,immo maiorem cum explicet ibi motum localẽ dicens,
Primum mobile a primo motore primo motu qui localis eſt
perpetuo moueri.Loquitur autẽ de motore de quo & in tex
tu & in expoſitione Anto.and.dicitur ꝙ mouet primum mo
bile,& ut amatum. Licet autem ſic dicendum uideatur ſm
uia Sancti Tho.ut probatum eſt, Non minus tamen proba- P
bile forte uideretur ſm eundem ſanctum Doctorem ꝙ uide-
licet tenuerit Ariſ.placitum fuiſſe,ꝙ Deus eſſet immediatum
mouens primi mobilis,etiam ſm motum localem. Hoc autẽ
eſſe de intentione ſancti Tho.uidetur,tum quia hoc in loco di
cit ꝙ primum mobile mouetur a primo motore inquantum
primum mobile diſtiguitur ab aliis mobilibus. Nam ſicut di-
cit Ariſt. exiſtimauit ꝙ octaua ſphæra in qua ſunt ſtellæ fixæ
eſſet primum mobile,& motor eius eſſet primũ principium.
Sed poſtea deprehenſum eſt ab aſtrologis ꝙ ſupra ſphæram
ſtellarum fixarum ſit alia circundans totom quæ reuoluit to
tum cœlum motu diurno, & hoc eſt primum mobile quod
mouetur a primo motore ſm Ariſt.Hæc ille.Patet autem ex
modo docẽdi ꝙ loquitur de primo mobili ut diſtinguitur ab
aliis.Ergo de eius proprio & immediato motore, & non niſi
de motu localis qualis eſt ille diurnus. Si enim de motu me-
taphorico & per modum finis intellexiſſet,non magis dixiſ-
ſet ꝙ eſſet motor primi mobilis quam aliorum mobilium,
cum quæcunq; mouentur,ab eo mouẽtor per modum finis Q
& ut amatum, eo ꝙ omnia quærunt illi aſſimilari quantum
poſſunt,tum quia paulo infra non ſolũ uř hoc aſſerere,uerum
etiã & apparenti ratione perſuadere,ſic dicens, Satis conue-
niens uidetur ut primus motus rerum corporalium a quo
omnes alii dependẽt habeat pro cauſa principium immate-
rialium ſubſtantiarum,ut ſit quædam connexio & ordo ſen-
ſibilium & intelligibilium. Hæc ille.Vbi expreſſe patet quòd
ex intentione Ariſt.probat rationabiliter dictum eſſe ꝙ ꝑmo
motui reſpondeat primus motor,qui eſt principium ſubſtan
tiarum immaterialium,quod eſt dicere primam ſubſtantiam
imaterialem a qua aliæ dependent,quæ prima ſubſtãtia,deus
eſt. Non poteſt autem gloſari de motu metaphorico qui eſt
motus appetibilis,quia talis motus non conſueuit a Philoſo-
phis diſtingui per primũ & ſcd̃m,ſed primom motum uocãt
ubiq; motum localem circularem primi mobilis.Nec me præ
terit in quiquſdam exemplaribus hanc q̃ ultimo induxi ſancti
Tho.ſententiam aliter ſonare. Sed mendoſa in hoc fuerunt
uſque modo impreſſa exemplaria, ſicut & in aliis pluribus,
ut luce clarius conſpexi ex exemplaribus antiquiſſimis ma-

A nu exaratis Nec multitudo impreſſionum oppoſito fidem p̄ſtat, eo ꝙ ſit tanquam unicus error omnium, cum in imprimendo, uous liber, alterius imbibat errorem. Neq; enim omnibus correctoribus affuit forte librorum copia, uel nō ab omnibus fuit corrigendo adhibita neceſſaria diligentia, eo maxime ꝙ libri corrigendi perſæpe commēdantur puris grammatiſtis, uel aliis qbuſcunq; qui doctrina in libro illo tradita ſunt ieiuni. Neq; enim ad propoſitum eorum quæ hic ſanctus Thomas, dicit ullo modo conferret ſententia illa iuxta modū quo in aliis exemplaribus iacet, niſi forte ad bonum ſenſum p aliū modum dicendi expreſſum, traheretur. Sed de hoc ſatis. Ex Ariſt. etiā dictis idipſum quod ſupra diximus uidetur expreſſe haberi tam in. 8. phyſico. q̄ etiam in hoc. 12. In octauo quidem phyſico. quia ex toto illius libri proceſſu uidetur Ariſto. uelle concludere ꝙ eſt aliquis motus localis ſempiternus, & talem eſſe non niſi circularem probat a tex. cōmē. 54. uſq; ad

B tex. commen. 76. Ex ſempiternitate autem huius motus phyſici, uenatur eſſe unum primum motorem. Et manifeſtum eſt ꝙ loquitur de motore motu phyſico prædicto. Nam poſtquā concluſit tex. commen. 32. ꝙ neceſſe eſſet ſemper motum eſſe, & dicto ꝙ duplex eſt mouens. ſ. mouens ſeipſum & mouēs alia a ſe, & concluſio etiam ꝙ primum mouens eſt mouens ſeipſum inquantum una pars eius eſt mouens & altera mota, dicit poſtea tex. commen. 60. ꝙ mouens ſeipſum maxime ꝓprie mouet ſe ſm locum. Illa autem pars mouens in primo mouente ſeipſum, eſt ipſum primum mouens ſm eum. Neq; enim alio modo deuenit in hoc libro in cognitionem primi mouentis. Tale autem primum mouens concludit tex. com. 34. eſſe immobile. Et non poteſt intendere niſi de motu quo mouet alia, qui eſt motus localis, ut dictum. Loqui autem illum de motore immediato patet, quia inquirit proprium motorem prædicto motu primo & ſempiterno. Proprius autem motor eſt immediatus. Quod etiam primum tale mouens immobile ſm Ariſto. ſit Deus ipſe, nullus negat. De Deo enim

C concludit Ariſt. in fine octaui ꝙ eſt mouens immobile impartibile & nullam habens magnitudinem. Oportet ergo concludere ſm Ariſt. ex prædictis locis ꝙ Deus eſt ipſum primū immobile mouens motu ſempiterno locali & circulari, qualis eſt præcipue motus primi mobilis, a quo omnes alii motus depēdant, ut patet in hoc. 12. tex. com. 34. & in ſecundo cœ. t. cō. ſecundi. In hoc etiam libro in propoſitis uerbis in fronte defenſionis uidetur Ariſt. expreſſe id quod ſupra dictum eſt aſſerere. In illis enim uerbis patet ꝙ loquitur de latiōe primi mobilis quæ non niſi motus localis eſt, ſicut & lationes aliarum ſphærarum. Primam autem ſubſtantiam immobilem, non niſi primam ſubſtantiam immaterialem quæ Deus eſt, intēdit. Hoc idem deduci poſſe uidetur ex proceſſu quē facit hic Ariſ. ad inueſtigandum multitudinis ſubſtantiarum ſeparatarum determinatum numerum. Sicut enim tam in. 8. phy. q̄ hic inueſtigauit philoſophus ſubſtātiam aliquam ſeparatam eſſe ex eo ꝙ eſt aliquis motus ſempiternus, ita & multitudinem earum non inueſtigauit, aut extimauit aliter poſſe inueſtigari, q̄ ex multitudine prædictorum motuum, ut tot ſint ſubſtantiæ illæ quot motores. Et coſequenter omnem ordinem quem

D poſuit inter illas ſubſtantias ſm. ſ. ꝙ aliqua eſt prima, aliqua ſecunda, cognouit ex hoc tantum ꝙ aliqua eſt primus motor. ſ. primi mobilis, aliqua uero ſecunda, ſecundi. ſ. mobilis, & ſic inde, ergo uidetur ꝙ Ariſt. putauerit primam ſubſtantiam q̄ Deum. tex. 39. uocauit, eſſe proprium motorem, & cōſequēter immediatum primi mobilis, & ſic ab eo omnes alios motus dependere. Et quamuis iſtæ rationes ſint ualde apparentes, magis tamen iudicio meo mouent rationes ſuprapoſitæ, quæ oppoſitum concludunt. Manifeſte enim San. Tho. ex uerbis & intentione Ariſt. ſupra tex. com. 39. parte. 3. diſtinguit inter animam quā uocat intellectum primi mobilis a qua ſm omnes ipſum primum mobile mouetur, & primam ſubſtantiam intelligibilem quam dicit eſſe magis felicem, diuinam, nobilem, & maiorem habere delectationem q̄ prædictam animā, quæ aīa per cōtactū aliqualē intellectualē huius ꝑmæ ſubſtantiæ, ſuam felicitatem aſſequitur. Et confirmatur quia ſanctus Tho. in ſecundo contra Gen. cap. 70. arguens contra Cō. probat ſubſtantias intellectuales poſſe uniri corpori ut formas ex hoc ꝙ Ariſto. hic dicit primum mouens immobile moue- E re ut amatum, ergo inquit oportet ꝙ quodlibet cœlum quod mouetur, ipſum amet, ergo habet ſubſtantiam intellectualē ut ſuam formam, alias non poſſet operatio cœlo attribui. Mouet autem ut amatum præcipue ipſum primum mobile, ergo eius anima eſt diſtincta ſm intentionem Ariſtot. ab ipſo Deo amato. Neq; enim aliquis ex Ariſt. putat Deum eſſe animam primi cœli per quam tanquam per formam primū mobile dicatur formaliter animatum, ut uidetur. Siquis igitur hanc uiam ſequatur ut in principio fecimus, ad ea quæ obiecta ſunt ſm aliam uiam reſpondeat. Et ad primum dicat quod in utraque ſententia San. Tho. intendit quidem de motu phyſico primi mobilis, ſed non intendit ꝙ ipſe motor immediate moueat motione actiua phyſica. Vnde intentio ſua eſt in illis uerbis, ꝙ motus quo paſſiue primum mobile mouetur phyſice, eſt immediate a primo motore mouente ut amatum. Licet enim mediate ſit ab eodem etiam effectiue, immediate tamen F hoc modo a prima ſubſtantia ſeparata eſt poſt ipſum Deum ſm Ariſt. Secundum theologos autem ab aliqua ſubſtantia ſeparata, etiam ſi non ſit prima. Multæ enim ſunt supernorum ſpirituum operationes nobiliores q̄ ſit mouere cœlum, ut ex fide cognouimus, quod ab Ariſt. non eſt reuelatum. Ad id uero quod arguendo ſupra dicitur ꝙ ſm motum metaphoricū, non eſt magis mouens immediatum primi mobilis q̄ aliorum mobilium, negatur hoc, immo ſicut ſi mouent primum mobile motu locali immediate, diceretur mediante illo motu mouere alia corpora localiter, ita cum ſit immediatum principiū ut amatum reſpectu motus primi mobilis, mouet mediante illo alia a ſe mota eodem modo ſ. ut amatum. Inferiorum. n. orbium motores quærunt in mouendo aſſimilari primo principio, ſed mediante appetitu quo quærunt aſſimilari motoribus corporum ſuperiorum, & præcipue primi mobilis quod quærit immediate aſſimilari Deo. Ad id autem quod ex. 8. phyſi. inducitur, reſpondetur ꝙ ſat eſt philoſopho in illo libr. G deducere ex ſempiternitate motus, ad unum primum motorem immobilem. Quali autem motu, primum mouēs immobile immediate moueat, ſuum non fuerat ibi inueſtigare, ſed reliquit id metaphyſico, cuius proprium eſt de motu illo metaphorico, & per modum finis, inueſtigare. Nam ſic mouere, quid a materia, & motu phyſico abſtractum ſm eſſe & rationem. Ad dicta autem Ariſt. in metaphyſica eodem modo reſpondetur ſicut reſponſum eſt ad dicta ſancti Thomæ. Ad id uero quod adducitur de inueſtigatione numeri ſubſtantiarū ſeparatarum reſpondetur ꝙ inueſtigauit illo proceſſu numerum ſubſtantiarum ſeparatarum citra Deum. Et ex ratione hac. ſ. ꝙ primum mouens debet eſſe omnino immobile, deduxit ꝙ ſupra proprios motores orbium ſit omnium princeps unicus, a quo ut amato omnia mouentur, & ad quem omnia ordinantur, illi pro ſuo modulo quocunq; ente quærente ac ſatagente aſſimilari. Sicut autem ſecunda forte uia magis placeret, poſſet dicere ad rationem ſupra inductam ex uerbis Ariſt. & Sancti Thomæ ſup tex. commen. 39. ꝙ non eodem modo hic & ibi ſumit hoc quod dico primum mobile. Sed ſupra accepit primum mobile pro corpore cœleſti, ut diſtinguitur contra mobilia corruptibilia quæ ſunt in comparatione H eius ſecunda mobilia ſicut infra tex. commē. 49. nomine cœli totam machinam cœleſtem ſeu etiam totum mundum appellat. In primo mobili autem ſic accepto inuenitur quædam anima, immo multæ quæ diſtinguuntur ab illa prima ſubſtantia, per cuius contactum aſſequuntur ſuam nobilitatē & magnam delectationem &c. Hic autem ubi iam diſtinxit ēt in ipſo cœlo plura mobilia, accipit primum mobile per comparationem ad alia cœleſtia mobilia, cuius primi mobilis motor immediatus, etiam localis, eſt ipſe Deus ſecundum hanc uiam. Et ſi motor proprius cœleſtis corporis, debeat eius anima appellari, non erit inconueniens ſecundum Ariſt. ꝙ Deus, primi mobilis anima nominetur. Ex his patet etiam reſponſio ad confirmationem. Quod ſicut reſponſio iſta non uidetur regia, is qui uiam illam ſequitur inueniat meliorem. Ad alia autem argumenta Anton. And. hanc uiam tenentis facile reſpondere poſſent. Probat quippe ſecundo Anto. and. propoſitum ſuum per Commen. qui commen. 41. huius. 12. expo-

I nendo philoſophum, aſſignat primo cœlo duplex mouens,
unum coniunctum & aliud ſeparatum. Ad hoc autem reſpon
dere poſſunt iſti primo ꝙ parum curarent de authoritate
Commenta. ubi ratione in oppoſitum ſunt fortiores q̃ ſit eius
authoritas, & ubi etiam Sanctus Thomas omnium philoſo-
phorum ac theologorum monarcha oppoſitum docet. Quin
immo quia non eſt conſuetudinis Anton. andr. in hac ſua ex-
poſitione, a Commen auxilium implorare, quem ſæpius & in
multis Scotiſtæ deſpiciunt, irrepit urgens ſuſpitio ꝙ dubium
hic inſertum non ſit eius farina, ſed ab aliquo alio ſancti Tho.
amico ex uoto additum, ut forte plura alia in hac eadem ex-
poſitione appoſita ſunt eadem ratione, prout alias notaui. Se
cundo diceret quòd per hoc non intendit Commen. eſſe duos
motores ſecundum ſuppoſita, ſed unius motoris duas moue
di conditiones. ſ. per modum efficientis, & per modum finis.
Et ſecundum primam conditionem mouens dicitur intrinſe-
cū, eo ꝙ mouens efficienter & motum, debeant eſſe ſimul.
Per ſecundam uero dicitur extrinſecum, quia de ratione finis
non eſt ꝙ ſimul ſit cum his quæ ſunt ad finem. Tertio pro-
K bat Anto. an. propoſitum. ſ. ꝙ Deus non moueat cœlum im-
mediate aliquo motu locali ſecundum Ariſto. ſed tantum per
modum amati, quia inquit octauo phyſicorum, probat philo-
ſophus ꝙ potentia infinita non poteſt mouere corpus imme-
diate. Deus autem habet potentiam infinitam &c. Sed ad hoc
dicitur ꝙ male intelligit Ariſt. quia ibi loquitur de potētia infi
nita exiſtente in magnitudine ut ſic, ut patet text. com. 78. &
inde, quæ potētia in magnitudine cum agat de neceſſitate na-
turæ, quia ut ſic id eſt inquantum eſt in magnitudine non agit
per intellectum, ſi moueret corpus immediate ageret & mo
ueret ſecundum totum ſuum poſſe, & ſic corpus illud moue-
ret in non tempore, quod implicat contradictionem. Non aūt
loquitur philoſophus de potentia infinita extra magnitudinē.
Immo ibidem demonſtrat ꝙ cœlum non poteſt moueri tem
pore infinito, niſi per aliquam talem potētiam infinitam, ſiue
mediate, ſiue immediate, & idem patet in hoc. 12. te. cō. 41.
L Et hæc de præſenti defenſione ſatis.

DEFENSIO XXX.

Libro. 12. t. c. 49. parte prima.

**Si enim plures eſſent cœli ut homines, foret prin
cipium quod circa unumquodq; ſpecie unum, nu-
mero uero multa. Sed quęcunq; ſunt numero mul
ta materiam habent. Quod autem quid erat eſſe nō
habet materiam primam. Endelechia enim. Vnum
igitur ratione & numero mouens primum.**

HOC IN LOCO Ariſtoteles probat non eſ
ſe plures cœlos. i. plures mūdos ex hoc ꝙ prima principia eo
rum eſſent ſpecie unum & numero plura, quod eſt impoſſibi-
le, quia quæ ſunt unum ſpecie & plura numero, habent mate
riam, primum autem principium eſt omnino immateriale ut
probatum eſt, ergo &c. Sanctus autem Thomas explicat hāc
deductionem, quia quæ diſtinguuntur ſolo numero, cum nō
M diſtinguantur ſecūdum rationem, & formam, quia talium eſt
communis ratio ſpeciei, oportet ꝙ diſtinguantur per materiā
primam. Sed Anto. and. cui non ſapit iſta ſeges, hic ſic loquit.
Notandum ꝙ aliqui peruertentes ſenſum literæ, ex hoc loco
ſumunt argumentum ꝙ materia quæ eſt pars eſſentialis ſit cā
indiuiduationis. Nam iſta ratio qua concluditur unitas cœli
ex unitate motoris, non tantum ſpecie ſed numero, propter
hoc ꝙ non habet materiam, non uidetur ualere, niſi diſtin-
ctio numeralis fieret per materiam. Sed non ualet. Aequiuo-
cant enim de materia, ſicut ſæpe dictum eſt. Concedo enim ꝙ
non ponuntur plures motores primi, quia in primo motore
non eſt materia, id eſt non eſt in eo aliquid aliud, ſed eſt de ſe
hic ſine alio contrahente. Nam talis contractio non ſtat cum
perfecta ſimplicitate, & ideo quidditas Dei eſt de ſe hæc. Exclu
dit ergo Ariſto. a primo motore materiam non ſolum illam
quæ eſt altera pars eſſentialis compoſiti, ſed illam quæ eſt p-
prietas indiuidualis quæ eſt cauſa indiuiduationis, non prima. N
Hæc ille. Si ratione aliqua uel occaſione uerbi alicuius hic uel
alibi a philoſopho expreſſi, iſti homines mouerentur ad ſuas
has ineptas aſſertiones, eſſent aliqualiter excuſandi etiam ſi tā
tum doctorem impeterent uerbis quaſi peruertentem Ariſto.
literam aut ſenſum. Sed reprobare dicta ſapientum, nec eorū
ſatisfacere rationibus, nec alias inducere rationes quæ uel in
minimo perſuadeant, ꝙ philoſophi litera aliter exponenda ſit
q̃ ſapientes exponant, ſed propriæ tantum uoluntatis determi
natione, ad ſuam phantaſiam uelle literam ex toto ſibi con-
trariam trahere, & quod inurbaniſſimum eſt, alios contume-
liis afficere, peruertentes eos eſſe literæ ſenſum conclamando
eo ꝙ non ſibi ſed Ariſt. conformiter loquātur, alienum nimis
eſt, nedum a ueris philoſophis, uerum & ab omnibus qui uel
modica ſaltem naturali uigerent prudentia. Quamuis autem
hic deberem huius uerba deſpicere, utpote ſine ulla ratiōe uel
perſuaſione prolata, eo ēt maxime ꝙ de huius materia quæ-
ſtionis, plurima iam dicta ſint in ſeptima. 24. & 27. defenſio-
nibus præmiſſis, attamen ad maiorem Ariſtotelicæ doctrinæ
declarationem, duo hic faciemus. Et primo probabimus Ariſ. O
non loqui in præſenti paſſu niſi de materia quæ eſt altera pars
compoſiti. Secundo ꝙ ſi etiam loqueretur de utraq;, ut dicit
Anto. andr. adhuc ſequitur propoſitum ſancti Thomæ directe
contra Scotiſtas. Primum ex quinq; patet, primo ſic. De il-
la materia loquitur philoſophus in hoc loco de qua ſolet dici
congrue ꝙ aliquid eſt in materia. Sed hoc dicitur congrue de
materia quæ eſt altera pars compoſiti, non autem de hæccei-
tate. Neq; enim dicitur ꝙ forma uel actus uel quodcūq; aliud
reale ſit in hæcceitate ſicut in materia, ſed potius econuerſo
dicitur ab iſtis opinantibus ꝙ hæcceitas ſit differētia ſubiecti-
ue in eo exiſtens quod per eam indiuiduatur, & ab aliis differt
ſicut etiam differentia formalis dicitur eſſe in ſpecie quæ per
eam differt ab alia ſpecie, ergo &c. Maior eſt Commenta. qui
in præſenti paſſu dicit, ꝙ ideo in primo principio non eſt ma-
teria, quia ſimplex non eſt in materia, primum autem princi-
pium eſt omnino ſimplex, ergo &c. Secundo. De illa mate P
ria loquitur hic philoſophus de qua ſupra dictum eſt & proba
tum a philoſopho, ꝙ per eius negationem primum principiū
eſt immateriale. Sed ſupra tex. com. 30. probatum eſt hoc de
materia quæ eſt pars compoſiti, ut patet & per expoſitionem
Anton. an. Nihil enim dicit ibi de hæcceitate, ergo &c. Maior
eſt Commen. in hoc loco. Quem ideo induxi, ut appareat ꝙ
non ſolum contra Sanctum Thomam, ſed etiam contra alios
ſapientes hi homines uerbis garriunt, non ratione concertāt.
Licet diuum Thomam tantum nominent ex peculiari affe-
ctu. Et confirmatur iſta ratio. Cum enim de eadem materia te
nendum ſit philoſophum hic & ſupra loquutum eſſe ut aſſerit
Commenta. & ſupra per excluſionem materiæ probauerit nō
ſolum primum principium, ſed etiam alios motores orbium
eſſe immateriales, ſequitur ſi hic loquitur de hæcceitate, ꝙ ſu-
pra etiam hæcceitatem ab illis motoribus excluſerit, quod eſt
contra Scotiſtas: uel ſi ſupra non excluſit hæcceitatem ab aliis
motoribus, cum per excluſionem materiæ de qua hic loquit
intenderit probare immaterialitatem illarum ſubſtantiarum
non poſſet dici ꝙ ratio ſua concludat ꝙ aliquid ſit abſolute im Q
materiale, niſi primum principium, & ſic alia principia motū
cœlorum poſſent dici abſolute materialia, quod eſt cōtra om
nes ſapientes. Patet conſequentia, quia habent materiam per
cuius excluſionem probatur primum principium eſſe imma-
teriale, ergo & per eius incluſionem abſolute concludet alios
motores eſſe materiales. In cauſis enim propriis & præciſis, ſi-
cut negatio eſt cauſa negationis, ita affirmatio affirmationis,
ut dicitur in primo poſteriorum. Proceſſit autem Ariſt. in illa
ratione, cum potiſſima ſit, & non indigna tanto philoſopho,
ex cauſis propriis & præciſis, ergo &c. Tertio. De illa mate
ria loquitur hic philoſophus quæ & a ſe hic & ab omnibus ſa
pientibus uocatur prima, & condiſtinguitur ipſi materiæ pro
ximæ, ut patet per philoſophum in quinto huius. te. com. 12.
& in octauo: ſeu condiſtinguitur ſubiecto, quod uocari poteſt
materia ſecunda, quæ & conuenit ſi ſit proprium ſubiectum,
cum materia q̃ philoſophus appellat proximam. Sed talis ma
teria ſecundum omnes eſt materia quæ eſt altera pars compo

A ſiti, quæ eſt primum ſubiectum formæ, ergo &c. Maior patet in litera. Quarto. De illa materia loquitur hic philoſophus quæ communiter diſtinguitur contra actum & formam, ut patet in litera, quia philoſophus ex hoc probat in primo principio non eſſe materiam, quia eſt purus actus. Sed talis eſt ſola materia quæ eſt pars compoſiti, tum quia de illa abſolute intelligũt ſapiẽtes, dum dicitur aliquid eſſe compoſitum ex materia & forma, & non de illa chimera Scotiſtarum, tum etiã quia ipſi quoq; Scotiſtæ, non diuidunt hæcceitatẽ contra actũ quin potius dicunt eam eſſe actualem differentiam indiuidualem &c. ut ſupra in defenſionibus, ſeptima &. 24. plenius habitum eſt, ergo &c. Quinto. De illa materia loquitur philoſophus hic de qua ſapientes habent intelligere ſi abſolute proponatur. Sed ſapientes in tali caſu debent intelligere de materia quæ eſt pars compoſiti, & in hoc loco materia abſolute proponitur, ergo &c. Patet maior, quia ſapiens interpretatio ab
B omnibus ſapientibus acceptanda eſt, & non niſi ab inſipentibus ſpernitur. Minor probatur, quia analogum abſolute propoſitum, ſemper ſumitur pro primo analogato, quod .ſ. principaliter ſignificat. Materia autem ſecundum Scotiſtas eſt analogum quoddam, primo ſignificans materiam partem compoſiti, & ſecundo differentiam indiuidualem, ergo &c. Quantũ ad ſecundum patet propoſitum. Quia philoſophus non loquitur hic de materia niſi ut eſt principium diſtinctionis numeralis, ut patet in litera. Si ergo loquitur per te nõ ſolum de hæcceitate ſed etiam de alia, ſequitur q́ utraq; ſit indiuiduationis principium. Quod tamen tu negas de illa quæ eſt altera pars compoſiti, quæ tamẽ in ueritate ſola eſt illa quæ eſt indiuiduationis principium, cum alia non niſi leuiſſima ſit fictio. Et cõfirmatur ſuper eodem fundamento. Quia cum philoſophus non loquatur hic de materia niſi ut eſt primum principium diſtinctionis numeralis, non deberet loqui de illa, qua etiam remota, ſtat dicta diſtinctio. Talia ſecundum te eſt materia quæ
C eſt pars eſſentialis. Ea enim ab angelis remota, ſtat inter eos ſecundum te diſtinctio numeralis, ergo de iſta hic non loqueretur aut intenderet. Cuius tamen oppoſitum hic aſſeris dicens q́ philoſophus excludit hic a primo principio non ſolum materiam quæ eſt altera pars compoſiti, ſed etiam illam tuã chimeram. Patet igitur ex his omnibus q́ philoſophus non niſi de materia parte compoſiti loquitur, & conſequenter q́ ex illa unumquodq; primo habet q́ ſit unum numero & indiuiduum diſtinctum ab omni alio indiuiduo ſub eadem ſpecie. Et ſic elicitur hic neceſſario ex philoſopho q́ ipſa materia quæ eſt pars eſſentialis compoſiti, ut quantitate tamen ſignata, eo modo quo alias dictum eſt & declaratum ex intentione philoſophi, eſt principium primum numeralis diſtinctionis & conſequenter indiuiduationis, & eius negatio eſt primum principiũ oppoſitæ indiſtinctionis, per cuius .ſ. excluſionem, ſubſtantiæ ſeparatæ non poſſunt una ſpecie plures eſſe, & ipſum primum principium eſt unum numero ſuper omnem ſpeciem & naturam. Qui eſt Deus glorioſus, cui eſt ſumma laus & gloria per infinita ſeculorum ſecula. Amen.

Expliciunt defenſiones ab impugnationibus quibus Anto.
D and. & Mauritius quidam impugnãt diuum Doctorem in expoſitione ſua metaphyſicali.

SVMMARIA OMNIVM
defenſionum tabula ſequitur.

IN prima defenſione oſtenditur explanationem cuiuſdam hæſiodiſtarum fabulæ a Sancto Tho. inductam non fuiſſe inutilem, ut Anto. an. ſine ratione calumniatur.

In ſecunda. Defenditur ſanctus Thomas in hoc q́ dicit diffinitionem elementi non conuenire materiæ primæ, cuius oppoſitum Anton. and. oppugnando diuum Doctorem, aſtruere nititur.

In tertia. Defenditur ſanctus Tho. ab Anto. an. impugnante quãdam eius declarationem ſuper uerbo philoſophi, ſi uox diuiditur, diuiſionis particulæ ſunt conformes &c.

In quarta. Defenditur ſanctus Tho. in hoc, q́ naturam tertio modo a philoſopho dictam interpretatur tam de actiuo q̃ de paſſiuo principio motus, cum tantum de paſſiuo contra Sanctum Thomam conetur Anton. andr. probare ipſam eſſe interpretandam.

In quinta. Defenditur Sanctus Doctor in hoc quod dicit quintum modum naturæ etiam de forma totius debere interpretari, cuius tamen oppoſitum nititur Anto. an. probare.

In ſexta. Defenditur ſanctus Tho. ubi declarat, quid ſit neceſſarium abſolute, quam declarationem Anto. an. ſenſu ſatis ieiuno impugnat.

In ſeptima. Defenditur ſanctus Thomas ab Anto. an falſa, plurima ingeminãte circa principium indiuiduationis, in qua etiam omnia Scotiſtarum fundamenta circa eorum phantaſticam opinionem de hæcceitate, penitus euulſa ſunt et in nihilum reſoluta.

In octaua. Defenditur ſanctus Tho. ubi declarat quæ ſit cõtrariorum differentia maxima, quam doctrinam An. an. dicit minus eſſe ad intentionem philoſophi q̃ ſuam, cum tamen ſua utpote multas falſitates includens, non poſſit eſſe ad mentem philoſophi.

In nona. Repræhenditur Mauritius eo q́ ſine ratione & inurbanis uerbis carpat Doctorem angelicum, cuius non eſt dignus etiam calciamenta tangere.

In 10. Defenditur rationabilis cauſa, cur San. Tho. putat literam philoſophi fuiſſe corruptam, quam tamen literam ſaluare nititur Ant. an. ſine ulla apparentia ueritatis.

In. 11. Defenditur San. Tho. diuiſio data ex intentione philoſophi, qua ens diuiditur in actum & potentiam, & quædam dicuntur contra opinionem Scotiſtarum de potentia obiectiua, quam Anto. an. hic inconſiderate ſatis inducit contra Sanctum Thomam.

In. 12. Oſtenditur q́ An. an. non intellexit ſanctum Tho. dum illum impugnat quaſi de potentia paſſiua tantum loquatur exponendo philoſophum, cum ſit totum oppoſitum, quia de actiua tantum in loco philoſophum exponit.

In. 13. Defenditur a ſancto Tho. data ſufficientia cuiuſdam diuiſionis Ariſt. & ea quæ ab An. an contra ſanctum Tho. inducitur, oſtenditur inſufficiens & inſulſa.

In. 14. Reprehenditur Mauritius q́ auſus fuerit miſellus, tãtæ claritatis iubarem uerbis licentioſis impetere, ut dicat ſanctum Thomam ſibiipſi etiam in proximis adinuicem uerbis contradicere.

In. 15. Defenditur ſanctus Thomas tam ab inurbanitate uerborum Mauritii q̃ ab Anto. and. dum oſtenditur ex uerbis philoſophi ibi conuinci unitas formæ ſubalis in compoſito.

In. 16. Oſtenditur aliud argumentum ex textu etiam philoſophi electum de eadem materia, quod fugere Scotiſtæ cupiunt, undiq; eoſdem coartare atq; deiicere.

In. 17. Eodem modo quo in præcedenti, argumẽtum aliud ad idem, ex philoſophi uerbis aſſumptum, Scotiſtas undiq; fugare demonſtratur, quod tamen Anto. an. hinc inde fugitans declinare, cupit.

In. 18. Defenditur ſanctus Tho. ab Anto. an. indocente ex philoſophi litera ſeu potius ex propria phantaſia q́ non repugnet alicui naturæ ſuppoſitorum pluralitas.

In. 19 Defenditur ſancti Tho expoſitio q́ philoſophi uerbum quo dicit in ſimplicibus non eſſe quæſtionem neq; doctrinam, debeat de ſimplicibus ſubſtantiis interpretari. Et reprobatur expoſitio Anto. and. de terminis ſimplicibus contra ſanctum Tho. inducta.

In. 20. Defenditur ſancti Tho. doctrina, qua oſtendit ultimam unitatem eſſe formam numeri, & impugnatio Ant. an. ex omni parte deiicitur.

In. 21. Defenditur ſancti Tho. explanatio ſuper philoſophi uerbum quo dicit non eſſe falſitatem in ſimplicibus niſi per accidens, & oſtenditur q́ illam expoſitionem impugnando Ant. an. ad pauca reſpexit.

In. 22. defenditur ſanctus Tho. in exponendo literam philoſophi ab Anto. an eiuſdem expoſitionem impugnante.

In. 23. Defenditur ſanctus Tho. in hoc q́ dicit numerum proprie dici de multitudine prędicamentali, & ſecũdario de trãſcendenti, & ſimiliter ratio menſuræ. Quæ quidem Anto. an. nititur impugnare.

In. 24. Elicitur inuictum argumentum pro opinione ſancti Tho. de principio indiuiduationis, quod quidem Anto. andr. euitare fruſtra nititur.

In 25. Reprehenditur Maoritius de irreligioſa oblocutiõe contra tenentes ens non eſſe uniuocum, & oſtenditur hoc idẽ ex philoſopho ibidem haberi.

In, 26. Defenditur ratio quædam ꝙ ſanctus Tho. aſſignat, cur Ariſt. non nominauit quando, ſitum, & habitum, inter pdicamenta ad quæ non eſt motus, quam rationem Anton. and. leuiter impugnat. Et in hac defenſione multa dicuntur de natura & diſtinctione ſex principiorum.

In. 27. Reprehenditur Mauritius in eo ꝙ dicit ex litera philoſophi ibi ſumi argumentum contra Thom. de principio indiuiduationis, cum ſit totum oppoſitum, quia ibi ſumitur argumentum contra Sco. pro Thomiſtis.

In. 28. Defenditur ratio ſancti Tho. qua dicit ꝙ conuenienter philoſophus oſos eſt nomine amoris & non deſiderii, cum dixit: Mouet autem ut amatom &c. Quam rationem Anton. an. nixus eſt impugnare.

In. 29. Oſtenditur ad quem ſenſum dicat ſanctus Tho. primum mobile ſecundum Ariſt. a primo motore moueri, & qd circa hoc ſentiendum ſit ſecundum ueritatem, circa quæ Ant. an. ludit uerbis cum ſancto Thoma.

In. 30. Oſtenditur quomodo ex texto philoſophi ineuitabile ſumitur argumentum ꝙ materia & non hæcceitas ſit primum indiuiduationis principium. Quod quidem Anto. andr. euitare contendit.

Multa alia tum quaſi ex ſe docẽdo, tum ex philoſopho extorte dedocendo, falſa continet illud Ant. an. Commentum. quæ ſi per omnia refellere uoluiſſem, uolumen in immenſum creuiſſet. Stultum autem fore arbitror circa ſingula ſollicitũ eſſe quid quiſq; loquatur a ut ſentiat. Omnibus enim factum in hoc ſatis iri puto, ſi pro tuenda gloria diui Doctoris, ibi aduerſarios inſecutos fuero, ubi ſanctum Tho. ex nomine citatũ ſe quaſi debellaſſe iactitarunt. Ex hoc ſane quiſq; poteſt aduertere quòd in aliis multo facilius proderentur intellectu minus uigentes.

Et quidem non eſſe Scoti hanc expoſitionem, eos qui de uiris illuſtribus hiſtorias conſcripſerunt, inuoco teſtes, qui ubi de Scoti operibus loquuntur, talis expoſitionis in metaphyſicam, non meminerunt, ſed quæſtionum tantummodo. Eſſe etiam prætactam expoſitione Anto. an. exploratiſſimum eſt; tum ex uerbis ipſius Anto. an. in eiuſdem expoſitiõis fine, ubi ſe ſpecialiter nominando dicit ꝙ hanc ædidit, proteſtans ſe in omnibus Scoti ueſtigia inſecutum. In prima etiam quæſtione ſeptimæ ſoluendo primum argumentum, allegat ſeipſum Anton. an. in expoſitione hac ſua, & iuxta citatum locum ſic inuenitur i ea, ut ipſe dicit, tum ex multis locis ubi & Mauritius in marginibus fatetur, uerba plurima non Scoti eſſe, ſed An. an. ut præcipue patet in undecima cap. 50. In. 11. te. commẽ. 10. & . 30. ubi etiam allegat ſe Anto. an. in quæſtionibus ſuis. Item ſup. text. com. 43. ubi & Scotum allegat, ut Mauritius idem fatetur. Scotus autem non allegaret Scotum. Tum etiã quia in hac expoſitione ſeptimo huius ſuper tex. com. ſecũdi & . 12. huius ſuper tex. com. tertii, dicitur cum Ariſt. in locis illis, ꝙ accidentia, ſunt entia, quia taliter entis &c. Et tamẽ Sco. in quarto. d. 12. q. prima dicit ꝙ ſic exponentes peruertunt Ariſt. Oportet igitur ꝙ uel ſibiipſi contradiceret, uel peruerſorem ſe philoſophi accuſaret Non recte igitur Mauritius fecit, huic expoſitioni antiquum uerum titulum ammouens, falſum apponere. Oculatiſſimos demum uiros, nunc ultimo exoratos uelim, ut correctionem meam atq; labores, quibus curſum communis lecturæ a principio libri perihermenias ad extremum uſq; metaphyſicæ, tam textum philoſophi duplicem ꝙ diui Thomæ expoſitionem depurare conatus ſum, eo nolint damnare quo adhuc nouis quibuſdam mendis libri cõmaculentur. Quamuis enim non talia de me ſentiam quaſi errare non poſſim, ſed & proculdubio putem ex minori fortaſſe cura, nonnulla, tam etſi pauca, meos oculos aufugiſſe merito collimanda: attamen animaduertant rogo omnes, me non niſi exemplaria domi reformaſſe, quæ poſtmodum compoſitoribus fuerant commendanda: Formas autem per eoſdem primo excuſſas, quas ſemper deformatas nimis euadere, ipſi quoq; fatentur, nullas emendaui. Alterius quippe curæ hoc onus fuerat demandatum. Id enim auſim, ſi formas ipſas purgare maculiſmeæ interfuiſſet, non ſecus ac ſecunda ſecundæ cum Com. Gae. nuper impreſſa, ac mea cura quo ad formas etiam expolita, omni ex parte opus floridum proceſſiſſet.

Finis defenſionum Fratris Bartholomæi Piſani in defenſionem D. Thomæ Aquinat. ſuper Metaphyſ.

SERIES CHARTARVM.

* A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z. AA BB.

Omnes ſunt quaterniones præter BB qui eſt ternus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



Venetiis apud Hieronymum Scotum.

1551.